

ante memoratum est, ad Carolum dimisit pridie non. decembris a, vt ex præscripta formula illum sacramento sedi Apostolicæ deuinciret.

38. Exercuere Carolum aduersa res sub adepti imperij iniitijs, ac gemina clade fufus est, dū pro fcederatis pugnabat: primum enim Leodij fugatus b, mox ab electione celebrata. De quo bello vitę Clementis scriptor hæc narrat: *Sugilbertus de Marcha episcopus Leodiensis, habens in sui adiutorium dictum Carolum Regem Romanorum & Ioannem Regem Boemię patrem suum cum multis alijs principibus Alamania, Leodiensibus guerram mouit, & cum eis bello congressus est: sed tandem Leodienses victores fuerunt, dictusque Carolus, qui primo loco ibidem aquilam in vexillo exercebat, cum ea per fugam saluatus est illa die. Sed eodem anno dictus episcopus cum eisdem Leodiensibus iterato bellauit, & extitit victor: & dein fuit inter ipsos pax reformata.* Agit de eodem bello Hocsemius b, atque illius causas leui ex re exortas, cum nimirum viro homicida necato supplicio, Hoyenses magistratum episcopi infestati essent, traxissentque in partes Leodienses ciues, & episcopus armata manu de seditionis ex legum æquitate pœnas sumere vellet: cumque florentissimum, in quo Romanorum & Boemię Reges aderant, exercitum admoueret vrbi, deque concordia agitaretur, tumultuaria pugna, ex inopino euentu a factiosis concitata, fufum fugatumque esse maiori ignominia quam clade vigesima quinta iulij die D. Iacobo sacra, vt obseruat Ios Villanc

Corripuerant a iter Treuerim Carolus & Ioannes Reges, cum a Francorum Rege in auxilium exciti e sunt contra Eduardum Anglum. De lugubri vero bello, rei Christianæ perniciosissimo, dicturi nonnulla primum de nefario illius apparatu ab vtroque Rege instructo præmittemus.

39. Cumulandis opibus, quas sceleratius ad fundendam Christianum sanguinem ea tempestate (qua bellum cum Turcis pro Christiano nomine susceptum erat, absumeret, sacerdotiorum vectigalia) ornandis altaribus pauperibusq; alendis sacra, Eduardus inuasit: quod flagitium pluribus fucis colorare nisus f. Philippus etiam Gallorum Rex, prædonum purpuratorum exagitatus consilij, sacerdotum absentium vectigalia occupauit: quem principem cum Pontifex antea ecclesię addictissimum repente a maiorum pietate deficiuisse conspiceret, hisce grauioribus querelis reuocare sequenti anno a cœptis est conatus. g

Clemens, &c. Regi Franciæ illuſtri.

Fili dilectissime præmissa vtiq; diuino & humano iuri contraria claritati deuotionis, qua tu tuique progenitores præfulgere studuistis erga Deum, & ipsam ecclesiam hætenus, congruere, prohdolor! non videntur. Et vtinam tui consiliarij, qui te induxerunt ad ea, solerti diligentia maturius attendissent graui pericula, quibus talia facientes, & in eis faciendis consilium vel fauorem præstantes, olim editi a sanctis patribus canones euidenter inuoluunt: & nihilominus considerassent atrente, si per Reges Franciæ progenitores tuos talia vel similia, in diuinæ maiestatis contumeliam redundantia, vllis vnquam temporibus, aduersam eandem ecclesiam & libertatem ecclesiasticam adinuenta fuerint, vel etiam attentata.

Debuissent namq; præfati consiliarij, si rationis haberent apertos oculos, prospexisse, quod Romanus Pontifex pator vniuersalis ecclesię catholicę Christi que in terris vicarius, ad quem ecclesiarum omnium plena noscitur dispositio pertinere,

prælatos & personas ecclesiasticas de quibuscumque mundi partibus, in quibus catholica fidei cultus viget, ad se vocare potest, et illos, de quibus sibi videtur, apud sedem Apost. secumque tenere, et nihilominus ad partes diuersas mundi destinare, prout incumbentia negotia exigunt, et expedire cognoscit. Et infra: Et nihilominus cõsiderare apertius debuissent, quod bona ecclesiarum ad ministrorum ipsarum et Christi pauperum sustentationem ac pios vsus alios specialiter deputata noscuntur; nec licet ea in vsus conuerti alios, etiam propter communes, statuti consiliorum generalium prohibentibus, ipsius Romani Pontificis licentia non obtentat. Et quamquam ecclesijs ac prælatis et personis ecclesiasticis, vt administrant iura et bona ecclesiastica, a iure suo competat; ipsis tamen eadem administratio per executionem litterarum subtrahitur prædictarum: Et infra: Præterea, tua quæsumus, serenitas regalis attendat, et intra secreta cordis diligenti meditatione reuoluat, quod etiam præfati debeant consiliarij (si salubriter vellent in hac parte consulere) attendisse, cum qua fiducia ipsa ecclesia mater tua (cuius precibus et suffragijs egere semper nosceteris, et præsertim his temporibus, quibus tibi procellosi guerrarum turbines imminet, prohdolor! et insurgunt) pro te tuique status prosperitate ad sponsum suum dominum nostrum Iesum Christum, a quo est omnis virtus, victoria, et fortitudo, qui per præmissa grauius offenditur et vehementer proculdubio irritatur, leuare poterit manus suas. Dat. Auin. vi. non. maij anno v.

Superiora scribebat Pontifex non vt iusto præsidio in rebus a speris regnum nudaret, periclitanti enim vt ex opibus ecclesiasticis succurreret extremo anno Narbonensi, Tolosano, Auxitano archiepiscopis eorumque suffraganeis permisit a, vt pecuniarum subsidia ex ecclesiasticis vectigalibus pro tutando regno conferrent ea lege, vt edicta a S. Ludouico ad ecclesiasticorum gratiam lata a Philippo confirmarentur: quæ subsidia ita constituta, vt primum præfules ea de causa conuenerint, ijsque assentientibus concessa, erogandi facultas a Pontifice fuerit, vt e Clementis ad Philippum responsis b constat. Vetabat vero sacras opes profana auctoritate occupari Pontifex, cum maxime nulla adhuc verno tempore vrgeret necessitas, ac sacris instructi opibus Reges ad bellum magis concitarentur, quod sopire omni studio & contentione nitebatur. Legarat ea de causa apostolicos nuntios c Cardinales Annibaldum episcopum Tusculanum & Stephanum tit. SS. Ioannis & Pauli presbyterum, qui in pontificatu Clementi successit: cuius legationis meminit etiam Ioannes Villanus d, quamquam Stephani loco Petrum Cardinalem collocat. Illi vero, cum in Angliam traicere ad Eduardum a bello inferendo ad pacis consilia reuocandum pararent, tui & liberi comœtus syngrapham ab Eduardo impetrare non potueret is enim transfretaturum se in Gallias respondit. Repulsam passos ab Anglo belli & sanguinis audio, scribit Villanus e cui M. S. Vaticanum f consentit his verbis: *Eodem tempore reuertitur in Franciam D. Anibaldus Cardinalis iuncto sibi domino Stephano tit. SS. Ioannis & Pauli, qui postea fuit Innocentius Papa VI. qui etiam modicum profecerunt.*

40. Incenderant Eduardum ambitio furorque, vt a concordia penitus abhorreret: cui Clemens subiectis literis exposuit g quot quantaque func-

Monetur officij.

Pendere a Christo victoriam

Subuenti postea Philippo ab ecclesiasticis. a Eod. 10. § ep. sec. 814. 825. 816.

b Ibid. ep. 282.

Miss. duo. Cardinales ad Gallum & An. glum conuocandos. c To 4. ep. f. r. 1000 dlo. Vill. l. 12. c. 63.

old. Vill. l. 12. c. 63. f. M. S. bibl. Vat. sign. n. 3765.

g Clo. 10. §. ep. sec. 156.

Marginal notes on the left side of the page, including names like 'Bell. eius', 'Villanc', 'D. Iacobo', 'Sugilbertus', 'Hocsemius', 'Ios Villanc', 'Annibaldus', 'Stephanus', 'Innocentius', 'Eduardus', 'Philippus', 'Cardinales', 'M. S. Vaticanum', 'M. S. bibl. Vat.', 'Clo. 10. §. ep. sec. 156.'

Solicite
Eduar-
dus ad pa-
cis consi-
lia.

funesto illo bello patraret mala, de quibus coram
diuino tribunali in ius vocandus esset, utque nun-
tios Cardinales pacis interpretes audiret, est ad
hortatus.

*Clemens, &c. charissimo in Christo filio
Eduardo Regi Anglia illustri.*

Cum nos inter cetera desiderabilia cordis
nostri læsam iētibus venenosis hostis prædicti
[nimirum demonis] charitatem inter vos inui-
cem redintegrari & restaurari, ac pacis & vni-
tatis reformari Deo gratam, & hominibus deside-
ratam concordiam ardentem cupientes; venerabi-
lem fratrem Annibaldum episcopum Tusculanum
et dilectum filium nostros Stephanum tituli san-
ctorum Ioannis et Pauli presbyterum Cardina-
lem Apostolicæ sedis nuncios, viros utique pro-
funditate scientiæ præditos, probitatis et ma-
tutitatis discretione conspicuos, pacis, veritatis,
et iustitiæ feruidos zelatores, ad tuam & eiusdem
Regis præsentiam propterea de fratrum nostro-
rum consilio prouiderimus destinandos; magni-
ficentiam tuam regiam rogamus, et hortamur
attentius, te per Dei misericordiam nihilominus
obsecrantes, quatenus quod ex eisdem guerris et
dissenſionibus sanguis innoxius redemptorum
precioso cruore Christi, clamoribus validis ad
Dominum vociferari non cessans, effunditur; et
ecclesiæ, monasteria, et alia sacra et pia loca de-
struuntur, vastantur, et dissipantur; pauperes,
orphanī, pupilli, viduæ, aliæque miserabiles perso-
næ opprimuntur iniuste; diuina et pia negligun-
tur opera, turbatur et impeditur cultus iustitiæ
(quam nutriendam et manutenendam Reges et
præsidentes constituti debitorum sunt, et inde
habent in stricto iudicio reddere rationem) delin-
quentibus et malignantibus præbetur audacia,
et alia mala inenarrabilia, vnde non immerito
grauiter prouocatur et irritatur Altissimus, subse-
cuta sunt hæc et etiam subsequuntur; intra
præcordia regia diligenter considerans, et con-
sideranter reuoluens, eosdem nuncios per nos et
sedem Apostolicam pro præmissis tanquam pacis
angelos destinatos, et ad tuam præsentiam acce-
dentes, gratanter et benigne recipias, plene, fau-
orabiliter, et patienter audias, ac eorum salutaribus
monitis et persuasionebus sic clementer et
efficaciter acquiescas, quod mala prædicta tollan-
tur de medio, et tranquillitas arrideat optatæ
tranquillitatis et pacis; tuque Regis æterni et
pacifici vocari merito filius, et beatitudinem que
viris pacificis promittitur, valeas promereri.

Datum Auin. III. non. augusti anno v.

41 Non valere hæc monita: iniecerat enim
Eduardus belli faces, neque in Aquitaniam, ut pri-
mum decreuerat, sed in Normanniam subornatus
a Gotofredo Haricuria comitis fratre patriæ
proditore, qui coniurationis cum Clifſonio so-
cietatis crimine postulatus fugerat in Angliam.
Plurimum itaque Normannorum defectionis spe
adductus Eduardus, florentissima a classe inue-
ctus, vigesimo iulij die descensionem fecit, ac late
prouinciam ferro, flamma, rapinis est populatus.
Quæ mala deflet Pontifex in literis ad Ioannam
Francorum Reginam, ex eaque hostili excursionem
de pace colloquū abrūpi queritur b: *Hoc pro tan-
to filia charissima præmittimus, cum speraremus
per Cardinales, quos pro tractatu reformationis
huiusmodi miseramus, ipsum inchoari tractatum,
et deinde ad finem deduci votiuum; displicenter ni-
hilominus audiuimus, Regem ipsum Angliæ in partibus
Normanniæ regnum Franciæ intrauisse hostiliter, et*

*damna ibidem aliqua intulisse: de quo dolore cordis
affligimur, verentes tractatum ipsum turbari, vel
impediri propter hoc; & quia regnum prædictum
Franciæ, de qua traxisse noscitur originem, laedi
non potest, non existentibus nobis laesis, etc. Dat. Auin.
vi. kal. septembris anno v. Cum vero adducti es-
sent in inuidiam a nonnullis nuntij Cardinales,
male officio suo perfundus qui Eduardum ab il-
la irruptione non auertissent, mox Pontifex a
ipſos opera non defuisse, sed illius opem, qui im-
perat ventis et mari, implorandam; et corda Re-
gum in manu Dei consistere. Eduardi irruptionem
et bellica facinora describit his verbis M. S.
Vaticanum b: *Sub mcccxlvi. de mense augusti
Rex Eduardus Angliæ cum octingentis nauibus bene-
munitis ad guerram in Normanniam tunc applicauit,
& viribus armorum villa cum Canij innumera-
bilibus villis, castris, & locis per dictum ducatum
occupauit, ferro et igne pene deuastans usque ad
sanctum Clou prope Parisios: in quo loco dictus Rex
Angliæ cum suo exercitu per diem totam et noctem
sequentem castra metatus est. Per paucos dies vero
sequentes, videlicet die sabbati xxvi. mensis augusti
antedicti Rex Franciæ vna cum Rege Boemiæ,
Rege Nauarra, et Rege Maioricarum, interfuisse
etiam Regem Romanorum addunt nonnulli c,
cum innumerabilibus ducibus, comitibus, baronibus,
atque nobilibus, nec non communitatibus, armorum
prælium eum dicto Rege Angliæ et suis gentibus ha-
buerunt. Vltimate permissione diuina dictus Rex
Angliæ et sua gentes bellum prædictum obtinuerunt:
et dictus Rex Franciæ cum paucis apud Ambianum
est receptus. Dictus autem Rex Angliæ per duos dies
postea sub tentoria die noctuque in loco, qui dici-
tur Cresci, in quo fuit bellum commissum, castra
metatus est cum suo exercitu. In quo bello mortuus est
Rex Boemiæ, dux Lotaringiæ, comes de Lancione frater
dicti Regis Franciæ germanus, comes Flandriæ,
et alij multi comites et barones atque nobiles Fran-
cigenæ, nec non ut dicitur plusquam duodecim millia
hominum Gallicorum in dieo bello ceciderunt mor-
tui: de Anglicis non pauci mortui fuerunt.**

42 De cæso Rege Boemiæ cæco meminit inter
alios Petrarca hoc elogio e: *Bo, inquit, se præ-
cipitem dedit, quo spectare alij, cæcumque oculis
prosequi vix audebant. Et infra: Et quid, oro, gloria
viri fortis obfuit visus caruisse, nisi vt quem virtus
et natura mirabilem fecerant, stupendum cæci-
tas faceret? Planxit Pontifex strenuum ecclesiæ
defensorem amicum, qui vna cum Philippo ad-
uersus Saracenos pro fide restituenda Syriæ vi-
tam fundere decreuerat f, & Carolum Roma-
norum Regem, qui prælio euaserat eiusque foro-
rem Bonam Normanniæ ducissam consolatorijs
litteris erexit, quibus hoc elogio Ioannem exor-
nat g: *Rex ipse tanquam princeps catholicus, for-
tis, prudens, et strenuus, gloriose ac victorioso cum
celebris famæ præconio in mundo, viam Domini non
deserens, diutius vixit, et regnavit multis tempo-
ribus, ac prolem numerosam et inclitam post se reli-
ctam a Domino meruit obtinere: tandemque
armorum actus, in iusto bello regnum Franciæ
defendendo, exercendo magnanimiter, sicut ad
suum spectabat honorem regium, vires suas, honora-
biliter sic Deo deuotus vt credimus, et spe de miseri-**

Proposuit
belli cla-
des.

Anglorū
in Normā-
niam irru-
ptio.
10. Vill. l.
12. c. 62.
Paul.
Acml. l. 9.

7 To. 5. ep.
sect. 445.

cordia diuina concepta, inter suorum cateruam militum finiuit terminum vita sua, quod pie credi potest de laboribus ad quietem, de miseris & arumnis ad beatitudinem, & ad lucem de tenebris transiisse, &c. Adiecta est iisdem literis hæc temporis nota. Dat. Auin. xii. kal. octobris anno v.

Porro de gestis ab Eduardo post partam memoratam victoriam subdit M. S. Vaticanum a: Ob- tento bello, prædictus Rex Angliæ cum suo exercitu versus villam Calesij iter assumpsit, & dictam villam obsedit, & ibi personaliter cum Regina & filijs atque suo posse in dicta obsidione stetit per vndecim menses & xxxvi. dies, donec ex vi & per compositionem fame dictam villam liberam ad suam voluntatem & mandatum habuit. Sed de Caletij expugnatione anno sequenti, subdit auctor.

43. Durante illa obsidione gentes Regis Angliæ debellauerunt Regem Scotia & suas gentes in territorio Eboracensi: in quo bello plusquam decem milia Scotorum mortui ceciderunt, & dictus Rex Scotia vulneratus & captiuatus, atque conductus & positus in turri Londoniarum: & hoc fuit de mense octobris anno Domini mcccxlvi. Consolatorias proximo anno vi. kal. iun. literas dedit Pontifex ad Ioannam Scotia Reginam de capto Dauide Rege, pro eo liberando apostolica studia pollicitus. A scripta est a nonnullis ipsius clades diuinæ ob sacrilegia patrata vindictæ, vt qui sacros D. Cutberto agros euasari, ac templa diripi & inflammari permisisset; de quo Scoticarum rerum auctor b hæc historia mandauit: Ferunt in somno Regem monitum, vt ab agris D. Cutberti abstineret, alioqui infelicem exitum temeritatem eius habituram: sed a somno experrectum, vana esse somnia dicentem mandasse, ne cuiquam agro nec villa parcerent, omniaque corrumpent. Peruentum est tandem euentissima deuastatione Dunelmiam, cui D. Cutbertus presidere creditur, eamque adeo violenter peruagatus est, vt omnibus & fortunis & habitatoribus exhaustam reddiderit, &c. Subdit Boethius, vt collatis cum Anglis signis, quamquam viribus longe superior, victus sit ac duobus telis transfixus; vtque alterius ferrum alte infixum tibiæ, diuino miraculo, implorato S. Niniani nomine, sponte exierit, cum nulla antea arte auelli sine periculo potuisset: Telum autem, inquit, vnum Regis tibiæ infixum extrahi statim non potuit, nec priusquam S. Ninianum inuiseret: visa enim tum est tibiæ manifesto aperiri, ac telum profluere.

Gesta etiam hoc anno plura alia prælia in Britannia, Aquitania, & Occitania Anglos inter & Gallos, & vbiq; Gallos sub Anglico furore succubuisse, multasque vrbes victoris imperia admisisse, describunt pluribus M. S. Vaticanum e, Frossardus d gallico idiomate, & alij scriptores e. Pronæ ita ad exitum Gallorum res Flandros, qui ad comitis sui obsequium iam erant reuersi, in pristina pertinacia confirmarunt: apostolicam enim benignitatem, quæ ad ipsos paterno sinu excipiendo annis quatuor expectarat, delusisse queritur Pontifex in literis datis f ad Anibaldum & Stephanum Cardinales interuentos: Porro nos sperantes, quod apertis eorumdem Flamingorum rationis oculis, & cordibus diuinæ claritatis lumine illustratis, suis omisiss deuis ad præcipitium damnationis aterna ducentibus, ad viam veritatis & rectitudinis curarent dirigere gressus suos; post regressum dicti episcopi, nimirum Beltrami Bononiensis, de partibus prædictis Flandria, vt præsertur fere per quatuor annorum spatium desitimus a sa-

ciendis processibus contra ipsos. Nobis vero sic eos clementer expectantibus, superueniunt rumores implacidi & infesti, quod dicti Flamingi de mense augusti proximo præterito contra vtramque pacem prædictam in sua damnationis cumulum venire, ipsamque infringere dammandis & temerarijs ausibus non verentes, seque ac dictam patriam prædictis per Clementem & Ioannem Romanos Pontifices prædecessores, sicut præmissum est promulgatis, ulterius inuoluentes, regnum prædictum Francia hostiliter inuasissent, ad rebellionem, inobedientias, & offensas & iniurias graues & atroces prænominati Philippi moderni Regis Francia inconsultis motibus notorie prorumpendo. Nos igitur dissimulare ulterius salua conscientia non valentes, quominus tantis discriminibus ipsorum Flamingorum animarum obuiari, de his, quibus possumus, remedijs procuremus, discretionem vestra per apostolica scripta committimus, & mandamus, &c. Dat. prouinciam, vt si in Belgium ipsis aditus patuerit, vel in circumiacentibus locis diebus dominicis ac festiuis promulgent, latis a Clemete V. & Ioanne XXII. Rom. Pontificibus censurarum sententias illos incurrisse, ac singulos, qui in vtroque pacis fœdere scriptas leges resciderant, anathemate se irretisisse, vrbes vero ac populos ecclesiastico interdico deuinciri. Dat. Auin. kal. septembris anno v. Demum Belgæ partim censuris & religione, partim reuiuiscente veteri in auitos principes studio, ad Ludouici comitis obsequium biennio post redierunt. a

44. In Neapolitano quoque regno grauiores motus concitati sunt, cum alij in Ioannam vt viro illatæ necis, ream, sceptrisque indignam rebellionem mouerent, alij Ioannam vt puram a crimine tuereur in eandem. Carolus Dyrrachius regnandi spe & illecebra moueret arma: alij captata ex tumultu publico occasione improbitati frax laxarent. Quibus malis vt occurreret Pontifex, ad quem supremum in Siciliam vtramque spectabat imperium, regni administratione Guidoni Cardi demandauit, sed cum is id munus non admitteret: illud in Bertrandum tit. S. Marci Cardinalem Ebredunensem transfudit b; ad cuius præterea augendam auctoritatem vniuersæ illum in Italia ditionis ecclesiasticæ vicarium, ac publicæ pacis seruatorem creauit c Pontifex. Verum obiectæ aliæ ex alijs difficultates, ac maxime aduersa valetudo eundem legatum detinere, ne in regnum Neapolitanum ad suscipiendas publicæ rei habenas se conferret. Interea ingrauescebant publici tumultus, exercebantque mutua obant principes d; cumque ea ratione impendens sibi ex Vngaria discrimen vltro accerferent, Clemens ipsos ad concordiam est cohortatus. e tum Ildebrandino episcopo Patauino munus iniunxit f xvii. kal. iulij, vt vna cum Guillelmo episcopo Cassinensi regis stirpis principes in mutuam concordiam adduceret. Non Pontificis, non apostolicorum internunciorum, non procerum Siculorum consilia apud illos valere, donec iidem vel necem, vel exilium, vel vincula sibi regnoque excidium perperere. Inter hæc tulit Clemens aduersus Andream Regis interfectores, & omnes alios, qui illius cadis flagitio se deuinxerant, vlticem hanc sententiam g.

Clemens, &c. ad certitudinem presentium, & memoriam futurorum.

Detestanda nimium & horrenda nequitia, & infandi nefandique sceleris immanitas, per viros sanguinum & dolosos, innoxium sanguinem

Violacæ pax a Belgis.

Insigni iustia ijs censurati

a. Aegid. a. Royæ. av. 1348. in. eboon. Meyer. l. 13. Neapolitana turbæ.

b. Vill. l. 12. c. 5. 1. e. alijs. c. Clo. to. 4. ep. sac. 777. 778. e. Eod. to. ep. 1366. Bertrandum Card. ad eas cõ. ponendas missus.

e. To. 4. ep. sac. 1367. f. To. 5. ep. sac. 342. g. c.

h. Vill. l. 12. c. 5. 1. e. To. 5. ep. sac. 60. 61. 62. 63. f. h. ep. 104. Pontificia in Andream interfecto res sententia. g. An. 4. l. 3. ep. cur. 9.

Cæcium ad Angliam. M. S. Bibl. Vat. sign. 1346.

Scotus in Angliam. M. S. Vat. sign. 1346.

Londoniensi carcere mancipati.

Boethius. M. S. Vat. sign. 1346.

S. Niniani. M. S. Vat. sign. 1346.

Gallia. M. S. Vat. sign. 1346.

Paul. M. S. Vat. sign. 1346.

Paul. M. S. Vat. sign. 1346.

fitientes, in personam claræ memoriæ Andree Regis Siciliæ proditorialiter perpetrata, nos (qui propterea diris dolorum aculeis pungimur) inducit pariter & compellit, & communis utilitas fidelium (quorum interest, peccata nocentium, nota existere, & criminosos pœnas debitas luerre) persuadet vt quod apud multos est infausto rumore perlato longe lateque dispersum, nos silentio, innocentis sanguine clamante ad Dominum, non tradamus; sed potius enormitatem, sceleris & acerbitem flagitij in notionem publicam deducamus, & ipsius detestabilis crudelitatis acerbitem, & acerbitem facinoris crudelitatem, Deo & hominibus abominabilem, impunitam nullatenus, sicut nec salua conscientia possumus, relinquamus. Dudum siquidem inter Andream & charissimam in Christo filiam nostram Ioannam Reginam illustrem Sicilia, præcedente dispensatione legitima, matrimonio per carnis copulam consummato, nos ipsi Andree, deliberatione cum fratribus nostris habitadiligenti, nomen & titulum regium, prout ad nos pertinere dignoscitur, duximus ascribendum, ordinantes ipsum in Regem Sicilia vna cum dicta Ioanna coniuge sua inungi, & regale simul dictis coniugibus tribui diadema.

Vt decreta illi iussisset regia inunctio.

45 Cum itaque venerabili fratri nostro Guiljelmo episcopo Carnotensi tunc de mandato nostro in illis partibus existenti commississemus, quod ad dictorum coniugum honorem & communem nostram & regnicolarum latitiam ipsos auctoritate nostra inungeret, & diademate regio coronaret; ecce, quod versa est in planctum, cithara, & Rachel plorante filium, conuersum est speratum gaudium in mœrorem. Quidam etenim sceleratissimi iniquitatis filij & perditionis alumni, summum cogitantes & cogitatum audentes nefas perficere, prædictum Andream adolescentem ætate, moribus compositum, gestuque modestum, ac nullam in se machinationem fieri; cum quasi in proprijs laribus & intersuos securus existere crederet, suspicantem circa primum noctis silentium, vt cameram, in qua sibi erat nocturna quies, exiret proditorialiter seduxerunt, ipsumque tamquam agnum ad victimam foras educum morti turpissimæ, cogitatu terribili, dictuque lamentabili immaniter tradiderunt. O impietas Herodiana, & inhumanitas perhorrenda, quæ innocentis inebriata sanguine scuitia sic nefanda defecit. O effrenata temeritas, & crudelis factio, quæ non considerans illum, qui in Regem, etiam a Domino reprobatum, sine dolo manus iniecerat, a David Rege mitissimo mortis iudicium pertulisse; in Regem innocentem dolosa perfidia manus cruentas apponere non expauit. O nefarium & inauditum scelus, immane facinus, & piaculare flagitium, in quo ab impijs egressa est impietas, & prædones pietatis prædantes nequiter pietatem, tanquam hostes humanæ naturæ virum innoxium proditorie ac crudelissime peremerunt, non ipsius adolescentiæ, non innocentia, non tam illustrium, videlicet Franciæ, Sicilia, Vngariæ, ac Poloniæ Regum, a quibus traxerat originem claritatis, neque regali, qua pollebat, excellentiæ deferentes. Cuius itaque cor tam lapideum & penitus sic saxum, quod de tanto scelere non emolliatur, & commoueatur ad gemitum & dolorem? Cuius natura tam inhumana, qui non prouocetur ad lachrymas? Cuius tam durus animus, qui de tanta impietate, tam crudeliter perpetrata, non appetat iustitiam,

Atrox in eundem inrita conjuratio.

Nullus profapia clarissima respectus habitus.

& vlticis pœna debitum non expectet?

46 Sed nec hoc silentio præterimus, quod in peremptione Andree Regis præfati, vltitudinam offensam, nostra & Apostolica sedis reuerentia per prædicti facinoris patratores & eius participes non medioeriter est contempta; cum enim eundem Andream, quem affectione singulari & paterna benevolentia prosequebamur, sperarem futurum prædicti regni Sicilia vtilem, & pacificum gubernatorem, ac specialem nostrum & Romanæ ecclesiæ filium, & fidelem & strenuum defensorem; nunc per sceleratorum huiusmodi flagitium spe nostra frustramur, & de regni ipsius turbatione ac periculosis dispendijs verisimiliter dubitatur. Res etiam publica & vniuersa fidelium multitudo ex hoc est læsa multipliciter & offensa. Quis enim locus tutus esse poterit, cuique domus, quæ consuevit esse tutissimum refugium, dicetur secura, cum in habitatione propria tantus princeps occubuerit sceleribus impiorum? De quibus audebunt homines confidere, aut quibus fiducialiter se committent, quando Rex ab illis, per quos liberari ab aliorum insidijs sperare debuerat, proditorie traditus est diræ morti?

47 Cum igitur prædictum flagitium in grauissimam diuinæ maiestatis offensam, in nostrum & Apostolicæ sedis contemptum; & cunctorum fidelium scandalum, vt præmittitur, ac exempli perniciem fuerit sic nequiter perpetratum; dignum reputamus & iustum, vt qui in tot & tantis præsumperunt offendere, indignationis iustæ non euadentes aculeos, pœna multiplici feriantur, vt similibus proditorum malitia successorem non inueniat, & punitæ transgressionis exemplar alios retrahat ab offensa. Ideoque Saluatoris nostri, qui est Deus vltionum, & iustus iudex vindicans delicta patrum in filios, vices licet immeriti gerentes in terris, prouida consideratione pensantes facinus huiusmodi in regno Sicilia, quod iuris & proprietatis ecclesiæ Romanæ, nostræque temporali iurisdictioni subiectum existit, perpetratum fuisse, & ad nos (attentis prædictis & alijs causis rationabilibus) in casu præfati cognitionem & punitorem dicti criminis pertinere; ac nolentes, prout nec velle debemus, tam horrendum facinus & detestabile scelus impunitum relinquere, ne ex impunitate trahatur in exempli perniciem, sed potius metus pœnæ metæ similis præsumptionis existat; considerantes quoque quod, cum dicti sceleris enormitati vix, attentis omnibus eius circumstantijs, pœna concedens valeat respondere, non indignum existit, vt vltionis seueritas amplius extendatur, & propter enormitatem culparum plagarum modus exuberet, nec pœnis solitis contentemur; ad infligendas infra scriptas pœnas, quas ob maleficia solui ratio magna suadet, contra malefactores prædictos in virtute Altissimi exurgentes, deliberatione cum fratribus nostris præhabita diligenti, de ipsorum consilio, auctoritate Apostolica, & de plenitudine potestatis omnes & singulos, cuiuscumque status, dignitatis, præminentia, sexus, vel conditionis, ecclesiasticæ vel secularis existant, qui interfecerunt vel interfici mandauerunt Andream Regem prædictum, vel interficientibus ipsum ad hoc dederunt scienter auxilium, consilium, vel fauorem; aut interfecionem huiusmodi eorum nomine factam ratam habuerunt, vel interficientium eorundem in ipsa interfecione socij & complices extiterunt, tanquam famæ

suæ prodigos infamiæ perpetuæ nota damnamus, omnibus legitimis actibus priuantes eosdem, ac decernentes, quod sint prorsus intestabiles, vt nec testandi liberam habeant facultatem, nec ex testamento seu ab intestato succedere vel aliquid ex cuiusquam successione percipere valeant, nec ad reddendum testimonium admittantur. Dentur cuncta eorum ædificia in ruinam, nec sit qui inhabitet ea, & perpetuæ infamiæ notam perpetua ruina testetur, nulloque tempore reparentur. Nullus eis debita reddere, vel respondere in iudicio teneatur. Bona quoque omnia mobilia & immobilia, iurisdictiones, iura ipsorum, vbilibet constituta publicamus, eis sub quorum consistunt dominio sine iuris alieni præiudicio applicanda. Omnibus dignitatibus & beneficijs ecclesiasticis, quantacumque & qualiacumque existant, quæ obtinent, omni spe restitutionis adempta: ac etiam honoribus & dignitatibus, ac publicis officijs & administrationibus & earum exercitijs secularibus priuamus eosdem, ipsos redentes inhabiles ad similia in posterum obtinenda. Vassallos etiam & subditos eorum, si quos habent, a fidelitate, qua tenentur eisdem, absolimus, iuramenta super hoc præstita de apostolica potestatis plenitudine relaxantes.

48. Decernimus quoque, vt omnia loca, ad quæ dicti rei, postquam per nos vel alios, quibus hoc commiserimus, rei & culpabiles tanti sceleris fuerint declarati peruenierint, quandiu inibi scientibus ipsorum locorum dominis, siue rectoribus, aut vniuersitate eorum præsentibus fuerint, nisi quamecito sciuerint capiantur, & capti ad nos fideliter deducantur, ecclesiastico eo ipso sint supposita interdicto. Ad hæc vniuersis & singulis ciuitatibus & vniuersitatibus quibuslibet, & personis singulis ecclesiasticis & mundanis, cuiuscumque dignitatis, præminentia, status conditionis, aut sexus existant, hoc generali mandamus edicto, vt nullus supradictos aliquo ex dictis modis reos, vt præmittitur, declaratos receptet vel defendat vel, quantum in eo fuerit, receptari aut defendi permittat: nulla eos vniuersitas in potestatem vel consules aut rectores recipiat, vel ad quodlibet aliud officium, quocumque nomine censeatur, admittat: nullus commercium aliquid aut communionem quamlibet, nisi forsan in illis, quæ salutem animarum ipsorum respiciunt, habeat cum eisdem: nullus eis præstet auxilium vel fauorem publicum vel occultum: nullus cum eis sub quouis prætextu seu colore societatem, ligam, seu confederationem aliquam inire præsumat: nulla vniuersitas, vllaue singularis persona, eis vel eorum aliqui quouis iure subiecta, post declarationem prædictam pareat aliquo modo vel intendat. Alioquin omnes singulares personas, scienter contrarium facientes, sententiam excommunicationis, quam ex nunc in ipsos ferimus, incurrere volumus ipso facto. Vniuersitates autem, quæ secus scienter fecerint in præmissis vel aliquo præmissorum, et terras eorum, qui scienter dictos reos receptauerint, aut defensusauerint, aut societatem seu confederationem cum ipsis scienter inuierint, ecclesiastico supponimus interdicto; ipsaque societatem, ligam, et confederationem initas et in posterum ineundas, etiam si pœnarum aut iuramenti adiectione vel quacumque fuerint alia firmitate vallata, quatenus in ipsis eorum commodum vertitur, omnino viribus vacuamus, et esse decernimus vacuas, irritas, et inanes. Vt autem

facinoris huiusmodi pœna, in ipsorum reorum, producenda et duratura posteris, in omnium notitia futuris temporibus diffundatur, eadem auctoritate statuimus, vt sicut nec ipsis, ita nec descendentes vsque ad secundum gradum, ab ipsis vnquam portæ pateant dignitatis, nec ad dignitatem aliquam ecclesiasticam vel secularem ipsis vel eorum alicui pandatur aditus, seu ad impetrationem illius eis vel supplicantibus pro eisdem præstetur auditus: et omnibus legitimis actibus priuantes eosdem, districtius inhihemus, vt ad clericatum vel clericorum consortium, ministerium, vel beneficium ecclesiasticum seu in regularibus domibus ad eminentiam prælationis cuiuslibet, seu quodcumque ecclesiasticum vel seculare officium publicum nullo vnquam tempore ipsorum aliqui assumantur, & ad ea obtinenda inhabiles prorsus existant.

49. Monemus insuper omnes & singulos in dicto regno & terris ipsius citra pharum, ac vicinis eis partibus infra vnus diatæ vulgaris spatium commorantes, cum de illis sit magis verisimile, quod de reis prædicti criminis & veritate facti possint infrascriptos melius & certius informare, cuiuscumque dignitatis, præminentia, status, sexus, vel conditionis ecclesiasticæ vel secularis existant, qui sciunt illos vel aliquos ex eis, qui fuerint facto, opere, aut consilio, seu alio quouis modo culpabiles sceleris supradicti, quatenus huiusmodi reos, & quidquid de crimine prædicto sciunt, dilectis filijs nostris Bertrando S. Marci & Guidoni S. Cæcilia titularum presbyteris Cardinalibus, quos ad partes Italiae cum plenæ legationis officio prouidimus destinandos, seu eorum alteri, vel ad hoc deputatis ab ipsis, postquam ipsi legati regnum prædictum, seu terras prædictas ipsius regni citra pharum, intrauerint, vel ab ipsis regno vel terris per triginta miliaria non distabunt, infra triginta dierum terminum, ex quo commode poterunt, omni fraude cessante, reuelare clare & specificè teneantur. Alioquin ipsos sententia excommunicationis innodamus, contra eos & alios prædictos grauius spiritualiter & temporaliter processuri, prout viderimus expedire non obstante si aliquibus ex supradictis a sede sit indultum prædicta, quod excommunicari vel interdici, siue ipsorum terræ seu loca interdicto supponi ecclesiastico non possint per literas apostolicas, non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi ac eorum personis, locis, & nominibus proprijs mentionem.

50. Caterum prædictas omnes excommunicationum sententias sic firmiter sic inuolabiliter volumus obseruari, quod absoluendi ab eis vel relaxandi easdem, nisi tantum in mortis articulo, tam omnibus penitentarijs nostris, quam quibuslibet alijs confessoribus generalibus vel specialibus, seu familiaribus quorumcumque vel quantumcumque sublimium personarum vbilibet consistentium, etiam si eis a nobis vel aliquo prædecessorum nostrorum sub quacumque verborum forma absoluendi a sententijs hominis vel canonis, seu eas relaxandi generalis vel specialis sit concessa facultas, adimimus potestatem. Concedimus tamen, quod omnes illi, cuiuscumque status aut sexus existant, qui solum, ratione scientia & non reuelationis reorum præfati facinoris in huiusmodi sententias forsitan inciderint, possit per dictos Cardinales seu eorum alterum, postquam de ijs, quæ super prædictis sci-

Dezeri
Cardina-
les legati-
ad quos
de cõseijs
sceleris re-
feratur.

Adempra-
facerdoti-
bus absol-
uendi cri-
minis po-
testas.

sciuerint, reuelauerint veritatem, iuxta formam ecclesie absolutionis beneficium obtinere. Per presentem autem processum non intendimus predictis Cardinalibus, quin iuxta potestatem, per nos eis circa premissa vel eorum occasione concessam, vel in posterum concedendam, per se vel alium seu alios ad penas alias imponendas & per nos, vt premittitur, impositas declarandas, & executioni mandandas contra reos predictos procedere libere valeant, adimere potestatem. Vt autem processus noster huiusmodi & omnia contenta in ipso ad omnium illorum, quos tangere dignoscitur, notitiam communem deducatur, chartas siue membranas, processum continentes eundem, in maioris ecclesie Auinionensis appendi vel affigi ostijs faciemus, quæ processum ipsum suo quasi sonoro preconio & patulo indicio publicabunt, vt ipsi, quos processus ipse contingit, nullam possint excusationem pretendere, quod ad eos non peruenit, vel quod ignoraerint eundem: cum non sit verisimile, quoad ipsos remanere incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. *Actum in palatio nostro Auinionensi kal. february anno 10.*

Expositum palam hoc edictum.



51 Commisit a Pontifex III. nonas iunij Bertrando e Baucio comiti montis Cauosi, vt in necis Andree Regi illatæ participes legum seueritatem exerceret. Sumptum itaque est illius iustu supplicium de Tralizi & Ebuli comitibus vt regie necis auctoribus, quorum postremum magnum regni, vt vocabant, senescalum turpis cum Regina Ioanna commercij ignominia ex publica fama notatum refert Ioannes Villanus b: qui iniecto hamo linguæ, ne loqui possent (Pontificem enim Bertrando imperia dedisse vidimus, vt si Regina regie principes criminis participes reperirentur, rem silentio premeret, sedique Apostolicæ accurate circumstantijs descriptam referret, ne regnum in maiores tumultus conijceret, sibi que Regine iudicium reseruaret) impositi curru lapidibus sunt obruti a furente dolore & vindicta populo, flammisq; traditi. Raimundus prefectus cubiculi Regine captus ac filius, cui a Pace nomen inditum, Andree Regis interfecti cubicularius publice, detractis forcipibus carnibus, excarnificati: Raimundus Cabanus & Nicolaus Mirazanensis septimo augusti haud dissimili affecti supplicio: in carceres etiam coniectæ duæ sœminæ Philippa Regine magistra ac Sancia Campana, quæ apud ipsam plurimum gratia floruerant; sed harum patrociniū Ioanna enixe suscepit. Et certe pretermissum aliquorum solum supplicium, datis ad Bertrandum e Baucio VII. kal. decembris literis queritur c Pontifex precipitque, vt cum reorum causam iam instruxerit, leges in eos exerceat.

a Tom. 5. ep. sac. 45. Io. Vill. l. 12. c. 51.

b Io. Vill. l. 12. c. 51. Summone hist. Neap. l. 3. c. aliq.

Dux mulierculæ sceleris auctrices.

c Ibid. ep. sac. 751.

Ioanna in crimen vocata ab Vngaro.

d Colletus hist. Neap. l. 5. e Summ. l. 3. Grauissima in eâ accusatio. f Bonif. dec. 3. lib.

52 Non hæc placarunt Ludouicum Vngarie Regem, agre ferentem posci quidem ministros sceleris ad supplicium, sed illius austruicem dissimulatione præteriri. Parabat itaque exercitum vlciscendæ necis Andree Regis fratris sui cupiditate, ac Ioannam Reginam in crimen vocabat vt adulteram. Afferuntur subiectæ aculeatæ & ardentes Ludouici literæ a Colletutio d: *Inordinata, vita precedens, retentio potestatis in regno, neglecta vindicta, vir alter susceptus, & excusatio subsequens necis viri tui te probant esse participem & consortem.* Adduntur apud Summontium hæc verba e: *Neminem tamen diuini humanius iudicij penas nefario sceleri debitas euasurum.* Eadem est literarū quas Bonif. affert, sententia; quamuis

verbis discrepent. Postulabat Vngarus eodē crimine Carolum Dyrrachij comitem, cum Andree regiam inunctionem retardasset; Robertum Tarentinum principem nuptiarum cum Regina spe in Andree necem conspirasse: qua etiam suspicione Catharina Imperatrix, cum Ioannam regeret, ac alterū ex filijs extollere ad regnū meditaretur perstricta. Denique consanguineos reliquos tanquam eiusdem necis participes accusabat, missis que oratoribus ad sedem Apostolicam, verbis acerbissimis, quæ fraternæ necis dolor exprimebat de Pontifice est questus, qui extracta Andree regia inunctione, ambitiosis de corona ac vita fratri eripiendis occasionem dedisset: de Talayrando Cardinale, qui ad Dyrrachij principis nepotis gratiam flagitio assensisset: de Regina Ioanna, aliisque principibus vt diræ mortis auctoribus: in quos, aliosque sceleris ministros agi legibus; sibi vero Siculam coronam iure fiduciario cõferri postulauit, neue ad Roberti principis Tarentini alteriusue e regia stirpe, vt matrimonium cum Ioanna contraheret, leges canonicas solueret. Ad quæ singula suis capitibus distincta ita respondit Pontifex a.

Clemens, &c. Ludouico Regi Vngarie illustri.

53 Super eo, quod postulas, vt tibi & præfato Stephano germano tuo præfatu regnum Siciliæ dare & locare velimus, breuiter respondemus, quod licet desideremus tibi & dicto germano tuo, quantum cum Deo & rationabiliter possemus, istis præsertim temporibus, quibus vobis sic dire afflictis compatimur, complacere; attamen scire potes & debes, fili dilectissime, quod hoc facere sine Dei offensa & læsione iustitiæ præsentialiter non valemus: cum enim dicta Ioanna Regina Siciliæ, ad quam dictum regnum hereditario & successionis iure peruenit, in possessione pacifica dicti regni existat, pro quo nobis & ecclesie Romanæ fidelitatem & homagium ligium præstitit, & inuestituram ipsius a nobis recepit, prout prædecessorum suorum tempore extitit obseruatum; nondum de dicto scelere conuicta sit aut confessa, nec iudicialiter dicto regno priuata, vel quod dictum regnum perdidit declaratum, & ob hoc nondum sit certum, prædictum regnum ad nos & Romanam ecclesiam ob causam huiusmodi vel alias deuolutum; videat & prudenter attendat, quæsumus, regia celsitudo, quomodo id, quod ipsa Regina tanquam domina possidet, & quod adhuc nostrum esset non apparet, nec ad manum nostram & Romanæ ecclesie peruenisse, possimus tibi concedere, & in hoc cum alterius iniuria & læsione iustitiæ complacere.

54 In hoc autem fiduciam, te volumus habere, quod si dictam Reginam de nece prædicta culpabilem reperiri, & ob hoc regnum ipsum ad nos deuolui contingat, super quibus & alijs supra dictis si vias aliquas aperias, iustitia & ratione suffultas, eas quantum cum Deo & iustitia fieri poterit, fauorabiliter admittemus: ad te enim & germanum tuum prædictum, directe de domo Siciliæ procedentes, specialem & paternam considerationem habere intendimus, & inter alios tam ex causa prædicta, quam in consolationis deflebilis * fauorem apostolicū sine alterius præiudicio exhibere. Et infra: Porro super dispensatione matrimonij dictæ Regine, super qua nihil tibi scripsisse reperimus, pro qua non fienda deuotius supplicasti; rescribimus, quod licet pro obtinenda dispensatione prædicta multoties, & a

mul-

multis magnæ auctoritatis viris nobis fuerit supplicatum; attamen supplicationem huiusmodi nolimus exaudire, nec ad concedendam dispensationem huiusmodi intendimus properare, nec ad ipsam faciendam procedere, nisi iustæ & rationabiles causæ suaserint, quæ ad concedendum dispensationem prædictam mouere merito debeant serenitatis apostolicæ puritatem.

55 Illud nempe non omittimus, quod mirari non debes, fili amantissime, neque nobis aliquid imputare, si negotium coronationis Andreae fratris tui prædicti non per annos, ut scribis, sed per menses aliquos est dilata: scis enim, quod negotium de se erat arduum, insolitum, & non clare sub iuris regulis limitatum: propter quod utrum de iure posset hoc fieri, multi magnæ auctoritatis viri probabiliter dubitabant, asserentes quod coronatio magis ex gratia, quam iustitia, dependebat: & super ordinandis cautelis, quæ in coronatione adhiberi debebant, non modica fuit altercatio, prout negotij qualitas exigebat. Et ideo tum ex ijs, tum etiam quia ambaxiatores tui super prouisione coronationis fiendæ vias varias tetigerunt, quæ deliberatione habuerunt necessario prorogare, cum etiam propter diuersa negotia, ad sedem Apostolicam vndique confluentia, quæ intermitteri totaliter non decebat, negotium coronationis prædictæ aliquandiu extitit necessario prorogatum.

56 Denique, fili charissime, mirari cogimur, quod celsitudo regia dilectum filium nostrum Talayrandum tit. S. Petri ad vincula presbyterum Cardinalem de scelerata nece germani tui conscium literarum prædictarum serie descripsisti: licet enim ipse in negotio dicti regni Siciliae pro nepotibus suis interdum institerit, eorum iustitiam allegando, & pro eorum prouisione sine iuris alterius præiudicio pure in ipso negotio procedendo; non debuisti propterea vel quiuus alius existimare, quod idem Cardinalis, qui de præclaro & antiquo genere trahens originem, magna probitate & literarum scientia existit præditus, & multiplicibus virtutibus insignitus, tanti sceleris conscius fuerit, vel ei dederit initium, consilium, auxilium, vel fauorem: nam, ut cum veritate loquamur, audita nece prædicta, indicia euidentia, signa patentia ingentis tristitiæ & doloris noscitur ostendisse. Cessante igitur, quæsumus, apud te suspitione prædicta, quæ caret proculdubio veritate, credas quod prædictus Cardinalis in prædicti regni, vel quocunque alio negotio, nihil scienter ageret, quod diuinam crederet offendere maiestatem, aut maculam in gloriam suam poneret, vel suam & domus suæ nobilitatem aliqualiter denigraret. [Addidit Talayrandi apologiæ Clemens ad Ludouicum preces, ne qua vindictæ cupiditate ab æquitate abhorrentia moliretur: tum subdit.]

Postremo serenitatem tuam rogamus, obsecramus, & in Domino exhortamur, quatenus progenitorum tuorum clara sequens vestigia, qui tanquam benedictionis filij deuotione purissima Romanam ecclesiam matrem suam sunt singulariter profecuti; considerans quoque fauores & beneficia, quæ progenitores tui Reges Vngariæ ab eadem ecclesia receperunt, in deuotione eiusdem ecclesiæ studeas perseuerare constanter; & ipsius tanquam piæ matris consilij & beneplacitis te coaptans, nihil minus sano ductus consilio attentare procures, quod posset in offensionem Dei & prædictæ ecclesiæ redundare.

Annal. Eccl. Tom. XVI.

Dat. Auin. 11. id. martij anno 10. Abducere his precibus nitebatur Clemens Ludouicum Regem Vngariæ, ne fraternæ necis vindictâ regni-que Neapolitani occupandi cupidine bello Siciliam adoriretur: tum edicta Clementis V. & Ioannis XXII. Pontificum, quibus censura idem regnum inuafuris obiecta fuerant, cum Henricus Imperator & Fridericus Trinacriæ Rex expeditionem in illud appararunt, instaurauit a: quæ tum Genuæ, tum Venetijs b promulgari, atque a Bertrando patriarcha Aquileiensi Vngaro Regi exponi iussit. c

57 Cum vero Elisabeta Vngariæ Regina de nuru Ioanna Neapolitana sumendum supplicium instaret, deque Pontifice quereretur patrocinium illius arripi, hæc respondit Clemens d.

Clemens, &c. charissima in Christo filia Elisabeth Regina Vngariæ illustri.

Quia, sicut alias scripsisse magnitudini tuæ meminimus, iuris non patitur æquitas nec ratio persuadet, quod executio cognitionem præcedat, mirari non debet tuæ circumspexio, nec est horrendum auditui, si Ioanna donec conuicta & condemnata de iure fuerit, nomenetur Regina: immo si fieret aliter, vel regni administratio, quousque per sententiam illo priuata existeret, amoueretur ab ipsa, & concederetur alteri, eidem irrogaretur proculdubio iniuria manifesta. Et quamuis credas, filia præcharissima, impossibile & apud aliquos difficile asseras reputari, quod infra regnum Siciliae posset dicta iustitia ministrari; scire tamen tuam prudentiam volumus, quod ecclesia Romana prædicta maiora & magis difficilia, quam sint ista, & in illo regno & in alijs fecisse noscitur, & ad effectum plenarie deduxisse. Et quamquam modus, quem dicta Ioanna mortis tempore, & post mortem dicti Andreae Regis viri sui scribitur obseruasse, commendandus proculdubio non existat; scire tamen debet tuæ excellentia, quod ecclesia Romana prædicta, quæ veritatem quærit, & iustitiam in omnibus factis suis non consuevit, sicut nec debet præsertim in tanto casu, ex præsumptionibus iudicare. Porro super custodia pueri supra dicti (nimirum Caroli & Ioanna ex Andrea suscepti) diligentiam quam potuimus, adhiberi fecimus hæcenus & facere intendimus: ac super hoc, cum rem nostram & eiusdem ecclesiæ reputemus agi principaliter in hac parte, venerabilem fratrem nostrum Ildebrandinum episcopum Paduanum specialiter, ut ordinetur quod tuæ curæ ac custodiæ tradatur dictus puer, vel alias taliter ordinetur de ipso, quod cuiuscumque periculosa suspicionis tollatur materia, duximus destinandum; intendentes ea, quæ super his quomodolibet fecerit, excellentiæ tuæ absq; moræ dispendio nunciare, ac vltius iuxta tuæ prouisionis consilium ordinare. Et infra.

58 Non omittimus rescribendum, quod quæuis Regnum Siciliae de directo dominio nostro & ecclesiæ Romanæ prædictæ sit, & omnes regnicolæ sub nostra & eiusdem ecclesiæ generali protectione constant; tamen dictus Andreas Rex sub alia protectione nostra speciali nequaquam extitit interfectus: immo, sicut alias scripsimus pro conseruatione vitæ suæ ac augmento honoris & status sui, tam mittendo ad partes illas venerabilem fratrem nostrum Guillelmum episcopum Carnotensem, quam alias duximus, adhibita diligentia quam potuimus, laborandum. Nec sanguis eius innoxius propter nostram, & ecclesiæ negligentiam, sicut præmissum est, remanebit inultus.

C c cum

a An. 5. l. 2 ep. diuersi. form. 148.

b To. ep. 148. c 1b. 5. ep. Secr. 251. d To. 5. ep. Secr. 255.

Cur Ioanna erepta supplicio.

Purgat & Clemens de Andreae nece

Excusae Pont. pro rogaram iuste Andreae inuentionem.

Non con. iustitiae de iure.

Excusatur a Pont. Talayrandi Card.

Tuificie ad Lud. Regem placandū preces.

cum simus & fuerimus parati iustitiæ debitum, prout ad nos pertinet, exequi: nec nobis a Deo vel hominibus poterit imputari. Rogamus itaque serenitatem tuam regiam, & in Domino attentius exhortamur, quatenus super prædictis & alijs diuinis & eiusdem sedis beneplacitis se conformans, huiusmodi responsiones nostras benigne recipias & mature, certam de nobis & sede prædicta fiduciam habitura, quod circa iustitiam de prædictis sceleribus, & eorum patratōribus tam per dictum legatum, qui se festinanter præparat & disponit ad regnum proficisci prædictum, quam per præfatum comitem ac alios & alias sicut melius fieri poterit ministrandam, adhibere operose sollicitudinis diligentiam faciemus; & super his, quæ tui dictorumque natorum tuorum & domus prædictæ regiæ incrementa commodi respicient & honoris, reperiemur, quantum cum Deo fieri poterit, propitij & benigni. *Dat. Avin. xvi. kal. aug. anno v.* Cum legatus Neapolim peruenisset, male a Ioanna & principibus exceptus est; neque enim passi sunt, ut ex imposita ei provincia in ipsos inquireret: de quo Clemens questus est a Vngarum Regem ad vltionem sine ulla dignitatis discrimine repetendam concitatum iri. Abscessit itaque Beneuentum legatus, cui Beneuentani agri limitis definiendi munus iniunctum erat. Visum vero est Pontifici designandos tum illius limites ne, si Pannoniæ Rex irumperet in Neapolitanum regnum, Beneuentano agro eiusque oppidis vastitatem inferret: de cuius irruptione ac Ioannæ fuga proximo ac altero sequenti anno agetur.

Incumbebat alterius Trinacrii belli moles e Regiæ Ioannæ: ex dissensionibus enim Neapolitani regni captata occasione Ludouicus princeps Aragoniæ stirpis, qui transmissum iniuria a Petro Friderici Regis filio sceptrum in Trinacria sustinebat, Guillelmi regni procuratoris opera Mylasense mense augusto terra marique obsidione cinxit, & arcem quamuis milite & comœtu instructam ad deditiōnem pellexit: et quamquam a Clemente indictæ d erant triennales induciæ, bellum vrsit. Ambigua erat ac suspensa ex sui commodi, & confirmandæ in Trinacria dominationis inique occupatæ spe principum Aragoniorum fides: eaque de causa de fœdere cum Ludouico Vngariæ Rege, qui expeditionem Siculam meditabatur, ineundo agitarunt e, ac polliciti sunt quadraginta triremes ad pellendam Siciliæ regno Ioannam se instructuros, ijs legibus, ut Ludouicus omnibus in Trinacriam iuribus cederet, ac Rhegium aliasque Calabriæ terras concederet, quas aliquando Fridericus bello de Roberto Rege pepererat: quæ fœdera affinitatibus, ducta a Guillelmo duce Athenarum Regis Vngariæ sorore, sancienda essent. At iniquas nimium leges Vngarus, uti suis vtilitatibus contrarias, repudiavit. Præterea tot hostibus aduersus Reginam Ioannam, ut bellis vndique cinctam facilius auitis principatibus spoliarent, accessere Ioannes archiepiscopus Mediolanensis & Luchinus Vicecomes f, qui ut in Pedemontio imperium proferrent, indictas a Guillelmo tit. SS. Quatuor coronatorum presbytero Cardinale inducias violarunt. Isque erat infelix Ioannæ Regiæ rerum status, in quem post Andræ viri necem collapsa erat: ut cum antea suæ potentiæ terrorem finitimis iniiceret, nunc ab Insubribus, Genuensibus Vintimilium repetentibus, Trinacrijs, Vngaris, atque ipsis Siculis citerioribus vndiq; bellis appeteretur: ad quæ pacanda Pontifici desudandū fuit.

59 Caterum restituendæ Insubriæ pacis desiderio incensus Clemens, indictas iam ante ab eodem Guillelmo Cardinale inducias inter Italos principes ad biennium extraxit a.

Clemens, &c. ad futuram rei memoriam.

Dilectum filium nostrum Guillelmū tit. SS. Quatuor coronatorum presbyterum Cardinalem propter vrgentem & euidentem necessitatem prædictarum partium Lombardiæ, quibus sperabamus per eius prouidentiam circumspectam, illo auxiliante qui potest omnia, in prædictis salubriter consuli & vtiliter subueniri, cum plenæ legationis officio de fratrum nostrorum consilio ad partes easdem duximus destinandum. Qui tandem comperto ibidem inter alia quod, fama publica longe lateque notorie diffundente, hostis antiquus & pacis æmulus, omniumque malorum incensor sic in dilectis filijs nobilibus viris Luchino de Vicecomitibus in Mediolano pro nobis & ecclesia Rom. vicario generali, ac Ludouico de Gonzaga & eius filijs, ac Simone de Corrigia & eius fratribus, ac communibus vniuersitatum Mediolani, Mantuæ, Rhegij, & Parmæ ex parte vna; nec non Alberto & Mastino fratribus, nostris & eiusdem ecclesiæ Romanæ in Verona vicarijs generalibus, & communibus vniuersitatum Veronæ & Vincentiæ ex altera; ac in ipsorum prænominatorum & eorum cuiuslibet & dictorum filiorum & fratrum suorum, ac communium vniuersitatum ipsarum colligatis amicis, valitoribus, vassallis, subditis, hominibus, gentibus, & fautoribus hinc & inde vbilibet constitutis maleuolentias, brigas & guerras innumeras suscitaret, quod hinc inde manus ad res bellicas erant dispositæ; & quod ad hæc grandia mala, periculosa scandala, ac dissipatio notabilis totius patriæ, multaque alia mala verisimiliter sequi poterant, de propinquo; cupiens plurimum in eorundem nobilium & singulorum ipsorum cordibus veræ pacis & concordie semina serere, dictique hostis antiqui malitijs obuiare, treugas firmas & validas, & guerrarum inducias inter eosdem nobiles & eorum singulos hinc & inde, ac terras, loca, castra, colligatos, amicos, valitores, vassallos, subditos, gentes, homines, & fautores ipsorum suæ legationis auctoritate ex officio suo sub certis spiritalibus & temporalibus pœnis indixit vsque ad tres annos inclusiue, tunc inchoandos a vigesima sexta die mensis februarij pontificatus nostri anni primi, continue duraturas. Quas subsequenter præfati nobiles & quilibet eorundem, ac nonnulli colligati, amici, valitores, vassalli, subditi, gentes, homines, & fautores ipsorum emologarunt, approbarunt, & ratificarunt solemniter & expresse; ab eisdem etiam & eorum singulis super treugarum & induciarum huiusmodi plena obseruantia præstitis ad sancta Dei euangelia corporaliter iuramentis, prout in patentibus literis eiusdem Cardinalis, sigillo munitis, super indictione treugarum & induciarum prædictarum, & quibusdam publicis instrumentis super emologatione, approbatione, & ratificatione treugarum & induciarum earundem, ac præstatione iuramentorum dictorum nobilium de illis obseruandis confectis plenius continetur.

Quia igitur dictorum trium annorum finis instare dignoscitur, nondumque hostis prædicti sæuiente versutia ad pacis & concordie bonum desideratum, quod dolentes referimus, est deuentum; nos cupientes ab intimis inter eosdem nobiles vijs & modis, quibus illo præstante, a quo

a Tom. 5. ep. fecr. 1226.

b Io. Vill. sup. e. 70.

c Id. Vill. 12. e. 68. Fazell. de reb. Sic. post decad. 8. 9. Melaciū Ioanna ereptum.

d Clem. an. 5. l. 3. ep. cur. 1. Pacifici cū Vngaro fœdus moliti Trinacrii. e Io. Vill. sod. e. 68.

Viccomes Ioannæ infensi

Pedemontium vexatum bello a Vicecomitibus. f To. 5. ep. fecr. 681.

4 An. pag. 7. De Gal. lemi Card. Insubriæ legatus

Indictas ab illo ter dicitur tientes ducij.

Vt ab illis ueris partibus ex hactenac sine.

quo bona cuncta procedunt, fieri poterit, pacem & concordiam reformari, prædictas trenguas firmas & validas & guerrarum inducias inter eosdem nobiles hinc, & inde & eorum singulos, ac terras, loca, castra, colligatos, amicos, valitores, subditos, gentes, homines, & fautores eorum. a. *Caritate apostolica ex officio nostro vsque ad duos annos inclusivè, inchoandos a prædicto sine dictorum trium annorum, continue duraturas, sub modis, formis, conditionibus, monitionibus, pœnis, & sententijs, sub quibus per Cardinalem præfatum ad prædictos tres annos indixit fuerant, prorogamus & etiam ipsas de novo indicimus per præsentem. Nulli ergo, &c. Dat. Avin. 11 non. ianuarij anno IV.* Repetita, cum nouæ turbæ oborirentur, eadem fuere imperia a, ac demandata prouincia Beltramiño episcopo Bononiensi b, vt induciarum violatores censuris percelleret: tum ad eas seruandas Luchinum, Iacobum e Sabandia, Ioannem marchionem Montisferrati, Ludouicum Gonzagam; tum Opizonem Marchionem, Albertum & Mastinum Scaligeros, Thadaum Pepulum, Iacobum Carrariam illius belli societate implicitos est adhortatus c. Non admixta tum a Luchino Vicecomite induciæ, cum breui Parma se potiturum speraret.

60 Imminebat Italiæ alterius belli terror, ad quod auertendum, tum ad pacandam ditionem ecclesiasticam, abrumpendosque Ludouico Bauaro aditus, ne in Italiam penetraret, Ebredunensem Cardinalem, de quo antea memorauimus, legatum decreuit his literis d.

Clemens, &c. dilecto filio Bertrando tis. S.

Marci presbytero Cardinali

A. S. L.

Dum anxie cogitamus statum Tusciæ, Romandiolæ, marchiæ Anconitanæ, ducatus Spoletani, patrimoniij B. Petri in Tuscia, Campania, ac Maritimæ prouinciarum; nec non Ferrariensis, Bononiensis, Perusina, Tudertina, Narniensis, Reatina, & Interamensis ciuitatum & diocesum, ac aliarum terrarum & prouinciarum Romanæ ecclesiæ temporaliter subiectarum, in partibus Italiæ consistentium & circumpositarum, ac aliarum vicinarum partium, quas inueterata dissensio longis, proh dolor! retro continuatis temporibus plurimum lacerauit, & quas guerrarum turbines exposuerunt animarum periculis & personarum ac rerum dispendijs infinitis; quodque propter hoc neglectus cultus diuinus ecclesiarum & ecclesiasticorum locorum iura violenta direptione in prædam posita, libertas ecclesiastica conculcata fuerunt & (quod deffendum est potius & dolendum) pullularunt schismata, & insurrexerunt hæreses contra catholicæ fidei puritatem; & quod, quamuis status huiusmodi fuerit in nonnullis locis dictarum prouinciarum ac partium aliqualiter tranquillatus, nihilominus tamen inter multos magnates & nobiles, vniuersitates ciuitatum, castrorum, villarum & aliorum locorum prouinciarum ac partium earundem solitæ dissensionis fomes & rancoris seminaria remanserunt ex quibus noscuntur præmissa & alia grauiora non facile numeranda pericula animarum & corporum facultatum lapsus, & multa dispendia prouenire nostris præsentialiter obtutibus; dum etiam in mente reuoluimus obstinatas nequitas & rebellionem proteruam Ludouici de Bauaria hostis Dei & ecclesiæ manifesti, de hæresi condemnati, & quod ipse sub prætextu contubernij de filio suo

cum comitissa Tirolis contra Deum & bonum publicum, ac in suarum animarum periculum, per sui facti potentiam publice attentati, comitatum Tirolis, partibus Lombardia contiguum seu vicinum, sua temeritate damnabili occupauit, vt per illum sibi ad prædictas & alias Italia partes, quas sicut multi fidedigni referunt, se velle intrare asserit, liberior pateat transitus & accessus, ac fideles & deuotos partium earundem, sub nostra & sanctæ Rom. ecclesiæ obedientia & deuotione manentes, in suum deuium damnabiliter trahere, & ab eorum deuotione & obedientia reuocare, nec non dissidentes turbare grauius & earundem partium statum peruertere valeat; anxiamur immense, cogitationibus profundis immergimur, ac zelus noster & ignis charitatis paternæ in nostris meditationibus exardebit pro dictarum prouinciarum & partium, quas plenitudine dilectionis paternæ profequimur, statu dirigendo salubriter, ac pace, concordia, & vnione in eis perfecte auctore Domino reformandis, vt incolæ prouinciarum & partium earundem effecti vnanimis & concordis, ac bono pacis, quod omnia alia bona superat perfruentes, tam contra ipsius Ludouici obstinatum proteruiam & rebellionem proteruam, quam contra sequaces & fautores ac auxilia tores ipsius pro statu eorum dirigendo salubriter, ac honore ipsius sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ defendendo, insurgant tam zelo fidei quam deuotionis seruore viriliter & potenter, &c. *Dat. Avin. idib. martij anno IV.* Hæc de rebus Italicis suffecerint, nunc ad Hispanas traducenda est oratio.

61 In Castella instructi sunt ingentes bellici apparatus, cum Marrochitanus Rex ad nouam irruptionem in Hispaniam faciendam se compararet; quare Pontifex postulanti opem Alfonso Regi attribuit biennales decumas subiecto diplomate a.

Clemens, &c. venerabilibus fratribus Compostellano, Toletano, ac Hispanensi archiepiscopis.

Dudum Redemptor ipse charissimum in Christo filium nostrum Alfonso Regem Castellæ & Legionis illustrem, ex quo ad florentiæ adolescentiæ suæ annos peruenit feliciter, sic ad eiusdem Redemptoris amoris ardorem allexit, & influxit in eum benedictionis salutiferæ vbertatem, quod ipse summi Regis athleta magnificus, & pugil strenuus, sollicitusque sine intermissione bellator effectus, ad impugnationes & persecutiones hostiles, quas perdidit Agareni partium Africæ regniq; Granatæ, hostes fidei orthodoxæ contra Christianos, præsertim in ipsorum hostium fronterijs constitutos, iugiter exercebant, & alia nefandissima scelera committebant; abhorrens illaque sustinere non valens, diuino accinctus & munitus robore ad reprimendum impugnationes nefarias eorumdem, & exterminandum eosdem, ac plantandum cultores ipsius fidei, non parcendo laboribus etiam personalibus nec periculis, nec expensarum oneribus indulgendo, pro diuini nominis gloria, & eiusdem fidei palmitibus dilatandis cum suis baronibus, militibus, & fidelibus regnorum suorum diuersis vicibus & temporibus insurrexit viriliter, & feliciter fuit progressus; ac dextera Domini secum faciente virtutem, contra blasphemos de Benamarin & Granatæ Reges, aliosque Agarenos partium & regni prædictorum, maxima quam ipsi hostes habebant potentia eis nullatenus suffragante, potenter & feliciter triumphauit, eosque



Et coniumgendos mutuo credere Italos.

Am. 4. l. 4. p. 2. ep. de indulgentiis 796.

Alfonso Castellæ Rex fidei Christianæ propugnator.

Illius de Mauris triumphus.

posuit in confictum; primogenito dicti Regis de Benamarin cum maxima dictorum Agarenorum, multitudine in ore gladij, digno Dei iudicio, interemptis.

Et subsequenter idem Christi athleta intrepidus considerans, quod ciuitas insule viridis olim villa de Algezira vocata, & per nos in ciuitatem erecta, locus vtiq; maximus & insignis, prefatis Agarenis partium predictarum, vicina, & iuxta mare situata, portumque habens etiam singularem, que per dictum blasphemum de Benamarin Regem tenebatur, in qua dictus Rex de Benamarin velut singulari refugio suum apparatus tam maritimi exercitus, quam terrestris contra Christianos faciebat, erat causa persecutionis Christianorum & damnorum ipsorum quodammodo principalis; & propterea volens securitati suorum fidelium, & aliorum Christianorum etiam illarum partium prouidere, dictamque fecundam nationem extirpare de illa, & eam ad cultum reducere nominis Christiani, suo in manu forti exercitu congregato, dictam villam tam per mare quam per terram potenter obsedit, & eam per viginti menses, vel circiter, arctatam tenuit & obsessam.

Interim vero, cum idem Alfonsus Rex ad huiusmodi negotium, quod maxima requirebat expensarum onera, prosequendum per se ipsum sufficere non valeret, coram nobis & fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus premissa in consistorio proponi fecit, & nobis etiam supplicari, vt prouidere sibi de opportunis subsidijs dignaremur. Nosq; huiusmodi supplicationem eiusdem Alfonsi Regis admittentes benigne, decimam omnium reddituum & prouentuum ecclesiasticorum regnorum, comitatuum, terrarum, & dominij suorum, & duas partes tertie decimarum solite pro ecclesiarum in regnis, comitatibus, & terris ipsius Alfonsi Regis consistentium, fabrica referuari, conuertendas, in huiusmodi prosecutionem negotij, sub certis pactis, modis, formis, & conditionibus vsque ad quinquennium tunc futurum & nondum elapsam auctoritate apostolica de dictorum fratrum consilio, prout in literis nostris super hoc confectis plenius continetur, duximus concedendas. Et demum prefatus Alfonsus Rex dictam villam de Algezira, & nonnulla castra & loca, in ipsius frontaria partibus consistentia, diuino sibi auxilio suffragante, suisque laboribus & deuotis sollicitudinibus, operibus atque curis promerentibus, ad Dei laudem & gloriam, exaltationem catholicæ fidei, Christianorum securitatem, utilitatem, & pacem; dictorumque hostium confusionem & exterminium, acquisiuit, expulsa & abolita inde totaliter dictorum hostium natione.

62 Nuper vero venerabilis frater noster Gundisalvus episcopus Seguntinus, & dilectus filius Gasparis Fernandi de Bartoso miles, nuntij & ambaxiatores eiusdem Alfonsi Regis, ad nostram presentiam accedentes, coram nobis & fratribus nostris predictis pro parte eiusdem Regis reuenter exponere curauerunt, quod licet idem Rex velut catholicus princeps & athleta Domini strenuus non solum pro defensione, sed etiam dilatazione Christianæ fidei ac hostium exterminio predictorum totis inuigilet studijs & intendat, ac disponat de bono in melius intendere, auctore Domino, in futurum; quia tamen idem Alfonsus Rex in obsidione & captione ciuitatis & locorum predictorum sumptus innumerabiles, &

quodammodo importabiles (preesertim circa maris custodiam, sine qua nequiuisset negotium, huiusmodi prosperari, nec ad optatum finem deduci) assidue subiit, & multa debitorum onera pro huiusmodi negotij prosecutione contraxit, regna & terras propria depauperando totaliter, & ad exinanitionem quodammodo deducendo; & consideratis periculis, quibus Christianitas subiaceret si, quod absit, ciuitas predicta, in cuius acquisitione infinitus Christianorum sanguis effusus extitit, perderetur, eundem Alfonsum Regem maiores (ad quos supportandos per se ipsum sufficere non potest, magnorum debitorum propterea contractorum oneribus pregrauatus) subire incessanter oporteat pro prouisione habitantium & populantium eandem, ac etiam munitione ciuitatis, & locorum predictorum murorumque ciuitatis eiusdem restoratione, ac maris custodia ad dictorum de Benamarin Regis & aliorum perfidorum Agarenorum transitum impediendum, qui die noctuque ad supplantationem fidelium, & potissime ciuitatis & locorum prefatorum recuperationem inuigilant & intendunt, quod iidem ambaxiatores & nuntij manifeste apparere dixerunt, cum idem blasphemus Rex de Benamarin de loco Ceptæ, qui de dicta ciuitate, videri dicitur ad oculum manifeste, post dictæ ciuitatis captionem se minime absentauerit, continue se muniendo ad inuadendum, si posset, ciuitatem & Christianos antedictos, treuga quam cum dicto Alfonso Rege habere dignoscitur, non obstante; prefati ambaxiatores & nuntij eiusdem Alfonsi Regis ex parte ipsius nobis humiliter supplicarunt, vt tam pro necessitatibus ipsius Regis releuandis huiusmodi, & alijs circa predicta sumptibus necessarijs sibi incumbentibus supportandis, quam persoluendis debitis supradictis huiusmodi subsidium per nos eidem Regi concessum ad longius tempus concedere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur eiusdem Alfonsi Regis sinceritatis affectum, & propositum Deo gratum, ac toti mundo perutile, quod ad prosecutionem & Deo auspice consummationem felicem prefati negotij & eiusdem fidei exaltationem habere dignoscitur, debita consideratione pensantes, &c.] Attribuit Clemens Alfonso biennales decumas ad instruendum Granatensis belli apparatus. *Datum Avin. 11. id. martij anno 10.*

63 Infremuit etiam bellico fragore septentrio: Henricus enim Dufemer magister equitum Prussie, contracto quadraginta millium armatorum exercitu, in Lithuaniam pro religione pugnam initurus irrupit, Olgerdumque ducem a pietate alienum ingenti clade fudit; quam Michouias his verbis describit: *Olgerdus Lithuanie dux habens secum copias Smolcensium, Polocensium, & Ruthenorum in die purificationis cum magistro & exercitu eius conflixit, & maxima cade utrinque edita, Lithuani & Rbuteni succubuerunt. Duodeviginti millia Lithuanorum & Rbutenorum caesa referuntur. Magister & cruciferi spolijs potiti in propria reuersi, in signum obtenta victoria monasterium Virginum in Konisberg dotarunt. Quanta fulsissent gloria cateri principes, si egregij huius ducis exemplo in hostes diuini Numinis arma strinxissent! Indictum iam ante fuerat Turcis bellum, ac sacram societatem cum Pontifice Veneti, Cypri Rex, ac Rhodij equites coierant, repressaque admodum erat Turcica ferocia: sed cum barbarus vires ingentes compararet, atque exer-*

De Algezira expugnacione.

Attributis Regi quinquennialibus decumis.

Profulis in Mauritico bello supptibus.

exercitus, cui præerat delphinus, confirmandus esset, Pontifex Genuensium ducem sollicitavit, ut vires cum Christianis coniungeret, cum rei gerenda opportunitatem tempus affulgeret.

Quia, inquit, nunc adesse videtur tempus acceptabile, ut tam per potentiam dilecti filii nobilis viri Humberti delphini Viennensis, exercitus fidelium contra Turcos eisdem capitanei generalis, qui cum armatorum comitiua strenua zelo accensus fidei ad partes prædictas transmarinas est profectus, quam aliorum fidelium paganitatis reprimitur infidelitas, & augeatur in ipsis partibus ad honorem diuini nominis, consolationem fidelium, & salutem animarum, cooperante diuina virtutis potentia, cultus eiusdem fidei orthodoxa, &c. Dat. Auin. xv. kal. martij anno xv. Excitati eodem argumento conscriptis literis b. fuere ad corripienda in Turcas sacra arma Pisani, Anconitani, Perusini, Senenses, Florentini pluresque principes, atque inter ceteros Eduardus Anglorum Rex ardentissimis precibus prouocatus c. Sed illum ambitio in Gallos ita efferat, ut veros triumphos, ex Dei hostibus debellatis comparandos, contempserit. At Genuenses florentissimam triginta trium trirremium classem instruxere duce Vignosio, qui represso in itinere Fundorum comite, qui Terracinam inuaserat, ac Sicilia citerioris litore infestato, in orientem contendens, plura in Ægeo mari bellica facinora explicuit: quanquam non in Turcas, ut optarat Pontifex, sed in schismaticos Græcos vires conuertit. d

64 Interea Ioanna Imperatrix & Cantacuzenus imperij inuasor ciuili bello, quo res Græcæ scelesti hominis ambitione afflicta est, impliciti, ostentata redintegrandæ orientalis cum Romana ecclesia coniunctionis spe Latinorum auxilia ad suas confirmandas partes sibi conciliare, missis ad delphinum Viennensem fœderis interpretibus, studuerunt. De quo certior factus Pontifex cum Cantacuzeno tanquam tyranno fœdus inire detrectauit: cum Imperatrice vero ac Ioanne Palæologo sciendum, spondendaque pro retinendo imperio auxilia putauit, si Græci ad sinum ecclesiæ essent redituri: qua de re hæc delphino Viennensi rescripsit. e

Clemens, &c. Humberto delphino Viennensi, capitaneo generali & duci exercitus fidelium contra Turcos auctoritate apostolica deputato.

Super credentia, quam præfato nuntio, sicut ipse nobis retulit, ad te dederunt dilecti filij nobiles viri Nicolaus Pisanus capitaneus galearum Venetorum, & Petrus de Palude miles circa reductionem seu reuisionem Imperatricis [nimirum Ioannæ] ac Græcorum ecclesiæ catholica procuranda; volumus, quod quantum poteris & expedire videris, ac fructum exinde posse prodire conspexeris (prouiso tamen, quod non illudaris, nec commissum tibi principaliter negotium effectu suo frustretur propter hoc) huiusmodi negotium profectuaris, sciturus quod nos fauorem, quem honeste dare poterimus super hoc exhibebimus: & inde nihilominus præfata Imperatrici scribimus, exhortando per nostras literas, sicut vidimus expedire, quarum seriem cedula interclusa præsentibus tibi plenius indicabit. Tractare autem cum Cateusino ad præsens honori nostro & ecclesiæ ac tuo propter causas, quas referet idem nuntius, expediens non videtur. Non successit id consilium de reuocanda ad obsequium sedis Apostolicæ Constantinopolitana ecclesiæ: quod vero Cantacuzenus refert, lite-

ras ad Pontificem ea de re, deque eliciendis auxilijs missas non ab Imperatrice Ioanna, sed ab Apocauco, ad quem omnia belli consilia referebantur, quique aspirabat ad tyrannidem Ioannæ nomine, ut in eam seditionem concitaret fuisse exaratas, confictum ab auctore videtur, ut eo commento Pontificis Latinorumque studia ad se deriuaret.

65 Intulit porro his temporibus patriæ suæ Cantacuzenus, vocatis in auxilium Turcis, clades innumeras, cum illis facile suafisset, Imperatricem Latinam genere & e principibus catholicis prognatam fœdus cum Romano Pontifice contra fœdam Mahumeticam coituram, atque adeo ad illam deprimendam efferat. Sed nec gratis, ut ementitur, bellum in Ioannem Palæologum ad Cantacuzeni gratiam gessere, cum prædam, vrbesque & misera Christiana mancipia cum hoc tyranno partirentur: nec sub eius signis ut ipse gloriatur a, militabant; sed Cantacuzenum potius suæ in Europam irruptionis socium habere, quod ex ingenti copiarum Turcicarum numero apparet, quæ ad viginti equitum millia ascendeant: tum ex eo constar, ut cum idem Cantacuzenus Turcas orasset, ne in Mœsiam irrumperent, cum Alexandrum principem socium haberet, barbaros reiectis illius precibus professos, Mœsum habere hostem, Christianam illam provinciam ferro, flamma, rapinis libidine fœdasse: quæ non seruiuisse Cantacuzeno Turcas, sed illi potius dominatos ostendunt.

Inde etiam Cantacuzeni proditoris rei Christianæ flagitium ex eius dictis magis se proditorum enim Amurium Turcarum in Ionia principes traducere superiores copias in Græciam cuperet, atque catholicæ cruce signatæ turmæ immisisset a Romano Pontifice barbararum transitu arcerent, ut Cantacuzenus ipse refert: Ideo nequibat, quod nauale eius vna cum nauibus Smyrna Latini cremauerant, castelloque ad lacum occupato, triremes habebant, quæ illic discurrentes, classem adificari & instrui, exercitumque in Thraciam transportari impediabant; obstat etiam Lydia satrapa Sarchanes, ne per ipsius fines ad Hellepontum penetraret. Cantacuzenus ut Turcicam pestem ad perdendos Christianos exciret, hæc se egeisse refert: Sarchanes, inquit, legatos nimirum Cantacuzeni, comiter excipit, accessioneque illa Amurio reconciliatus transitum impune concedit: simul ei filium vna Imperatori militaturum commendat. Sic per Hellepontum cum vicenis equitum millibus in Thraciam appulsi Didymoticum ad Imperatorem aduent, et dona offerunt.

Ita nominis Christiani proditor Lydia Satrapam Sarchanem cum Ionio Amurio coniunxit, denique Turcici exercitus opera: Constantinopoli & maris Ægei insulis exceptis, quas Latini tutabantur, vniuersum imperium Cantacuzenus occupauit b. Qui, ne ingratus erga Sarchanem videretur, filiam suam Christianis sacris initiatam Machometi cultori prostituere non perhorruit c, ut in concubinarum numerum accederet. Tot tantisque flagitijs viam sibi muniebat ad imperium, quod partebatur cum Turcis, demum illis in prædam cesturum: tantaque apud Constantinopolitanos ob impietatem flagrauit inuidia, ut nonnulli, qui Zelotarum nomea accipere, anabaptistarum more Cantacuzeni sequaces, veluti profanatos impura eius societate, iterum baptismo iustrare d. impie ausi sint.

Cantacuzenus Turcas in Græcorum exercitum armat.

a Cantac. l. 3. c. 86.

Græci a Turcis maximo apparatus appetiti.

Distrahit Turcarum vires a pontificijs.

b Eod. l. 3. c. 99. Prolixa Mahometano filia & Cantacuzeno. c Eod. l. 3. c. 93.

Zelotæ apud Græcos anabaptistæ. d Cap. 93.

Græcorū
extrema
infelicitas

Hactenus de rebus Græcorum, qui adeo extiterē infelices, ut quo tempore summus Pontifex ad Turcas ab ijs auertendos exercitum mittebat, ipsi cæco furore se Turcis coniungerent.

Nec tamen ob illorum perfidiam a tuenda re Christiana tum destitit Dei vicarius: oranti enim delphino Viennensi, ne classem ex Græco mari reuocaret, hæc respondit a xvii. kal. iulij: *Ad hoc, quod de non reuocandis per nos galeis nostris in partibus illis existentibus tua prædicta litera continebant, breuiter respondemus, quod galeas ipsas, si commode fieri posset, aueremus potius, quam reuocaremus vel imminueremus easdem.* Promissa opereimpleuit Pontifex, submitit enim subsidio orientalibus cruce signatis contra Turcas quatuor triremes, quas Genuensibus kal. iulij earumque præfectos enixe commendauit b: tum ad Hugonem Regem Cypri c, Deodatum e Gozono cæsi olim draconis gloria insignem e Rhodiorum equitum magistrum d, Bertucium Gradenicum Venetorum ducem e contra hostes Christiani nominis fœderatos datis literis, eorum studium, in gerendo sacro bello collaudauit; conuenitque, ut triremes ex fœderis legibus bellico apparatu egregie instructæ ad vltiora tempora tenerentur.

Cæterum delphinum Viennensem admonuit f, ut missis Græcis impetus in Turcas conuerteret: utque fidelium vires auerentur, eius precibus flexus assensit, ut Catalani, qui ob inuasum Galteri Gallici generis ducis Athenarum principatum fidelium communione erant segregati, templis certis legibus restituerentur. *Tu vero fili, inquit, stude prouidre prudenter, quod Græcos expugnando vel alias non consumas inaniter tempus tuum, cum ad expugnationem Turcorum hostium eiusdem fidei catholica, ipsamque fidem defendendam contra ipsos, & ampliandam etiam, dextera Domini faciente virtutem, peregrinari principaliter decreueris, & ad hoc tue potestatis officium se extendat. Cæterum super eo, quod sententias olim promulgatas aduersus illos de magna societate Catalanorum in ducatu Athenarum existentium, & interdictum ibidem appositum sub certis modis, formis, & conditionibus, tam fidei catholica quam negotio Dei, pro quo laboras in transmarinis partibus, quam etiam dilecto filio nobili viro Galtero duci Athenarum multipliciter, ut rationibus per te in eisdem literis prudenter & subtiliter allegatis colligitur, accommodis & expedientibus, per nos suspendi vsque ad triennium postulasti; suspensionem huiusmodi sub eisdem modis, formis, & conditionibus, quamquam aliquibus non videretur expediens, committimus per literas nostras, quas tibi etiam mittimus faciendam, &c. Dat. apud Villannouam Auinionensis diocesis xvii. kal. iulij anno v.*

66 Attriti multis cladibus Turcæ a Christianis, cum etiam Genuensium classis accessisset (quæ licet Græcis potius diripiendis, quam Turcis inuadendis intenta esset g; non leuem tamen barbari terrorem afferebat) inducias a Christianis flagitarunt h de uexo iam anno, quas Pontifex ob ciuilia occidentis bella, de quibus non sine luctu a nobis actum est, admittendas Deodato e Gozono Rhodiorum equitum magistro i & memorato cruce signati exercitus duci delphino significauit.

Clemens, &c. Humberto delphino Viennensi. Sicut tuæ nobilitatis prudentiam non credimus ignorare, in Franciæ, Angliæ, Alemanniæ, &

Siciliæ regnis, ac Italia & quasi omnibus alijs Christianitatis partibus adeo peccatis exigentibus, vigent his temporibus dissensiones & guerra, quod illi, qui zelo deuotionis accensi ad iuandum negotium Dei, pro quo in partibus transmarinis aduersus hostes fidei catholicæ peregrinari, teque multis laboribus & periculis cum expensis & sumptuum profluuijs exponere nosceris, proposuerant & etiam proponebant, nequeunt adimplere super his vota sua, nec decimalia & alia subsidia propterea imposita possunt exigi & leuari. Quamobrem his & alijs occurrentibus consideratis attente, non solum expediens, sed etiam necessarium omnino nobis de concordia & vniuersi consilio fratrum nostrorum videtur, quod ad treugas, de quibus fiebat in tuis nobis missis literis mentio, faciendas & ineundas meliori, honorabili, & tutiori modo, quo fieri poterit, procedatur. [Addit Pontifex excitis in consilium peritissimis viris, triremiumque præfectis in id omnium iudicia concurrisse, ut induciæ cum Turcis inirentur, non perpetuæ quidem, sed ad certum tempus, ut sopitis intestinis Christianorum belli, arma in eos verterentur: præsentibus vero populi Christiani angustias aperiendas non esse, ne ex eo ferocirent magis & insolescerent. Tum subijcit de Græcis:] Vltimus, cum negotium prædictum non ad impugnandum Græcos, sed ad reprimendum Turcorum infidelium ausus temerarios, ne fideles partium illarum affigerentur per ipsos, inchoatum extiterit, sicut nosti, de illo Catecusino & Græcis alijs, de quibus faciebant tuæ literæ mentionem, te factis diæcis treugis intromittere, sicut credimus, non oportet. Dat. Auin. xv. kal. decembris anno v. Intermissa itaque est ob bella ciuilia expeditio in Turcas, quam delphinus Viennensis susceperat; quædere vitæ Clementis auctor hæc tradit a: *Deo sic permittente, nihil proficere potuit; sed vacuus rediens deliberauit mundum relinquere, & statim mutare: elegitque in habitu regulari Domino deseruire.* At delphino rursus inferius.

67 Pio tuendæ in Armenia incorruptæ fidei studio ductus Pontifex Antonium episcopum, Gaetanum & Ioannem electum [Coronensem] internuntios in eas regiones, quæ multis errorum sentibus horrebant, legauit b: quibus excolendis Benedictum XII. iam ante intentum vidimus; is enim, ut falce apostolica eos facilius succideret, ex Armenorum scriptis hæreses & errores, qui pullularant, excrisperat transfuseratque ad catholicon Armenorum, ut coacta præsulum synodo, illos damnaret, ac fide orthodoxa nauandam in tam præclara re regiam operam excitaret. Morem gessit summo torius ecclesiæ pastori catholicon, & damnata ab Apostolica sede reuocanda curauit. Verum ut religionis puritas magis refloresceret in Armenia, censuit Clemens in id regnum mittendos, qui doctrinæ splendore omnium errorum tenebras discernerent, atque ex imperijs apostolicis collapsam pietatem instaurarent, quos hac auctoritate instruxit.

Discretionem, inquit, vestram monemus, requirimus, & hortamur, per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus de diuina gratia & apostolico fauore confisi omnes tam salubris negotij suscipientes deuota mente ac animoauerenti, & ad partes illas vos conferentes personaliter, ad prædictos & alios errores quoslibet, ac vitia de illis supputanda partibus, nec non fidem catholicam ac mo-

Te. 1. 1. 1.
sec. 1. 2. 3.

Aucta clas-
fis Chri-
stiana.

b lb. ep. 187
c Ep. 131.
d Bos. hist.
e hospitalar.
f equit. p. 2.
g 1. 2.
h Ep. 132.
i Ep. 133.

f Super. ep.
123. & M.
g. de rob.
h hospitalar.
i pag. 8.

Catalana
societas
censuris
liberata
ad trien-
nium.

Perunt
Turcæ in-
ducias a
Pont.
g Bizar. h.
6. hist.
Gen.
h To. 5. ep.
i. 769.
761.
i lb. ep.
759.

Afferuntur
ijs Ponti-
fex ob hi-
pendiorū
penuriam

Vetus
delphin.
Græcorū
urbis it
immitte-
re.

a Gest.
b Clem. 4.
c p. 4. Ep.
d Delphin.
e reditus in
occidentem

f Missi in
Armenia
a Pont.
reuerenti

g To. 5. 1.
i. 763.

Catho-
licon Ar-
menor.
veto-
res erro-
res ponti-
ficio iussu
damnati.

res & virtutes etiam propagandos operarias manus diligenter ac solite apponere studeatis, ipsos pralatos, clericum, & populum de ipsius fidei veris dogmatibus salutarique doctrina informantes plenius, & perfectius instruentes; ita quod, praesente Domino, de partibus illis omnis per operationis vestrae fructuosum studium errorum ac vitiorum spurcicia expietur, & eadem fides catholica ad nostri laudem & gloriam Redemptoris radicetur firmius, dilataetur diffusius, & fortius roboretur, &c. Dat. Avin. 17. kal. decembris anno v.

68 Permoerat Armena ecclesia Pontificē ad hos internuntios mittēdos, cum patriarcha, quem catholicum vocant, post habitam synodum, atque in ea repudiatos errores; tum etiam amplexas leges canonicas, in decretorum ac decretalium, libris contentas, amplissimis oratoribus missis, cum Romana ecclesia conspiratione animorum, fidei & canonicorum institutorum se suosque consentire significasset. Clemens igitur apostolicis internuntijs Romana ecclesiae canones deferendos in Armeniam tradidit, commendatoque praesulum obsequio ac zelo, has clero Armeniae literas misit a.

Venerabilibus fratribus Consalatori, dicto catholico Armenorum, nec non archiepiscopis & episcopis, ac dilectis filijs abbatibus & ceteris clericis in Armenia constitutis.

Quia, diuinæ sapientiae testante sacro eloquio, sapientia filij patrem laetificat, & matrem eius stultitia reddit mestam, nos quibus licet immeritis a Deo vniuersalis ecclesiae pastorale officium est commissum, & sancta Romana ecclesia domina & magistra omnium fidelium sponsa nostra de vobis gaudemus, & in Domino admodum exultamus, cum vera sapientiae lumine, scilicet fidei catholicae, percipimus vos fulgere: sed in corde multum affligimur, dum in illis partibus claritatem audimus eiusdem fidei errorum tenebris obfuscari, affectantes desiderabiliter, vt huiusmodi profugatis de illis partibus tenebris, claritas praedictae fidei apud vos splendeat, vsque ad lucem aeternam caelestis patriae vos dirigens & perducens. Sane litera vestrae pridem per venerabiles fratres nostros Ioannem de Merchar & Antonium episcopos, ac dilectum filium Danielem lectorem & vicarium fratrum ordinis Minorum in Armenia consistentium, ac nobilem virum Gregorium Cenguiz, vestros nuncios presentatae nostro apostolatu continēbant, quod dudum felicitis recordationis Benedictus Papa XII. praedecessor noster per suas literas vos charitate paterna requisivit & monuit, vt quosdam errores eidem catholicae fidei obuiantes, quos periculose nimium inualuisse in illis partibus perceperat relatibus fidedignis, abolere & extirpare, illos nihilominus per vestram synodum condemnando, curaretis fideli & solerti adhibita diligentia de cordibus Armenorum. Et vt hoc plenius & perfectius perficere valeretis, dictos errores distinctos per ordinem vobis destinavit in scriptis: vosque, reuerenter & cum gratiarum actionibus huiusmodi receptis literis & scripturis, errores continentibus supra dictos, & vestra synodo, prout per vos commode fieri potuit, conuocata errores abiecit & condemnatis praedictos, sicut in libello, quem nobis transmisistis per vestros praedictos ambassiatores & nuncios, continetur; nihilominus in vestris praedictis literis subiungentes, quod si in libris vestris, quibus communiter vtimini, erro-

res alij eidem fidei ac doctrinae ipsius, quam eadem Romana & vniuersalis catholica ecclesia tenet, profitetur, & docet, quomodolibet obuiantes repriantur forsitan, abolere ac tollere penitus iuxta mandatum nostrum & eiusdem ecclesiae Romanae (cui subesse vos confitemini, ipsamque cognoscitis, ecclesiarum omnium esse caput, & super omnes tam Armenorum quam aliorum ecclesias obtinere primatum a tempore B. Gregorij illuminatoris vestri, & S. Siluestri citra, vt tenemini, veraciter cognouistis) quodque parati estis vti decretis ac decretalibus, quibus eadem Romana & vniuersalis ecclesia vtitur secundum tenorem & continentiam literarum praedecessoris nostri praedicti, vobis super hoc directarum, illa postulantes humiliter vobis miti.

69 Nos igitur huiusmodi literis vestris affectu solita benignitatis receptis, visoque praedicto libello nobis per dictos ambassiatores & nuncios presentato, & ijs, quae ipsi dicere ac explicare voluerunt, plenius intellectis; & tamen cum fratribus nostris eiusdem Romanae ecclesiae Cardinalibus, quam multis pralatis alijs, sacrae scripturae doctoribus, & magistris habita deliberatione prouida & matura, zelum deuotionis, quem ad fidem ipsam ac nos & praefatam ecclesiam Romanam vos gerere obtulistis, ac diligentiam, quam circa reuocandos & condemnandos dictos errores adhibuisse asseritis, multipliciter in Domino commendamus. Verum quia errores alij valde perniciosi & damnandi, quos fore hostis humanae salutis in illis partibus (vt sectatores illorum secum trahere valeat in damnationis praecipitium) satagit remanent extirpandi; nos desiderantes attente, vt ipsos ac alios errores, si quos astutia sathanæ, vt animas simplices diabolica fraude deceptas secum in aeternam praedam adducat, superseminare conatur, discernere clarius, & confutare facilius, atque prudentius valeatis, venerabilem fratrem nostrum Antonium episcopum Gaietanum, & dilectum filium Ioannem electum Coronensem, Apostolicae sedis legatos, viros vtique profunda scientiae ac in lege Domini eruditos, & ipsius fidei sincere & seruidos zelatores, qui per semitam mandatorum Domini gradientes, ipsum verum lumē de lumine, veramque sapientiam (quantum eis ab ipso permittitur) imitantur, commisso eis & eorum cuiuslibet plenae legationis officio, ad vos & partes ipsas de dictorum fratrum consilio decreuimus destinandos, vt per eos de ipsa fide eiusque salutaris doctrina informantur plenius, & imbua mini vna voce, quam possent scriptura instrui, vel literis informari; ac tenacius cordibus vestris impressa maneant, quae ipsorum legatorum studio, & linguae ministerio fuerint propagata.

Ideoque vniuersitatē vestram monemus & hortamur, vobis nihilominus districte praecipiendo mandantes, quatenus legatos ipsos, per quos decretum & decretales postulata transmittimus, immo potius nos in eis, pro nostra & ipsius sedis reuerentia benigne recipientes, ac debita honorificentia prosequentes, eisque tanquam dictae sedis legatis deuote ac humiliter intendentes, eorum salubribus monitis & mandatis, exhortationibus & doctrinae fideliter acquiescere, ac efficaciter & effectualiter obedire, ac vna cum ipsis ad extirpandos penitus praedictos et alios errores, et de mentibus ac intentionibus

Vt professi fuerint in synodo Armeni primati Romani Pont.

De alijs erroribus excidendis.

Moniti Armeni, vt legatis obsequantur

Pontifici decreta admittit.

1475. 13. 17.

Gratula- tur id illi Clemens.

Armenorum errantium euellendos et remouendos omnino diligentem operam et sollicitudinem, sicut Dei ministri adhibere; nec non Dei doctrinam veram fidei catholicæ super ipsis articulis, et alijs ipsam tangentibus profiteri, sequi, ac docere, cum omni sollicitudinis studio efficaciter procureris, ad eosdem legatos super huiusmodi articulis eiusdem fidei, si forsan circa intelligentiam eorundem aliquid dubitationis emerferit, recurrentes: vt vestras et ipsorum Armenorum lucrificantes animas Domino, illustrati veræ splendore fidei, et errorum quorumcunque fermento, aditum salutis claudentium, purgato totaliter & reiecto, de bonis laboribus vestris fructus gloriosos colligere, & vobiscum deferre valeatis, in districto iudicio inde coronam perennis beatitudinis percepturi: pro certo scituri, quod si præmissa feceritis, vt speramus, vos in sinu sanctæ matris ecclesiæ confouebimus, & vobis gratiosis fauoribus, quantum cum Deo fieri poterit, super vestris opportunitatibus assistemus; nec vestris detractoribus, si qui forsan existerent, credulas præbebimus faciliter aures nostras. Alioquin pœnas & sententias, quas ipsi legati & quilibet eorum rite tulerit siue statuerit in rebelles, ratas habebimus, & faciemus, auctore Domino, vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari. *Dat. Auin. 11. kal. septembris anno v.*

70 Curauit etiam Pontifex rem Christianam in regnis, quæ infidelium seruituti erant obnoxia: cum enim Tephelicensis episcopus a Ioanne XXII. ad inferendam gentilibus euangelij lucem, atque hæreticos & schismaticos ad sinum Romanæ ecclesiæ traducendos missus, plures infideles Christianis sacris imbuisset, aliosque fide parum ex cultos instruxisset egregie, nonnulli scelerati periculi liuore neophytos ab illo abalienare, atque alios ad pietatem affectos retardare moliti sunt. Quibus iniurijs lacessitus episcopus confugit ad supremum religionis Christianæ antistitem Clementem VI. qui Soltaniensi archiepiscopo, cuius suffraganeus Tephelicensis erat, imperia dedit, vt censuris ecclesiasticis nefarios homines hostes pietatis reprimeret. Tum vniuersos fideles Tephelicensis diocesis literis apostolicis monuit, vt episcopo memorato tanquam pastori animarum ac patri obsequerentur. Propagandæ etiam religionis ardore permotus Clemens præfecit nonnullis inter infideles ecclesijs constitutis præfules, inter quos duos Minoritas, Danielelem & nimirum Bosraensem in Arabia maiore, & Antonium de Alexandria Hieropolitanum in Phrygia archiepiscopos creauit. Intendit f. vero iudicium archiepiscopo Seleuciæ, qui pseudominoritarum hæresim circa paupertatem Christi & Apostolorum conscriptis in Ioannem Papam venenatis commentarijs spargere in Perfide, & fideles impiæ doctrinæ lue inficere annitebatur. Dedit itaque prouinciam g archiepiscopo Soltaniensi & suffraganeis Clemens, vt comperta re illum ad eirandum publice errorem adigerent, detrectantique diem dicerent.

Venerabilibus fratribus archiepiscopo Soltaniensi eiusque suffraganeis.

Molesta & displicens assertio nonnullorum fidelium ad apostolatus nostri perduxit auditum, quod venerabilis frater Pontius archiepiscopus Seleuciensis apostolicæ instructionis oblitus, plusquam expediat sapere satagens, non ea quærit, quibus se ad vtilitatem erudiat; sed illa inferere...

præsumit ignarus, quibus loquacior appareat, vel doctior hominibus videatur. Ipse namque non sobrie sapiens, sed nimie vanitatis ebrietate desipiens, quandam postillam super euangelium B. Ioannis, vt fertur, composuit & transtulit in linguam Armenicam, in qua postilla inter alia, ausus est contra determinationem & decisionem sanctæ Romanæ, catholicæ, ac vniuersalis ecclesiæ perniciose inferere, ac pertinaci sua imperitia affirmare, quod Redemptor noster Dei filius Iesus Christus ac eius Apostoli nec in communi, nec in speciali aliqua habuerunt; quodque in ijs, quæ ipsos habuisse scriptura sacra testatur, nequaquam eis ius vtendi seu consumendi cõpetat seu ex ipsis alia acquirendi. Et non reputans sibi sufficere, quod per hoc se præcipitio damnationis immergit, sed vt etiam alios secum attrahat in gehennam, postillam huiusmodi, transumptum illius, seu copiam multis orientalium exhibens, in publicam satagit producere notionem.

Quoniam vero hæc, si vera sunt, tanto nobis amplius molesta redduntur, quanto talia, nisi in eorum extinguantur initijs, latius & periculosius dilatantur, quantoque illarum partium populi, vt pote diuinæ legis perfectam notitiam non habentes, in errorem facilius prolabantur; nos, nolentes hoc sub dissimulatione transire, ne ipsius infaniam archiepiscopi approbare silentio videamur, fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus super his vos & vestrum quilibet communitate vel diuifim diligentius informetis, & si præcedente vel diuifim informacione debita inueneritis ita esse, postillam huiusmodi damnatam & erroneam reputantes, inhibeat expresse sub pœnis & sententijs, de quibus videritis expedire, omnibus & singulis Christi fidelibus, ne quis ea vti, aut ipsam de cætero pro vera tenere vel reputare, siue prædicare præsumat: quinimmo eam tanquam ab eadem ecclesia Romana damnatam abijciant & confutent. Præfatum quoque archiepiscopum, clero & populo congregatis, vt eandem postillam abiuret & publice detestetur, ac contrarium asserat & prædicet secundum eiusdem fidei veritatem; efficaciter inducatis. Alioquin, si vos audire noluerit, vel si post abiurationem, detestationem, ac prædicationem huiusmodi in pristinum, quod absit, relabatur errorem, vos vel alius vestrum ipsum ex parte nostra peremptorie citare curetis, vt infra quatuor mensium spatium a citatione nostra huiusmodi computandum, apostolico conspectui personaliter se præsentet, facturus & recepturus quod iustitia suadebit, contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo, &c. *Dat. Auin. 11. kal. augusti anno v.*

Ad tuendum etiam fidei splendorem, ne hæreticorum erroribus obsoleceret, intentus Clemens, cum Fraticelli impune venena diffunderent censorum fidei inertia, qui ex Franciscano ordine coercendis hæreticis præpositi erant, grauius est questus encyclicis literis ad sacri illius sodalitijs præfectos datis: *Nonnulli, inquit, fratres vestri ordinis, quibus inquisitionis hæreticæ prauitatis in diuersis sibi decretis prouincijs negotium auctoritate apostolica est commissum, super corrigendis & puniendis Fraticellis eisdem super prædictis ac eisdem erroribus & hæresibus extirpandis se reddunt & reddiderunt hætenus nimium negligentes, &c.* Excitati sunt pluribus alijs literis b ad operam in fibris hæreseõ euellendis explicandam, quam quidem Petrus ex eodẽ ordine adeo egregie explicuit, vt in

Tephelicensis episcopus plures ad fidem conuertit.

a To. 5. ep. fecr. 223. Persecutionem patitur. b Ibid. ep. 224.

c V. ad. in annal. hoc ann. 10. d An. 5. l. 1 ep. 13. e Ib. ep. 31. Archiep. Seleuciæ notator.

g An. 5. p. 2 ep. com. 1309. & an. 5. l. 3. ep. cur. 3.

Nescia ab est ta com menta

Orienti molitur inficere

Reuocare damnatum errorem iustis

Fraticelli tolerati a Francisca nis censuris sibi fideli. Poëfici de ea re querere. a To. 5. ep. fecr. 1179

b Ibid. ep. fecr. 1179. 1114. 1115. 1116.

Mediolanensi agro casus ab hæreticis martyrum numerum auxerit. a

71 Extinctum est hoc anno Smyrnæ egregium doctrinæ & sanctitatis lumen Venturinus Bergomas, quem decem millia pœnitentum religioso cultu traxisse Romam vidimus, ac deinde a Clemente VI. excitandis ad sacram in Turcas militiam fidelibus præfectum, de quo hæc Thomas Bozius b: Anno millesimo trecentesimo quadragesimo sexto obiit in calum Venturinus Bergomas ex ordine Dominicanorum clarissimus ætatis sua concionator non in Italia modo, sed & in Hispanijs, Gallijs, Britannia, Germania, Dalmatia, & aliquibus Græciæ locis. Sæpe ex illius facie, dum verba faceret e superiori loco, maximus cunctis cernentibus splendor eluxit. In Gallia mortuum suscitavit, quod narrare solitus erat Humbertus princeps, ut vocant, delphinus. Innumera edidit miracula tum vivens tum defunctus. Percontet eam Leander, qui eius mortem ita consignat. c

Beatus Venturinus cum episcopo Smyrnæ Smyrnæ tendit, quo kal. martij, qui fuit quadragesima primus dies pervenit, ubi diu summis votis expectatus fuerat: statimque nullius quietis habitaculo concionari cepit & hortari, impellere, inflammare ad sanctam expeditionem omnium animos: quod ubi publice fecerat, privatim quoque & animæ salutaribus nulli deerat. Nulla illi mora, nulla quies unquam erat. Hinc factum est, ut corpus fatigatum longo ac difficili admodum itinere & continuis laboribus agritudinem contraxerit, quæ illi vitæ finem attulit: quare cum agrotare idibus martij cepisset, post diem xlii. sanctissimam illam animam in summo omnium merore ac luctu efflauit. Obijt igitur B. Venturinus v. kal. aprilis anno ab adventu Christi millesimo trecentesimo quadragesimo sexto: in cuius felici egressu perhibent incredibilem in eius facie & toto corpore claritatem esse conspectam, ut minime dubium cuiquam foret, beatam illam animam continuo in calum euolasse, sempiterno cum sanctis auro fructuram.

72 Confirmata sunt hoc anno a Clemente d ad Apezconis episcopi Lubecensis preces acta, concilij Pofoniensis iam ante Clemente V. Pontifice celebrati a Gentile Cardinale A. S. L. præcipue quoad eam partem canonum, qui ad episcopalis ordinis afferendam dignitatem, perpoliendos mores, religionemque ab impietatis foribus vindicandam conditi fuerant, qui apostolico diplomati inserti instauratiæ fuerunt.

Ad perpetuam rei memoriam.

73 Petitio pro parte venerabilis fratris nostri Apezconis episcopi Eubucensis nobis exhibita continebat, quod dudum bonæ memoriæ Gentilis tit. S. Martini in montibus presbyter Cardinalis in regno Vngariæ ac prouincia Polonia, infra quam ecclesia Lubucensis existit, ac quibuscumque alijs terris eidem regno adiacentibus auctoritate sedis Apostolicæ plenæ legationis fungens officio, in concilio videlicet per eum apud Pofonium Strigoniensis diocesis constitutum in dicto regno Vngariæ celebrato, nonnullas constitutiones pro libertate ac utilitate ecclesiarum, ac earum prælatorum, & aliarum personarum ecclesiasticarum infra fines legationis suæ consistentium edidit vitales & salubres, inhibitiones, prohibitiones, decreti interpositiones, ac excommunicationis, suspensionis, & interdici sententias, & nonnullas pœnas alias continentes, prout in literis præfati Cardinalis inde confectis ipsius si-

gillo munitis, quarum quidem constitutionum certa capitula de verbo ad verbum præsentibus inferi fecimus, continentur. Quare pro parte dicti episcopi nobis extitit humiliter supplicatum, ut capitula prædicta & omnia in eis contenta, cum præfata litera timeantur vetustate consumi, fulcire apostolico munimine dignaremur. Nos igitur ecclesias & earum prælatos ac personas ecclesiasticas prædictos in suis libertatibus ac utilitatibus, quantum cum Deo possumus, consouere volentes, ipsius episcopi supplicationibus inclinati, capitula prædicta rara & grata habentes, illa auctoritate apost. ex certa scientia confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenores autem dictorum capitulorum tales sunt.

In nomine Domini Amen. Anno eiusdem MCCCLX. indictione vii. pontificatus domini Clementis Papæ V. anno xv. Incipiunt constitutiones editæ per reuerendum patrem dominum Gentilem Dei gratia tit. S. Martini in montibus presbyterum Cardinalem in regno Vngariæ, Polonia, ac partibus illis conterminis A. S. L. & primo proœmium super statu regni: Frater Gentilis miseratione diuinit. S. Martini in montibus presbyter Cardinalis A. S. L. ad futuram rei memoriam. Varietati morborum diuersa medici medicamenta propinant, & ipsorum morborum qualitatibus secundum artis peritiam efficacibus remedijs exquisitis aliquibus grauioribus ferrum adhibent, quibusdam ignem adijciunt; alijs vero, qui leui possunt fomento sanitatē recipere, facilia medicamentorum antidota subministrant. Sic & dominus noster Iesus Christus sub figura Samaritani medici formam assumens, vulneribus infudit vinum & oleum sauciati. Nos itaque, ad regnum Vngariæ ab eo, qui pacifici Regis & summi medici locum tenet in terris, cum pleno legationis officio licet immeriti destinati, attendentes regnum ipsum infirmitatibus varijs & grauibus laborare, ac propterea informati exemplo domini Iesu medicorum præcipui, diuersitati infirmitatum huiusmodi etsi non omnibus magis tamen lethalibus cupientes diuersas & congruas adhibere medelas, infra scriptas constitutiones de prælatorum dicti regni, ac per nos concilij congregati consilio et assensu, auctoritate qua fungimur, duximus promulgandas.

De non offendendis prælati.

73 Cum Apostolicam sedem, in qua Christus catholica fidei posuit fundamentum, Christianorum matrem esse voluerit & magistram, non est dubium quin Christus ipse grauius offendatur, si matrem filius, & magistram discipulus dehonorat. Quia igitur ipsi Apostolica sedi non est possibile cunctos filios & deuotos materno affectu & suo magisterio præsentialiter consouere, debitum apostolicæ seruitutis explere nititur modo per episcopos, immo per archiepiscopos nonnunquam, & per legatos a latere suo missos, quos quia eius prouilegio gaudent, cuius legatione funguntur, a cunctis Christi fidelibus tanquam Apostolicam sedem, immo Christum, qui in eis se recipi prædicat & audiri, honorari conuenit & foueri. Veruntamen fuerunt & sunt nonnulli, quos termini nostræ legationis includunt, sicut fidedigna relatione percepimus, qui licet gloriantur nomine Christiano, ad ipsum tamen Christum & Apostolicam sedem debitam reuerentiam non habentes, episcopos, archiepiscopos & legatos huiusmodi doctores catholice fidei & magistros ipsius Christi vere vicarios & legatos hostiliter insequi, ausu sacrilego capere & percutere, quandoque nequiter canceri mancipare, nonnunquam inhumane perimere, non verentur. In quo quantum Christi fidei de-

Datum id præcib. episcopi Lubecensis

A. Rom. præfatio

De auct. prælati debito.

Bozius

Mozius

Leander

Contra

St. Cir.

Pofonium

As. 5. p. 2

uotio minoratur, euidenter intelligit qui prudenter attendit. Proinde nos qui ex iniuncto nobis legationis officio sedem Apostolicam licet immeriti representamus, cupientes omnes & singulos nostræ legationis commissos de tam nefandis excessibus coercere præsentem decreto statuimus, ut nullus de cætero in Dei offensam, Apostolica sedis contemptum, & catholica fidei lesionem præsumat tantum facinus attentare. Si quis autem propria inimicus salutis reuerentia religionis reiecta, diuinis & humanis legibus in cuius damnatione calcatis, præmissum scelus exercere præsumperit per se vel per alium publice vel occulte, eum excommunicatum & a totius Christianitatis consortio separatam publice nuntiantes qua fungimur auctoritate priuamus omnibus priuilegijs indulgentijs, feudis, gratijs & beneficijs quibuscumque eis ab ecclesia quacumque concessis omnibus ad quos pertinet eorum ordinatio seu dispositio disponendi potestatem liberam concedentes, terram suam nihilominus & quamlibet aliam, qua sibi adharere præsumperit, interdicto ecclesiastico supponentes. Et ne minus vindicta quam excessus memoria prorogetur, decreuimus ut filij talium in clericorum collegium nullatenus admittantur, nec in domibus regularibus alicuius prælationis assequantur honorem, quod contrafactum fuerit irritum decernentes, nisi cum eis per sedem Apostolicam vel legatum de latere fuerit dispensatum. Et quia dignum est, ut is, qui tot præsumit offendere, pœna multiplici castigetur, omnes eorum uasallios, castellanos, comites, iobagiones, & officiales alios, quouis nomine censeantur, a fidelitate, homagio, & qualibet alia præstatione, qua eis tenebantur astricthi, qua fungimur auctoritate absoluius donec ad gremium sanctæ matris ecclesiæ humiliter redeuntes, absolutionis beneficium meruerint obtinere. Quod si eis in prædicta excommunicatione manentibus adharere forte præsumperint, illos eadem cum ipsis pœna statuimus excommunicationis inuolui. Cæterum ut dictorum sacrilegorum pœna sit aliorum cautela, inbibemus venerabilibus in Christo archiepiscopis & episcopis & alijs ecclesiarum prælatis, eorumque vicemgerentibus & ecclesiasticis personis secularibus & religiosis, nec non ecclesiarum capitulis & conuentibus exemptis & non exemptis Cisterciensis, Præmonstratensis, S. Benedicti, Minorum, Prædicatorum, S. Augustini, & aliorum ordinum, nec non magistris præceptoribus & fratribus militiae templi S. Ioannis Ierosolymitani, hospitalis & B. Mariae Theutonicorum sub nostra legatione manentibus, non obstantibus aliquibus priuilegijs, indulgentijs, & literis eis vel eorum aliquibus, aut ipsorum ordinibus a præfata sede concessis, ne ipsi vel eorum aliquis vel aliqui corpora illorum, qui sine digna & debita satisfactione decesserint, tumulare aut tumulationi eorum quoquo modo interesse præsumat. Si quis autem prædictorum cõtra præmissam inhibitionem nostram venire tentauerit, excommunicationis vinculo se nouerit, innodatum, maiori pœna pro tanta inobedientia puniendum, & loca nihilominus, in quibus talium corpora sepulta fuerint, ecclesiastico supposita interdicto. Publicata Posonij xv. idus nouembris.

Ut nulla ecclesiastica persona præbeat auxilium, consilium, vel fauorem alicui laico contra ecclesias ecclesiasticasque personas.

74 Illi proculdubio sunt maiori pœna plectendi, qui nituntur offendere, quod totis suis viribus defendere tenebantur. Cum igitur persona ecclesiastica singulariter teneantur tueri ecclesiam, a qua suam tuitionem recipiunt, præsentem decreto statuimus ut nulla ecclesiastica persona exempta vel non exem-

pta, cuiuscumque præeminentia, status, aut dignitatis existat, etiam si pontificali fulgeat dignitate, præbeat alicui laico, cuiuscumque dignitatis aut conditionis existat, contra ecclesias ecclesiasticasue personas consilium, auxilium, vel fauorem publice vel occulte. Si quis autem ecclesiastico honore postposito contra tam salubre statutum venire præsumperit, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. Et nihilominus si inferior episcopo fuerit, episcopus suus contra eum ad priuationem ecclesiastici commodi & honoris procedere: si vero episcopus metropolitanus, sui suffragans excessum huiusmodi teneantur quam cito commode poterunt sedi Apostolica nunciare. Public. Posonij xv. id. nouembris.

Ne quis recipiat ecclesiasticum beneficium de manu laici.

75 Præsentis constitutionis auctoritate sacro approbante concilio inbibemus, ne quis archiepiscopatum, episcopatum, dignitatem aliquam inferiorem, personatum, parochialem ecclesiam cum cura vel sine cura, beneficium aliquod ecclesiasticum, seu alicuius prædictorum administrationem vel detentionem de manu laicali recipere vel iam recepta tenere sub quouis colore præsumat. Si quis autem contrafecerit, vel sic receptum beneficium eo ipso, & nisi locum, quem sub crimine tantæ inobedientia tantæque ambitionis taliter iam recepit vel in futurum recipiet, respiscendo deseruerit liberaliter infra duorum mensium spatium a publicatione constitutionis præsentis quoad iam recepta, a receptionis vero tempore quoad ea, qua deinceps contingerit sic recipi numerandum, ad quodlibet aliud inhabilis ipso facto reddatur, ita ut ad dignitatem vel beneficium ecclesiasticum nullo unquam tempore absque dispensatione Apostolica sedis vel nostra eligi valeat vel assumi. Insuper, ut quantum excesserit pœna docente recognoscat, si quam dignitatem, personatum, vel beneficium aliquod cum cura vel sine cura sic recipiens, vel detinens & ut præmittitur, non dimittens canonicè forsitan obtineat ea vel eo sit præsentis constitutionis vigore ipso facto priuatus: indignum enim fore censemus ut ecclesiastico beneficio gaudeant, qui eam tam nefandis ausibus despectui habuerunt. Iniungimus quoque, ac in virtute sanctæ obedientie nec non sub excommunicationis pœna precipiendo mandamus omnibus & singulis tam clericis quam laicis rusticis, iobagionibus, uasallis, castellanis, comitibus, et officialibus alijs quocumque modo subiectionis astricthi dignitati, personatui, vel beneficio taliter occupatis, quod occupatori vel detentori prædictis in nullo pareant vel intendant. Qui vero temere contra fecerit, si uniuersitas fuerit, interdicti si autem singularis persona, excommunicationis sententiæ se nouerit subiaccere. Publicata Posonij xv. id. nouembris.

De non occupandis & occupatis restituendis bonis ecclesiasticis.

76 Cum multa prouidentia fuerit olim a felicis recordationis Benedicto PP. XI. apostolica sedis legato, dum in his partibus fungeretur legationis officio, constitutum quod nullus inuadere, occupare, illicite detinere præsumeret decimas, tributa, castra, villas, munitiones, possessiones, & bona ad ecclesias & pia ac religiosa loca et ecclesias ac personas ecclesiasticas spectantia, vel pertinentia quoquo modo, sententiæ excommunicationis prolata in huiusmodi inuasores, occupatores, & illicitos detentores, sed quia propter præsumptiones & quorundam cupiditates nullus fructus hæcenus aut rarus ex prædicta constitutione prouenit, nos tantis animarum periculis præcauere volentes, ne tam salubre statutum videatur in

Obiectū eos offendentes a nathema.

Intentatae alia pœna.

Ecclesiasticæ sepulturae multa irrogata.

Vetiti ecclesiastici laici contra ecclesias opem porrigere.

Sacerdotia alicui conueniunt.

Propositi contra inobedientes res pœna.

Contra inuadentes iuris ecclesiasticæ lex.

desuetudinem abijisse, & ab huiusmodi presumptoribus eius ignorantia pretendatur, prædictum statutum duximus innovandum & ipsum in suo robore permanere: ac inuolabiliter obseruari volentes adijcimus ut quicumque propter inuasionem, occupationem, & illicitam detentionem dictiarum rerum excommunicatione auctoritate prædicti statuti ligatur, infra trium mensium spatium inuasa, spoliata, occupata, & detenta huiusmodi non restituerit spoliatis, omnes eorum vassalli, iobagiones, castellani, comites, & officiales alij quocumque nomine censeantur, & quouis alij eis quoquo modo obnoxij a fidelitate, homagio, & qualibet prestatione qua eis iuramento, pacto, consuetudine, vel qualibet alia firmitate vallata tenebantur astricti, sint absoluti & liberi præsentis auctoritate decreti, donec ad cor humiliter redeuntes satisfactionem debitam impenderint de præmissis. Quod si perseuerantibus in huiusmodi contumacia & contemptu adhererint, quia eos in peccatis fovere satagunt, excommunicationis vinculo sint legati. Et terra, qua eis medio tempore obediens fuerit, ecclesiastico supposita interdictione, quod interdictum omnes & singuli archiepiscopi & episcopi & alij ecclesiarum prelati, capella, & conuentus tam regulares quam seculares, exempti & non exempti Cisterciensium, Præmonstratensium, S. Benedicti, ac Prædicatorum & Minorum, eremitarum S. Augustini, aliorumque approbatorum ordinum, nec non magistri & præceptores milites templi & hospitalis S. Iohannis Ierosolymitani ac B. Mariae Theutonicorum in virtute S. obedientie, & sub excommunicationis pœna seruare inuolabiliter teneantur. Et nihilominus si sine debita satisfactione decesserint prædictorum omnium corpora perpetuo ecclesiastica careant sepultura: non enim debet illi ecclesia beneficium subuenire, qui dum viueret ecclesiam hostiliter impugnauit. Publicata Pofonij 10. id. nouembris.

De pœna publicorum concubinariorum.

77 Alma matris ecclesia, qua plerumque rationabiliter ordinat & consulte qua suadente subditorum utilitate, postmodum consultius ac rationabilius reuocat aliquando, subtrahit, addit quandoque pariter & commutat in melius; imitantes exempla constitutionem bonæ memoriæ Philippi quondam Firmani episcopi, in regno Vngaria ac partibus alijs nostræ iurisdictioni subiectis Apostolica sedis legati, contra publicos concubinarios editam, a felicitis reuerendationis Benedicto PP. XI. tunc in regno & partibus supradictis legato sedis Apostolica confirmatâ, quibusdam additis & subtrahitis iuxta infra scriptam modificationem in posterum obseruari precipimus. Ad ipsius quidem temperandum rigorem animarum zelus, quas ex illius contemptu quasi continuo peccatorum sordibus fœdari conspiciamus, nos inducit spes recuperationis hortatur. Confidimus enim, quod spiritali pœna excommunicationis videlicet, qua quauis sine comparatione periculiosior, minus tamen peccatis exigentibus formidatur in temporalem mutata vindictam subditorum mutabuntur & mores. Decreto igitur præsentis statuimus, ut quicumque clericus contra ipsius constitutionis vigorem deinceps deliquerit, excommunicationis pœna in ea contenta propter causas prædictas cessante, quarta partis reddituum beneficiorum suorum præsentis constitutionis auctoritate damnationi subiaceat. Quia vero nil prodesset iura condere nisi foret qui ea executioni mandaret, omnibus episcopis eorumque superioribus, nec non singulis ecclesiarum prelati de iure vel antiqua consuetudine iurisdictionem habentibus in virtute S. obedientie ac sub excommunicationis pœna quam si ad huiusmodi constitutionis obseruan-

tiam negligentes fuerint vel remissi, ipso facto incurrant districtè præcepimus, quatenus a subditis suis, qui contra ipsam constitutionem exceßerint, pœnam præfatam integraliter exigant: ipsius quidem parte dimidia in exigentis, reliqua vero parte in pauperum usus, seu ecclesiæ exigenti commissa commodum conuertenda. Prædicta autem condemnatio tandiu cum exactioe debita repetatur, quousque mores suos & vitam quoad præmissa curauerint emendare: ad quod etiam corporalis pœna si superior suus expedire crediderit, indicatur. Publicata Pofonij 10. id. Nouembris.

De prohibita deprædatione.

78 Cum Christus vera pax de summis cælorum descenderit, ut quam mandus dare non potest, suis fidelibus pacem daret: profecto non est membrum Christi, nec eius ecclesiæ, qui pacem suam non recipit vel qui ne alij recipiant, suis peruersis actibus causam præstat. Cum itaque in regno Vngaria olim in pulchritudine pacis amulus & discordia seminator diu procurauerit optata pacis exitum immittendo guerrarum discrimina, & deprædationes seu distubationes per peruersos homines membra sua inhumaniter, exercendo, propter qua pax & concordia extra dicti regni terminos diu, quod dolenter referimus exulauit nos, qui præfati regni & incolarum eius specialem curam suscepimus, ipsorum pacifico statui providere desiderabiliter affectantes, statuimus sacro approbante Concilio, ut omnes & singuli cuiuscumque dignitatis, conditionis aut status extiterint, qui in regno Vngariae præfate deprædationes seu distubationes publicas, per quas pax, & tranquillitas dicti regni vix plurimum impeditur, per se vel per alium publice exercere, vel qui aliter ipsius regni statum pacificum impedire presumpserit, nisi per episcopum proprium monitus, ad quod ipse episcopus in virtute obedientie teneatur, infra octo dies vitam suam melius consulte correxerit, & si clericus fuerit exemptus vel non exemptus beneficijs priuatus, ipso facto excommunicatione, qua Deus iratus animas percutit sit ligatus. Publ. ut supra Pofonij.

De his qui contumaciter susinent excommunicationem.

79 Cum peccata tanto grauius deprimant atque laboriosius extirpentur, quanto inualuerint consuetudine longiori, præsentis constitutione sacro approbante concilio duximus statuendum, quod si quis clericus vel laicus, cuiuscumque status aut conditionis existat, aliquam de constitutionibus nostris transgrediens, quas contra recusantes dictum Carolum pro Rege naturali Vngariæ recipere & habere, vel alium aduocantes vel nominantes, seu recusationi, aduocationi, vel nominationi huiusmodi consentientes seu fauentes ac etiam contra occupatores regalium generalium, vel ecclesiasticorum bonorum, contra eos quoque qui in Regem prædictum, archiepiscopos, episcopos vel legatos manus iniecerint violentas, nec non contra occupatores & detentores sacre coronæ, eorumque fautores edidimus, maioris excommunicationis sententiam in præfatis constitutionibus seu aliqua earum contentam, quod absit, incurrerit quam citius commode poterit cum debita instantia illius absolutionem efficaciter obtinere procuret: qui vero concepta malitia siue damnosa negligentia excommunicationem huiusmodi per annum sustinerit animo indurato contra eum prelatum per ad quem de iure pertinere dignoscitur, seu per inquisitores hæretice prauitatis, bonis pro facto iure confiscatis ipsius, tanquam contra hæreticum procedatur. Publicata Pofonij 10. id. nouembris.

De coercentis de prædatoribus.

Contra censuras contemptores.

Iudicio hæreticos postulari iussi.

Ne aliqua fidelis alicui infideli matrimonialiter copuletur.

Fideles mulieres iungi thoro cum hæreticis vel schismatice.

80 Ut fides catholica, qua scissuram erroris cuiuslibet aspernatur, nullius schismatis vel fermenti prauitatis hæretica maculetur, de consilio & assensu præsentis concilij perpetuo prohibemus edicto, ut nullus nostræ legationi subiectus, qui vult reputari & haberi catholicus, præsumat de cætero hæretico Patareno, Gazaro, schismatico, vel alteri fidei Christianæ contrario, maxime Ruthenis, Bulgaris, Rascijs, Lituaniis in errore manentibus (qui sicut fide dignorum testimonia præstantur, in diminutionem catholica fidei, opprobrium Iesu Christi, & sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, quæ est vera fidei fundamentum, non solum sacri baptismatis, reiterant sacramentum, verum alia catholica ecclesiæ salutifera sacramenta damnabiliter contemnentes habent despectui, fidei veritatem, in qua fidelibus salus datur, abnegant, & eis diuersis modis & varijs iniuriam irrogare conantur) filiam, neptem, consanguineam suam connubio tradere vel eas eis modo aliquo copulare, cum hoc sit in prædicta fidei Christianæ detrimentum non modicum & iacturam: nam sicut didicimus ab experto, viri ab unitate fidei catholica separati uxores suas quantumuis catholicas, instigante diabolo, ad infidelitatis errorem trahunt potius quam trahantur. Qui vero contra inhibitionem præsentem filiam, neptem, vel consanguineam suam prædictis pestiferis hominibus, qui quantum in eis est, catholicam fidem, sine qua nullus omnino saluatur, nituntur confundere, dederit vel danti consenserit, vel ex proposito & scienter huiusmodi scelestis nuptijs assiterit (mulier etiam data vel tradita, quæ eisdem consenserit) cum per hoc in Christiana religione scissuram & maculam ponere satagat, ac per hoc hæretica prauitati fauere, eo ipso excommunicationis mucrone percussus se nouerit & ecclesiastica sepultura priuatum. Volumus autem & in virtute obedientiæ districtè præcipimus archiepiscopo vel episcopo, in cuius diocesi contemptor huiusmodi moram trahit quod eum excommunicatum denuntiet & ab omnibus euitandum: & si infra mensem corde contrito & humiliato non redierit ad ecclesiæ unitatem, de tanta iniuria irrogata nomini Christiano & fidei orthodoxæ condignam satisfactionem & debitam impensurus ex tunc contra eum tanquam contra fautores hæreticorum et inimicos fidei Christianæ procedatur iuxta sanctiones canonicas & ciuiles. Publicata Posonij 10. idus nouembris.

De obseruantia mandatorum Apostolicæ sedis, & legatorum ipsius.

De honore legatis sedis Ap. deferendo

81 Cum Apostolica sedes ad obedientiam omnibus singulari priuilegio proponatur, dolemus quod quidam, quos termini nostræ legationis includunt, bonum obedientiæ peruertentes, ipsius Apostolicæ sedis vel etiam legatorum eius, qui in decreta sibi prouincia secundum in obedientiâ & reuerentiâ locum tenent ipsius obedientiæ debito reuerenter subtracto, mandatis siue in recipiendis canonicis, siue in custodiendis sententijs siue in quibusuis præceptionibus obseruandis aliorum damnabiliter voluntatem præponunt, & non attendentes, quod quasi peccatum ariolâdi est repugnare, et quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere, pœna inobedienciæ debita se supponunt: quod in terra Polonia maxime per nonnullos episcopos & capitula, quæ præsertim pro aliquibus recipiendis canonicis, nisi de suorum superiorum voluntate procedat, ab eadem sede vel legato ipsius directis lsteris obedire contemnunt, factum esse frequentius nostris auribus est relatum. Proinde nostro commissos regimini in bono perfectæ obedientiæ,

sine qua infidelis quisque conuincitur, etiamsi fidelis esse videatur, obseruari feruenti desiderio affectantes; monemus omnes & singulos archiepiscopum, episcopos, electos abbates, priores, ecclesiarum quoque capitula prædictæ terre Polonia, ut non obstant suorum superiorum voluntate contraria, dictæ sedis legatorumque ipsius mandata sic reuerenter recipiant & obedienter adimpleant, quod meritum obedientiæ non amittant: scituri, quod si mandata huiusmodi per inobedienciâ vitium non duxerint adimplendum, eos taliter puniemus, quod pœna docente cognoscent quam grauesit eorum iussionibus contrariare. Publicata ut supra. Dat. Posonij 10. idus nouemb. pont. domini Clementis PP. V. an. 10. His addit Clemens VI. Nulli ergo, etc. nostræ confirmationis infringere, &c. Dat. Auinion. 10. non. septembris anno 5.

IESV CHRISTI

annus 1347.

CLEMENTIS PP. VI.

CAROLI IV. ROM. REGIS 2.

6.

IO. PALÆOLOGI IMP. OR. 7.

Rescissæ sunt a Carolo IV. Romanorum Rege anno Christi millesimo trecentesimo quadagesimo septimo indictione decima quinta omnes leges a Ludouico Bauaro contra Romanæ ecclesiæ iura dignitatemque Romæ, Pisis, alij sue in locis latæ, tum regio vel imperiali nomine ab eo gesta in Italia tanquam nulla auctoritate, cum adepto ex discordi electione iure priuatus, atque hæreseos & schismatis crimine damnatus esset, irrita pronuntiata. Obstricta etiam sacramento ab eodem pio & catholico Rege fides, ditionem ecclesiasticam, vel regna vectigalia sedis Apostolicæ Siciliam, Sardiniam & Corsicam se nunquam inuasurum: si quæ ab Henrico auo Imperatore vel Ludouico Bauaro occupata aut distracta essent, reuocaturum: immo regiam potentiam in defendendis iuribus pontificijs collocaturum; atque excurrente ab acceptis imperialibus ornamentis octiduo promissa confirmaturum, neque villo iureiurando deuinctum deuinciendum esse, cuius religione ab eo retardetur.

Spondit præterea Carolus intrusos vi & iniuria præfules depellere, ac sacerdotes & episcopos, apostolica auctoritate pascendis animabus præfectos, in possessionem ecclesiarum inducere: rata habita ab auo Imperatore vel concessa sedi Apostolicæ corroborauit: latam vero ab eodem in Robertum Sicilia Regem eiusque heredes, ac Florentinos aliosue horum socios sententiâ abrogauit: Prouinciâ, Folkarquerium, aut Pedemontium bello se non vexaturum promisit; omnes denique iniurias illatas imperio ab Italicis urbibus vero Apostolicæ condonauit. Ad redigendum vero ad officium Ludouicum Bauarum, censuris apostolicis ob infanda scelera irretitum, neque imperij modo, sed etiam ducatus Bauariæ iuribus exutum, & ad exercendâ in eum edictorum pontificiorum iustam feueritatem persecuturum se bello coram Geraldo de Magnaco archidiacono e Balthesio in ecclesia Constantiensis, Apostolicæ sedis internuntio, quem superiori anno, ut Carolum in Pontificis verba adigeret, missum vidimus, pollicitus est, ac literas regio sigillo & chirographo obsignatas promissorum testes Clementi VI. transmisit: a quæ post susceptum imperiale insignie fuerunt confirmata edito nouo cæsareo diplomate. Pactarum vero superiorum, Carolum

Jum-inter ac Pontificem conuentionum, reque-
gesta series accurate describitur in publicis mo-
numentis, hac verborum formula a rum edi-
tis.

In nomine domini nostri Iesu Christi, Amen.
Anno natiuitatis eiusdem MCCCXLVII. indi-
cione xv. die xxviii. mensis aprilis, pontificatus
sanctissimi in Christo patris & domini domini Cle-
mentis, diuina prouidentia Papa VI. anno v. in
presentia mei notarij publici & testium infra-
scriptorum personaliter constitutus venerabilis & di-
cretus vir magister Geraldus de Magnaco archidia-
conus de Balthesio in ecclesia Constantiensi, eiusdem
domini Papa capellanus, cum ea, qua decuit reue-
rentia, dedit, presentauit, & assignauit serenissima
principi & domino domino Carolo, Dei gratia Ro-
manorum Regi semper augusto, & Boemia Regi cum
reuerentia debita recipienti, eiusdem domini Regis
approbationis literas b apostolicas, vera dicti domi-
ni Papa bulla plumbea in filiis sericis more Romana
curia bullatas, quarum principium tale est.

Clemens episcopus seruus seruorum Dei cha-
rissimo in Christo filio Carolo Regi Romanorum
illustri salutem, & apostolicam benedictionem.
Romanus Pontifex, cui Rex æternus & summus
in personam B. Petri Apostoli, æternæ vitæ clau-
geri, cælestis simul & terrenæ iura imperij & plen-
itudinem potestatis concessit supra cunctos, &c.
Finis vero ipsarum talis est: Ad cælestis & æterni
regni prouehi gloriam merearis. Nulli ergo om-
nino hominum liceat, &c. Si quis autem hoc, &c.
Dat. Auin. viii. id. nouembris pontificatus nostri
anno v.

Post quarum literarum presentationem & re-
ceptionem, ut præmittitur, reuerendus idem magi-
ster Geraldus mandauit & fecit ibidem, presentibus
infra-scriptis testibus per me subscriptis notarium
legi quasdam alias literas apostolicas in chordula
canapis more Romana curia iuxta modum præta-
ctum bullatas: in quibus sibi, ut prima facie appa-
rebat, mandabatur quod certas a præfato domino
Rege promissiones, iuramenta, & concessiones reci-
peret iuxta earundem literarum apostolicarum con-
tinentiam & tenorem. Quarum literarum aucto-
ritate dictus magister Geraldus ibidem secundum
formam mandati huiusmodi super præstandis & faci-
endis prædictionibus, iuramentis, & concessionibus
eiusdem prædictum dominum Regem attentius requi-
siuit. Qui quidem dominus Rex ad requisitionem
huiusmodi ibidem in instanti reuerenter & deuote
in manibus antedicti magistri Geraldus de Magnaco,
supradicti domini Papa, successorum suorum, sacro-
sanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ & sedis Apo-
stolicæ nomine recipientis, omnes & singulas præmis-
siones, iuramenta, & concessiones infra-scriptas sigil-
latim & specificè, tactis corporaliter sacrosanctis
euangelijs, renouauit, fecit, præstitit, approbauit,
ratificauit, & confirmauit per omnia in hac ver-
ba.

Sanctissimo c in Christo patri & domino suo
domino Clementi, sacrosanctæ Romanæ ac vniuersa-
lis ecclesiæ summo Pontifici, Carolus Dei gratia
Romanorum Rex semper Augustus, & Boemia Rex
cum reuerentia debita, & deuota, pedum oscula beato-
rum.

3 Summis & feruentibus desiderijs in spiritu
humili cupientes sanctitatis vestræ pedibus, &
Apostolicæ sedi toto corde & animo zelum no-
stræ reuerentiæ, fidei, et deuotionis offerre,
vestris sanctis dispositionibus, monitis, exhor-
tationibus, & mandatis nos pro totis viribus
Annal. Eccl. Tom. XVI.

coaptando reuerenter & deuote, in manibus di-
creti viri magistri Geraldus de Magnaco archidia-
coni de Balthesio in ecclesia Constantiensi capel-
lani vestri vestro, sanctæ Romanæ ac vniuersa-
lis ecclesiæ, & sedis Apostolicæ nomine, de man-
dato vestro speciali eidem super hoc facto reci-
pientis, promissiones, iuramenta, & concessiones
omnes, & singulas infra-scriptas sigillatim &
specificè, tactis sacrosanctis euangelijs, renouaui-
mus, & renouamus, fecimus & denuo facimus,
præstitimus & præstamus, approbauimus & ap-
probamus, ratificauimus & ratificamus. Et pri-
mo facimus, præstamus, concedimus, & promit-
timus omnia iuramenta, omnes obedientias,
promissiones, concessiones, donationes, rati-
ficationes, confirmationes, & cætera omnia,
quæ clara memoria dominus Henricus vltimus
Imperator auus noster per se vel per alium seu
per alios fecit, præstitit, promisit, concessit, &
confirmauit: nec non & omnia alia iuramenta,
obedientias, promissiones, concessiones, dona-
tiones, ratificationes, & confirmationes, & cæ-
tera omnia, quæ olim electi in Reges Romano-
rum & assumpti ad imperium, siue etiam non
assumpti, siue antequam assumerentur siue
post, per se vel alios summis Pontificibus, & sanctæ
Romanæ ecclesiæ, seu eorum alteri per se vel per
alios reperitur suis temporibus præstitisse, fe-
cisse, & confirmasse, seu quomodolibet conce-
fisse. Item omnes processus factos, & quaslibet
sententias latas, & quæcumque alia, quocumque
nomine censeantur, Romæ seu vbiicumque alibi
gesta per Ludonicum de Bauaria, per ecclesiam
de hæresi & schismate iusto iudicio condemna-
tum, ac priuatum omni iure, si quod per ele-
ctionem in Regem Romanorum de ipso factam ei
fuerat acquisitum, seu per alios eius nomine vel
auctoritate sub imperiali titulo, quem sibi inde-
bite usurpauit; nec non & omnia, quæ per se
vel alium in Italia fecit seu gessit, etiam sub rega-
li nomine, & cætera etiam omnia vbiicumque
gesta ab eo per se vel alium, quæ ex defectu iuri-
sditionis vel potestatis facere sibi non licuit, nulla
esse ac cassa & irrita pronuntiamus & declaramus:
illa etiam, quatenus processerunt de facto, annul-
lamus, & penitus in his scriptis reuocamus.

Item promittimus, & ad sancta Dei euan-
gelia corporaliter per nos tacta iuramus, quod
non occupabimus, nec recipiemus, nec acquire-
mus, nec quouis modo usurpabimus Romam
aut prouincias, ducatus, marchionatum Ane-
nitianum, Ferrariam, ciuitates, oppida, castra,
terras alias, seu territoria vel loca ecclesiæ Ro-
manæ, seu ad ipsam mediate vel immediate
spectantia, in Italia vel vbiilibet extra Italiam,
sicut est comitatus Venayfisi, qui ad Romanam
ecclesiam pleno iure noscitur pertinere, & plura
etiam alia ad eandem ecclesiam pertinentia,
extra Italiam constituta: & specialiter nec regna
Siciliæ, Sardinia, & Corsica, quæ de dominio
directo iure & feudo eiusdem Romanæ ecclesiæ
esse noscuntur; nec alia feuda, retrofeuda, seu
qualibet alia loca ad eandem ecclesiam mediate
vel immediate spectantia: nec iura, personas,
vel res aliquas in eisdem: nec aliquibus inuaden-
tibus seu occupantibus, vel quomodolibet usur-
pantibus, seu inuadere, occupare, vel quomo-
dolibet usurpare attentantibus seu volentibus
prædicta regna Siciliæ, Sardinia, vel Corsica,
seu Romam aut prouincias, ducatus, marchio-
natus, comitatus, Ferrariam, ciuitates, oppida,

Ve rata
habita a
Carolo cõ
uenta cõ
Clem. VI.

Præstita
olim a Cē
saribus la
cramenta
corrobera
ta.

Et edita
in Lud-
Bau. con-
firmata.

Rescissa
omnia ei-
gesta.

Sponsio
Caroli de
pontificia
ditione si-
bi non ar-
roganda.

castra, terras alias, seu territoria vel loca ecclesie Romana, seu ad ipsam ecclesiam mediate vel immediate spectantia, siue sint intra Italiam, siue extra Italiam, seu aliqua prædictorum, adhærebimus, nec ipsis etiam dabimus aliquam qualiter auxilium, consilium, vel fauorem: quinimmo quoscumque inuadentes, occupantes, seu quomodolibet vsurpantes, seu inuadere, occupare vel vsurpare volentes, vel attentantes dicta regna Sicilia, Sardinie & Corsicæ, & urbem Romanam, & ducatus, marchionatus, comitatus, prouincias, Ferrariam, ciuitates, castra, & terras, seu quæuis alia loca Romana ecclesie vel aliqua ex eisdem retrahemus & impedimus pro posse nostro, eisdem nos cum armis opponendo: & ne conatus talem effectum habeat cum tota potentia nostra resistendo: ac vobis & ecclesie Romanae pro defensione regnorum, prouinciarum, terrarum, & locorum prædictorum contra quoscumque occupatores, inuasores, & vsurpatores, seu occupare, inuadere, vel vsurpare attentantes fideliter assistendo.

4. Nec dabimus, nec concedemus vllò vnquam tempore in perpetuum vel ad tempus aliquid de prædictis sub colore, conditione, vel titulo quibuscumque: quodque prædictam Romanam ecclesiam, aut vos dominum nostrum Papam, seu successores vestros, vel officiales, ministros, vassallos, & subditos vestros non inquietabimus, vel quomodolibet molestabimus in dictis regnis Sicilia, Sardinie & Corsicæ, nec in vrbe Romana, terris, prouincijs, ducatibus, marchionatu, comitatibus, Ferraria, ciuitatibus, castris, oppidis, & alijs terris & territorijs supradictis, seu aliquo prædictorum: sed nec etiam ratione quorumlibet delictorum vel excessuum, in locis eisdem commissorum vel committendorum aliquem vel aliquos puniemus, vel alias persequemur, nisi hoc ad nos de iure pertineret ex alia ratione quam territorij, cum territorij ratione hoc ad Regem vel Imperatorem Romanorum, quantum ad loca prædicta, nullo modo valeat pertinere. Et hoc casu promittimus & iuramus vt supra, quod tales contra iustitiam non grauabimus, nec eis in casu etiam aliquo Reges prædictorum regnorum, aut ministros, vassallos, & subditos eorundem in regnis prædictis, seu pro eis vel qualibet eorum, parte aliquatenus molestabimus.

Nec aliquod dominium, iurisdictionem, superioritatem, seruitutem, potestariam, capitaneatum, vel aliud officium, quocumque nomine censeatur, accipiemus vel vendicabimus, vel per nos vel per alios exercebimus in prædictis Roma, regnis, prouincijs, ducatibus, marchionatu, comitatibus, Ferraria, ciuitatibus, oppidis, castris, villis, terris, & territorijs supradictis, vel in aliquo de eisdem; nec etiam fidelitatem, recognitionem, vel aduocationem aliquam quouis modo recipiemus per nos, vel alium seu alios pro seu in Roma, regnis, prouincijs, ducatibus, marchionatu, comitatibus, Ferraria, ciuitatibus, oppidis, castris, locis, terris, & territorijs supradictis, vel pro aliquo eorundem: nec etiam pro quibuslibet rebus vel iuribus in præmissis Roma, regnis, prouincijs, ducatibus, marchionatu, comitatibus, Ferraria, ciuitatibus, oppidis, castris, locis, terris, & territorijs supradictis, vel in eorum aliquo seu aliquibus pertinentijs constitutis; etiam si nobis a quibuslibet communitatibus vel personis singularibus offerrentur: nec ius etiam

aliud qualecumque vendicabimus, acquiremus, vel occupabimus, seu quomodolibet per nos vel alium seu alios vsurpabimus, recipiemus, vel exercebimus: nec concedemus etiam recipi vel haberi in Roma, regnis, Venaysino, prouincijs, ducatibus, marchionatu, comitatibus, Ferraria, ciuitatibus, oppidis, castris, locis, & territorijs supradictis, vel in aliquo de eisdem; & specialiter in prouincijs, ciuitatibus, terris, & locis expressis in quibusdam literis dicti quondam Henrici Imperatoris, quarum tenor inferius est insertus.

5. Ad euitandum quoque occasionem veniendi contra prædicta vel aliquod prædictorum, promittimus vt supra, quod ante diem nobis pro coronatione nostra imperiali præfigendam non ingrediemur urbem Romanam: quodque eadem die, vero & legitimo impedimento cessante, imperialem recipiemus coronam; & quod siue illa die, siue vere & legitime impediti die alia dictam recipiemus coronam, ipsa die, qua coronam huiusmodi receperimus, dictam urbem, vero & legitimo impedimento cessante, inde exhibimus cum tota etiam, quantum in nobis fuerit, gente nostra: & cessante etiam impedimento legitimo, continuatis moderatis diatris extra totam terram Romanæ ecclesie nos recto gressu transferemus versus terras imperio subiectas, nunquam postmodum ad Urbem, regna prædicta Sicilia, Sardinie & Corsicæ, prouincias, ciuitates, vel alias terras Romanæ ecclesie, nisi de speciali licentia sedis Apostolicæ, accessuri. Iuramus quoque super sancta Dei euangelia, per nos corporaliter manu tacta, quod super his vel eorum aliquo nullum impedimentum fingemus aut præstabimus, aut fingi, aut præstari per alium vel alios, quantum in nobis fuerit, permittemus. Item promittimus, quod contra prædicta vel eorum aliquod nullatenus per nos vel alios veniemus: & si contrarium quouis modo contingeret fieri per nos vel alios nostro nomine quancumque, statim cum hoc ad nostram notitiam deductum fuerit, illud reuocabimus, & faciemus, quantum in nobis fuerit, effectualiter reuocari, & pro non factis volumus & decernimus haberi & etiam reputari.

Item si per præfatam quondam Henricum Imperatorem auum nostrum, vel per iam dictum Ludouicum, seu per quemcumque alium, seu alios ipsorum vel alterius eorum nomine seu auctoritate aliqua sententiæ fuerint promulgatæ, seu processus aliqui facti, seu arrestationes personarum aut rerum, vel aliqua ad iurisdictionem, pertinentia attentata in Roma, regnis, prouincijs, ducatibus, marchionatu, comitatibus, ciuitatibus, mediate vel immediate subiectis; illa omnia decernimus, & in his scriptis pronunciamus esse nulla: quodque si aliqua fidelitates, homagia, obedientiæ, recognitiones, donationes, aduocationes, occupationes, seu concessiones qualescumque a prædictis Henrico & Ludouico, vel eorum altero per se vel alium seu alios factæ fuerint vel receptæ pro Roma, regnis, prouincijs, ducatibus, marchionatu, comitatibus, ciuitatibus, oppidis, castris, locis, terris, & territorijs supradictis vel eorum aliquo, vel pro quibuslibet rebus vel iuribus, in eis vel sub eis etiam constitutis, a quibuscumque vniuersitatibus, vel personis singularibus quouis modo; illa omnia fore nulla pronuntiamus, & quatenus processerunt de facto, totaliter reuocamus, & etiam pro non factis volumus et decernimus haberi.

Non affectandis Sicilia, Sardinia, & Corsica.

Nō occupando vllò in terris eccl. magistratū.

De episcopo diocesis Urbis et dem die qua facta fuerit ista gne aug. Hale.

Conu. dis Henrici ci. au. imp. t. entij.

Item promittimus & iuramus, quod quancumque in Lombardiam & Tusciam vel eorum alteram aliquem vel aliquos mittemus pro terris & iuribus imperij gubernandis, quoties illum vel illos transmittemus, faciemus eum & eos iurare, vt adiutor vel adiutores domini Pape sint ad defendendum terram S. Petri & Romanæ ecclesiæ secundum suum posse. Item promittimus & iuramus, vt supra, quod omnia & singula suprascripta & infrascripta per nos promissa, & per nos præstito iuramento vallata, bona fide & inuolabiliter obseruabimus, faciemus, & implebimus, & integraliter attendemus iuxta præsentium continentiam & tenorem. Et nihilominus ipsa omnia & singula post inunctionem, consecrationem, & coronationem imperialem infra octo dies inunctionem, consecrationem, & coronationem eandem immediate sequentes pro maiori firmitate omnium prædictorum ipsa omnia & singula ratificabimus, & renouabimus singulariter & expresse: & super præmissis omnibus & singulis dabimus literas nostras quadruplicatas eiusdem tenoris patentes & sufficientes, imperialis maiestatis typhario communitas. Item supra sancta Dei euangelia corporaliter manu tacta iuramus, quod nullam omnino promissionem, nullum pactum, nullumque iuramentum, nec aliquid aliud faciemus, per quod præmissis vel eorum alicui possit in aliquo quomodolibet derogari. Et nihilominus super sancta Dei euangelia corporaliter manu tacta iuramus, præmissa omnia & singula nos facturos & completuros, & nullo vnquam tempore per nos vel alios contra illa vel aliquod de illis venturos: &, si (quod absit) contigerit nos facere, dicere, promittere, vel iurare aliqua vel aliquod, quæ præmissis vel eorum alicui possent quomodolibet obuiare, vel nos vel aliquem ad aliquod secus agendum inducere, vel nobis occasionem agendi contra prædicta vel eorum aliquod quomodolibet ministrare; nihilominus illis nequaquam obstantibus prædicta omnia & singula complebimus & inuolabiliter obseruabimus, & ad ea complenda & inuolabiliter obseruanda ex promissionibus & iuramentis præmissis semper nos volumus remanere efficaciter obligatos. Et ex nunc etiam attestamur & protestamur, nos velle & intelligere, præmissa omnia & singula sic exclusa fore ab omnibus factis & promissionibus ac iuramentis specialibus & generalibus, per nos quomodolibet faciendis, per quæ præmissis vel eorum alicui possent quomodolibet derogari, quod illorum prætextu vel occasione nobis nullo modo liceat, licereue possit mutare aliquid in præmissis, vel facere contra ea vel aliquid de eisdem. Promittimus etiam bona fide, quod intrusos in ecclesijs, infra prædicta regnum & imperium consistentibus, & qui eas contra ius & libertatem, superioritatem & auctoritatem Romanæ ecclesiæ detinent occupatas, vel detinuerint in futurum, si super hoc per vos dominum nostrum Papam, vel sedem Apostolicam fuerimus requisiti, expellemus & pro posse faciemus expelli de illis: & prouisos per sedem Apostolicam iuuabimus, & faciemus iuuari, vt ad ecclesias, quibus de eis per sedem Apostolicam prouisam est, vel fuerit in futurum, realiter admittantur, suisque iuribus libere vti possint. Tenor autem suprascriptarum literarum quondam Henrici Imperatoris sequitur sub his verbis.

Sanctissimo in Christo patri & domino suo

Clementi, sacrosancta Romana ac vniuersalis ecclesia summo Pontifici Henricus, diuina fauente clementia, Romanorum Imperator semper Augustus cum reuerentia debita pedum oscula beatorum:

Dudum antequam susceperimus imperij diadema in humilitatis spiritu &c. [Repetendæ eæ non videntur, cum ipsas in superiori tomo, dum ageremus de Henrico, attulerimus a. Confirmatisque singulis sponsonibus in ijs contentis; subiungit Carolus].

6 Item nos Carolus Rex Romanorum prædictus, quia per claræ memoriæ Henricum vltimum Imperatorem auum nostrum seu auctoritate ipsius plures processus facti fuisse, & etiam plures sententiæ capitales, & proscriptiones bonorum, & aliarum poenarum & multarum diuersarum inflictiones diuersis temporibus promulgatæ fuisse dicuntur tam contra claræ memoriæ Robertum Regem Siciliae, quam contra quondam Ioannem ducem Duratij Regis eiusdem germanum, ac etiam contra vassallos et alios eidem Regi immediate vel mediate subiectos regni Siciliae, et comitatus prouinciæ, et aliarum terrarum Regis eiusdem, quam contra nonnullos ciues et incolas ciuitatis Romanæ; nec non contra ciuitates et commune Florentiæ, ac potestates, capitaneos, officiales, ministros, et nonnullas singulares eiusdem ciuitatis personas, ac etiam contra alias ciuitates et loca, et contra nonnullas personas singulares, quæ quidem ciuitates et personæ tempore dicti Henrici adhæserunt Regi præfato; omnes huiusmodi processus et sententiæ propter quoscumque etiam et qualescumque excessus, inobedientias, rebelliones, et iniurias ipsi processus facti et sententiæ promulgatæ fuerunt, quatenus processerunt, renouamus et eos et effectum eorum annullamus, et tollimus in totum: et quidquid etiam ex eis secutum est, vel ob eos, et insuper omnes excessus, rebelliones, inobedientias, iniurias, et offensas, qui vel quæ commissi seu commissæ fuerunt per Regem et alios suprascriptos vel ipsorum aliquem vel aliquos, et per ciuitates, communitates, et loca prædicta in partibus Italiae contra præfatum Henricum vel suos officiales, seu contra imperium quouis modo, in quantum processerunt et ad nos et imperium pertinere possunt; remittimus et tollimus, et penitus abolemus, et in integrum aduersus prædicta restituumus omnes et singulos suprascriptos, ac ciuitates, communitates, et loca prædicta sic, quod illorum occasione vel causa ipsi vel successores eorum non possint per nos aut nostros quoscumque successores, vel per alios nostro vel eorundem successorum nomine vlllo vnquam tempore impeti, seu inquietari, vel etiam quomodolibet molestari: nec successores dicti Regis Siciliae ratione vel occasione cuiuscumque commissio- nis, confiscationis, seu incurfus, seu ex quauis alia causa pro præterito tempore super comitatibus Prouinciæ, Forcalquerij, et Pedemontis inquietabimus, molestabimus, nec aliquid ius in eis vel aliquo eorum vendicabimus ob præmissa vel aliqua eorundem.

Item ob reuerentiam vestri domini nostri Papæ, & propter etiam bonum pacis, vobis domino nostro Papæ concedimus irrenouabiliter, & damus per præsentem plenam & liberam potestatem, quitandi & remittendi omnibus ciuitatibus & communitatibus quorumcumque; locorum omnium partium Italiae; nec non & quibuslibet personis singularibus partium earundem, cuiuscum-

D d 2 que

Hand
Promissa
ab Henr.
Imp. repe-
rita a Ca-
rolo.

a Annal. to
xv. ann.
Chr. 1313
n. 40.

Edicta
Caesarea
in Guel-
phos reu-
cata.

Prouincie
Pedemont-
isque co-
munitatibus
consulti.

Condo-
nata Pon-
tifici acco-
pte ab ei-
sequacibus
iniuria.

Contra-
rium his
iuramentum
non
conceptu-
m se pro-
mittit Ca-
rol.

Intra-
muros
electum
u.

que status aut conditionis existant, omnes iniurias, rebelliones, inobedientias, & offensas commissas hactenus quodcumque & quomodocumque contra imperium & Reges ac Imperatores Romanorum, seu officiales, ministros, vel gentes eorum, ac etiam processus quoscumque & sententias inde secutas, quatenus ad Reges & Imperatores eosdem, qui fuerunt pro tempore, pertinuit cognitio & punitio prædictorum, & ad nos illorum prosecutio iuri regni vel imperij poterunt pertinere, tollendi, cassandi, reuocandi, & totaliter annullandi; pœnasque quaslibet corporum & bonorum, multas etiam & infamias a iure vel homine illorum excessuum occasione vel causa inflictas, vel infligi possibiles in futurum remittendi & penitus abolendi, & contra prædictos excessus, processus, sententias, pœnas, & infamias huiusmodi in integrum restituendi, & alias de illis & saper illis omnibus & singulis, quodcumque & quomodocumque vobis placuerit in simul vel diuisim per vos vel alium ordinandi, & disponendi alte & basse pro libito voluntatis quidquid placuerit vestræ sanctitati, & hoc in scriptis vel sine scriptis, nobis etiam absentibus & non vocatis, nec alio quocumque pro nobis nec etiam requisitis. Ratum quoque & gratum per nos, & pro successoribus nostris habituri promittimus quidquid super præmissis, & eorum quolibet per sanctitatem vestram remissum, sublatum, cassatum, annullatum, reuocatum, restitutum, & abolitum fuerit, vel quomodolibet ordinatum: & super hoc sufficientes iuxta voluntatem vestram patentes vobis concedemus literas nostro munitas sigillo quoties per vos super hoc fuerimus requisiti. Potestatem autem præmissam durare volumus per annum integrum, computandum a tempore, quo potestatem huiusmodi vobis concesserimus, & nos eisdem concessionis potestatis literas fecerimus assignari: eo tamen adiectione, quod si post approbationem prædictam, durante anno prædicto, illi vel aliqui ex eis, de quibus præmittitur, nobiscum amicabiliter conuenirent, possimus eis vel pro eis remissionem ac alia prædicta facere, concessione sanctitatis prædictæ super his facta nequaquam obstante: quæ tamen in suo pleno effectu remaneat quoad omnia alia, de quibus sic non duxerimus ordinandum.

Ab eo ap6
gifice rata
habenda.

7 Item cum, sicut est per diuersas orbis partes longe lateque diffusum & notum, ac etiam diuulgatum, Ludouicus de Bauaria propter multiplices graues, execrabiles & enormes, atque notorios eius excessus, offensiones, iniurias, rebelliones, contumacias, & contemptus, ac hæreses & schismata, aliaque nonnulla detestabilia crimina notorie commissa per eum, ac exigentibus suis demeritis & culpis horrendis, fuerit & sit per sedem Apostolicam pluribus varijs, & diuersis excommunicationum et anathematum, ac alijs pœnis et sententijs innodatus, ac omni iure, si quod vnquam sibi in regno et imperio Romanorum competere potuisset, nec non omniuis feudis, quæ tunc a Romana vel alijs ecclesijs vel dicto imperio obtinebat, et specialiter ducatu Bavarix, ac etiam bonis alijs suis omnibus mobilibus et immobilibus, iuribus et iurisdictionibus, priuatus perpetuo, iustitia suadente, ac de hæresi et schismate et alijs diuersis criminibus et excessibus condemnatus, ac hæreticus et schismaticus publice nuntiatus; et propterea in pœnas et sententias diuersas tam in processibus dictæ sedis huiusmodi

occasione habitis contra eum contentas, quam in iure contra tales inflictas incidisse, et eas omnino incurrisse sit et fuerit declaratus, ac etiam Christi fidelibus expositus impugnandus; nos tanquam deuotus sanctæ Romanæ ecclesiæ filius verusque cultor catholicæ fidei, obstinatam et perniciosam nimiam Ludouici præfati pertinaciam, et perfidiam abhorrentes, et consultius attendentes processus sedis eiusdem, vt præmittitur, habitos contra eum; et considerantes etiam, quod hæretici et schismatici sunt a catholicis pro viribus expugnandi, et quod eisdem fidelibus non licet cum ipsis hæreticis vel schismaticis amicitias, societates, confederationes, pactiones, colligationes, vel ligas aliquas facere vel habere; ob zelum Dei et eiusdem fidei, ac ad honorem ipsius sanctæ Romanæ ecclesiæ matris nostræ, et ob deuotionem, quam habemus ad ipsam, ac etiam conscientia merito nos urgente intendentes; Ludouicum præfatum iuxta ipsorum processuum seriem, prout nobis erit possibile, impugnare bona fide promittimus, & ad sancta Dei euangelia per nos corporaliter sponte tacta iuramus, quod quandiu idem Ludouicus in huiusmodi perfidia, hæresi, schismate, pertinacia, excessibus, & criminibus permanebit; & quandiu subiacebit pœnis & sententijs supradictis, & quandiu erit extra gratiam dictæ sedis, nullam amicitiam, societatem, confederationem, pactionem, colligationem, vel ligam cum eo faciemus: & si aliquas hactenus fecissemus, eis de cætero non vtetur.

De edictis
Pontificis
in Ludouici
mandatis
dis opet.

Item promittimus & iuramus, quod nullam parentelam, consanguinitatem, vel affinitatem cum Ludouico præfato, nec matrimonium, vel sponsalia aliqua, aut parentelam, consanguinitatem, vel affinitatem cum aliquo vel aliqua seu aliquibus ab eodem Ludouico per masculinam vel femininam lineam descendentibus contrahemus Romano Pontifice inconsulto, & absque ipsius sedis licentia speciali: nec eidem Ludouico consilium, auxilium, vel fauorem impendemus per nos vel alium seu alios directe vel indirecte, publice vel occulte: quinimmo eundem Ludouicum iuxta eorundem processuum continentiam totis nostris viribus impugnabimus & persequemur, & super his faciemus totaliter, realiter, & efficaciter posse nostrum. Quæ quidem omnia & singula ex causis prædictis, & ob eas modo prædicto recta & pura fide, sine omni dolo & fraude promittimus, & ad sancta Dei euangelia corporaliter sponte tacta iuramus, nos efficaciter seruaturus & completuros toto posse: & quod contra præmissa vel eorû aliqua per nos vel alium seu alios directe vel indirecte, publice vel occulte, aliqua ratione, occasione vel causa, ingenio vel colore, nullatenus veniemus. Et ad prædictorum omnium perpetuam rei memoriam, & sanctæ Romanæ ecclesiæ & sedis Apostolicæ & Romanorum Pontificum securitatem atque cautelam præsentis scribi literas, & regix maiestatis sigillo fecimus communiti; promittentes & obligantes nos cum omni efficacia & effectu, quod post imperialis diadematis coronationem susceptam prædicta omnia ratificabimus, confirmabimus, & recognoscemus, & faciemus & seruabimus atque iurabimus: & de supradictis omnibus infra octo dies nostras patentes dabimus literas quadruplicatas, harum seriem continentes, ad perpetuam rei memoriam, & ad securitatem & cautelam vestram & successorum vestrorum, & sanctæ Romanæ ecclesiæ & sedis Apostolicæ impe-

Nulla di
eo fides
affinitate
ue iungit
dis.

Confir
mandi
person
post
ptum
gustat
signe.

ialis maiestatis typario communitas. Datum Tridenti v. kal. maij anno Domini MCCCXLVII. regnorum vero nostrorum anno I.

Quibus quidem promissionibus, iuramentis, & concessionibus, nec non omnibus alijs & singulis supra scriptis per presatum dominum Regem, ut praemittitur, sigillatim & specificis, tactis corporaliter sacrosanctis euangelijs, renovatis, factis, praestitis, approbatis, ratificatis, & confirmatis, & per supradictum magistrum Geraldum ab eodem D. Rege receptis; idem magister Geraldus de praestatione ac receptione huiusmodi, nec non de supradictarum literarum approbationis praesentatione, ac praemissis omnibus & singulis per me subscriptum notarium fieri sibi petijt publicum instrumentum, quod etiam sui sigilli munimine mandavit & fecit roborari. Actum Tridenti in castro episcopali boni consilij in superiori episcopali camera eiusdem castri anno, indictione, die, mense, & pontificatu, quibus supra, &c. Addita sunt procerum, qui testes adhibiti fuere, nomina. Contenta superioribus Caroli literis ab eodem post acceptum augustale insigne confirmata fuisse, inferius visuri sumus.

8 Accesserat Carolus Romanorum Rex, cum arcana Viennae mense februario cum Ludouico Rege Vngariae genero & Alberto duce Austriae, (ad quem extant Clementis hortatoriae literae a, vt Carolo creato Romanorum Regi atque a sede Apostolica confirmato adhæresceret) colloquia habuisset b, Tridentum magno instructus exercitu, vt Ioanni fratri, quem adeptis regnis crearat marchionem Moraviae c, Tirolensem comitatum assereret d, quem materno iure illi debitum contendebat: redactisque in suam potestatem nonnullis arcibus, Tirolum obsidione cinxit. Imminente vero Ludouico iuniore, Brandeburgensis marchionatus ac Bauariae viribus succincto, partim illius metu, partim ob annonae penuriam post nonnulla leuia conferta praelia abcessit, inque Bauariam inferiorem mense iulio irripit, quam ferro flammaque scedavit e cum Ludouicus Bauarus senior ex arcano cum Nicolao Laurentio, qui Romae tyrannidem cum tributariae potestatis insignibus corripuerat, iniusta foedera ad Siciliam, ex Regis Andreae nece fluctuantem, vni ex filijs armis comparandam agitare f. Ex quo constat quam imprudenter Ludouicus Vngariae Rex cum Bauaro ad vlciscendam fraternam necem contra pontificia monitiones iniret: quem enim ad subiiciendam sibi Siciliam armorum socium sperabat, hostem erat experturus, ni Bauari consilia mors oppressisset. Sublatum quidem hoc anno Ludouicum Bauarum ex literis Clementis idibus nouembris datis constat quibus Vlrico episcopo Constantiensis de illius interitu certiore se factum testatur g, additque pluribus malis finem impositum.

9 Exercuit apertam in eo principe diuina iustitia vindictam ob improvisum mortis genus, de quo sapius illum Romani Pontifices praemonuerant. Et quidem Ioannes XXII. h vel potius Christus tredecim iam ante annis vicarij sui orationibus ad poenitentiam, intentato repentinae mortis terrore, maturandam vocabat: Attente recogita, quanta tua menti infundetur iucunditas, dum infra claustra tui reuolues peccatoris, quod te cum tanta multitudine tibi adhaerentium de inimici eripueris faucibus, quantoque securius in die tremendi iudicij ante tribunal Christi recepturus pro meritis poteris comparere: & aduerte proinde si quod con-

cepisse diceris, sed parum usque nunc produxeris, cum quanto tremore cum tibi adhaerentibus, quorum damnationis actor extiteris, comparere poteris; quantisque poenis interminabilibus tam pro tuis, quam ipsorum erroribus merearis te affligi. Rumpere itaque moras, & fac cito quod diceris concepisse. Quid tardas ipsum, quem iam concepisti, spiritum parturire salutis? Nil mortalibus est morte certius vel incertius hora mortis. Noli, quae sumus procastinare ulterius, nec de die in diem differre tanta salutaris inspirationis parturire spiritum, NE SVBITO IRA DEI IN TE DESAECIAT, ET EXTINCTO SPIRITU IN VINDICTAE TEMPORE TE DISPENDAT, &c. Dat. IV. kal. iul. an. MCCCXLVII.

Iniecerat illi etiam sapius Benedictus XII. virtutum laude praclarissimum improuisa mortis metum, vt ad conuersionem accelerandam alliceret, illumque ante octo annos huius salubribus monitis instruxerat: Tibi consulimus, & paternis exhortationibus & salutaribus monitis suademus, quatenus diligenter considerans vias tuas malas, & dum tibi vitae tempus superest, ab eis conuertere, & ad vias rectas dirigere non differas gressus tuos, vt possis illa verba prophetica dicere Domino: Cogitavi vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua; non solum saepe, sed sapius intra tua praecordia reuoluendo, quod moriturus es, & tibi, qui iam in annos processisti plurimos, mortis terminus appropinquat, & ignoras penitus dies mortis. ET QUID ETIAM, SI (QUOD ABSIT) TE CONTINGERET INTALI STATU ET CVM TALIBVS OPERIBVS TERMINVM CLAUDERE VITAE TVAE, EXINDE CVM TE TVA SEQUERENTVR OPERA REPORTARES? PROFFECTO NIHIL ALIVD NISI POENAS CRUCIATVS PERPETVI, ET TORMENTA, &c. Dat. Auis. x. kal. febr. anno v.

Non defuerat apostolico muneri Clemens VI. praedecessorum exemplo in eo ad Christianam poenitentiam, obiecta improuisa mortis formidine prouocando: cumque durum peccus mollire non potuisset, demum illum horrenda, hac comminatione, ex hypothesi nempe, quod non ad Deum conuertetur, frequentato in scriptura sacra loquendi more, superiori anno perculerat. VENIAT EI LAQUEVS QVEM IGNORAT, ET CADAT IN IPSVM: SIT MALEDICTVS INGREDIENS, SIT MALEDICTVS EGREDIENS. Quam quidem sententiam non cecidisse irritam, orbis expauit. Quis enim funestior laqueus esse possit, quam repentina mors, quae peccatorem, quasi iniecto laqueo hominum aspectum fugientem, praefocauit? Quis ingressus egressusque tristior fingi queat, cum egressus domo & ingrediens agrum, non saluti animae, sed ferarum venatui intentus, repente sit raptus ad diuinum tribunal? De quo hac ad Bertrandum tit. S. Marcelli presbyterum Card. Apostolicae sedis in Siciliae regno legatum scripsit Pontifex b: Credimus ad tuam notitiam perductum, qualiter inueteratus ille dierum malorum Bauarus, hostis Christi & eiusdem ecclesiae, subitanea morte de medio sit sublatu: ex cuius subtractione charissimi in Christo filij nostri Caroli Regis Romanorum illustribus speramus, auctore Domino, negotia prosperari. Dat. Auis. id. nouembris anno VI. Mortis genus breuiter attingit Albertus Argentinensis c: Eodem, inquit, anno princeps Ludouicus in venationibus orsi in siluis iuxta Monachum paralyssi percussus, de equo corruens expirauit anno Domini MCCCXLVII, quinto idus octobris anno regni sui trigesimo tertio finito minus octo diebus, imperij vero decimonono. Describit fusius eandem mortem Rebdorfius d

Predicta a Ioanne XXII. ea diuina vltio.

Alia a Benedicto eadem signficata oracula. a Ben. 10. 5. ep. fecr. 392. annal. 10. xv. an. 1339. n. 5.

Minus Clementis in Ludou. non irritae

b To. 6. ep. fecr. 835.

c Alb. Arg. in chron.

d Rebdorf. in annal.

diuinæq; vltioni Ludouici flagitijs exasperata tribuit: Eodem, inquit, anno v. idus octobris prædictus Ludouicus, de ciuitate sua Monacho Frisingensis diocesis exiens ad venationem ferarum, in qua temporibus vite suæ delectabatur ultra modum, de mambularis & iucundus, quia vxor sua præscripta sibi peperit infantem, qui adhuc non erat baptizatus, cum insisteret venationi & insideret equo suo, subito apoplexia percussus circa meridiem eiusdem diei cecidit ad terram in medio familiae suæ de equo ad duo milliaria de Monacho, & subitanea morte decessit. Et sic notabiliter diuina plaga interijt, non sine causa, quia aliquot annis ante obitum suum officijs & iudicijs suis præposuit tyrannos & exco-riatores pauperum, minimam iustitiam facientes. In expeditionibus suis permisit terram & pauperes exco-riari. In hospitijs, ecclesijs, monasterijs, secularibus & religiosis prælatibus ipse & filij sui grauissimi fuerunt. Clerum secularem odio cordis habuit, immo expresse pluries dixit, quod si thesaurizaret thesaurum de luto, collegia secularia non fundaret. Et sic non absolutus a sententijs excommunicationis ecclesie, quas Ioannes Papa contra ipsum fulminauit, miserrime expirat, & in parochia B. Virginis in Monacho est sepultus. Hæc auctor, qui alia prætermittit. Sunt qui veneno a Ioanna duciſſa Austria necatum referant. a

IO Aucta est atque amplificata Caroli Romanorum & Boemæ Regis auctoritas ex Bauari interitu, ac fœderata: vrbes plurimæ, quæ antea erant aduersata, agnita iusta illius electione viuo Ludouico celebrata, ab obsequium partim potentia metu, partim religionis studio tædioue censurarum, partim promissis ac spe certatim confluxere. Describit eiusdem Regis progressus, ac virium, & ex affinitatibus principum potentiam Albertus Argentinenſis b: vtque Ratisponæ, Nurembergum, Vvitembergensis comitatus, Bambergæ, Herbipolis, Argentina, vniuersaque Alſatia in eius obsequium procubuerint; tum Bertholdus episcopus Argentinenſis regali iure ab ipso sit indutus, ita enarrat: Argentina etiam honorifice est receptus, ipsum episcopum in gradibus ecclesie indutus regalibus insignibus, habens coronam auream in capite & p̄nam & sceptrum in manibus, de suis regalibus, præstito sibi homagio: solemniter inuestiuit. Gratulatus est VII. id. decembr. Pontifex Carolo ipsum plures vrbes ac populos extincto Ludouico feliciter ad obsequium suum adduxisse, eumque ad res præclare gerendas magis accendit: *Fili charissime acceptabile tempus, quod ille per quem viuis & regnas feliciter & opportune disposuit, prudenter attendens, ad ea, quæ Deo placita & grata cognoueris, & honorem ipsius ecclesie matris tue respiciunt, ac tui status votina pariter incrementa perducant, erige animum, conuerſe studia, & operationes intende: & sic te sub spe diuini auxilij & fauoris accingas, quod dextera Domini actus tuos & opera dirigente, aspera conuertantur in plana, & indirecta qualibet dirigantur.* Addit se ad illius augendas res absoluendorum Ludouici sequacium, vidua filijsque exceptis, quibusdam Germanis episc. prouinciâ contulisse, ad quos extant literæ c; meminitque de his Rebdorfius d: *Post cuius, inquit, obitum, nimirum Ludouici Bauari, Clemens Papa absolutionem sententiarum latorum in fautores & adherentes prædicto Ludouico in Alemannia commisit in solidum dominis archiepiscopo Pragensi & episcopo Babenbergensi: vnde nota, quod absoluendos ab his clericos & laicos inter alia oportebat iurare solemniter ex forma commis-*

sionis data a sede Apostolica, se credere, quod non spectat ad Imperatorem Papam deponere & alium creare; sed hoc esse hæreticum. Circa hoc vide canonem LXVII. d. cap. Adrian. II. & hæc forma est adiecta propter * pactum Ludouici. Item ex eadem forma oportuit iurare absoluendos, quod deinceps nulli vt Imperatori obedirent, nisi prius foret per ecclesiam approbatus: & hæc forma est adiecta propter diffinitionem principum Alamannia, de qua supra sub isto Ludouico & propter illud, quod notatur in constitutione Clement. de iur. iur. c. Romani super verbo, Reges, vbi glos. & etiam definitio principum loquitur de Rege. Præmonuit etiam Pontifex kal. decembris Carolum a augendarum eius rerum studio, vt cum ex obitu Ludouici Bauari senioris effloresceret in dies eius potentia, in Italiam ad opprimenda nonnullorum consilia, qui ipsum aditu arcere, moliebantur, procurreret.

II Neque prætereundum videtur Pontificem ad eiusdem Regis gratiam Pragensem academiam instituisse b, atque archiepiscopo conferendæ doctoratus laurea ius contulit, vt e subiecto diplomate patet.

Clemens, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Considerantes eximiam deuotionis & fidei puritatem, quam tam ipse Carolus & prædecessores sui Boemæ Reges, quam eiusdem regni incolæ ad sanctam Romanam ecclesiam gefisse, ac ipsi Carolus Rex & incolæ gerere dignoscuntur, feruenti desiderio ducimur, vt regnum ipsum, quod diuina bonitas multitudine populi rerumque copia prædotauit, fiat literarum fertilitate fecundum, ac in eo quemadmodum auri & argenti fore dignoscitur, sic scientiarum præualentiam sit * ... vt viros producat consilij maturitate conspicuos, virtutum redimitos ornatibus, ac diuersarum facultatum dogmatibus eruditos, sitque ibi fons irriguus, de cuius plenitudine hauriant vniuersi literalibus cupientes imbui documentis.

His igitur omnibus, & præsertim amcenitatibus ciuitatis præfatæ diligenti examinatione pensatis, ad huiusmodi vniuersalem non solum præmissorum eiusdem regni & regionum circumadiacentium incolarum, sed etiam aliorum, qui de diuersis mundi partibus ad eandem confluent ciuitatem, commodum & profectum paternis affectibus anhelantes, dicti Regis supplicationibus inclinati de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate statuimus, vt in dicta ciuitate Pragensi perpetuis futuris temporibus generale studium vigeat in qualibet licita facultate: & quod legentes & studentes ibidem omnibus priuilegijs, libertatibus, & immunitatibus concessis doctoribus, legentibus, & studentibus commorantibus in studio generali gaudeant & vtantur: quodque illi, qui processu temporis scientiæ margaritam fuerint in illa facultate, in qua studuerint, affecuti; sibi que docendi licentiam, vt alios erudire valeant ac magisterij honorem seu titulum petierint impertiri, per magistrum seu magistrum illius facultatis, in qua examinatio fuerit faciendæ, archiepiscopo Pragensi, qui est pro tempore, præsententur. Idem quoque archiepiscopus, doctoribus & magistris in eadem facultate inibi actu regentibus conuocatis, illos in ijs, quæ promouendis ad doctoratus seu magisterij honorem requiruntur per se vel alium iuxta modum & consuetudinem, quæ super talibus in generalibus studijs obseruantur, examinare studeat dili-

Mortis g^o ubi.

Caroli res confirmata.
 a Hofsem. hist. Leod. in Engelb. Mar. l. 1. c. 35 Nauch. vol. 2. gen. 45. Trib. in Chron. Hirsaug. b Alb. Arg. in Chron.

Præstita illi ab Argentinen. episc. clie. relatis sp̄o fio.

c T. 6 ep. f. 1. 925. d Reblorf. in annal.

* præsum
 lum
 German
 Cefari
 nisi ab
 firmat
 parent
 Sollicit
 Carolo
 vt in la
 lia de
 a Tab
 f. 1. 1169.

Pontificem
 de re
 plon.

* abun
 data

Præfati
 confer
 da d
 ratu
 rea

genter; eisque, si ad hoc sufficientes & idonei re-
 perti fuerint, huiusmodi licentiam tribuat, ac ho-
 norem seu titulum conferat magistralem. Illi
 vero qui in eodem studio dictæ ciuitatis exami-
 nati & approbati fuerint, ac docendi licentiam
 & honorem seu titulum magisterij obtinuerint,
 vt est dictum, ex tunc absque examine & appro-
 batione alia regendi & docendi tam in ciuitate
 prædicta, quam alibi vbicumque quibuscumque
 tam dictæ ciuitatis, quam quorumlibet aliorum
 locorum, seu generalium studiorum, in quibus
 voluerint regere vel docere, statutis & consuetu-
 dinibus contrarijs apostolica vel alia quacumque
 firmitate vallatis nequaquam obstantibus, plenam
 & liberam habeant facultatem. Nulli ergo,
 &c. *Dat. Auin. vii. kal. february anno v.*
 Floruit initio clarissimorum doctorum numero
 hæc academia, vvicessique hærefes in Boemiam
 illatas damnauit, deinde a Ioanne Hus, Iacobello,
 & Hieronymo contaminatam obsoleuisse, ac virus
 prauissimum opinionum vniuersæ Boemiæ infu-
 disse, visurum sumus. Nunc ad Neapolitanos tumultus
 orationem traducimus.

12 Irrumpere in Siciliam citeriorem Ludoui-
 cum Regem Vngariæ meditantem, vt de Andrea
 necis authoribus vtionem repeteret, retardare
 Clemens annisus est, ne infantes populi publicis
 calamitatibus inuoluerentur: ac Bertrandum
 Cardinalem legatum in Ioannam & stirpis regiæ
 principes inquirere, Baucij vero comitem in
 alios animaduertere iussit. Ingressus Neapoli-
 m vigesimo nouembris die Cardinalis legatus
 primum Neapolitani regni ordines ac principes
 in Caroli Martelli ducis Calabriae verba sacra-
 mento adegit, illum Ioanna cedente decedente
 Rege culturos: quod Pontifex Ludoui-
 eo Regi, Stephano duci Transilvano, eorumque
 matri & alijs proceribus significauit; addidit-
 que Cardinalem demandato illi muneri non
 defuturum, a comite vero Baucij de pluribus
 sumptum supplicium acerbissimum: quod pos-
 tremum etiam confirmant historici b, interque
 alios Carolum Artusum proditorem nequissi-
 mum, cui vna cum alijs Ioannæ tutelam Rober-
 tus commiserat, in Beneuentano carcere occu-
 buisse, atque eius filium neci traditum. At Vn-
 garus persuaderi non potuit, valere ea auctoritate
 Cardinalem legatum, vt iudicario ordini Ioan-
 nam ac principes subijceret. Nec vana eum tene-
 bat opinio: de Regina enim, quamuis sapius
 Clemens rem vserit, ea non permittente quæstio
 habitæ non est c: de quo concepit grauiores
 iras Vngarus, vtque sui præsentia leges armaret,
 cum Germanis, Italis, ac Neapolitanis pluribus
 armorum, fœdera iunxit. In Ioannam itaque, vt
 sceleris in Andream patrati consciam, citeriores
 Siculi mouere cœperunt. Pronisque ita in exitio
 rebus, censuit Clemens d, regni administra-
 tionem Ioannæ permittendam, ne illius amissi in-
 uidia ecclesiæ adhæresceret. Muniuit iter Ludoui-
 co Quinque ecclesiensis episcopus, conductis Ita-
 licis copijs, cui Fundorum comes iunxit vires,
 pluribusque locis qua vi qua deditione occupatis,
 monuit Ludouicum, vt ad certissimum trium-
 phum, regni que amplissimi, iam iam in illius ob-
 sequium procubituri spem prouolaret. Quæ de-
 re certior factus Clemens, vt periclitanti re-
 gno succurreret, consuluit legato e, principes
 Neapolitanos inter se fœdere constringendos,
 vt ab imminente exitio regnum vindicarent.
 Sed eos pontificio posthabito consilio, dum mu-

ruo ardent linore communi hosti se dedidisse, vi-
 suri sumus.

Interea Ludouicus adulto autumno ir-
 rumpit in Italiam, quamuis censura a Ioanne XXII.
 Siciliam inuasurum incussa ei obijcerentur a: ac
 Bertrando Cardinali apud Fulginates sibi occur-
 renti b, intentantique anathema, respondit se
 illa sæ ecclesiæ iura seruaturum, & iustam causam
 iusto diuino Numini commendaturum. Motis
 dein castris Aquilam peruigilio natalis Domini
 peruenit c, cuius victorias sequenti anno de-
 scribemus. In hac vero Neapolitanarum rerum con-
 sternatione, cum parte alia Aragonij ex Trinacria
 irruptionem minitarentur, missisque iam ante,
 ad Pontificem oratoribus gratiam ecclesiæ expe-
 tijissent, polliciti a vesigale aurum, cui soluendo
 defuerant, pontificio ærario se illaturos, Ioannam
 adegere, vt suis in Trinacriam iuribus cederet:
 ex quo fœdere Aragonij in Trinacria regium no-
 men sibi asseruerunt.

Assert illius leges Fazellus his verbis e:
*Officiosa legatorum relatione atque opera pax de-
 mum inter Ioannam & Ludouicum Regem, omne-
 que Sicilia proceres anno salutis MCCCLVII. pri-
 die nonas nouembris his pactis inita est, vt Sicilia
 regnum perpetuo apud Ludouicum esset, qui pro an-
 nuo censu ad vnciarum tria millia Romano Pon-
 tifici in festo Apostolorum Petri & Pauli Regina
 Ioanna nomine pendenda teneretur: vt idem, si re-
 gnum Neapolitanum ab hoste quandoque inuaderet-
 tur, classem triremum quindecim ad trimesire cum
 soluto milite auxiliarem mitteret: Ioanna vero Re-
 gina ius, si quod in Sicilia & insulis obiacentibus
 habebat, Ludouico in perpetuum cederet: Romanus
 quoque Pontifex Siculos & Regem a diris, & præ-
 teritorum annorum censibus absolueret, pacemque
 probaret. Pactæ sunt ex fœderis leges inconsulto
 summo Pontifice. Quibus auditis Clemens hæc
 rescriptit f Bertrando Cardinali legato.*

*De tractatu habito inter eandem Reginam & occu-
 patores Sicilia valde miramur, nam per manus no-
 stras tractatum habere poterant meliorem. Sed si
 datum erat, vt sic huiusmodi concordia fieret, minus
 molestum nobis est, quod Regina tantum suoque
 consilio, si quod minus prouide factum est, valeat
 imputari: nos enim super eo, quod Romanam con-
 cernit ecclesiæ, proponimus sicut erit expediens pro-
 uidere: nec intentionis nostræ est, quod Regina octo
 millia, & detentores præfati tria millia vnciarum,
 iuxta ordinationem felicitis recordationis Bonifacij
 Papa VIII. prædecessoris nostri apostolica camera
 singulis annis soluatur, &c. Dat. Auin. idib. no-
 uembris anno vi. Atque hætenus de rebus Sici-
 lis: iam Romanas & theatralis tribuni vniuersum
 orbem subigere meditantis, ac leges dantis im-
 peratoribus, molitiones insolentes aggredimur.*

13 Corripuit hoc anno tyrannidem
 in Vrbe g, captata absentia Pontificum occa-
 sione, insignis impostor Nicolaus Laurentius
 cum popularem beneuolentiam restituendæ anti-
 quæ amplitudini Romanæ reipublicæ inani osten-
 tatione collegisset. Natus erat ex obscurissimo
 genere, matre pannorum lotrice, patre tabernario:
 in eam tamen superbiam elatus est, vt leui-
 bus successibus inflatus Cæsarum maiestatem
 æquare, vniuersumque orbem sibi subijcere affe-
 ctaret, imperialiaque ornamenta suscriperet. Elo-
 quentia fuit is admirabili, insatiabili gloriæ ani-
 mo: iustitiæ vindex acerrimus initio, dum sibi
 studium populare putauit necessarium: dolorum
 mirus artifex, vt cum pontificiam dignitatem op-
 pu-

Ludouici
 in Italiam
 ingressus.
 a To. 6. ep.
 fecr. 612.
 657. ad
 678.
 Legato
 obijcienti
 censuras
 responsu.
 b To. Vill.
 12. c. 106.
 c Cap. 110
 Pax Ioan-
 nam inter
 & Trinac-
 criam
 percussa.
 d To. 5. ep.
 fecr. 1256

e Fazell.
 dec. poster.
 l. 9. c. 5.

Illius pa-
 ctiones.

f To. 6. ep.
 fecr. 835.
 Inita in-
 consulto
 Pontifice.

Suis rati-
 onibus
 prospicere
 decernit
 Clemens.

g Vita Ni-
 col. Laur.
 c. 11.

Nicolaus
 Laurentij
 dotes.

Neapoli-
 tane res.

 Tradita
 legato po-
 restas, vt
 in Regiâ
 principis
 que in qui-
 rit.
 Carolus
 Martelli
 ducis heres
 agnitus.
 a To. 5. ep.
 fecr. 900.
 b To. 5. ep.
 ad
 908.
 Sumptus
 de pluribus
 rebus sup-
 plicium.
 c To. Vill.
 12. c. 106.
 d Semmon.
 l. 3. tit. 7.
 e Neap. &
 415.
 Non habi-
 tati quæ
 hodie Re-
 gina.
 f Iam cõ-
 citare tur-
 12.
 g To. 5. ep.
 fecr. 960.
 1224.
 h To. 6. ep.
 416.
 i To. 5. ep.
 fecr. 1224
 k Quinque
 ecclesi-
 astici irru-
 pto.
 l To. 6. ep.
 fecr. 835.
 m Clemens
 confu-
 lit ad
 Vngaros
 repellendos.

pugnaret, se ad illam asserendam incumbere gloriaretur: hypocrita scelestissimus, magorum a enim & dæmonum b societate inquinatus, pietatis laruam sibi asciscibat, vt sanctorum sibi victorias spondentium colloquijs frui ementiretur.

To. 6. ep. fec. 881. b Vis. Nic. c. 11.

Ejusdem artes ad conciliandum sibi populare studium.

Vrbis administrationem corrumpit.

To. 6. ep. fec. 76. d Ib. ep. 469. e Ep. 249.

f Super. ep. 469. Assentitur initio Clementis.

Tribuniam potestatem sibi arrogat Nicol. g Vis. Nic. Laur. c. 6.

Eiusdem iactantia.

h To. 6. ep. fec. 240.

Et superba impertitas.

i Vit. Nic. Laur. c. 10.

Et impudentia in citando Pontifice.

Hic igitur cū cæsareos apices volueret animo, mellitis verbis subornare populum cepit atque secretis & publicis conuenticulis ac sermonibus ad libertatem dignitatemque pristinam excitare: adducere in inuidiam illos, qui iustitiam administrabant: plura de se polliceri: propositis emblematis curiosorum oculos pascere; captataque procerum ex Vrbe absentium occasione, populum ad publicam rem a tyrannis labefactatam, constabiliendam vocare ad capitolium. Ita a populo, quem eloquentia sua subornarat, impetrauit sacro pentecostes peruigilio, vt rector Vrbis vna cum Raimundo episcopo Vrbeuetano in diuinis pontificis vicario crearetur e, ea lege, si Romano Pontifici grata res & accepta accederet.

Potitus votis homo vaferrimus contestatus d est, se rem publicam, vt pontificia tantum iuraueretur, ac populi salutem curaret, capessere: ac mollioribus verborum lenocinijs, vt in munere a Clemente confirmaretur, flagitauit e. Doli ac seditionis a nefario homine concitata ignarus Pontifex, certis legibus, quas consulturus sedis Apostolicæ in Vrbe imperio exposuit, promissis a Nicolao Laurentio de tuendo honore pontificio factis adductus assensit f: *Quamquam, inquit, huiusmodi electio fieri sine nostra licentia minime debuisset, cum prater hoc, quod plenum in dicta Vrbe dominium habemus, presatus populus omnia dictæ vrbis officia, prout ad eos pertinebant nobis in nostræ promotionis primordijs ad apicem apostolicæ dignitatis concorditer & vnanimiter concessisset.*

Arrepta inde Nicolaus tribunitia potestate, neque expectata Clementis voluntate, solemnī pompa instructa ad basilicas primum Lateranensem, deinde Vaticanam superbissimo cultu, præferens manu sceptrum, perrexit g: vtque imperiales pompas æquaret, spargi quacumque ibat pecunias iussit. Trahebat hoc splendore ad stuporem non Romanos modo, sed finitimos populos, quos subornabat literis, sui esse consilij Italos ad pristinam dignitatem libertatemque excitare. Ac recurrentibus kal. augusti equestrem baltheum magna celebritate sumere decrenit h, in qua non Christianos ritus, sed sacrilegos, quos sibi finxerat, vsurpauit. In sacra enim concha, in qua Constantinus magnus olim a S. Siluestro Papa baptismo ablatus, atque a lepra mundatus, fuerat, quæ ad commendandam miraculi memoriam religiose asseruatur, ac Pontificibus, Imperatoribus, & Regibus venerationi fuerat, lotricis & tabernarij filius impurum corpus lauit, ac deinde baltheo militari a Vico Scotto, prænobili cine Romano, gladio accinctus vesania incredibili lectum splendidum iuxta baptismales fontes sterni iussit, vt in loco sacro homo profanus quiesceret. Vertit vero prodigio vitæ Nicolai auctor i, lectum etsi nouum ac bene compactum mox, atque in illud sacrilegus insilijt, concidisse ac Latina verba Italicis interijcit: *Et sic in nocte silenti mansit.*

Insequenti die equestri cultu indutus in sacello Bonifaciano Lateranensis basilicæ rei diuinæ quæ solemnī ritu peragebatur, magna procerum multitudine stipatus interfuit, sed vt profanaret.

Inter solemnia enim Nicolaus ad populum progressus sonanti & profusa voce Clementem VI. Romanum Pontificem, vt sedem Apostolicam in Urbem reduceret, citauit a: deinde collegium Cardinalium, vt titulares ecclesias curarent: ac demum Carolum Boemum ac Ludouicum Bauarum in imperio æmulos, vt suæ electionis iura ostenderent, agnoscerentque electionis iura, intermisso aliquanto tempore, ad Romanos deuoluta. De quibus plures historici meminere interque alios sudiectis verbis M. S. Vaticanī auctor b: *Anno Domini mcccxlviij. populus Romanus, nobilium Vrbis regimine tyrannico conculcatus, quendam Nicolaum Laurentij notarium vrbis in tribunalum elegit: qui populi fretus auxilio multos nobilium occidit, seque lauari faciens in concha, qua olim Constantinus mundatus est a lepra, ipse die sancto pentecostes miles factus, talem titulum sibi fecit: Candidatus Spiritus sancti miles Nicolans seuerus & clemens, liberator Vrbis, zelator Italia, amator orbis, & tribunus Augustus. Iste, gubernando Urbem, pacem multam in ea & vicinis eius fecit: dominum Carolum electum & electores coram se citari mandauit, docturos de iure suo: & alia multa fecit, quæ dignitati & iuri ecclesiæ & imperij derogabant.*

14 Proposito vesano edicto Nicolaus, vt superba consilia vniuersi orbis sibi subijciendi explicaret, educto e vagina ferro aerem ad tres mundi partes conuersus, repetita ter verborum adiectione: *Hæc ad me pertinent*, diuisit. Stabat ad hæc vehementi stupore defixus collega Nicolai Vrbeuetanus episcopus vicarius pontificius, ac palam est professus, his se non assentiri, neque ea e Clementis Papæ conscientia emanare: ac publicas illico tabulas ea de re confici a tabellione iussit c. Sed tyrannus, vt illius vocem obrueret, tubis clangere imperauit: aspiransque ad maiora, sacrum assumptæ Virginī diem ad sumendam lauream constituit d, qua veteres tribuni olim insigniri iactabat, atque Italicarū vrbium syndicos Romam conuocauit, cum persuasisset e, ad publicam securitatem libertatemque Italiæ ac felicitatem populorum a se solemnēs cœtus agitatū iri; percussitque nouum pecuniæ genus. De cuius temerarijs ausis ita queritur Clemens in literis ad Bertrandum Card. legatum datis. f

Dicti episcopus & Nicolaus, antequam dictæ nostræ literæ ad eos peruenissent, eorum ad nos ambaxatores & nuntios destinantes, humiliter petierunt, vt eos confirmare in tribunatus officio, vel huiusmodi eis de nouo concedere officium dignaremur. Cumque nos cum fratribus nostris deliberarem, quid super eo foret agendum, intelleximus ex insinuatione multorum, quod dictus Nicolaus concessio per nos ei rectoria titulo non contentus, sed ad huc intulans se tribunalum, kal. augusti proximo præteritis cum nonnullis conciuibus suis cingulum militare suscepserat, & ad suscipiendam lauream qua, vt asserit, consueuerant antiquis temporibus tribuni, proximo præteritum tunc futurum, diē assumptionis B. Mariæ Virginis assignauit; & quod ad coronationem huiusmodi omnium ciuitatum et insignium locorum Italia syndicos conuocauit, quodque monetam nouam cudere, ac alia plurima innouare iam cepit: & inter alias nouitates nonnullis cōmunitatibus singularibusque personis terrarū ecclesiæ diuersa dicitur direxisse madata; eisque vectigaliū imposuisse onera inuenta. Ex quibus videtur ad occupationem & vsurpationem terrarum eiusdem ecclesiæ tendere, ipsasque terras domino ecclesiæ præfata subtrahere, ac Roma-

Capit. 110. in c. 11. Et c. 11. re & 11. 110.

b M. S. Vat. 11. 11. 11. 11.

c Arrepta ab e.

d Mimica eiusdem ludibria.

e Vit. Nic. Laur. c. 10. Laurenti tribuni accipit. d To. 6. ep. fec. 140. e. 11. Pontificiam dicitur nem sibi subijcere. f Super. ep. 240.

Indicta eo publico Italicarum cœtus.

mana subijcere ditioni, etc. Dat. Auin. xii. kal. septembris anno vi.

15. Aspirabat sine dubio ad nefaria ea consilia Nicolaus, atque suo illo temerario & insano edicto kalendis augusti pronunciatō concessa a Constantino, Carolo, Othone, S. Henrico, aliisque Imperatoribus priuilegia Romanæ ecclesiæ resciderat: ac tanquam Iulio Cæsari suppar illius finium se finxit, & lauream coronam accepturus, vt maiori religionis supercilio gentilitios ritus sectaretur, illam in S. Laurentij basilica, quæ extra Vrbs mœnia est, sacrari iussit. Nec scenicus imperator vna contentus corona, sumendas septem decreuit, vt nimirum septem donis Spiritus sancti, totidem coronis adumbratis, ornatus videretur. Quo vero ritu celebrata hæ ineptiæ apud Hocsemium describuntur b quem lector consulat. Idem vero vir vaser vt Italos deliniret, garriræ cepit ad eos potissime Romani Cæsaris creandi ius spectare, vtque suo iure vterentur excitare. De quo Pontifex Carolum Cæsarem vt suis rebus Germaniæque dignitati p̄osiceret, admonuit c.

Attende qua tibi & tuis negotijs possent, quod auertat Dominus, ex ijs pericula imminere: nam idem Nicolaus, originaria conditionis oblitus, fatua insanaque præsumptione ad fastigium cæsareæ dignitatis aspirans, post citationes derisorias, per eum de te ac electoribus imperij attentatas, misti ad nonnullas ciuitates Italiae nuntios & ambasciatores suos, per quos eisdem ciuitatibus certas voces in electione Romani Imperatoris, quantum in se fuit, obtulit & concessit, non sine graui ipsius ecclesiæ, ac tua & electorum electorum iniuria manifesta; petens, quod ciuitates ipsa in festo resurrectionis dominicæ ipsarum nuntios Romam transmitterent pro electione Imperatoris inibi celebranda. Permulser eam Nicolai illecebræ plures Italos, quibus indignum videbatur in creando Romano Cæsare ipsos ad comitia non vocari; celebratique sociarum vrbiū, conuentus Nicolai famam & auctoritatem admodum auxere: tantusque paucissimis mensibus comparatus splendor poetas atque oratores ad Nicolai Laurentij celebrandas laudes excitauit, inter quos a Petrarca elegantissima conscripta oratio panegyrica d. Præterea plures principes ad conlectandam ipsius amicitiam traxit. e Vtque Venetos & Luchinum Viecomitem mitam, Ludouicus Bauarus, qui Germaniæ magnæ parti imperitabat, Ludouicus Vngariæ Rex, ac Ioanna Regina Siciliae, alijque principes Siculi illius foedus, missis oratoribus, cum eo inire studuerunt: immo Vngari & Siculi oratores coram illius tribunali multis accusationibus ac purgationibus disceptarunt. Cum vero Pontifex Vngarum studere Nicolao accepisset, Carolum Cæsarem monuit f, vt oratores ad Ludouicum Regem decerneret, qui illum ab omni foedere cum Nicolao Laurentio abducerent, vtpote qui non ad ipsius Regis honorem, sed ad sua foeda & turpia commoda inhiaret.

Fingebat Nicolaus Vngarum inter ac Ioannam futurum pacis interpretem, vt Pontifici scribebat g: *Recepti, inquit, etiam ambasciatores Reginae Ioanna ac vicarij Regis Vngariae, Aquila permanentis, de causa dissensionis eorum, compromittendo in me: & super quiete regni misi ambasciatam solemnem ad Reginam & vicarium supradictos. At Nicolaum ipsum Reginam pellere regno meditatam, initis cum Ludouico Rege Vngariæ arcans foederibus, ac comitatū Prouinciæ ad Ioannam spectantem in Romani populi ditionem redacturum.*

iactasse, literæ pontificiæ doceat a. Immo Ludouicum Vngariæ Regem circumuenire, atque vna cum Ludouico Bauaro de subijcienda illi Sicilia egisse, misso oratore mago, grauissimæ sunt Clementis querelæ in datis ad Bertrandum Cardinalem A. S. L. literis b: *Vt praua, inquit, ac fellita mentis Nicolai præfati clarius cognoscas effectum, nec te affectio, quam habet ad regnum Sicilia lateat; scire te volumus, quod dudum homo iste, ab humanitate qualibet segregatus, tanquã tribunus duos Theutonicos, quorum vnus Theodoricus & alter Albertus proprio nomine appellantur, & quorum alter nigromaticus magnum habere diabolū ferebatur inclusum, ad damnatam memoriæ Ludouicum de Bauaria tunc viuentem, cum literis suis de credentiâ (in quibus quidem literis eundem Ludouicum, vt Rom. Imperatorem alloqui non erubuit) destinauit. Ac idem Ludouicus, literis & nuncijs receptis huiusmodi, credentiâ nuncijs prædictis impostam habere voluit, & habuit in vulgari lingua Theutonica ab eisdem, quam translata postmodum in Latinum interclusa literis nostris cedula continet seriose. Dat. Auin. xiii. non. decembris anno vi.*

Excepisse Nicolaum Ludouici Bauari oratores, Nicolai ipsius vitæ auctor refert c: sed sparsisse in vulgus sollicitatum venisse, vt inter Pontificem ac Ludouicum concordia interpretis esset. Alia vero ab his consilia agitabantur, & Nicolaus Bauari potentia tyrannidem constabilire nitentur. Nouandarum porro in Sicilia citiorum rerum intestini tumultus occasione præbuere, cum inter cæteros populos Caietani ciues, missis oratoribus, se suaque Nicolao Laurentio obtulerint d, ac dono etiam decem aureorum millia miserint. Neque Vrbs dominatu contentus, circumiectam ditionem ecclesiasticam proferendi imperij studio sibi subijcere est aggressus: tantumque scelus magnificis verbis colorare est nisus, vocari nimirum se a populis ad publicandam eorum rem reuocandæ iustitiæ causa capeffendam: quæ dolosis verbis vni ex Cardinalibus significare non est veritus. His autem auditis Pontifex prouinciæ præfectum arces fortissimo præsidio munire iussit. e

Clemens, & c. Petro de Pinu vicereктору patri monij nostri B. Petri in Tuscia.

Nicolaus Laurentij cuius Romanus, qui intulit se tribunum, cuidam ex fratribus nostris quasdam literas destinauit, in quibus inter alia continebatur clausula quædam, cuius tenor talis est: *Nouerit paternitatis vestre benignitas, quod hodie primo septembris quasi omnes terra de Sabina & Patrimonio propter iniusta grauamina, quæ ab officialibus ecclesiæ, quod cum pudore referimus Deo teste, inferuntur eisdem, & vt liberentur a rabie tyrannorum, & possint vitam ducere in iustitia & pace securam, per syndicos eorum ad hoc legitime ordinatos nobis eorum regimen cum lacrymis supplices commiserunt: quos nos, quia popularum grauamina qualibet de compassionis nostræ præcordio velut quadam transeunt acuta venabula, procurabimus (non ecclesiæ sanctæ præiudiciū vel offensam, pro cuius ecclesiæ sanctæ causa fouenda, & pro tuenda iustitia, ad quam ardentem aspirat desiderium cordis nostri, mortem etiam non timemus) omne salubre, quod poterimus, remedium adhibere. Quocirca discretioni tuæ, per apostolica scripta mandamus, quatenus de terris & locis commissæ tibi prouinciæ solite curam gerens, adhibeas celeriter omne quod poteris remedium in præmissis, terras & loca prædicta, sed specialiter roccas & for-*

a To. 6 ep. fecr. 469. Cum Bauaro de subijciendo illi Neapolitano regno agitatur. blb. ep. fecr. 881.

e Vit. Nic. Laur. c. 9.

Caietani scilli officium. d 16. c. 9. Pontificiam ditionem inuadit.

o To. 6 ep. fecr. 355.

Quos sceleriter præterxerit fucos.

speciem coronas in se conferre debet.

Nicol. in Ray. de Vrbs que est apud Hocsem. in lib. 3. c. 35. Te 6 ep. fecr. 908. Vt Carolus & electores ciuitat.

De creatio imp. agitur.

Plurimum splendor comitatus.

Utriusque oratorum Rege.

Te 6 ep. fecr. 908.

Te 6 ep. fecr. 908.

liber Cle-
mens ar-
mes mili-
bus muni-
ri.
In libris
suis apud
Hofsem. c.
35.
b To. 6. ep.
secl. 469.

fortalitia ante muniens, & custodiens diligen-
ter, &c. *Dat. Avin. xii. kal. octobris anno vi.* An-
tequam hæc litera ad prouinciæ præsidem perue-
nirent, iam multa oppida Nicolaus inuaserat, vt
ipse gloriatur, & procresque exagitabat. Ad
quem reprimendum Pontifex Bertrandum Car-
dinalem in Neapolitano regno legatum, de quo
paulo ante memorauimus, subiectis monitis manda-
tisque instruxit. b

Clemens, &c. Bertrando Cardinali
A. S. L.

16 Tu quoque præfatum Nicolaum, vt ab
huiusmodi suis prauis actibus & profanis ex-
cessibus deinceps abstineat, & quæ contra dictam
ecclesiam, terras & iura occupando & vsurpando,
ac subditis illius insolita onera imponendo; nec
non contra totum orbem, specialiter contra
dictum vicarium, ac dilectos filios nobiles Urbis
eiusdem, & charissimam in Christo filiam nos-
tram Ioannam Reginam Siciliæ illustrem, quo
ad comitatum suum Prouinciæ, quem cameram
dictorum populi mendaciter fore * ac super
tractatibus, vt fertur, secrete habitis cum cha-
rissimo in Christo filio nostro Ludouico Rege
Vngariæ illustri; nec non de citatione charissimi
in Christo filij nostri Caroli Regis Romanorum
illustris, & electorum principum Alamanniæ im-
perij, ac Ludouici de Bauaria a Deo & eadem
ecclesia iusto iudicio reprobati, quem ducem
Bauariæ non erubuit pollutis labijs appellare, ac
de fatue promulgatis per eum sine lege legibus,
& de generali reuocatione hætenus concessorum
in derogationem primatus, vt videtur, & potesta-
tis eiusdem ecclesiæ, licet de facto attentare
præsumpsit, quanquam nullam substantiam ha-
beant; consulte ac solemniter reuocare studeas,
& alia facias, quæ pro tantæ culpæ ac transgressio-
nis emenda tuæ prudentiæ videbuntur. Et si
propriis nolit egredi terminos, sed Urbis eius-
dem contentus regimine, attentata per eum,
sicut prædicitur, in præiudicium ecclesiæ & orbis
prædictorum reuocare, nobisque ac successoribus
nostris iuramentum fidelitatis præstare
voluerit, tolere eum in concessio per nos sibi offi-
cio, aut solum aut simul cum præfato vicario,
quem dicitur expulisse, vel cum aliquo alio ad
eiusdem Urbis regimen, si & prout tibi videbitur
expedire; receptis tamen prius ab eo per te, quod
ipsam ecclesiam debita reuerentia prosequetur,
& quod contra eam eiusque terras & iura nihil
omnino præsumet, cautionibus iuratorijs, & alijs
sufficientibus; ac prouiso, quod sufficienter se
obliget & cõsentiat, quod ex nunc feratur in eum
excommunicationis sententia, quam ipso facto
incurrat, si contrarium eorum, quæ promiserit,
attentaret: quanquam existimemus probabiliter
& credamus, quod promissiones suæ parum habi-
turæ sint firmitatis. Verum si tibi omnino into-
lerabilis videatur, prius eum commissio per nos
ei huiusmodi officio rectoriæ, & omni titulo vsur-
pato per ipsum vel sibi concessio, licet de facto,
per dictos populum quouis modo: ac eisdem
Urbi & populo de senatoribus forensibus, siue
de populo, aut alijs, sicut attentis & pensatis dili-
genter conditionibus & circumstantijs negotio-
rum & temporis videris vtilius expedire, studeas
prouidere, &c.]

Addit Pontifex, vt si Nicolaus in suscepto
scelere obfirmatus fuerit, & erepta ecclesiæ resti-
tuere, ac male tentata rescindere detreçarit,
apostolica diplomata in ditionis ecclesiasticæ inua-

fore; confecta promulget: accersat illum in iudi-
cium apud sedem Apostolicam, publicas tabulas
de eius flagitijs instruat; & cum multa patrarit, ob
quæ hæresis infamia laboret, perpendat an eo cri-
mine aspersus sit, vel hæreticis studio inhæserit,
ac tum vt in hæreticum censuras distringat. Cæ-
terum sciat Nicolaum caullis superbe monita
sibi a Bernardino poenitentiario pontificio data
eluisse, atque omnia in ecclesiæ ac Pontificis ho-
nozem a se geri mille fucis ac verborum lenoci-
nijs venditare: proinde dandam operam, vt ma-
lum, antequam adolescat, præfocetur: præmonen-
dum populum, vt se a Nicolai consortio ac studio
sejungat; ac si fauere perrexit, Urbem eccle-
siastico interdico, dicta prius ipsis die, percel-
lendam: omnia vero sacramenta, quibus Nicolao
adaçi fuerint, ne religio impietatis sit vinculum,
dissoluenda; atque hæc & alia ipsius arbitrio ac
prudentiæ se committere. Cum vero armis
frangenda sit proterui hominis audacia, præ-
fecisse se patrimonio beati Petri nepotem suum
Guichardum & Cambornio. Si necessitas fe-
rat, se principum auxilia imploraturum, neque
ipso defuturos: ac, si ita videatur, foedus cum
nonnullis vicinis ecclesiæ conditionibus honestis
percutiat, vt eorum opera Nicolai vesaniam
infringat. *Dat. Avin. xv. id. octobris anno vi.*

17 Acceptis apostolicis imperijs, Bertrandus
Card. legatus Romam se contulit, atque e Vati-
cano palatio Nicolaum Laurentium Romanæ castra
apud Marinum meratū in Urbem ad iussa pontificia
audienda exciuit, a quo superbe & impudenter
habitus est. Cum frangere clementia ad offi-
cium Nicolaum non potuisset Clemens, illum at-
mis edomare aggressus, legato copias in eum
instruere, & Vrsinos ac Columnenses sibi concilia-
re iussit, tū Romanos admonuit in ipsos vniuer-
sum orbem, ac præcipue Germanos, si Nicolai elo-
quentia subornari se paterentur, concitatum iri.

*Clemens, &c. dilectis filijs populo Romano no-
stris & ecclesiæ Romana fidelibus & deuotis.*

Decreuimus ex ipsius Nicolai temerarijs fa-
tuisque processibus, immo grauib; & periculosis
excessibus atque culpis, aliqua presentibus infe-
renda, vt eis coram vobis expositis, & per vos
in examen prouidæ ac maturæ discussionis addu-
ctis, consideretis quæ, quot, & quanta sunt vobis,
nisi per opportuna prouisionis remedium ante
tempus salubriter occurratur, animarum & cor-
porum inde nascitura pericula, rerumque dispen-
dia prouentura; & ad obuiandum huiusmodi pe-
riculis atque dispendijs, tanto attentius operam
necessariæ sollicitudinis impendatis, quanto vt no-
stis morbis, postquam per moram vires susceperint
minus vtiliter medela paratur. Dudum squi-
dem, cum venerabilem fratrem nostrum Raimun-
dum episcopum Vrbeuetanum in spiritualibus in
Urbe vicarium nostrum, & eundem Nicolaum ad
ipsius Urbis regimen elegistis de facto tantum,
quia præter id, quod in dicta Urbe plenum spiri-
tuale ac temporale dominium obtinemus, omnia
ipsius Urbis officia, prout & quæ ad vos pertine-
bant, nobis in promotionis nostræ primordijs ad
apicem apostolicæ dignitatis ad vitam nostram
concorditer commisistis, nosque illa sub certis
protestationibus duximus acceptanda; nos id non
solum æquo animo tulimus, sed vt nostræ dile-
ctionis exuberantis erga vos plenius innotesceret
affectus, ipsos vobis in rectores præfecimus vsque
ad nostræ beneplacitum voluntatis, credentes
probabiliter & sperantes, quod eadem Urbs sub

* iactat,
Monet le-
gatū Nea-
polit. de
coitionib;
Nicolai
Laurentij.

Cogit il-
lum ad
reuocan-
da, quæ
stulte præ-
sumpsit.

Non labe-
factanda
iura eccle-
siastica.

Si detre-
ctet mu-
nere exau-
dioret.

eorum regimine prosperitatis & status incrementa susciperet, ac tranquillitatis & pacis commodis lætaretur: quodque idem Nicolaus, in quem omnium vestrum, qui estis, sicut prædicitur, peculiaris populus, ac speciales fideles filij & deuoti ecclesiæ eiusdem, vota conuenerant eligentium, fidem & deuotionem erga vos & ecclesiam eandem respiciens, ac uestram benignitatem in hac parte considerans; nec minus beneficia, fauores, prærogatiuas, gratias, quibus eum ultra, immo præter merita sua profecuti fuimus, debita gratitudine recompenfans, fidelis deuotus esset eidem ecclesiæ; iura manuteneret & conseruaret illius, eaque ab occupatorum eriperet manibus, & potentia uestræ sibi assistentis auxilio teneret. Verum ipse fauore sibi commissi regiminis intumescens, & subito notitiam sui perdens, quas nobis & eidem ecclesiæ pro huiusmodi gratijs, honoribus, & beneficijs vices & gratiarum actiones exoluerit, vt pauca excipiamus ex multis, si diligenter attenditis, perpenditis.

18 Sicut enim communis habet assertio, sicut vulgaris sermo denuntiat, sicut fama publica notoriat, præfatus Nicolaus, commissio eidem episcopo & sibi officio nõ contentus, sed corde uanis uanos titulos imprudenter vsurpans, ac uestra postposita & neglecta utilitate communi, ad quam fallacis hominis simulata uoluntas tendere uidebatur; ad propria commoda inhians, eundem episcopum, ex cuius collegio conditioni suæ multus nimis honor accreuerat, ab huiusmodi officio repulit: qui eiusdem Nicolai execrabilia facinora execratus, in eadem Vrbe noluit remanere. Ipse spirituales & temporales, quibus inuafores & occupatores terrarum & iurium ipsius ecclesiæ subiacent, pœnas sententiasque non ueritus nec timens, contra se Deum, nos, & eandem ecclesiam grauiter prouocare, ad occupationem terrarum & iurium ipsius ecclesiæ sacrilegas manus extendere, ac subditis illius grauias & insolitas uestigialium imponere onera non expauit.

Ipse quoque paragonicam peluim, in qua miserationis diuinæ potentia diuine memoriæ Constantinum per beatum Siluestrum sacra regenerauit uada baptismatis, & a lepræ contagio miraculose mundauit, quæue in venerabili Lateranensi basilica uelut sacra res uenerabiliter conseruatur, originariæ conditionis oblitus, se contagiosum immundumque vitijs, militare cingulum suscepturus immergens, quantum in se fuit, ausu damnabili profanauit, ebriosior quippe fastu elatione superbiæ, quam temulentus fuerat Balthasar ille uino. Ille, inquam, uasa templi Domini, quod fuit in Ierusalem, sumendo pocula polluit: hic autem immunda quælibet & sordida membra perfundens aqua fœdauit uas templi Domini, quod est Romæ. Ipse Christianæ religionis mores abiciens; & præscos gentilium ritus amplectens, uanas coronas laureasque suscepit, ac fatuas sine lege leges more Cæsarium promulgare tentauit. Ipse tanquam pullus onagri, se liberum natum putans, qui subesse non didicit, cupit cum nesciat, ambitiose præesse, ac uelut ille Lucifer prauo corde conscendere meditatus est in cælum, præsumptionis suæ solium, vt sedeat aquilonis in latere, super astra cæli & altitudinem nubium stultus arrogans nititur exaltare. Ipse, cuius interiora iniquitate repleta sunt, & qui peccare non cessat, primatum ecclesiæ præfatæ subuertere, ac totius orbis statum nititur conturbare.

Ipse infimum erigens cor ad alta, charissimum in Christo filium nostrum Carolum Regem Romanorum illustrem, ad imperiale fastigium electum legitime, riteque ab eadem ecclesiæ approbatum, & inueteratum illum dierum malorum Ludouicum olim ducem Baniariæ dudum in Regem Romanorum in discordia (vt dicebatur) electum, a Deo & eadem ecclesiæ iudicio reprobatum, ac omni iure, si quod sibi ad regnum, uel imperium Romanorum quomodolibet competeat, omnique titulo & honore ac dignitate priuatum, cuius memoria in maledictione est, & quem pollutis labijs non erubuit, sed præsumpsit appellare ducem Baniariæ; ac principes ecclesiasticos & seculares electores imperij generaliter primo, & deinde nominatim de facto citauit, vt uidelicet Rex & Ludouicus ad ostendendum de iure electionum suarum, ac electores prædicti de potestate eligendorum eo Romæ personaliter, & peremptorie comparerent; ac nihilominus quibusdam ciuitatibus Italiæ, certas uoces in electione Romani Imperatoris obtulit uel concessit, quasi sua intersit de huiusmodi electionum iure ac eligentium potestate cognoscere, & de statu Romani imperij ordinare, vt fauorem uestrum & aliorum populorum Italiæ per huiusmodi adulationes subdolas, & derisorias blandimenta sibi attrahat, & ad fastigium Cæsareæ dignitatis, ad quod insani hominis aspirat insaniam, fatuæque præsumptio, ruat potius quam ascendat: non attendens antichristi præcursor, homo peccati, releuatus in gentibus, filius perditionis, qui aduersatur seque extollit super omne, quod dicitur, aut quod colitur Deus, quot uobis dispendia ex ijs congerit, quæ parat pericula, & incommoda quanta procurat, dum contra uos Regis & aliorum principum prædictorum, ac omnium Germanorum corda commouet, prouocat iram, incitat & furorem, ac nostrum & ipsius ecclesiæ fauorem uobis subtrahere, uosque a nostra & ipsius ecclesiæ auertere deuotione laborat. Concessionem quoque a condita Vrbe tempore factas per populum Romanum, quibuscumque personis, de quibusuis iuribus & iurisdictionibus, honoribus, dignitatibus, priuilegijs, atque rebus, de facto, cum de iure non posset, reuocare damnabilis immo damnanda temeritate præsumpsit.

19 Ipse omni dolo plenus, omnique fallacia, diaboli filius, iustitiæ inimicus, bestia monstruosa, super capita cuius blasphemiarum nomina scripta sunt, contra eandem sanctam, catholicam, & uniuersalem ecclesiam blasphemare non metuens præfatam ecclesiam ciuitatemque Romanam idem esse asseruit, aliaque plura euomuit impudenter erronea fidei catholica inimica, per quæ de schismate ac hæresi suspectum se reddidit, & utinam non infectum. Ipse in alienam messem, falcem, quam præsumptuosus vsurpat, immittens clericos Romanos manentes extra Urbem eandem, vt ad eandem redeant proposito edicto citauit: ac sententias canonum pœnasque non metuens, quamplures religiosos & seculares clericos arctauit & arctat angustia carcerali. Hæc sunt eiusdem Nicolai opera: hæc & ijs similia, magnifica gesta sua: hæc utilitates & honores & commoda Urbis & uestra, quibus se insudare iactabat; hæc sunt tributa eius, qui tribunum se nominat, quæ nobis & ecclesiæ præfatæ retribuit pro tot, quæ retribuimus nos eidem: vt fœda fœdera unienis & ligæ, per eum profa-

Carolo & Bauaro, diem indi xisse.

Nonnullis Italiæ urbibus eligendi Cæsaris ius fictitium con tulisse.

Cæsareū apicem exambire.

Reuocasse donationes a condita Vrbe tempore factas.

Impium dogma, circa ecclesiæ primatum fuisse.

Cum Lud. Bau. fœd. cœuisset.

Vni ex filiis Sicilia deculisse.

num vtique Dei hostem ab eodem Ludouico, quem in suis literis vt Romanorum Imperatorem alloqui & salutare non metuit, damnabiliter postulata, quæ super lignum sanctæ crucis iuramento præstito se obtulit seruaturum; & oblatam libere possessionem regni Sicilia ipsi Ludouico pro vno ex ipsius vipere nationis filiis, quem propterea destinari petijt, taceamus.

Monitum officij a Card. les gato.

20 Et licet zelus domus Domini, cuius gubernationem quamuis immeriti gerimus, ad obuiandum tam iniquis, tamque impijs conatibus nos vrgeret; nos tamen desiderantes attentè more pij patris lenimento clementiæ Nicolaum eundem ab inuio erroris retrahere, & ad viam reducere veritatis, ne adhibere ferrum ad curationem vulnerum cogere ipsius, si fomentorum sperneret medicinam, apud eum per dilectum filium nostrum Bertrandum tit. S. Marci presbyterum Cardinalem A. S. L. paternis institutis monitis, vt huiusmodi fatuitates erroneas atque pestiferas, ex quibus vobis & detrimenta graua spiritualiter & temporaliter imminere & imminere, omnino deponeret, & ad salubre ipsius Vrbe regimen & statum prospere dirigendum, contentus proprijs terminis, cogitatus erigeret, conuerteret studia, & opera exerceret: eandem ecclesiam in dominam reuereretur & matrem, errata corrigeret, pro commissis veniam peteret, & a committendis de cætero abstineret; occupata per eum ipsius ecclesiæ iura dimitteret, & ab occupandis manus sacrilegas reuocaret. Sed ipse monita patris obaudiens & contemnens, ac medicum respuens & medellam, quo eum patientius tolerauimus, eo intumuit potius, eo amplius superbiuit, quasi adeo sit imminuta potentia Domini, qui Balthazar Regem post libata pocula eadem nocte iussit occidi, regnumque suum Parthis diuise & Medis: quique Luciferum ad infernum demersit in lacum, eumque de sepulchro suo proijciens velut inutilem stirpem, sanieque pollutam cum interfectis gladio deputauit, & Cherub perdidit, de cuius medio, qui eum comederet eduxit: quique subuertentem magum ad vocem Apostoli cecitate percussit, & illustratione aduentus destruet, ac spiritu oris eius interficiet antichristum, bestiamque blasphemam deiecit in stagnum ignis & sulphuris cruciandam; vt non possit ipsius Nicolai cornua elata confringere, iniquitati ponere terminum, & linguam prohibere blasphemam.

Obduruisse in perfidia.

Non desuram diuinam vindictam.

Quocirca vnuersitatem vestram monemus, requirimus, & rogamus attente, ac paternis vobis sanisque consilijs suademus, quatenus præmissa & alia multa, quæ circa hæc prouida considerationi possent occurrere, attentam meditatione pensantes, ab omni eiusdem Nicolai sequela, consilio, auxilio, & fauore penitus desistatis, & eum, cuius nequitia serpit vt coluber, mordet vt cancer, inficit vt venenum, in suis erroribus relinquentes, ac velut morbidum pecus totum contagio suo gregem contaminans repellentes, in ipsius ecclesiæ obedientia & reuerentia persistatis, eius monita & mandata solito more suscipientes humiliter, ac efficaciter adimplentes: si enim, sicut speramus & credimus, in nostra & ecclesiæ præfate persisteteris obedientia & deuotione sincera, vos velut speciales, deuotos; & fideles ipsius ecclesiæ filios gratis fauoribus & fauorabilibus gratijs, præstante Domino, paternis & sinceris affectibus prosequemur. Dat.

Solicitati Romani, vt Nicolai partes damment.

Auin. III. non. decembris anno VI.

21 Antequam hæc scriberet Pontifex, ac Nicolaum hostem sedis Apostolicæ pronuntiaret, Columnenses qui Præneste magnis præsidij instruxerāt, insignem ad Vrbe portas cladem accipere. Ex qua insolescens Nicolaus Laurentius se gulæ, luxui, auaritiæ, tyrannidi dedit: verum cum Bertrandus Cardinalis legatus illum anathemate percussisset, atque hæreseos infamia notasset, exinde improbi hominis existimatio obscurari, nobiles quorum odia in se concitaret vrbe infestare, & comearus intercludere, populis literis pontificijs ab eo abalienari cœperet: denique Pipinius Mineruini comes, quem Nicolaus in ius vocarat, exulum nobilium gratia fretus coniurationem in eum conflauit; quam cum opprimere facile, si valuisset animo, potuisset, vt erat ignauissimus, quamuis vniversi orbis expugnatorem futurum se iactaret, populare studium in se refrixisse conspicatus, abiectis tribunitijs insignibus, septimo ab arrepta tyrannide mensis ac gemens fuga ex Vrbe se subduxit. Cuius euerfionem Pontifex Carolo Regi Romanorum ac Balduino Treuirensi, Vualramo Coloniensi, Gerlaco Moguntino archiepiscopis, ducique Saxonie his verbis sequenti anno significauit: *Factum est, inquit, eo qui superbis resistit & dat gratiam humilibus, disponente quod eiusdem Nicolai cornua elata contrita sunt, ac ipsa, que superbe ac fatue vsurpauit, tribunitia insignia perdidit, & ab Vrbe prædicta cum ignominia est deiectus: idemque legatus præfatum Nicolaum huiusmodi rectoria priuauit officio, ac suspectum fore de crimine hæresis sententialiter declarauit. Dat. Auin. non. february anno VI.* Hactenus de Nicolao Laurentio, quem postea in Carolo Imperatoris aula captum, raptumque Auenionem in vincula, atque ob eloquentiam liberatum, iterum Romæ tyrannidem exercentem; sed dissimili exitu trucidatum, tractum vincto, redactumque in cineres, visuri sumus.

22 Iacta sunt hoc circiter tempore funestissimi inter Venetos & Genuenses belli semina leui ex causa, cum nimirum Genuenses, qui Capham siue Theodosiam Genuensium coloniam incolentes infelici æmulatione perciti in Venetos, qui ultra Capham Pontum Euxinum nauibus sulcabant, Venetam nauim interceperunt: quam iniuriam cum vlturi essent Veneti, atque ob vnam nauem inuasam, alijs factum tuentibus, alijs repetentibus vindictam, Christianus orbis Turcarum inuasioni exponendus esset; Pontifex Ioannem Murtam Genuensium ducem rogauit, vt discordiæ causas tolleret.

Clemens, &c. dilectis filijs nobili viro Ioanni de Murta gubernatori, & consilio ciuitatis Ianuensis.

Ex literis vestris, quas nuper affectione paterna suscepimus, intellecto quod preteritu transitu nauium dilectorum filiorum ducis & communis Venetiaram ultra ciuitatem Caphensem nauigantium, & pro eo quod dilecti filij consul, & alij conciaues vestri in dicta ciuitate Caphensi morantes vnam ex huiusmodi nauibus iam ceperunt, inter vos ac dictos ducem & commune disensionis materiam pacis hostis suscitare conatur; nos tanto molestius & displicentius id ferentes, quanto Christi & fidei præfate negocia in partibus orientis aduersus Turcos & alios crucis hostes, inspirante Christi gratia, vtiliter inchoata, & ipsius fauente potentia, felibusque hucusque promotâ successibus possent, quod

quod auertat Dominus, potiora detrimenta sentire, ac malis & periculis, quæ exinde nascituræ probabilis coniecturæ minatur, obuiare salubriter auctore Domino intendentes, vniuersitatem vestram attente requirimus, & rogamus, &c. Adiungit mixtas imperijs preces, vt mutua cum Venetis amicitiam colant, ac faciant iniuriam, ne rem Christianam leni de causâ euerant. *Dat. Auin. III. kal. septembris anno vi.*

Delinire alijs literis studuit Pontifex a Andream Dandalum ducem cæterosque Venetos, qui cum adeo etiam tum rei maritimæ gloria floruisent, pati non poterant Genuenses Pontii Euxini imperio inhiare, atque etiam haud tacite erant in eos emulatione suffusi, insulam Chio inuasisse, cum illius procuratio cruce signatis fœderatis ab Imperatrice Anna permissa esset, indeque nauali in oriente rei haud leue damnum illatum iri metuebant. Permulsit vero eos Clemens resarcienda a Genuensibus iniurâ spe, ac pontificiam in ea re operam se nauaturum spondit, ipsosq; deterruit ab eo bello, ex quo versis in mutua exitia Christianis armis, barbari præmia victoriæ erant relaturi. Perfecit demum sua diligentia Pontifex, vt Genuenses æquitati assentire sint visi (de quo ad Andream Dandalum & senatum Venetum scriptæ sunt literæ b) discordiamq; sopiuerit haud extinxerit tamen, reuiuiscentem enim flammam, quæ misere rem Christianam est depasta visuri sumus. Interea ad sedandam aliam inter Genuenses & Hugonem Cypri Regem discordiam, apostolicum studium conuertit Pontifex c, cum ad Turcas reprimendos coniungendæ non distrahendæ vires essent, atque ideo Ioannem e Murta Genuensium ducem monuit, vt oratores ad controuersiam componendam instructos auctoritate ad sedem Apostolicam legaret.

Auctam hoc anno admodum Genuensium potentiam, adiuncta Genuensium reipublicæ insula Corsica, cum pene omnes paribus animis insulani proceres in id consensissent, refert Ioannes Villanus. Quam insulâ a Bonifacio VIII. Iacobo Regi Aragonum iure beneficiario traditam ea lege vidimus, vt is Trinacriam Carolo II. Regi Sicilia restitueret: verum receptis hisce insulis, Aragonij Trinacriam etiam, cum ita suas res auergerent, retinuerant. Affectatum etiam est a Genuensibus alterius insulæ imperium e, bellumque ducibus Aurijs gestum cum Aragonijs in Sardinia vario euentu, vt gemino prælio alterante victoria victi victoresque fuerint.

23 In Gallijs premebat tum Eduardus Itiû, vulgo nuncupatum Caletium, ingenti obsidione, strenueque obsessi tutabantur moenia, cum Pontifex reuocandæ inter Reges pacis studio Anibaldum & Stephanum Cardinales legatos kal. february npllis parcere laboribus iussit f: ac si non pacem inducias saltem conciliarent g. Reges etiam grauissimis literis ad id est adhortatus: Philippum h quidem, vt Francorum calamitatibus ad concordiam flecteretur: Eduardum autem i, vt non modo innumera mala, quorum auctor illo bello esset, perpenderet: verum oculos etiam in orientem conijceret: in eo amplissimos triumphos de diuini Numinis hostibus ipsum referre, ac mortales immortalesq; coronas adipisci posse: barbaros ob illius discordias insolescere, remque Christianam euertere.

Clemens, &c. Eduardo Regi Anglorum illustri.

Si diligenter attenderes, fili charissime, tau-
Annal. Eccl. Tom. XVI.

quam princeps catholicus personarum innumerebilibus pretioso Christi sanguine redemptarum excidia, lapsus rerum, & animarum amarius plangenda pericula, quæ dissensionibus & guerræ, quæ inter te ac charissimum in Christo filium nostrum Philippum Regem Franciæ illustrem suscitata producerunt, & producent quotidie incessanter; nec non gemitus pauperum pupillorum, orphanorum, viduarum, ac aliarum miserabilium personarum, quæ deprædatis ac derobatis, famisque subiectæ angustia clamant ad Dominum, lacrymis descendentes ad maxillas; nec non destructiones ecclesiarum & monasteriorum & locorum sacrorum, valorum & aliorum ornamentorum deputatorum diuino cultui rapinas sacrilegas; captiones quoque, incarcerationes, macerationes, spoliaciones, religiosorum & ecclesiasticorum ac aliarum personarum, cæteraque innumerebilia detestanda & execranda mala, diuina maiestatis oculos offendentia manifeste, intra præcordia reuolueris regia; tuisque considerationibus adieceris in hac parte, quod ex prædictis fides catholica præsertim in partibus orientalibus opprimitur, ac fideles ibidem degentes, propter dissensiones & guerras eadem auxilijs catholicorum partium occidentalium destituti, ab infidelibus; sic turbatam Christianitatem aspicientibus, diris persecutionibus solito crudelius (quanquam his temporibus ad ipsam fidem ampliandam in ipsis partibus orientalibus existat parata materia plusquam fuerit a multis retroactis temporibus) affiguntur propterea; credimus profecto, credimus quod cor tuum emolles, & quod tot & tanta mala non procedant ulterius nec tot bona, quot pro dilatatione fidei prædictæ fieri possent his temporibus, impediri valeant, ad pacem & concordiam cum Rege reformandam prædicto placabilem diriges animum, & conuerteris. Si enim tibi, fili dilectissimo, ardentem fortunam dederit Dominus potius humiliari, quam eleuari tuus debet animus & reperiri ad pacem huiusmodi magis promptus, vt Domino, qui pacem diligit, & in viris pacificis delectatur, placere ac ad vitandum mala prædicta, quæ ipsum grauius offendere non est dubium, curabis dirigere studia mentis tuæ, &c. *Dat. Auin. xviii. kal. february anno v.*

24 Prætulit religioni comoda Eduardus, a Christiana enim pietate abhorrebat: cuius infelicem mortem vitæ respondisse, contemptumque a Deo, qui Deum contempserat, visuri sumus. Interea, ecclesiasticas opes specioso crediti prætextu, vt Gallias oppugnaret, inuasit a. Cuius exemplo, vt sua tueretur, Philippus Rex b. & sacerdotum in regno nõ agentium (exceptis Cardinalibus) vestigalia, decimasque aliorum sacerdotiorum occupauit, ac iura ecclesiastica in pluribus labefactauit; at quo plura esipuit ecclesiæ, plures clades accepit. Missi sunt c ad ipsum a ceptis auocandum Pastor archiepiscopus Ebreundenis & Guillelmus episcopus Carnotensis, & Galli præfules libertates ecclesiasticas tueri iussi d: denique intentatæ e Philippo iræ pontificiæ, ni ecclesiasticum ius pristino splendore restitueret. Hæc Pontifex tum iuris ecclesiastici tuendi studio gerebat, tum ne Reges inuasus sacris opibus bellum maiori furore gererent: ad quod sedandum cum Stephanum tit. SS. Ioannis & Pauli presbyterum Cardinalem ad aulam Gallicam, Anibaldum Tusculanum episcopum ad castra Anglica misisset, Isabellam f Eduardi matrem.

Proposita ingentia ex eo oborta mala.

Oriens in prædam infidelibus datus.

Si in eum vertantur arma, prosperos successus expectanda.

Præfere religioni ambitio nẽ Eduardus.

Sacerdotum opes inuadit. a To. 5. ep. fecr. 1139. b Ead. ep. Pari exemplo grassatur Gallia in ecclesiasticos. c Ep. 1107. d Ep. 1108. ad 1138. e Ep. 1160.

Missi ad utrumq; legati. f Ep. 1155.

ac Philippam uxorem, ac Ioannam a Franco-
rum Reginas, tum b principes ac matronas no-
biles vtriusque regni iv. kal. maij rogauit, vt
Cardinalibus fauerent. Flechi non potuit Eduar-
dus, cum Caletum obsessum sibi dedi vellet, de
quo Pontifex ita queritur c: *Miramur admodum;
quod Cardinalibus Apostolica sedis nuntijs ad te
dictumque Regem iam dudum per nos pro pacis re-
formatione huiusmodi destinatis te in aliquo nolueris
aperire. Profecto tibi reputatur ad duritiam,
quod ad tresugas eiusdem Cardinalibus tractantibus
dinegaueris consentire, nisi castrum Calesij, quod diu
tenuisti obsessum, & ad huc tenere diceris, & infra,
receptis. Præmiserat his preces, vt rei Christianæ
ob illius cum Rege Francorum bella corruentis
misereretur.*

O fili dilectissime si consideranter attenderis, &
intra præcordia reuolueris diligenter, quot &
quanta mala ex tuis & eiusdem Regis guerris &
dissensionibus, ex quibus ira Dei accenditur & ve-
bementius prouocatur, secuta sunt, & quot &
quanta bona præsertim ad præsens sunt & omittuntur,
proculdubio credimus, quod tu quem ad bona
opera huiusmodi zelum seruentem & deuotum ha-
bere audiuimus, ad tuam conscientiam, vt pacis in-
barere proceures vestigijs, te reduces, &c. Porrexit c,
sed irritò conatu, similes Philippæ Reginae,
Eduardo filio Anglici sceptri heredi, alijsque
proceribus preces, vt Regem ad concordiam
adducerent. At fixum Eduardi animo erat ni-
si arce obfessa in suam potestatem redacta, om-
nem concordia tractatum respicere: ac frustra
etiam lectis vtrinque quinque proceribus ad
Cardinalium preces colloquium de concordia
agitatum d. Philippus autem Francorum Rex,
vt Itiensium fidei & constantia, qui non nisi fame
ab Anglo edomari poterant, responderet ad in-
ferendos mari commeatus classem triremium
duodecim Genuensium ac nauium septuaginta
instruxit e: sed mox atq; ab Anglis inspecta sunt
ex aduerso Douerensi Angliæ portu, in Gallicam
classem illi irruerunt tanto impetu, vt partim
capta, partim fuga dissipata fuerit: atq; ita Itien-
ses summa rei frumentaria inopia pressos deditio-
nem fecere f.

Poritus Caletò Eduardus ciues alio migrare
iussit, & Anglorum coloniam in eam urbem tra-
duxit, vt belli armamentarium esset. Notat vero
Ioannes Villanus g, exiguum fuisse illud opus ab
Anglo nauatæ post amplissimam victoriam præ-
tium, eiusque triumphos Anglis exitiales fuisse,
quinquaginta enim millia suorum tum morbo
tum in præteritis pugnis ipsum amisisse: vt mitta-
mus in reditu graue periculum subijisse h, ac non-
nullas e suis naues vi tempestatu merfas: inducias
vero, annitentibus iussu pontificio i Cardinali-
bus internuntijs, de quibus supra memorauimus, ad S.
Ioannis natalitia percussisse, vt excurrente eo
tempore, missis ad sedem Apostolicam oratoribus,
de pace ageretur: arcana vero consilia erant, vt
cum milite & erario exhaustus esset, debilitatas
vires reficeret. De initis inter Reges inducijs me-
minit Pontifex i, quas ad decimum quintum a fe-
sto S. Io. Baptistæ euoluendum diem pactas ait.

25 Damnatu est Parisijs i a doctoribus error in-
signis Ioannis e Mercuria Cisterciensis ordinis, qui
adeo insanijt, vt Deum peccati auctorem, qua pec-
catu est, affirmare nõ perhortuerit: cuius doctrinæ
faciem nostrorum temporum nouatores improbis
quibusq; vt fræna peccandi laxarent, propinarunt.
In oriente Græcoru res in exitium versa, Can-

tacuzenus enim tyrannus, cum iam vniuersum
imperium Constantinopoli, Thessalonica, & Aeno
exceptis occuparet a, constata in vrbe Constan-
tinopolitana coniaratione, perrupta a proditori-
bus porta aurea, noctu ingreditur b. Exciuit in
auxilium Anna Augusta Galatæos Latinos,
qui cum triremibus & lembis ad Blachernas ap-
plicare niterentur, a Cantacuzeni copijs atque a
populo telis petiti, recessere. Ita illa, cum eorum,
qui palatium imperiale præsidio tenebant, proditi-
onem metueret, Cantacuzeni mollioribus ver-
bis delinita Asanis & Palamæ, quos e custodia di-
miserat, pacis interpretum opera fœdus his legi-
bus percussit: *Imperarent ambo Cantacuzenus &
Ioannes adolescens Palæologus, seque ea inuicem
beneuolentia completerentur, qua patres & filij
solent, iuniorque seniori potiores deferret in omni-
bus, ac propter etatem nondum firmatam decem
annos administratione cederet: quibus exactis equa-
li auctoritate cum eo imperaret. In has condiciones
& ipse Imperator & Anna Augusta cum filio Impe-
ratore, vt in perpetuum seruandas, iurauerunt.
Secundum iuramenta qui in palatio erant, portis
reclusis, Cantacuzenum Imperatorem acceperunt
vt. id. februarius anno orbis conditi sexies millesimo
octingentesimo quinquagesimo quinto indictione
quintadecima.*

Redactis in suam potestatem Blachernis, vi-
ctor ad confirmandam tyrannidem in palatio or-
namentis imperialibus redimiri voluit c, ac
filiam Helenam Ioanni Palæologo matrimonio
iunxit: coegitq; pseudosynodum Constantinopoli
in qua Acyndinus pius monachus, qui Barlaami
vestigia secutus hæresiarchæ Palamæ pseudomo-
nachi errores depulit, eruditosque commentarios
de simplicitate diuinæ naturæ conscripsit, vna cum
sibi adherentium cætu damnatus est, ac Ioannes
patriarcha ob impensum Acyndino studium, exa-
gitatosque Palamæ sequaces gradu patriarchali
deturbatus; Palamæ vero hæreses edicto confir-
mata, de quo hæc Cantacuzenus id: *De dogmatibus
tomum edunt, in quo consentitur omnes, Acyndinum
eiusque cætum prauæ atque impie de religione sentire:
Palamam autem cum suis similibus diuorum theo-
logorum placitis consentanea sapere & confiteri.*
Tinctus erat Palamæ erroribus Cantacuzenus, vt
passim eius scripta ostendunt; fuisseque a Paulo
patriarcha Constantinopolitano e Latino apud
Vrbem V. de prauis dogmatibus accusatum,
inferius visuri sumus. Quantum vero Palamæ
placita corrupta essent, discrepantque a theo-
logorum dictis, iam ante a nobis est ostensum, ma-
gisq; illustrabitur ex Demetrio Constantinopoli-
tano, qui Palamæ errores ex eiusdem fœdissimis li-
bris decerptos recenset, ac pseudosynodi cum ipso
sentientis profanum decretum ex parte adducit,
auspicaturque exordium ab ipso harum contro-
uersiarum, quæ cœcutientem Græciam densioribus
inuoluere tenebris, fundamento: nimirum
Palamam pseudomonachos, quibus dæmon in an-
gelum lucis transfusus se, obieciat, tuendos
& omphalopychorum hæresim amplificandam
suscepisse: *Palamas, inquit, f in secunda
oratione earum, quas inscribis priores, hoc ait:
Quoniam, vt quidam testatur, qui circa hæc inter-
valde peritos enumeratur, is erat Simeon abbas
Xerocerci, cuius deliria suo loco attuli, & ab ipso
Demetrio in hoc ipso opere repetuntur, post
transgressionem, qui fieri potest, vt non magno-
pere conducat figuras externas internis assimilari:
qui enim festinat ad colligendam mentem in se, non*

a Ep. 1143
b Ep. 1144
ad 1154.
c 1156.
ad 1159.
d 1175.
ad 1185.
e Ep. 1174.
Repudia-
te ab An-
glo indu-
cia ni Ca-
letum de-
ditione
acciperet.

e Eod. to. 5.
op. fecr.
1175. ad
1185.

d Io. Vill. l.
12. c. 95.
o Cap. 94.
Classis
Gallica
dissipata.
f Id. Vill.
eod. r. M. S.
bibl. Vat.
sign. nu.
3765. Erf.
hist. l. 1.
Paul.
Aemil. in
Phil. VI.
V. ual. sing.
in Eduard.
II. Meje.
hist. l. 1.
12. c. 113.
Angloru
de Gallo
victoria
ipsis iune-
fix.
g Io. Vill. l.
12. c. 95.
h Meyer.
hist. Flav.
l. 13. in Lud.
Maleano.
Composi-
te indu-
cia.
i To. 6. ep.
set. 181.
c. 289.
l Ep. 413.
Damnata
noua hæ-
resis Deij
fingens
peccati au-
ctorem.
l To. 4. bib.
patr. col.
1323.

a Cant.
l. 4. c. 1.
b Lib. 3.
99.
Cantacuzeni
flammas
poli per-
tur.

Parti-
cum le-
ne Palæ-
imperi.

c Cap. 3.
d Pleudo-
nodus
uerius
Acyn-
dinus.

Parti-
cham
ijci.
d Lib. 4.
3.
Inca-
nodo
nate-
tho-
do-
doctr.

e Paul.
Con-
stanti-
nopol.
1334.
405.

Demet-
Cydon
Con-
stanti-
nopol.
bit ad-
sus Pal-
mam.

fent
ead. p.
aut p.
410.

Palma
heresi-
Mallu-
nam
flaura.

debet motu recto moueri, sed circulari & ab omni erratione libero; neque oculum huc illuc circumduce- re, sed veluti quodam firmamento in proprio pectore vel umbilico innixum habere: quippe mouere se motu externo circulari, quantum fieri potest, instar motus est mentis, quo studiose mens se ipsam exercet; & suscipiendo exterius per oculos virtutem mentis, mittit in cor hanc figuram corporis. Huiusmodi igitur perennem letitiam & lumina, erant hæc diabolica spectra, quæ pseudomonachis umbilicum contuentibus, illudebant, totamque de his rebus scenam per traditionem acceptam veluti quandam informem materiam Palamas informauit, atque deificauit. Et infra: De his reprehensus ab illo Barlaam, qui etiam ab initio eum detexit, cum manifeste substantiam Dei visibilem & spirabilem constitueret, deuitans nimirum absurdum priori malo, heresim curare aggressus est, atque audet supersubstantialiam existentiam Dei reali distinctione in essentiam & operationem, quin potius operationes multas diuidere: atque ait in quadam prædictarum orationum, hoc lumen substantiam Dei non esse, etenim intabilem illam esse, angelum non esse, quod heriles characteres gerat. Et rursus: Lumen hoc intuitum esse non diuina natura, sed glorie natura eius, quam etiam dedit Dominus discipulis. Et infra: Et ad confirmationem suorum sermonum utitur lumine, quod fuit in transfiguratione Domini. Hæc postea sectatores eius tomo edito secuti, de distinctione substantia Dei & operatione hæc aiunt: Nos a sacris scripturis edocui sumus, et substantiam habere Deum, et potentiam atque operationem a diuina substantia differentem, in una vero potentia et operatione.

De lumine vero transfigurationis postea- que situm est. Dixerunt, ostensum esse a sanctis increatum esse lumen transfigurationis Domini, & illud non esse substantiam eius: & omnes ferme dixerunt, demonstratum esse. Et in anathematismis, quos ediderant contra eos, qui non adducuntur, ut credant eorum blasphemias, ubi seipos præconio celebrant, hæc aiunt: Iis, qui dicunt, diuinam operationem provenire quidem ex diuina substantia; provenire vero inseparabiliter, cum per illud provenire ineffabilem distinctionem significent, per illam vero particulam, inseparabiliter, admirabilem coniunctionem ostendant; æterna sit memoria. Et de lumine y aiunt, qui consentient, lumen quod resplenduit ineffabiliter in monte transfigurationis Domini, lumen esse inaccessible, lumen immensum, & effusionem in circumscriptam diuini splendoris, & gloriam ineffabilem; ac diuinitatis claritatem plusquam perfectam, Filij gloriæ, & Dei regnum pulchritudinemq; veram, atque in sui amorem allicentem circa diuinam & beatam illam naturam & naturalem gloriam Dei, ac deitatis Patris & Spiritus in Vnigenito coruscantem. Et propterea existimant increatum huiusmodi lumen: non tamen asserunt esse supersubstantialiam Dei substantiam, tanquam illa penitus sit inuisibilis & imparticipabilis: dicunt vero potius hoc lumen esse gloriam supersubstantialis substantia, & ab ea proficiscentem inseparabiliter, atque se ostendentem mente purgatis profusa benignitate: cum qua gloria Dominus noster & Deus venturus est secundo suo atque tremendo aduentu iudicare viuos & mortuos. Æterna sit memoria. Et rursus ijs, qui non consentient iuxta sanctorum a Deo inspiratas theologias, & pium ecclesie sensum diuinissimum illud lumen neque creatum esse, neque substantiam Dei, sed increatum & naturalem gratiam, & illustrationem atque operationem ex ipsa diuina substantia inseparabiliter perpetuo proue-

nientem; anathema. Igitur vniuerse loquendo de substantia & operatione increata Dei (quam etiam lumen & gloriam & gratiam, atque illustrationem, deitatemque demissam & alijs multis nominibus nuncuparunt) hæc affirmarunt, singillatim vero multis etiam modis distinctionis vsi sunt.

Percéset Demetrius viginti huiusmodi distinctionis modos confictos a Palama garrulo & imperitissimo, a pietate abhorrentes: tū alia infanda dogmata etiam aduersus distinctionem personarū diuinarum; quæ adeo auide ab eius sequacibus pseudomonachis suscepta, ut de his hæc referat idē Demetrius: In omnibus impudentes ausi sunt dicere, proportionem esse; ut se habent mysteria legis antiquæ ad traditiones euangelicas, ita etiam prædicationes euangelicæ ad noua Palama dogmata. Confirmat hæc auctor verbis Coccini principis monachorum montis Atho, quem sanctum vocabant. Retulit porro ab impijs Palamas a impietatis præmia; quippe ad Thessalonicensem archiepiscopatum euectus est: eius autem propugnator Isidorus cognomento Bouchiras a memorata pseudosynodo patriarchalibus infulis est insignitus. Illatam sibi iniuriam tulit acerbè Ioannes patriarcha, habitaque suorum synodo Palama & sequacium impietatem ob inductas multas diuinitates, alias supereminentes, alias demissas; cum inter diuina attributa non distinctionem rationis tantum, seu virtualem, sed realem collocarent, damnauit anathemate. Quem non modo amici, verum etiam plures Cantacuzeno antea addictissimi secuti iunq; atque ita nouo schismate discissa fuit Constantinopolitana ecclesia, maximaque ob hæreseos crimen constata inuidia est a Ioanis patriarchæ sequacibus Cantacuzeno, ut ipse de se refert b: Ab illo, inquit, & a veritate se abstrabentes, ipsum maledictis lacenabant: et hanc mendacio patrocinantes corrumpebant. Barlaami & Acyndim falsa dogmata per vestigia insequētes. Hæc ille tenebras lucem, & lucē tenebras appellitans. Porro orthodoxam doctrinam Barlaami, cuius nomen ob confutatos Græcorum errores, inuidia laborabat, in omnibus non est amplexus Ioannes patriarcha: quippe in illo suo synodali decreto, c Barlaamum inique perstrinxit, deque illo hæc habet: Quidam ausi sunt idem essentiam Dei & operationem existimare, aut si operationem aliud esse tenendum est, non coeternam illam dicere, neque eiusdem principij cum sempiterno & principio carente Deo; sed creatam & corruptibilem, ut res omnes create, qualis in Tabori diuinitatis splendor apparuit, aut illa, qua pastoribus illuxit, vel quæcumque alia Dei apparitio fuit. Cæterum Barlaamus fidei athleta, qui hoc tempore Gyraensi episcopatu præerat, a Clemente Papa soli Apostolica sedi subesse, metropolitanique sui auctoritate liber renuntiatus est, ut ex regesto pontificio constat. Ipsum in controuersia de diuina essentia & eius operatione optime sensisse demonstrat pluribus Pontanus d, in notis ad Cantacuzenum, nimirum operationem Dei immanentem idem esse cum diuina essentia re, sed non ratione: si vero de transiente Dei operatione, quæ terminus est operationis immanentis agatur, non esse coeternam & carentem principio; sed creaturam esse, qualis lux Thaboria fuerit, quæ exemplum erat & imago corporis glorificati. Itaque Ioannes patriarcha perperam Barlaamum traduxit: prudenter autem Palama, qui hoc tempore nouorum errorum caliginem Græcis offundebat, vesaniam eiusque studioso-

Fictæ deitates supereminentes & demissæ.

Palama dogmata a sequacibus euangelio antelata. a Io. pat. in suo edito synod. Isidorus patriarcha Constantinop. creatus.

A Ioanne emulo dā natur.

b Com. 44. c. 3.

c Exc. apud Leon. Atlas. l. 2. de eccl. occid. et orient. consens. c. 6.

d Pontanus in c. 40. l. 2. Cantacuzeni. Si operatio Dei inuapens sumatur ea absentia non realiter distinguitur. Si vero transtiens, creaturam esse necesse est.

Diminitatem corpoream.

Confessio impia sequacium.

Hereticis fingens, lumen Thaborium increatum.

rum dogmata confutauit. Quanam autem illa essent, ita describit in memorato suo decreto ^a.

Supersubstantialem vnam deitatem, siue vnum Deum in Triade sine diuisione diuisum, noua diuisione subdiuidentes audaces isti multas quasdam deitates esse, & multos deos præter vera dogmata impudenter & temerarie sanciant, &c. Tum nonnulla subiicit, quæ indicent monachos illos Græcos demonum consortio fuisse contaminatos: *Naturales, inquit, has Dei operationes, quæ extrasubstantialiam secundum se sunt, & loqui & consuescere, ac si vita prædita essent, cum illis, qui eorum sacris initiati sunt, spondent & increatam naturam eorum participes immutare. Quinimmo & benefactrices vocant similes deitates beneficas cuiuscumque illa voluerint proprio quodam modo: supersubstantialiam vero deitatem parum aut nihil ad similia dicunt conferre.* Et infra: *Testimonia exhibent non pauci eorum, qui spirituales curam animarum gerunt, a delapsis per ipsos rem extorquentes, tum demum ad nos referentes.* Addit hos pseudomonachos, non auctos palam blasphemia ea dogmata edere, ne gentilitia superstitione, quæ plures deos colebat, infecti dicerentur; sed clam suis instillasse, & aliud in rescindendis coniugijs facinus aggressos: *Nuptijs, inquit, hominum manus iniiciunt, iuuenes mulieres a viris & filijs intrepide peregrinis suis atque absurdis doctrinis separantes. Facinori addunt tonsuras temerarias & inconsideratas ex primo nostro genere iuuenum, &c.*

²⁶ Porro Palamam, quem multa inter se pugnancia ^b iussit liquet, purgare se ab obiecta multarum deitatum impietate annisum, ex illius sequacium scriptis, atque inter alios Dauim ^b monachi, refert Pontanus ^c qui Palamitarum ineptias ita confutat: *Velut ex speculo elucet, quid istos fallat: concipiunt enim, & cogitatione informant operationem Dei quasi a Deo prodeat, ut lux prodit a sole, calor ab igne, aqua a fonte perenni: quod pinguius quiddam est, quam ut in subtile beneque purgatum ingenium cadere possit, cui non ignotum, has locutiones de progressu & fluxu operationum diuinarum esse metaphoricæ, & ad nostrum intelligendi modum adaptatas, qui operationes tanquam quid substantia & essentia posterius & ab ea emanans concipimus. Quod tamen in Deo re ipsa locum non habet, ubi a parte rei substantia seu essentia & operatio vnum prorsus idemque sunt: nec magis operatio Dei ab essentia diuina sinit, quam ipsa essentia ab essentia, cum essentia & operatio sint vnum idemque ens simplicissimum, penitusque indiuisum.* Idem respondens ad argumenta Græcorum, de distinctione rationis siue virtuali operationis immanentis ab essentia, hanc solutionem præmisit ^e: *Aliud est substantia Dei, & aliud operatio non re, sed sola ratione: eadem enim res simplicissima quatenus per se existit, substantia est: quatenus vim agendi habet, potentia est: quatenus producit effectus, operatio & energia est: & hac omnia simul est propter infinitatem & immensitatem essentia. Obseruat porro iure Pontanus, inique a schismaticis Barlaamum & Acyndinum exagitatos: & merito etiam Præteolum, eos in hæreticorum catalogo reponentem, reprehendit.*

²⁷ Quod ad Cantacuzenum attinet; non ille modo ob noui hæresiarchæ sumptum patrocini-um de Græcia male meritis est, verum etiam ob affinitatem arctissimam cū Turcis Græcorum carnificibus, qui adeo ipsi amicitia iuncti erant, ut illum Orchanes Rex gener gratulabundus vna cum filijs, quorum natu maior erat Solimannus,

aderit ^a; atque ex aduersa Constantinopolis parte lautissima cū eo conuiuia peregerit, visaq; Constantinopoli ad conceptum expugnanda tantæ vrbs consilium magis est inflammatus. Poposcit a barbaro auxilia Cantacuzenus, ut partū scelere imperium scelere aueret, ad Cralem oppugnandum: traditaque illi ab Orchane, duce Solimanno filio, decem millia Turcarum, qui violata fide Græcos Cantacuzeno subditos inuasere, diripere, trucidare, in seruitutem abduxere, ut ipse Cantacuzenus sero queritur ^b. Ita miseri Græci dum Pontificem Romanum inique odere, suos carnifices, Turcas inquam, vltro ad edendam ipsorum stragem exciuerunt. Quid vero tum pro Græcorum salute Christi vicarius ad Turcas reprimendos gereret, intueamur.

Vt mittamus pontificia studia pro conciliandis Anglis & Gallis, ut occidentis bella in Turcas conuulseret, de quibus suo loco dictum est; sustentabat naualem exercitum ad ipsorum in Europam excursionem coercendas, cui præerat Franciscus archiepiscopus Cretensis A. S. L. reportatusque est secundo diuino auxilio illustris triumphus. De quo certior Pontifex a legato factus, magno gaudio delibutus his verbis VI I I. kal. iulij gratias egit ^c: *Receptis gratis rumoribus per literas de dictis partibus nobis missas, qualiter gentes tuarum & vniuersis prædictæ galearum, eis dextra diuina potentia assistente, in insula Imbricentum octodecim vasa nauigabilia Turcorum ceperant, & Turcos, qui de dictis vasis ad terram eiusdem insula auferantur, circumclusos seu obfessos tenentes, ad eos debellandos & captiuandos facilius miserant pro equis & armis, hominibus & peditibus & alijs subsidijs opportunis, intendentes nobis, quæ inde contingerent, nuntiare, &c.* Meminit Bosius ^d de parta hac victoria apud Imbrum insulam, quam perfidi Turcæ violatis inducijs, instructa centum quinquaginta nauium classe, numerosissimoque exercitu oppugnabant, incensasque hostium naues centum supra octodecim maiores minoresue ait: denique eos, qui in terram euaserant, ad deditionem coactos: ad quinque millia mancipatos seruituti: auctum vero triumphus decus ex eo, si nostrarum trirerum exiguus numerus cum hostilis classis magnitudine conferatur. Non defuere viri nobiles, qui pio accensi ardore aduersus Turcas procurrere: inter quos Barnabas Gerardus Parmensis trecentis, equitibus, peditibus quadringentis succinctus suis stipendijs has copias integro anno sustentaturus tuendæ fidei studio sacra expeditioni se addixit ^e: a quo Smyrnam fortissime propugnata visurum sumus.

²⁸ Vertenda e Turcis in Saracenos Syros, Aegyptios & Babylonios cruce signatorum arma fuerunt; soldanus enim Armeniam magno furore inuasit, ut omnem Christianæ religionis cultum in Asia extingueret, ratus euerso eo regno, occidentales amplius orientalia bella non medituros. Tulere periclitanti Armeniæ auxilia Hugo f Cypri Rex, & Deodatus ^g e Gozono Rhodiorum equitum magister, cum victis Armenis par exitium ab infidelibus inferendum Cyprium Rhodumque maneret. Quorum pium ardorem collaudauit Pontifex, atque Franciscus ^h archiepiscopo Cretensi A. S. L. et naualis exercitus in Turcas cruce signati præfecto VI. kal. octobris imperia dedit, ut ad retundendos Babyloniorum impetus, ac defendendos Armenos in Ciliciam vela explicarent. Expugnatum est ab infidelibus Aiacium, inferioris Armeniæ vrbs nobilissima, ad quam

^a Ext. ap. p. Allat ubi sup. Conficta a Palama polytheia.

Diabolica do huiusmodi deitatis commenta.

Sparsa eia a pseudomonachis

Nuptiæ ab iisdem temerariæ

^b Davim

monachi.

sup. Pont

sup. cap. s Pontan.

in sup. nos

d Pontan.

ubi sup.

Craffus

operatio-

nis ab ef-

fecta di-

stinguendi

modus

^e Id. ib.

Sola di-

stinctione

virtuali

seu ratio-

nis essen-

tia & ope-

ratio diffe-

^a Cantacuzenus

1.4. c.4.

^b Bosius

1.2.

^c To. 5. 41. f. 7. 4.

^d Turcæ apud Imbrum

sigati.

^e Bosius

hist. equit. Hist. p. 1.2.

^f To. 5. 41. f. 7. 4.

Armenia vexata a soldano

^g A Cypri

& Rhodiorum

submissi illi auxilia.

f. 16. 47. 407.

^h Super ep. 407.

ⁱ De Aiaco in Cilicia recuperato do acti.

quam recuperandam, cum Rex Constantius se accingeret, atque occidentalium imploraret auxilia, Clemens Venetos sollicitavit a, ut maritimas vires contra Babylonios coniungerent.

Dilectis filiis nobili viro Andrea Dandolo duci, & communi Venetiarum.

Occurrunt frequenter considerationis nostræ conspectui deuotionis et fidei studia, quibus insignis terra vestra erga Deum et Romanam ecclesiam euidentibus signis et operibus claruit: occurrit qualiter vos pro defensione fidei Christianæ, ac ipsius cultu diffusius dilatando tanquam viri catholici, et veræ fidei præfate cultores aduersus ipsius persecutores et hoïes labores et sollicitudines subiistis hætenus, et subitis. Propter quod in his, quæ Christi et ipsius ecclesiæ beneplacitis conueniunt, et eiusdem fidei fauorem concernere dignoscuntur, tanto fiducialius eadem requirit ecclesia, quanto sperat in his per vos satisfieri promptius votis suis. Sane ad notitiam vestram iam dudum credimus peruenisse, qualiter soldanus Babyloniam immanis persecutor nominis Christiani, ad eiusdem fidei anhelans exitum, post impugnationes hostiles, post vexationes innumeras, post clades, depopulationes, & spolia aduersus Christianos orientalium partium per eum, ut nostis, a longis retro temporibus crudeliter, peccatis exigentibus, perpetrata ciuitatem Aiacensem, insignem utique locum Armeniæ, proh dolor! occupauit, & eam detinet occupatam, Christianos illius ciues & incolas affligens iugo miserabilis seruitutis. De cuius ciuitatis recuperatione charissimus in Christo filius noster Constantius Rex Armeniæ illustris, anxia cura sollicitus, ad vos, quorum interuentionibus apud eundem confidit diuina fauente gratia super hoc exaudiri, ut intelleximus, nuncios suos mittit, petiturus a vobis, ut pro recuperatione huiusmodi, vel aliqua cum eodem soldano super hoc habenda conuentione siue concordia ad præfatum soldanum speciales nuncios destinatis. Quocirca vniuersitatem vestram attente rogamus, quatenus diuina remunerationis intuitu, ac pro nostra & Apostolicæ sedis reuerentia, eisdem Regi & regno consueti fauoris auxilia impendentes, petitionibus Regis ipsius super his & alijs, quæ Deo grata, & ipsi fidei profutura noueritis, liberaliter condescendere prudentia vestra velit, ut redemptor noster, cui præstabit in hac parte gratum obsequium, mercedis vobis præmium tribuat, nosque deuotionem vestram dignis gratiarum actionibus prosequamur in Domino. *Dat. Auin. vii. kal. octobris anno vii.*

29 Legarat Constantius Armeniæ Rex in occidentem oratorem ad Philippum Francorum & Eduardum Anglorum Reges, ut expositis orientalium Christianorum, quos soldanus crudelissimi insectabatur, calamitatibus ad mutuam pacem reuocaret, incitaretque ad feliciores victorias in oriente colligendas: sed occupat a deo Eduardi animum sceptri Gallici cupido, ut ad suspiria Armenorum eius aures obsoruerint. Cum vero redisset ad Clementem ex Regum aula orator, Pontifex rescripsit Constantio, de maioribus auxilijs Armeniæ submittendis se deliberaturum, cum Antonij episcopi Caietani & Coronensis electi Apostolicæ sedis legatorum, qui ad exciendos errores in Armenia exortos erant missi, literas de restituta incorrupta fidei puritate accepisset; eundemque Regem Armenum grauissimis

sententijs ad commendandam regiam illius intam præclaro opere diligentiam ac potentiam. est adhortatus a: ea enim re diuinum sibi patrocinium ad retundendos hostium conatus ipsum conciliatarum.

Clemens, &c. charissimo in Christo filio Constantio Regi Armenia illustri.

Rogamus serenitatem tuam, & attentius in Domino exhortamur, quatenus prudenter considerans, quod nulli est absque fide gratia, nulli salus; quodque figura mundi huius præterit velut fumus, præfatis legatis in officio legationis huiusmodi eis pro ipsius fidei negocijs, ut præfertur, ac tuæ subditorumque tuorum animarum salute commisso tanquam princeps catholicus & euangelicæ veritatis amicus tui fauoris auxilio potenter & patenter assistas, ut ipsi in huiusmodi officio tuo sulti præsidio ad Dei & ecclesiæ sanctæ catholicæ sponsæ suæ laudem & gloriam sic se possint vtiliter exercere, quod omnis erroris & schismatis de partibus ipsis fugata caligine, lumen catholicæ veritatis effulgeat, tuque ipsos subditos tuos non solum temporaliter regas & dirigas, sed eis ad æternæ vitæ gaudia salubriter præbuisse ducatum per laudabilem operum studia comproberis. Si enim, prout desideramus attentius, & de tuæ fidei speramus sinceritate, talibus te studijs applices, talibus operibus, ut teneris insistas, ille Rex regum, per quem viuus & regnas, te regnumque tuum ab omnibus præseruabit aduersis, vota tua continue fecundabit prosperitate successuum, solium tuum stabiliet, & crucis hostes ad eiusdem fidei ac tuum dictique regni exterminium anhelantes, dextera suæ virtute prosterneat, tuque nostrum & eiusdem ecclesiæ ac catholicorum Regum & principum in tuis opportunitatibus auxilium & fauorem adesse tibi efficaciter senties per effectum. *Dat. Auin. vii. kal. octobris anno vii.* Iunisse cum Armeniæ auxiliares copias Rhodiorum equitum magistrum, refert Bosius b ac non modo soldanum Armenia propulsatum, verum etiam arcem insignem, quam Ippo vocat, olim dictam Alexandream, parti olim de Dario ab Alexandro triumphum memoria illustrem a Constantio Rege recuperatam.

Reuocandi in eadem Armenia splendoris fidei, ne qua erroris labe obsolesceret, sollicitus Clemens, Caietanum episcopum & electum Coronensem vrst c, ut sedi Apostolicæ significarent, quo tandem modo in expugnandis Armenorum erroribus se gessissent, utue fides apud ipsos refloresceret: exigebat enim ab Armenis, ut sedi Apostolicæ, quæ illorum clientelam magnis laboribus contra infideles suscipiebat, mutua consensione amoris ac fidei integritate responderent. Cum vero grauissimos sumptus in sustinendo aduersus infideles exercitu Pontifex profunderet, æquumque esset, ut crucifixi opes pro eius tuenda gloria collocarentur, sacerdotiorum quæ conferenda essent ab eadem sede redditus certo temporis spatio ærario pontificio reseruauit d, & quæstores in Dania, Suecia, Norvvegia, Cypro, Anglia, Hibernia ea de causa instituit. e

30 Conceptit pium Stephanus Rasciæ Rex eiurandi Græcorum schismatis, ac redintegrandæ veteris cum Romana ecclesiæ coniunctionis desiderium: quod cum Pontifici Scutariensis episcopi opera significasset, illum Clemens ad perficiendum sacrum consilium incitauit, Romanæque ecclesiæ pro tuendo ipsius regno amplissimum.

Sollicitas Constantius Rex ad errores exciendos.

a To. 6. ep. sac. 410. & super M. S. arch. Vat. pag. 86.

Egregiè opus vrgèti diuinæ operæ nõ detururã.

b Bos. p. 1. hist. eg. lib. 2.

c To. 6. ep. sac. 402.

Sacerdotalia vestigalia in Armenorum subdidium demurrata.

d lib. ap. 331. e Ep. 332. ad 335.

Rasciæ Rex ad coniunctionem ecclesiæ experit.

studium est pollicitus subiectis literis; in quibus ubi pluribus de diuina prouidentia, quæ omnes nationes ad eiusdem ecclesiæ obsequium adducit; deque suæ ut supremi omnium ecclesiarum pastoris in fide propaganda, & congregandis populis sollicitudine est præfatus, hæc subiungit.

Clemens, &c. magnifico principi Stephano Regi Raciæ illustri gratiam in presenti, quæ perducatur ad gloriam in futuro.

Cum, sicut lætante referente venerabili fratre nostro Marco episcopo Scutarensi audiui- mus, tu diuinitus inspiratus, & sancti Spiritu gratia illustratus, tuæ ac populi tui salutis animarum intendens, gregem ipsum ingredi, reiecto cuiusuis pestiferi fermento schismatis desideras & affectas, & in sinu sanctæ Romanæ ecclesiæ matris omnium fidelium & magistræ communitati fidelium ipsorum salubriter congregari, ut cum eis portionem integram bonorum illorum, quæ suis fidelibus præparauit Dominus, ipso donante, abundantius valeas promereri; nos, qui locum illius, quamuis immeriti tamen tenemus, qui omnes querit saluos fieri, & neminem vult perire, exinde gaudij & exultationis rore perfusi, & eidem, qui rectum tibi dedit, ut perfertur, spiritum imensas gratias in humilitate spiritus referentes, tuæ salutaris deuotionis in hac parte propositum multipliciter in Domino commendamus, tuam rogantes excellentiam, & attentius in Domino exhortantes, quatenus conceptum, tibi quæ diuinitus inspiratum propositum huiusmodi non extinguas, sed potius magis ac magis ferueas in eodem.

Nos equidem more illius hominis euangelici, quem perditam requirentis, & super humeros reportantis ad gregem, te suscipiemus intra brachia paternæ dilectionis gaudenter, stringendo charitatiuis amplexibus te tanquam filium prædilectum, tuisque honoribus & commodis, quantum cum Deo fieri poterit, intendendo; super quibus eidem episcopo, quem tuæ beneuolentiæ recommendamus, propensius fidem credulam poteris adhibere. Ut autem de tua intentione super his operoso effectui mancipanda plenius consolemur, nos velis de illa, quæsumus, efficere per tuas literas certiores. *Dat. Auin. vi. nonæ martij anno v.*

Addidit hortatorias alias ad Raciæ principes b literas Nicolaum Beccham c protouenturium, Gregorium d Galubiam regni Raciæ Casarem, aliosque proceres, ut ad pristinam ecclesiarum coniunctionem reuocandam pios Regi Stephano adderent stimulos: paratissimum enim se ad ipsum paterno sinu excipiendum, omnique amoris significatione ac studijs prosequendum. Meminit e M.S. Vaticani Germanus auctor Raciæ Regem ad Romanæ ecclesiæ gremium admitti flagitasse, missumque episcopum, Paçensem ordinis Carmelitarum, ut illum & Raciensis pristinæ cum Romana ecclesia coniunctioni restitueret, non tamen rem mandatam operi, visumque pietatis specimine illuisse, ut Vngariæ Regis arma impetusque retardaret.

31 Confirmavit hoc anno diuina prouidentia insigni miraculo catholicam de sanctissimo Eucharistiæ sacramento fidem in Polonia: cum enim fures sacram pixidem, in qua erat reposita, sacra hostia, cæca lucri cupiditate auro constatam arbitrati subripuissent, comperissentque æneam ipsam in palustrem locum proiecere: ubi mox cælestis lux fulgere die noctuque conspecta est,

Excitatus prodigij magnitudine episcopus Cracouiensis, instructo agmine religioso eo perrexit; & Eucharistiæ reperit. Ad cuius miraculi commendandam secuturis ætatibus memoriam, Casimirus II. Rex Poloniæ prænobilem ecclesiam in eodem loco extruxit; quam historiam Michouias enarrat a.

Quidam nequam, inquit, & famelici latrunculi sub octauis corporis Christi anno Domini MCCCLVII. de ecclesia parochiali omnium sanctorum in Cracouia delatorium diuinissimi sacramenti, vulgo monstrantiam, furati sunt; compertoque quod esset ærea, illam in paludem Mothe arbutis plenam. Et infra.

Et cum plures mortales luminaria die noctuque in palude relucentia viderent, ad pontificem Cracouensem eiusque venerabile capitulum, ac deinde ad Regem Casimirum rem tanquam prodigiosam pertulere. Qui, processionibus totius urbis ordinatis, triduo prius ieiunio indicto & exacto, cum bymnis & vexillis paludem adeuntes, delatorium cum sacramento diuinissimo acceperunt, & illud ad ecclesiam omnium sanctorum, vnde erat ablatum, retulerunt.

Excellentissimus autem Rex Casimirus in loco inuentionis tam ineffabilis sacramenti, quamuis cænofo & paludinoso, ecclesiam in honorem & titulum corporis Christi se fundaturum voluit. Nec mora: anno altero nobilem chorum & sacrarium cocto latere inuauit & consummauit, parochia quam ex antiquo ecclesia S. Laurentij habebat ei adiuncta, calicibusque ac apparatus crucibus, caterisque clenodis munificentia regia adornauit, & titulum corporis Christi, quo ecclesia S. Francisci a prima sui fundatione illustrata fuerat, fratribus Minoribus pretio precibusque contentatis, ut solidior sua fundatio permaneret, abrogari & extinguere procurauit. Villa quoque Baul in suam ditionem & proprietatem traducta, oppidum de suo nomine kasmiria nuncupatum processu temporis muris communiuit, amplius monasterium insigne in decus sanctarum Margarethe & Catharina, in quo sunt fratres eremite ordinis S. Augustini, constituit; chorum ecclesiæ eiusdem monasterij magnifico & liberali sumptu usque ad integrum cum sacrario muro coctili & excelsa locauit, & profundatos annulos, quos ferebat, in iactu fundationis & primi lapidis posuit: ex post autem deuotio fidelium corpus ecclesiæ cum sacellis adiectis. His consentientia Cromerus b & alij tradunt.

32 Hoc eodem anno adiectus est & solemniter sanctorum catalogo Iuo Britannus, qui apud iudicum tribunalia viduarum & pupillarum causam agebat de quo hæc M.S. Vaticani d auctor anonymus: Hic etiam canonizauit S. Iuonem presbyterum & confesorem Britonem anno coronationis suæ vi. xvi. kal. iulij. Cui alterius M.S. auctor consentit e: Predictus, inquit, dominus Papa canonizauit S. Iuonem presbyterum Trecorensis in Britannia multis miraculis clarentem, qui pietatis gratia pro pauperibus * anno Domini MCCCLVII. predicto, pontificatus vero anno vi. anno migrationis eiusdem sancti XLVI. me tunc Auinione existente. Effulsit ingentibus miraculis, ob quæ maturo præsulum consilio is honos ei habitus. Inter cætera, pontificum nepotem e grauisimo morbo illius apud Deum precibus curatum, vitæ scriptor tradit f, atque etiam Clementi se videndum obiecit, hortatumque ut venerationem beatissimis exhiberi solitam ipsi decerneret. Cum

a To. 3. ep. Secr. 1019

Gratula- tur illi Clemens

Paternū gremium expandit.

b 16. ep. 1025. Et Raciæ principibz. c Ep. 1020. d Ep. 1021.

e M.S. bibl. Vat. sign. n. 3765. in C. 2. 11

Eucharistia veritas in signi prodigio illustrata.

Michouias

Tempus in eo lectis refulsit excitati

Condit etiam oppidum

Cromerus

ep. 1020

ep. 1020

ep. 1020

vero Philippus Rex Francorum suas preces antea ea de re adiecisset, Pontifex quæ a se ad diuinam gloriam gesta essent, exposuit: utque in Auinionensi comitatu plura sancti suffragijs a Deo beneficia impetrarentur.

Clemens, &c. Philippo Regi Francia.

33 Ad spiritualis gaudij & consolationis augmentum pateferi regali excellentiæ volumus per præsentem, quod nos super negotio canonizationis almi confessoris domini Iesu Christi, B. Iuonis videlicet quondam presbyteri diocesis Trecorensis, pro qua tua sublimitas instanter hætenus nos rogauit, in nomine Domini procedentes, die sextadecima præsentis mensis iunij examinatione diutina, proluxa, prouida, & maturâ, sicut exigit tanti negotij arduitas, præcedente præfatum sanctum, qui vitam sanctam pijs exuberantem operibus, castigando, & in seruitutem redigendo carnem suam, spiritum non sine multis & magnis austeritatibus gessisse penitentialibus, dam in humanis ageret, multorumque coruscatione miraculorum tam in vita quam post felicem ipsius transtrem claruisse manifestis probationibus fuit repertus, præsentem fidelis cleri & populi multitudine copiosa, obseruataque solemnitate, quæ consuevit in talibus obseruari, ad laudem & gloriam diuini nominis, ac consolationem fidelium, & maxime regni tui, de quo traxisse noscitur originem, ac tui & eiusdem regni exaltationem honoris de consilio fratrum nostrorum canonizauimus, & sanctorum catalogo adscribendum mandauimus, et vt sanctum deinceps a fidelibus venerari, festum ipsius diem decimanona mensis maij, quo eius anima mole carnis exuta, cælos petens cum scala gloriæ, calicis ciuibus est coniuncta, statuentes a fidelibus annis singulis celebrandum. Ad ipsum quidem sanctum ingentem deuotionem gerit partium istarum populus, & iam multi ad ipsius suffragia, deuotis orationibus & emissis votis in humilitate spiritus recurrentes, exinde sanitatum & alia remedia super suis iustis petitionibus reportarunt, & reportare non desinunt incessanter, &c. Dat. Auin. xi. kal. iunij anno vi.

34 Qui vero ij solemnnes ritus fuerint, describere visum est ex veteri M.S. Vaticano b ab auctore, qui hoc tempore in aula pontificia rituum formulis præerat, composito.

Modus qui communiter seruari consuevit circa canonizationem alicuius sancti.

Audita per dominum nostrum Papam fama alicuius sancti, & ab aliquibus honestis & authenticis personis eidem domino nostro Papæ negotio huiusmodi denunciato, ac supplicato eidem continuatis vicibus ac pluries & instanter pro canonizatione huiusmodi faciendâ, dominus noster Papa consuevit hoc proponere inter fratres, scilicet Cardinales, & de ipsorum consilio committit aliquibus episcopis patriæ illius, qui dicitur sanctus, vel alijs personis authenticis, honestis, discretis, & incorruptibilibus, vt inquirent de fama & deuotione populi, quam habent ad illum, qui dicitur sanctus & de miraculis & alijs, quæ eidem domino Papa sunt nuntiata. Et illi, quibus commissum fuerit, debent inquirere & referre de fama & deuotione populi & alijs, quæ super miraculis illius, qui dicitur sanctus, inuenierint in genere & in specie & quoad famam, non quoad veritatem, & an videatur eis, quod super veritate & in specie sit requisitio committenda. Et si scribant talia, propter quæ inquisitio veritatis committi debeat, dominus noster Papa requirit iterum con-

silia Cardinalium, & de ipsorum consilio definit in consistorio vtrum secundum relata sit inquisitio prædicta super veritate committenda, vel non: & si committenda videatur, iterum scribit dominus Papa eisdem vel alijs, de quibus sibi videbitur, quod veritatem de prædictis inquirent, videlicet de fide, & excellentiâ vitæ & miraculis ac operatione miraculorum illius, qui peccatur canonizari, exacte, prudenter, diligenter, & fideliter secundum articulos & interrogatoria, quæ sub bulla sua transmittit eisdem: & illi, quibus committitur, facta huiusmodi inquisitione, eam remittere debent dicto domino Papa sub sigillis suis fideliter intercirculam.

35 Qua inquisitione sic remissa, dominus Papa consuevit ipsius inquisitionis examinationem committere in curia aliquibus capellanis suis, vel alijs personis authenticis & discretis, & in talibus expertis, quæ ordinent & forment rubricas super inquisitione prædicta: & ipsis rubricis cum exacta diligentia ordinatis & formatis, committitur per dominum Papam examinatio ipsarum rubricarum & totius inquisitionis tribus dominis Cardinalibus, videlicet vni episcopo, alijs presbytero, & alteri diacono: qui domini Cardinales, visis per eos & diligenter examinatis contentis in commissionibus, rubricis, & inquisitionibus prædictis, debent referre in consistorio domino Papa plene omnia in genere supra dicta, & quæ inuenierint in eisdem; hoc excepto, quod super vita & miraculis, & depositionibus testium super ipsis productorum nihil tunc in specie referunt: sed postea in consistorio in presentia domini Papæ, & aliorum dominorum Cardinalium singulariter & sigillatim leguntur depositiones testium super vita & miraculis productorum. Primo enim leguntur depositiones testium, super vita productorum. Lectis & diligenter auditis per dominum Papam & Cardinales, antequam ad aliud procedatur, dominus Papa de consilio Cardinalium determinat, vtrum vita excellentiâ illius, de quo agitur, sit plene probata vel non: & ipsa determinatione facta, procedunt modo prædicto ad lecturam miraculorum, & depositionum testium super ipsis miraculis productorum. Notandum tamen, quod lecta in consistorio depositione cuiuslibet testis super quolibet articulo, vel testium saltem melius probantium, dominus Papa de consilio Cardinalium definit, vtrum illi testes plene probent articulum, de quo agitur, vel non, & vel vtrum admittantur: & hæc scribi debent ibidem per vnum de dominis Cardinalibus, de quo domino Papa placuerit.

36 Quibus omnibus finitis, & diligenter per dominum Papam & Cardinales examinatis, dominus Papa debet requirere consilia ipsorum Cardinalium, & petere ab eis, an videantur prædicta talia, propter quæ sit canonizatio merito faciendâ: & si faciendâ videatur, dominus Papa ibidem in consistorio secrete inter Cardinales definit, ipsam canonizationem esse faciendam. Postea vero, definitione huiusmodi factâ per dominum Papam, debent vocari omnes prelati, qui tunc in curia sunt presentes, & dictus dominus Papa narrat eis publice in consistorio ea, quæ acta sunt & præbata secrete, definitione factâ prædictâ suppressâ: & requirit consilia eorundem prelatorum.

Deinde assignatur per dominum Papam certus dies ad aliquem certum locum aptum ad hoc, vbi habeant conuenire idem dominus noster Papa & Cardinales, & alijs prelati de curia, & clerus & populus: & iterum extra consistorium per dominum Papam octo vel septem prelati ad minus, de-

Illius acta publica mittenda Pontifici.

Horum examen tribus Cardinalibus committendum.

Ab his referri ad sacrum lecturam.

Vt excipiantur dicta testium.

Statuatur an probationes sufficiant.

Vocentur in consistorio prelati.

Designetur qui eo argumto concio nes habeant.

76.6. sp. 1347. in bull. in Clem VI. 1347. 10. Ve carne voluntate ponis accerit. Decreti solemn. compa illi honores. MS. bibl. Vat. in. n. 4737. 1347. Qui ritus seruari solent in conueniens cuiuspiam honorem. Vperage ea primu in requisi.

quibus eidem domino Papa videbitur faciendum, qui dicta die assignata habeant publice predicare. Habet etiam idem dominus noster Papa ordinare gradus inter ipsos prelatos, qui predicare habebunt, ut videlicet primo talis predicet, & talis secundo, & sic de alijs: consuevit enim dicta dies assignari per unum mensem ante, vel per tres septimanas ad minus ad finem, quod predicti prelati diligenter collationes potuerint studuisse, quas ipsa die assignata succincte & breuiter in publico facere habebunt. Conclusiones vero dictarum collationum debent esse tales, videlicet quod ostendant per rationes, quod dicta canonizatio est merito facienda, & supplicetur domino nostro Papa, ut facere dignetur eandem.

Deligantur Cardinales, qui conponant officium,

37 Facta vero predicta definitione secreta per dominum Papam, & prelatos vocatis, & die certa ad faciendum collationes ipsis prelatos, ut pramittitur, assignata dominus Papa interim in consistorio consuevit committere duobus dominis Cardinalibus, potissime religiosi, qui nouerint in sacra pagina, ut unus ipsorum legendam seu lectiones ordinet super vita ipsius sancti, & aliqua de miraculis probatis in ipsis lectionibus recitando; alius vero ordinet responsoria & antiphonas ac orationem: ipsis enim ordinatis, dicti duo domini Cardinales omnia legere debent in consistorio temporibus opportunis. Peruenit itaque ad dictam diem assignatam mane hora consistorij, conueniant ad locum ordinatum dominus Papa more consistoriali, videlicet cum manto seu pluuiali rubeo & mitra aurifrigiata cum perlis, & omnes Cardinales & prelati cum communibus vestibus, videlicet cum cappis laneis, & etiam clerus & populus ibi conueniant. Dicitur vero dominus noster Papa, veniendo ad dictum locum, associatur per Cardinales tunc presentes, duobus diaconis Cardinalibus sibi a dextris & a sinistris, ut est moris, assistentibus: & in dicta loco debet esse sedes, scilicet seu cathedra cum scabello parata, in qua dictus dominus noster Papa sedere possit. Residente vero ipso in dicta cathedra, fit ei reuerentia solita per solos dominos Cardinales: qua reuerentia facta, sedent suo ordine more consistoriali domini Cardinales, & duo diaconi Cardinales Papa assistant: ut superius est iam dictum: prelati vero alij stant ex opposito domini Papa a dextris & a sinistris, prout locus patietur. Quibus residentibus surgere habet procurator huiusmodi negotij, existens ex opposito dicti domini Papa, & assumpta sibi aliquali auctoritate, narrare debet aliqua de huiusmodi negotio, & supplicare ipsi domino nostro, ut ipsa sanctitas sua audire dignetur aliquos prelatos, qui super predictis predicare intendunt: & nihilominus quod placeat sanctitati sue definire illum, de quo agitur, esse sanctum, & sanctorum catalogo ascribendum, & tanquam sanctum esse a fidelibus venerandum; ac festum eiusdem anno quolibet perpetuo certa die, de qua ipsi domino nostro Papa videbitur, celebrandum. Et huiusmodi supplicationes per dictum procuratorem facta, surgat ille prelatos, qui primo predicare seu collationem suam facere debet, iuxta ordinationem antedictam, & incipiat collationem suam, & eam prosequatur succincte & breuiter: qua finita surgat secundus & faciat similiter, & sic de alijs.

De selecti coetu agendo,

supplice oratione habenda ad Pont.

Habendis in sancti laudem concionibus,

Danda in indulgentia

38 Finitis vero omnibus collationibus supradictis, dominus noster Papa surgit, & diaconus Cardinalis, qui assistit ei a sinistris, dicit more solito: Confiteor; quo dicto, datur indulgentia per dominum nostrum Papam de uno vel duobus annis & totidem quadragesis, vel plus, prout domi-

no Papa placuerit: qua indulgentia data, dominus Papa, deposita sibi mitra, facit absolutionem, & dat benedictionem: deinde pronuntiatur dicta indulgentia per unum de dominis Cardinalibus: & ipsis expletis reuertitur ad cameram suam.

Post hac vero in consistorio ordinatur certa dies ad aliquam certam ecclesiam, in qua conuenire habeant dominus Papa, Cardinales, et prelati alij de curia, ac clerus et populus pro solemnitate canonizationis huiusmodi facienda. Qua quidem die adueniente, sternatur tapetis ecclesia, et paratur, et illuminentur in ea cerei multi: et mane, descendente domino nostro Papa ad eandem ecclesiam, occurrat ei processio cleri illius ecclesia. Cum autem est in ecclesia, orat aliquantulum ante altare, deinde ascendit sedem suam in medio ecclesia paratam, et ibi recipiat Cardinales, et alios prelatos more solito ad reuerentiam: et ipsa reuerentia facta, Cardinales & prelati alij parantur paramentis albis. Quibus paratis Papa, prout de camera venit, scilicet cum pluuiali rubeo, & mitra aurifrigiata cum perlis vadat ad cathedram eminentem ante altare cum scabello paratam, et ibi sedendo facit sermonem, mitram tenendo in capite, ut est moris, processum recitando et probata, ac inducendo populum ad orandum pro eo, quod Deus non permittat eum errare in hoc negotio.

Oratio solemnissima

Indicatur processio ne erroris ecclesia

Decretum huiusmodi in eadem

39 Finito vero sermone huiusmodi, dominus Papa predicat se oraturum, et hortatur alios ut orent, ut supra, scilicet quod Deus non permittat eum errare in hoc negotio. Deinde flexis genibus fit deuota oratio: et Papamet debet incipere, cantando hymnum, Veni creator Spiritus. Quo incepto genuflectat, & in fine primi versus surgere debet, & continuatur totus hymnus ab omnibus alijs cantando. Quo hymno cantato, si domino Papa placet, diaconus Cardinalis a dextris Papa assistens dicit: Flectamus genua; & dominus Papa & ceteri alij basse & secreta genibus flexis orant: & deuota oratione facta, post morulam diaconus Cardinalis, qui est a sinistris, dicit: Leuate; & tunc omnes surgant. Quibus leuatis, dominus Papa, tenendo mitram in capite, definit publice illum, de quo agitur, esse sanctum, & sanctorum catalogo ascribendum, & tanquam sanctum esse ab omnibus venerandum, ipsumque sanctorum catalogo ascribit, statuens ut ab vniuersali ecclesia in die tali festum eius et officium deuote et solemniter celebretur: quam definitionem facere poterit ipse dominus noster, ut sequitur.

Formule decretum di cupa S.S. huiusmodi res.

Ad honorem Dei omnipotentis Patris, Filij, et Spiritus sancti, et exaltationem fidei catholica, et Christiane religionis augmentum auctoritate ipsius Dei omnipotentis Patris, et Filij, et Spiritus sancti, beatorum Apostolorum Petri et Pauli et nostra de fratrum nostrorum consilio decernimus et definimus, bona memoria N. sanctum esse, et sanctorum catalogo ascribendum: ipsumque dictorum sanctorum catalogo ascribimus, statuens ut ab vniuersali ecclesia anno quolibet in die tali festum ipsius et officium sicut pro vno confessore, si sit confessor; vel sicut pro vno martyre, si sit martyr, deuote et solemniter celebretur. Et si domino Papa placuerit, poterit addere ista verba: Insuper eadem auctoritate omnibus vere penitentibus et confessis, qui annis singulis ad sepulchrum eiusdem in die tali deuote acceperint, unum annum et quadraginta dies, accedentibus vero annis singulis infra octauas dicti festi ad sepulturam ipsius quadraginta dies de iniunctis sibi penitentibus misericorditer relaxamus. Quibus verbis per dominum Papam prolati, ipse dominus Papa mitra deposita, incipit cantando hym-

Hymnum: Te Deum laudamus, quem ceteri cantando prosequuntur. Quo finito diaconus Cardinalis a sinistris Papa assistens dicit verj. Ora pro nobis B. N. .. alleluia, & ceteri respondeant: Ut digni efficiamur gratia Dei, alleluia: si vero solemnitas fuerit a septuagesima usque ad pascha, in prædicto festo omittetur alleluia. Deinde dominus Papa dicit cantando: Dominus vobiscum, & respondetur: Et cum spiritu tuo. Dicit: Oremus, & postea orationem, qua competat illi sancto, finiendo ipsam orationem: Per Christum dominum nostrum, & respondeatur: Amen. Et ipsa oratione finita, dicitur diaconus Cardinalis a sinistris Papa assistens dicit: Confiteor, &c. ut est moris, & iocis aebuis, scilicet immediate post Apostolos, faciat mentionem de dicto sancto. Qua confessione finita, dominus Papa dat indulgentiam gratiosam septem annorum & septem quadragenarum: & data indulgentia per Dominum nostrum Papam, ac mitra eidem deposita, facit absolutionem, & dat benedictionem more solito, dicendo: Precibus & meritis, &c. faciendo mentionem loco suo de sancto canonizato.

Quibus factis, accedat dominus noster Papa ad locum consuetum, ubi recipiat pontificalia paramenta, scilicet alba: & postea more solito missam celebret solemniter in honore dicti sancti canonizati. Qua missa finita, ac data iterum indulgentia in fine missa de VII. annis & VII. quadragenis, & depositis paramentis, ad cameram suam siue ad palatium reuertatur cum pluuiali & mitra, prout primitus ad ecclesiam venerat.

40 Seruatis hisce ritibus in cōsecranda B. Iuonis memoria contulit Pontifex ad fideles ad illius venerationem alliciendos indulgentiarum præmia illius sepulchrum adituris, et translationis celebritatem honestaturis, vt subiectum diploma anno proximo datum ostendit. a

Clemens, &c. venerabili fratri episcopo & capitulo Trecorensi.

Laudabilis & longæ obseruationis exemplo imitatione digna decreuit antiquitas dies, quibus primum sanctorum corpora de ipsorum tumulis transferuntur, festiuitate celebri venerandos, vt iuxta sacræ paginæ veritatem de loco suo laudibus pullulent ossa sanctorum, et sicut in tempore suo tritici aceruus infertur, sic sancti post congesta opera recolenda sepulchrum in abundantia gratiæ comperiantur ingredi, dum post præsentis vitæ pressuras præmia patriæ cælestis inueniunt. Et non solum eorum spiritus in claritate veri luminis, et secreto æternæ gloriæ occultantur, horreum quasi conseruationis ingressi; sed et eorum corpora, licet adhuc terrea de humilitatis tumulto ad venerationis cumulum eriguntur. Profecto translationem huiusmodi iustitiæ præfigurasse videtur ille accrescens & decorus aspectu, quide hoc seculo transirens, fratres adiurans, ad promissionis terræ ex Ægypto sua petijt ossa transferri. Nos igitur noui sancti, sanctorum nouiter congregati collegio, ex signorum insignium præclara congerie, beati videlicet Iuonis confessoris olim Trecorensis presbyteri translationem volentes solemniter celebrari, auctoritate apostolica præsentium vobis tenore concedimus, vt corpus confessoris eiusdem congrua temporis opportunitate captata, conuocatis clero & populo Trecorensibus cum debita solemnitate ac honorificentia digna ad locum transferatis idoneum, diem translationis huiusmodi, quem perpetuis temporibus celebrandum fore decernimus, festiuis solemnibus celebrantes, &c. Addit

nonnullarum indulgentiarum præmia ad incendendam eorum pietatem, qui expiata rite conscientia vel celebritati intererunt, vel sepulchrum S. Iuonis recurrente eius annis singulis festo die iustrabunt. Dat. Avin. 10. id. maij anno VI.

IESV CHRISTI

annus 1348.

CLEMENTIS PP. VI. CAROLI IV. ROM. REGIS 3.

7.

IO. PALÆOLOGI IMP. OR. 8.

Percussus diuinæ iustitiæ flagello ingemuit occidens anno a virgineo partu millesimo trecentesimo quadragesimo octauo indictione prima, saeuiente atroci adeo lue, vt redactæ vrbes in solitudines, & deesse mortuis sepeliendis viuui viderentur. Et quamuis ea omnes pene nationes sit peruagata, nonnulla tamen regna altero belli flagello attrita caelestes magis iras exceperunt. Inter quæ Sicilia citerior calamitatum exemplum ac theatrum fuit: vidit enim prius pulsam Regnam, principes vincitos, Dyrrachij ducis fufum, cruorem, matronas regia stirpe fatas ad mendicitatem redactas, populos a latronibus spoliatos. Peruenerat, vt vidimus, extremo anno superiori Ludouicus Rex peruigilio natiuitatis dominicæ die Aquilam, ineunteque anno Neapolitani ciues, missis oratoribus, regnum vt Caroli II. maioris natu filij nepoti ac iusto Regi detulerunt a. Quibus percussa Ioanna Regina, Vngariæq; Regem cū ingenti exercitu Neapolim petere accipiēs, ex eiusdem vrbe arce, in quam se receperat, impositis trirēibus thesauri auiti reliquijs, cum exiguo comitatu in Prouinciam velis remisque contendit: quam Ludouicus princeps Tarentinus, cum se proditum a patruelibus principibus alijque videret, magnis itineribus secutus, mortem aut carcerem imminem effugit.

Ceteri regni stirpis principes, nimirum Robertus Imperator Constantinopolitanus appellatus Tarenti princeps ac Philippus minor natu frater, Carolus Dyrrachij dux ac Ludouicus & Robertus fratres, pluribus stipati proceribus officij causa Vngarum Auerfæ agentem conuenere: a quo ad mutuos amplexus & oscula regiasque dapes admissi. Sed mox proditione Vngarus fratrem proditionem vicisci meditatus, Carolum Dyrrachij ducem necari in eodem loco, in quo Andreas fuerat præfocatus, ac principes alios regni Siculæ mancipari vinculis imperauit. At tolli deinde signa versus Neapolim iussit, eamque instructis agminibus ingressus terrore compleuit, ciuium contempsit honores, mutauit veteres magistratus, deque fraternæ necis auctoribus quæstiones nouas exercuit: tum graues apud Clementem querelas fudit, Ioannam vniuersi sceleris in Andream patrati consciam artificemque omnium fontium testimonijs conuinci. Ad asserendum vero sibi Neapolitanum regnum oratores ad Pontificem decreuit, qui exposcerent, vt Bertrando Cardinali Apostolica sedis in Sicilia legato, vel alteri ipsius Siculæ corona exornandi auctoritatem conferret, ac significarent, paratum Ludouicum ad suscipiendum iter Avinionense, vt e pontificijs manibus Siculæ corona exornaretur: rogarent etiam Clementem, ne sædus confirmaret pactum inter Ioannam Reginam ac Ludouicum Friderici olim Trinacriæ Regis nepotem, qui insulam Siciliæ occupabat, ex quo Ioanna suis iuribus cesserat; recuperare.

enim

Lud. Regis Vngarum in Neap. regnum irruptio.

Neapolitani illi se subijciunt Ioannam Prouinciā aufugit. a. Vill. l. 12. c. 110.

Principū deditio & vincula.

Carolus Dyrrachius cæsus. b. l. c. 111. Matth. Vill. l. 1. c. 10. Hoc. l. 2. c. 35. Collens. l. 5. Summ. l. 3. & alij

Trinaeriā
subijcere
medicatur
Vngarus.

a Fazell. l.
9. decad.
poster. c. 5.
Marth.
Vill. l. c.
31.
Gesta ex-
cusat a-
pud Ponti-
ficem.

Pontificis
responsū
ad Lud.

b To. 6. ep.
sacr. 1397

enim eam insulam ex Aragoniorum manibus meditabatur, ac facile rem perficere poterat, cum mense aprili Ioannes dux, qui insulam egregie administrarat, ac noua illius retinendæ iura pepererat Aragonijs, obiisset. Ex cuius obitu tanta inter proceres regni procuracionem affectantibus orta discordia, vt illud pene in solitudinem redegerint. a

2 Institit etiam Vngarus, vt Ioanna in custodia, in quam a Prouincialibus coniecta fuerat, detineretur; atque in eam ex iudiciorum ordine haberetur quæstio: excusauit eorundem oratorum opera sua in Siciliam gesta: transmissum ad paternam auiam Carolum Martellum educandum: Carolum Dyrrachij ducem iure casum: accessisse vocatum in Siciliam: fraternæque necis violationem iustissimam repetijisse. Denique significauit nullo succinsum exercitu Auenionem se accessurum, modo Carolum Martellum vel Stephanum ducem Transiluanix regni Siculi moderatorem crearet. Adiecere oratores nonnullas in Talayrandum Cardinalem querelas, precesque ad Clementem exorandum, vt apostolica beneuolentia Ludouicum prædecessorum more complecteretur. Quibus respondit Pontifex, se Ludouico Siculi regni insignia iure tribuere non posse, cum Ioanna sceleris conuicta non esset, ac si ea damnaretur: censere nonnullos ad Carolum Martellum ex veteri pacto regnum spectare, alios vero ad ecclesiam deuolui: initas inter Ioannam & Ludouicum Trinacrium fœderis leges, quibus illa suis in insulam iuribus cesserat, neque confirmatas fuisse, neque visas ab sede Apostolica: constitutos nonnullos Cardinales ad excutiendam Ioannæ causam iudices: Carolum Martellum in Vngariam sine pontificia voluntate transmitti non debuisse: casum iniuria infontemque videri Carolum Dyrrachij ducem, nec seruatum in illius supplicio iudiciorum ordinem: Talayrandi accusationes meras esse calumnias: nullam diffidentix de apostolico studio causam subesse posse: iniuste quibusdam ditionis ecclesiasticæ arcibus præfectos eum imposuisse: fauisse Apostolicæ sedis hostibus, ac præsertim Nicolao Laurentio, quem ipsa capi iusserat: regnum a Vvernero Sueuo ipsius duce cædibus, latrocinijs, libidinibus fœdatum: neque iure Robertum Constantinopolitanum Imperatorem aliosque principes, in vincula coniectos. De quibus singulis ad Bertrandum Cardinalem Apostolicæ sedis in Sicilia legatum nonis maij scripsit b, vt Regem ad assentiendum æquitati, atque iniuste præsumpta reuocanda pro sua sapientia adduceret.

Clemens, &c. Bertrando Cardinali A.S.L.

3 Primo ad id, quod idem Rex [nimirum Ludouicus Vngarus] nobis scripsit suppliciter postulans, vt tibi vel alteri coronacionem committeremus ipsius: licet velimus & desideremus attente memorato Regi in omnibus, quantum cum Deo possimus, liberaliter & fauorabiliter complacere; debent tamen idem Rex & consilium eius diligenter attendere, & attenta meditatione pensare, vtrum id possimus facere sine offensa Dei, & magna conscientix læsione: cum charissima in Christo filia nostra Ioanna Regina Sicilia illustris, quæ tam ex testamento claræ memoriæ Roberti Regis Siciliæ auæ sui, quam alias vt proximior dicto Regi in regno Sicilia successisse dignoscitur, quæue pro eodem regno per nos ad homagium est recepta, & quæ non interueniente ecclesiæ Romanæ iudicio, eodem regno per ipsius

Regis Vngariæ potentiam se queritur spoliatam, ac super spoliacione huiusmodi petit sibi iustitiam exhiberi. Et infra: De crimine mortis claræ memoriæ Andree Regis Sicilia viri sui nec condemnata sit nec conuicta: & esto quod esset de huiusmodi crimine condemnata, nonnulli afferunt, secundum conuentiones habitas in concessione dicti regni inter eandem ecclesiam & claræ memoriæ Carolum primum Regem Sicilia tunc in humanis agentem præfato Regi facta per eandem ecclesiam, regnum ipsum ad dilectum filium nobilem virum Carolum Martelli primogenitum dictæ Reginæ ducem Calabria successione iure spectare: & aliqui tenent, regnum præfatum fore ad eandem ecclesiam deuolutum. Et nos libenter vellemus, quod idem Rex Vngariæ diligenter attenderet, qualiter eum qui rem aliquam non expectata sententia iudicialis arbitri auctoritate propria occuparit, tam ciuiles quam canonicæ sanctiones rei occupatæ priuant dominio & iure, si quod sibi in ea vel ad eam quomodolibet competeat.

4 Ad ea etiam, quæ per dilectum filium Martini clericum suum scripsit, vt tractatum inter Reginam prædictam & Siculos habitum confirmare nollemus: poterit Regi responderi præfato, quod licet iidem Siculi multos tractatus, nobis & eidem ecclesiæ forsitan vtilis, diuersis successiue vicibus obtulissent, suos ad nos propterea frequenter nuntios destinando; verumtamen, quia eorum in hac parte causa inter ecclesiam & Reginam præfatas coniuncta & eadem quodammodo videbatur, eosdem Siculos exaudire nolimus; nec tractatus eorum, quos vt præmittitur, frequenter obtulerant, duximus admittendos. Verum est tamen, quod Regina ipsa sine scitu nostro, & absque eo, quod significauerit aliquid nobis, inde tractatus aliquos cum eisdem Siculis dicitur habuisse: quos tractatus nec vnquam vidimus, cum nec nobis oblatis fuerint: & nos ad approbationem vel reprobationem ipsorum procedere nullo modo proponimus prætermissa ipsius ecclesiæ grauitate.

Respondeatur etiam dicto Regi ad id, quod nobis per Martinum descripsit eundem, super ipsius arrestatione Reginæ, quod nos dudum inquisitionem super præmissis crimine non solum contra Reginam eandem, sed & contra regales cæteros vtriusque sexus tibi, cum adhuc eadem Regina in ipsis partibus moraretur, & postquam Regina ipsa huc applicuit, venerabili fratri Bertrando episcopo Ostiensi, & dilectis filijs nostris Guillelmo tit. S. Stephani in Cælio monte presbytero, ac Galhardo S. Lucie in Silice diacono Cardinalibus contra præfata Reginam commisimus faciendam; qui, tanquam veri iustitiæ zelatores, ad inquisitionem huiusmodi & alia contra ipsam Reginam, si inueniatur culpabilis procedent, prout fuerit suadente iustitia faciendum: et cum inquiri commode in Ioannam non possit, sollicitandum precibus Vngariæ Regem, vt publicas tabulas a Bertrando comite montis Caneosi de crimine illatæ Regi Andree necis confectas, vel earum exempla transmitteret].

5 Rursus ad ea, quæ venerabilis frater noster Stephanus archiepiscopus Colocensis, & dilectus filius præpositus ecclesiæ Budensis Strigoniensis diocesis nobis pro parte Regis Vngariæ exposuerunt ipsius, ac alia quædam, quæ Ioannes de Campello archidiaconus Orodienfis etiam tetigit: videtur superscripta responsio fa-

cienda. Ac primo super eo, quod suppliciter petierunt, quod sicut ad Reges alios, affectum dilectionis exhiberemus ad ipsum: de tali petitione miramur, cum nos eundem Regem Vngariæ inter ceteros catholicos principes orbis terræ dilexerimus, & ostenderimus signa charitatis, & dilectionis eidem, nuncios suos recipiendo benigne, ac honeste tractando, & honorando, & quantum cum Deo & iustitia potuimus, expediendo feliciter; supplicationesque suas tam super episcopatibus, quam alijs ad exauditionis gratiam favorabiliter admittendo: super negotio quoque dicti Andrea Regis Sicilia, dum veniret, quidquid honeste potuimus faciendo, intimationem, inunctionem, & coronationem regias ei liberaliter concedendo, ac huiusmodi coronationem venerabili fratri nostro G. Carnotensi episcopo committendo, multosque solennes nuncios pro ipsius Andrea Regis prosperitate ad regnum destinando præfatum; ac penes Reginam eandem, ut eum ad administrationem dicti regni reciperet, & maritali affectione tractaret; per nuncios & literas sapius insistendo, illos insuper, qui dicebantur Reginam ipsam ab eiusdem Regis dilectione auertere, processus apostolicos graues pœnas & sententias continentes, a dicta Regina consortio repelli mandando, & post eiusdem Regis proditoriam mortem aduersus omnes huiusmodi mortis patratores, tractatores, & confcios processus generales, grauissimas & insolitas quodammodo pœnas & sententias spirituales & temporales continentes, faciendo; & nihilominus inquisitionem super tanto crimine faciendam præfato comiti (quem credebamus eidem Regi Vngariæ magis favorabilem atque propitium, quique nonnullos, quos repererat tanti criminis reos atque culpabiles, vltimo deputauit supplicio) committendo; te quoque ad inquirendum super hoc non solum contra Reginam, sed & ceteros regales prædictos ad partes ipsas, commisso tibi in eis plenæ legationis officio, transmittendo: nec recordamur aliquid memorato Regi Vngariæ denegasse, quod ei absque remorsu conscientie ac offensa Dei potuerimus concessisse. Aduertant igitur dicti Rex Vngariæ eiusque consilium, vtrum Rex idem de nobis conqueri aut diffidere iuste possit, ut de ijs, quæ aduersus ipsum in tam multis & magnis, in quibus nos & eandem ecclesiam offendisse dicitur, omisimus vsque nunc face-
Et infra.

Super eo etiam, quod de missione dicti Caroli Martelli in Vngariam exposuerunt nobis: Regi respondeatur præfato, quod licet alias instituerimus penes Reginam eandem, ut præfatum Carolum Martellum ad charissimam in Christo filiam nostram Elisabeth Reginam Vngariæ illustrem auiam suam mitteret nutriendum, ne forsitan de eo fieret impie quod de memorato Rege patre suo fuerat tam nequiter perpetratum; tamen eiusdem Caroli Martelli captio & extraditum regnum transmissio, præter conscientiam nostram facta, in nostrum & eiusdem ecclesie præiudicium & contemptum attentata noscuntur: nec scimus, vtrum expedierit moderno tempore, & an placuerit vel displicuerit gentibus dicti regni.

6 Ad id denique, quod de morte quondam Caroli ducis Duratij proponere curauerunt: poterit responderi, quod libenter vellemus dictos Regem eiusque consilium attendisse, qualiter præfatus dux Duratij in captione & punitione

proditorum ac patratorum dicti criminis se virtuose ac viriliter, ut intelleximus, habuit: & qualiter non erat forsitan possibile, quod illi capti tunc, nisi dicti ducis, ut fertur, interueniente ministro, potuissent. Propter quod attendant si verisimile videatur, quod dictus dux ad captiorem, & punitionem proditorum processisset huiusmodi, si tanti sceleris confcius extitisset. Nec debuit dictorum Regis & consilij consideratio præterire, quod patratorum huiusmodi sceleris ad nos dumtaxat pertinebat & pertinet, sicut nos etiam duximus per nostras literas specialiter declarandum; insuper vtrum in morte ipsius ducis formam iuris seruauerint, aut ex toto eam omiserint, attendere debuerunt: cum id etiam, quod est iustum, scriptura iuste præcipiat exequendum.
Et infra.

7 Item ad id, quod proposuerunt de arrestatione Regina, respondeatur ut supra responsum est, quod nos inquisitionem faciendam contra Reginam prædictam episcopo & Cardinalibus commisimus suprædictis, qui sicut de eorum virtutibus & probitate confidimus, facient super hoc quod iustitia suadebit. Item super ijs, quæ nomine dicti Regis Vngariæ proposuerunt contra dilectum filium nostrum Talayrandum Cardinalem, &c. [Aspererant enim Regis oratores, patrati in Andrea homicidij suspitione & infamia, quam ab eo detergit Pontifex: alienum penitus tam immane crimen a tanto viro, tot virtutibus prædito, atque adeo illustri profapia fato: illum acerbissimo dolore audita Andrea nece fauciatum fuisse. Viderent porro qui has calumnias ipsi suggererent, quanto dedecore sacrum Cardinalium collegium afficerent, qui horrendum flagitium Talayrando affingerent].

8 Item ad ea, quæ dixerunt, quod idem Rex Vngariæ libenter solus venisset ad nos, dum tamen vel eundem Carolum Martellum, aut dilectum filium nobilem virum ducem Polonia suum vicarium ordinasset: respondeatur eidem, quod nos libenter videremus & honoraremus: eundem & pro eo quidquid possemus absque Dei offensa, & præiudicio partis, ac iuris iniuria faceremus. Afferuerunt etiam dicti archiepiscopus & præparatus nomine dicti Regis, quod idem Rex paratus erat venire ad nos personaliter, ad suscipiendum coronam regiam pro regno Sicilia, si per nos ad id vocaretur. Ad quod ipsi responderi poterit, quod satis potest considerate circumspectio regia, quid nobis liceat, quidue deceat in hac parte. Nunc igitur videtur responderi posse præscripto modo ad omnia, quæ idem Rex nobis tam per literas, quam per nuncios intimauit.

9 Ostendatur insuper memorato Regi, quomodo prædictum regnum nullo modo iuste potuit occupare: & offeratur eidem, quod si aliquod ius in eodem regno sibi credit competere quoquo modo, parati sumus exhibere sibi super hoc celeris & favorabilis iustitia complementum, & requiratur etiam, quod ea, quæ contra eandem ecclesiam in terris suis demanialibus & alijs pleno iure spectantibus ad eandem, sicut mittendo vicarios ad ciuitates & castra quædam ipsius ecclesie, præiudicialiter admodum dicitur attentasse, velit efficaciter & effectualiter reuocare; & quod tyrannis ac inimicis & persecutoribus eiusdem ecclesie, sicut decet principem catholicum & fidelem, nullum omnino præbeat auxilium, consilium, vel fauorem; reducendo ad me-

Excusat
Carolus
Dyrrachij
ducem.

Excusat
fine iudi-
cario ordi-
ne do-
let.

Talayran-
dus Card.
excusatur
de impo-
siti to crimi-
ne.

Excusat
se Cle-
mens, nō
posse re-
gnum cō-
ferre Vn-
gario.

Proponit
cumulata
in eum
ab eccle-
sia benefi-
cia.

moriā dīcti Regis, quā, quot, & quanta eadē Romana fecit ecclesia in fauorem clarā memoriae Caroli Regis Vngariā patris sui, mittendo ad partes Vngariā in auxilium Caroli Regis eiusdem legatos sedis apostolicā ipsius, videlicet S. R. E. Cardinales, & adiudicando sibi prædictum regnum Vngariā contra Regem Boemiā ac ducem Bauariā, qui tunc erat, quorum quilibet se Regem intulabat Vngarię, & eiusdem Vngarię regni susceperant diadema: & inducatur prudenter & prouide, quod horum aliorumque fauorum multiplicium, quos eidem patri ac progenitoribus suis eodem impendit studio, pia matris ecclesię esse velit recognitor deuotus & gratus; & attendere diligenter, quod raro vel nunquam alius aduersus eandem ecclesiam supra firmam petram, quę est Christus Iesus, stabili firmitate fundatam, contra quam, teste ipso Christo, portę inferi præualere non possunt, legitur crexisse calcaneum, quin finaliter diuina maiestas dextrę suę virtute illum deiecerit, contriueritque deiectum.

Monetur
Vngarus,
ne Nicolau Laur.
tribunū
squeat.

10 Item requiratur ipse Rex, vt deuotus ipsius ecclesię filius operum experimento probetur, quod ab omni iuuamine, auxilio, & fauore viro illi nequam Nicolao Laurentij cui Romano excommunicato & suspecto vehementer de hæresi, ac vtinam non infecto, eiusque sequaciibus atque fautoribus impendendo prorsus abstineat: quinimo Nicolauum eundem, qui per aliquod tempus fertur in ciuitate Neapolitana mansisse, capi faciat, & captum ad nos vel ad te mittere studeat, pro suis demeritis recepturum; ostendendo sibi quam periculosum esset eidem, & quam grauem & inextricabilem quodammodo maculam in sua gloria poneret, si suspecto de hæresi, vt præfertur, faneret vel, quod absit, quomodolibet adhereret. [Dedit etiam legato Pontifex imperia, vt Ludouico Regi exponeret quot & quanta mala dux Vernerus alijque ipsius stipendiarij Sicilia intulissent, qui non indicto bello tanto furore irruerant, ac nullo sexus atatisue discrimine serinam in omnes crudelitatem excruciant: quos si Rex tot cædibus temperare iuberet, facile a tantis flagitijs absterent. Pergit Clemens.]

Queritur
de eladi-
bus ab Vn-
garijs Sici-
lię illatis,

Item cum punitio omnium qualitercumque culpabilium de morte Andreę Regis eiusdem ad nos dumtaxat pertineat, vt præfertur, ipseque Ludouicus Rex charissimum in Christo filium nostrum Robertum Imperatorem Constantinopolitanum illustrem, & dilectos filios nobiles viros Philippum de Tarento, ac Ludouicum & Robertum de Duratio occasione huiusmodi criminis auctoritate propria ceperit, & captos in Vngariam, sicut præmittitur, desinarit: attendat circumspectio regia vtrum nobis & eidem ecclesię tanquam filius deuotus & reuerens detulerit in hac parte: maxime cum nihil fuerit super ijs per nos subductum iustitię, nosque parati simus, sicut & semper extitimus, facere de prædictis regalibus absque cunctatione qualibet, si & prout culpabiles reperti fuerint, de præmissis crimine quod iustitia suadebit, &c.] Præcipit legato, vt si Vrbs, Patrimonij, aliarumque rerum, quę ipsi commissæ sunt, status patiat, ad Ludouicum se conferat, vt hæc in ipsius oculis & animo desigat: sin vero illuc in contendere non possit, eam prouinciam Petro episcopo Viterbiensi, atque alteri præfili de omnibus egregie ab ipso instructis transfundat. Dat. Auin. non. maij anno vi.

Captos
contra fas
principes.

11 Sollicitatus iterum Clemens, vt Siculum,

regnum Ludouico Vngarię Regi confirmaret, ac regia insignia illi conferret, negauit a id iure perfici posse, neque ad deuinciendam eo scelere conscientiam se vnquam adductum iri: restituendæ tamen concordie Siculo regno varias rationes attigit, si Ludouicus regni custodiam sedi Apostolicæ permitteret, ac sententiam de controuersis in regnum iuribus exciperet: aut si regnum Carolo Martello tribueretur, atque a sede Apostolica ex antiquis cum Carolo I. pactis administrando regno legatus præficeretur: vel denique si Ludouicus consuetum censum sedi Apostolicæ penderet, neque ecclesię hostibus studeret in regni possessione tolerari posse ea lege, vt sedes Apostolica cum ipso nullas passionis iniret, suauiter firmaret auctoritate, & aduersæ parti ipsum in ius vocanti ex legum & iudiciorum ordine non deesset. At nullam ex ijs propositam concordie rationem Ludouicus Vngarię Rex iniie cum Pontifice, cum antequam literæ a Cardinale legato afferrentur, iam ille sauiantis epidemij metu in Vngariam auolasset.

Interea Ioanna, custodię tradita in Auenensi arce, ad Ludouici Tarentini, qui Prouincialium metu auferat, preces iussu pontificio dimissa Auenionem se contulit, obtinuitque a Pontifice, vt solutis de confanguinitate canonice legibus Ludouico, ex quo vterum iam gerebat, connubio iungeretur. Postulata a vero iudicio ab Vngarię Regis oratoribus, obiecta exceptione, ad vim Ludouici, a quo regno pulsa esset, vi retundendam incumbendum respondit: excitaq; a Neapolitanis absente Ludouico, vt pecuniam pro recuperando amplissimo regno conficeret, Auenionem pretio distraxit, quam editis publicis tabulis emit Clemens, obtinuitque a Carolo Romanorum Rege, cum ea vrbs imperij esset beneficaria (quod in Frederico II. vidimus) vt emptionem ratam haberet atque etiam regia liberalitate ab imperio diuelleret, adeo vt supremo ab ecclesia iure teneretur, vti Clementis vite auctor narrat his verbis: *Ciuitatem Auenionensem cum suo territorio a Ioanna Regina Sicilia, ad quam per prius spectabat, tenebaturque in feudum ab imperio, Romana ecclesie dato magno pretio emit, consensu tamen & voluntate memorati Caroli Regis Romanorum in Imperatorem electi: qui etiam auctorizando, approbando, & confirmando emptionem huiusmodi, voluit & concessit, quod in perpetuum pertineret ad ius & proprietatem dictæ ecclesie, præfati Papæ, suorumque successorum canonicæ intrantium: quodque per eos libere teneantur & possideantur in franco allodio, nec proipsis hominibus seu fidelitatem, seruitium seu recognitionem, cuiquam facere in posterum teneatur: & in signum adeptæ possessionis & translationis dominij eorundem de domo communi sita iuxta ecclesiam S. Petri Auenionensis arma dictæ Regine in ea affixa amota fuerunt, & in ipsorum loco arma ipsius Papæ apposta & affixa,*

12 Instructi auri vi ex venditione Auenionis, tum ex sacerdotiorum Prouincię decimis, nec non ex oppigneratis monilibus ac gemmis h redacta, Ludouicus Tarentinus ac Ioanna Regina decem Genuensium triremes, tum Vvarnerum Germanum cum mille ducentis equitibus conduxere: vtque majori auctoritate in regnum Ludouicus accederet, Regis Ierosolymitani (cum Siculi nomen sine apostolica auctoritate non posset) corripuit, quo in publicis actis vsus est: inuectusq; triremibus Genuensibus prope Neapolim cum

cum nullam classẽ Vngarus pro tuendo regno magna imprudentia comparasset, exceptusque ab obuijs proceribus effusa gratulatione ac urbẽ ingressus partim terrore partim vi duas arces Neapoli imminẽtes recepit: deinde Vvarneri Germani a quo baltheo militari, vt illum sibi magis deuinceret, cingi a voluit, equestribus copijs instructus nonnullos proceres, qui sentiebant cum Vngaris, perdomuit b: multa Vngarorum praxidia arcibus dispulit, cum plures ex ijs peste absumpti, plures stipendiõrum inopia lapsi, alij vel ferro vel auro se vinci facile sinerent, Quos felices successus cum Ioanna Regina significasset Pontifici, Clemens illam ad agendas diuino Numini grates excitauit, atque effusam liberalitatem prudentia coercere iussit. Decreti autem fuerunt. Cardinales legati a Clemente ad pacem Neapolitano regno restituentam, quorum alter Guido tit. S. Caxiliæ in Vngariam pridie kal. decebris missus c, vt Ludouicum mulceret; alter vero Anbaldus Tusculanus episcopus Siculi regni statum foedissime bellis praxeritis labefactatũ componere iussus d: de quo data ad Ioannam Reginam e regnique ordines extant literæ. Cui etiam demandata prouincia, vt Beneuentani agri ad ditionem ecclesiasticam spectantis limites definirer, sed ea de re deque Anbaldo inferius. Nunc vltioris Siciliæ res perstringamus.

Flagitabat a Clemente oratorum opera, sub anni initio Ludouicus Vngariæ Rex, ne foedus illud, quo Ioanna Trinacriæ insulam a Sicilia regno sine vllo fructu atque vtilitate diuulserat, confirmaret; sed illum, vt dixi, pestis ex regno depulerat: ac Trinacrij Vngarorum metu, missis oratoribus, inslitere paulo post, vt apostolica auctoritate Trinacriam a Neapolitano regno disgregari confirmaret. Respondit Clemens, parum sedis Apostolicæ in tanta re iuribus ac dignitati cautum; deliberarent ij hac de re: se, cum pestis ferocia remississet, redijsentque Cardinales, rem cum ipsis in consilium adducturũ; interea sacrorum & templorũ vsum insulæ Sicilia ad recurrentem sacrum epiphaniæ diem restitutum iri: sed de Trinacriæ calamitatibus sequenti anno sermo recurret. Iam alias Italicas res coniungamus.

13. Mouerentis est nouas turbas Nicolaus Laurentius tribunatus officio & Vrbe depulsus: cum enim ad Ludouicum Regem Vngariæ, cum quo foedus ad Siciliam citeriorem inuadendam iunxerat, profugisset (de quo apud Vngarum Clementem questum vidimus) Vvarneri ducis Germani, qui dissoluto a Ludouico Rege exercitu in Campaniam se subduxerat, opera amissum tributatum recuperare contendebat. Aduersus vtriusque conatus Pontifex Bertrandum legatum Perusinarum, Florentinorum, ac Senensium opem sibi conciliare iussit h: cumque in Vrbe plures Nicolaum Laurentium restituere pristinæ dignitati affectarent h, ob conceptam de illius equitate, & in rebus gerendis peritia opinionem (ex quo deiectus fuerat, infesta erant latronibus itinera, quæ ipse antea ab ea peste expurgarat) legatum admonuit, vt diligentiam omnem in viarum grassatoribus comprimendis collocaret; ita enim Romanos a Nicolai Laurentij studio, vel ab alio creando tribuno abductum iri: denique adiecit, vt prepotentem aliquem virum probitate insignem, nec genere Romanum senatoria dignitate ornaret. Non defuit imposto muneri Bertrandus, coactis enim apud Montemflaconem ordinum cæteribus, Nicolaum Laurentium iu-

dicio hereseos postulauit, neque comparentem decretoria sententia defixit: quam postea Clemens Papa ab Anbaldo Card. cum illum vergente anno Italicæ legationi ad ditionis ecclesiasticæ motus componendos prefecisset a, promulgari iussit.

Clemens, &c. Venerabili fratri Anbaldo episcopo Tusculano A. S. L.

Dudum Nicolaum Laurentij ciuem Romanum, qui tribunal se nominabat, rectorem Urbis eiusque districtus vna cum bonæ memoriæ Raimundo episcopo Vrbeuetano, in spiritualibus in dicta Vrbe vicario nostro, duximus vsque ad nostrum beneplacitum deputandum, sperantes quod ipse nobis & ecclesiæ Romanæ fidelis, & deuotus existeret, & dilectos filios populum Romanum in pace & iustitia auctoritate nostra vna cum dicto Raimundo episcopo gubernaret, & terras ac iura ipsius ecclesiæ a quibuscumque molestijs & iniurijs preseruaret: Sed idem Nicolaus perceptorũ ab eadem ecclesia atque a nobis, honoris, & beneficiorum oblitus, datus in sensum, reprobum nonnulla contra eandem ecclesiam & rem publicam in Dei offensionem & grauem lesionem dicti populi attentare presumpserat, & solus commissos per nos eidem Raimundo episcopo & sibi, ac nonnulla alia officia & titulos vsurpauerat. Nos super ijs de opportuno remedio prouidere, ac ipsius Nicolai temerarijs conatibus obuiare volentes, venerabili fratri nostro Bertrando episcopo Sabinensi, tunc tit. S. Marci presbytero Cardinali in predicta Vrbe & eius districtu A. S. L. per nostras certi tenoris literas commisimus & mandauimus, vt eundem Nicolaum ab huiusmodi rectoriæ per nos sibi in Vrbe & districtu prefatis, vt praxmittitur, commissa; nec non quibuscumque alijs officijs seu titulis quocumque nomine censeantur, per eundem, quomodolibet vsurpatis, aut alias per nos vel alium seu alios quouis modo concessis eidem, suspenderet, priuaret, & amoueret ad tempus vel in perpetuum, sicut expediens videtur, prout in predictis nostris inde confectis literis premissa seriosius continentur. Idemque Bertrandus episcopus, receptis nostris literis antedictis, de premisis (licet essent in illis partibus notoria) plenius informatus, tam ipsarum vigore quam & legationis & vicariatus, sibi per nos in dicta vrbe & districtu eiusdem, ac diuersis terris alijs & prouincijs commissorum, eundem Nicolaum in publico diuersorum prelatorum, nobilium, & subditorum ciuitatum & aliarum terrarum prouinciæ patrimoniij B. Petri in Tuscia parlamento per publicæ citationis edictum, debita sibi securitate concessa, vt excusationem aliquam pretendere non valeret, peremptorie citari fecit, vt in tertio termino tunc expresso coram eo in castro Montisflaconis Balneoregiensis diocesis comparere curaret, dicturus & allegaturus causam rationabilem, si quam haberet, quare propter excessus per eum commissos huiusmodi rectoria ac alijs officijs & honoribus quibuscumque, quæ sibi in Vrbe & districtu prefatis quomodolibet vsurpauerat, priuari non deberet, ac pronuntiari incidisse in nonnullas excommunicationis sententias, tam a canone quam ab homine promulgatas pro eo, quod certos clericos ceperat ac carcerali fecerat custodiae mancipari, & diuersa castra, terras & villas, ad prædictam Romanam ecclesiam pertinentia, occupauerat.

Et quia supradictus Nicolaus nec in dicto

a An. 7. l. 3 ep. cur. 1.

Data Bertrando Card. prouincia agendi iudicio in Nic. Laurentium.

Vt intentatum fuerit a legato eidem iudicium.

Cupide a Neapoli...

1348. 7. Vngaros...

An. 7. ep. cur. 83. ad 108. Anbaldus...

De Trinacria a Neapolitano...

Notatur a Laurentio tribuno.

1348. 7. 1399.

termino nec post per se vel alium coram dicto Bertrando episcopo comparere curavit, idem Bertrandus episcopus eundem Nicolaum reputavit exigente iustitia contumacem, ac ipsam sententialiter perpetuo omni honore, dignitate, administratione, & officio, quæ in prædicta Vrbe & eius districtu vsupauerat & susceperat, ac duxerat quomodolibet exercenda, priuavit; ac etiam declarauit, eundem in diuersas excommunicationis sententias promulgatas a canone pro eo quod, vt præfertur, nonnullos clericos & personas ecclesiasticas ceperat, seu capi & carcerali feberat custodiae mancipari; & quod etiã diuersa castra, terras, & villas, ad supradictam Rom. ecclesiam pertinentia, contra processum per felicis recordationis Ioannem Papam XXII. prædecessorem nostrum contra inuafores & occupatores terrarum eiusdem ecclesiæ factos & habitos, ac per nos postmodum confirmatos, & etiam roboratos, incidisse. Et nihilominus dictus Bertrandus episcopus memoratum Nicolaum apud eum & alios, per nonnullos bonos & graues de hæresi vehementer suspectum & grauer diffamatum, per simile citationis edictum in consimili parlamento, debita etiam ipsi securitate concessa, peremptorie citari fecit, vt in certo peremptorio termino, tunc etiam expresso, coram eo in præfato castro Montisflaconis personaliter comparere curaret, super facto fidei & certis hæreticalibus articulis responsurus, ac alias facturus & recepturus, quod ordo exigeret rationis. Sed cum idem Nicolaus neq; ante terminum, neque in prædicto præfixo termino curaret coram ipso Bertrando episcopo comparere, præfatum Nicolaum reputauit, exigente iustitia, contumacem. Volens tamen mite agere cum eodem, ipsum post prædictum terminum ad eius malitiam conuincendam, priusquam ad proferendam in eum excommunicationis sententiam propter huiusmodi contumaciam veniret, duxit per dies aliquot expectandum. Et quia idem Nicolaus suam præsentiam coram dicto Bertrando episcopo in prædicto castro Montisflaconis seu alibi exhibere contumaciter non curauit, idem Bertrandus episcopus in ipsum Nicolaum sic, vt præmittitur, in facto fidei contumacem propter ipsius contumaciam excommunicationis sententiam promulgauit, ipsumque mandauit & fecit excommunicatum, publice nuntiari, prout in diuersis literis inde confectis, ipsius Bertrandi episcopi sigillo munitis, præmissa seriosius continentur.

Cum autem præfatus Nicolaus suæ salutis oblitus, nesciens aut potius nolens a veritate & illicitis abstinere, tanquam in profundum malorum prolapsus mentis suæ oculos peccatorum mole depressos non curet ad veritatis & rectitudinis semitam redire; sed magis in sua damnabili pertinacia & execrabili obduratione persistens, ac peiora prioribus, si ei facultas & voluntas affuerit, peruerso studio satagens cumulare, adhuc statum Vrbe & regimen, sicut habet fidedigna assertio & manifesta probant indicia, conetur subuertere, & ecclesiam Dei matrem cunctorum fidelium præsumptione temeraria, quinimmo execrabili insaniam, perturbare, & (vt suum venenosum propositum & perniciosum affectum eo potius perducere valeat ad effectum, quo suæ pertinaciæ & factionis iniquæ plures consortes habuerit & fautores) clandestinis tractatibus, subdolis machinationibus, illicitis & quas implere non posset promissionibus, & mendosis se-

ductionibus diuersos comitatus & singulares personas a deuotione ecclesiæ nititur retrahere, ab utilitate reipublicæ reuocare, auertere, & eas secum trahendo in præcipitium ad subuersionem status Vrbe prædictæ in nostrum & ecclesiæ prædictæ graue dispendium, multorum scandalum, & exempli perniciem colligare; propterea nos volentes tam perniciosis ausibus & periculosis temeritatibus obuiare, ac indemnitati nostræ & reipublicæ quanto salubrius possumus prouidere, fraternitati tuæ, &c.] Imponit prouinciam, vt edita Bertrandi Cardinalis aduersus Nicolaum Laurentium in decreta legationis Italicæ locis promulganda curet: neque illum modo, sed omnes eius sequaces, qui ipsum quopiam in loco receperint, vel qui eo cognito eundem non detulerint, anathemate defigat. Dat. Auin. 11. kal. decembris anno VII.

Perfectum ita est pontificia sollicitudine, ne Nicolaus Laurentius, vel alius reipublicæ perturbator ad tribunatum a Romanis excitaretur, neue schisma conflaretur, ad quod nonnulli contere debant, vt ex literis pontificijs constat: *Ad quorum, inquit Clemens, alterum & schisma etiã prouidendum quorundam laborare fertur intentio.* De Nicolao iterum inferius; iam Hispanicis res delibemus.

14 Questus est Alfonso Rex Castellæ apud Clementem, exterum hominem ad episcopatum Cauriensem in ipsius regno euectum; quem grauissimis literis docuit Pontifex b, Apostolicam sedem exteris in omnibus regnis moderandis ecclesijs posse imponere.

Clemens, &c. Alfonso Castella & Legionis Regi illustri.

Dum tuam progenitorumque tuorum deuotionis & fidei puritatem, qua erga Deum & Romanam ecclesiam claruisti, diligenter attendimus, dumque speramus, quod tu, in hac deuotionis & fidei puritate persistens, illam non solum continuare debeas, sed augere; miramur quomodo sic tuam per aliquos circumueniri prudentiam passus fueris, sicque illorum quærentium sanctuarium Domini hereditario possidere inordinata condescenderis voluntati, vt ipsius Romanæ ecclesiæ matris tuæ ordinationem prouidam circa prouisionem eiusdem Cauriensis ecclesiæ moleste tuleris, eam tanta maturitate digestam leuibus aliquorum allegationibus, quas non rationum efficacia roborat, sed noxij potius appetitus confutat affectio, impugnans. Nunquid, fili charissime, Apostoli Domini, quorum doctrina fulget ecclesia, & Christiana fides incrementa suscepit; immo in quibus iacta sunt fidei fundamenta, & quorum sunt episcopi successores, extra proprias nationes & gentes prouincias alias atque regna in sortem prædicationis, disponente Domino, nõ susceperunt? Nunquid B. Iacobus, per quem Hispanijs euangelicæ veritatis lumen resplenduit, & sacri baptismatis innotuit sacramentum in Hispanijs ortus est? Quid igitur mirum, si Romanus Pontifex, ad exequendum ministerium seruitutis iniuncta illius, cuius vices gerit in terris, & apud quem non est Iudæi Græque distinctio, neque acceptio personarum, instructus exemplo personas idoneas eligit, & quanquam alienigenas vacantium ecclesiarum regimini præficit, deputatque pastores ad dominici gregis curam?

Ceterum si inter prælatos extraneos in ecclesijs dictorum regnorum tuorum ex apostoli-

Repetita secundo actio.

Intentata anathematis sententia.

Iulius baldwinus dem creta regere.

Diculis aliquo Romanorum legum confilia. a To. G. J. febr. 1399

Discepulum da iure ecclesiastico et Castellano Regi. b An. 7. febr. 1399

Clementis respicendum.

Contentio exteros posse præfici.

B. Iacobus Hispani non fuisse.

ca sedis auctoritate promotos vnus minus forsan aliquibus placuit, hoc illi tua puritas ad vitium quæsumus non ascribat: sed subditis suis, qui phreneticorum more languentium medelam & medicinam respuerunt, imputet potius ad delictum; cum ipse idem, si attente mores eius & vitam inspicias, & in libra rectæ considerationis appendas, occurrat tibi clarus meritis atque virtutibus, ac scientia doctrinaque præclucidus velut quoddam luminare magnum in Dei ecclesia coruscasse. Quapropter, fili charissime, sincerum, erga te matris ecclesiæ zelum & amorem considerans & attendens, molestum non habeas, si vacantibus ecclesijs regnorum tuorum prædictorum interdum apostolicæ sedis præficit aliquas personas idoneas ex plenitudine sibi creditæ potestatis, &c. *Dat. Auiu. xv. kal. nouembris anno vri.*

15 In Germania Caroli Romanorum & Boemorum Regis post Ludouici Bauari obitum, admodum res auctæ, atque amplificatæ sunt; quod Pontifex 111. non. february est ipsi gratulatus his verbis: *Omnipotenti Deo laudes & gratias agimus, quod eo tua negotia dirigente cuncta tibi, de quo gaudemus immense, in partibus ipsis feliciter prospereque succedant.* Eruperat Carolus e Boemia, validoque succinctus exercitu Germaniam peragrabat b & qua armorum terrore quæ censurarum religione deuinctos populos, ostensa veniē & cū Rom. ecclesia gratiæ spe, in suas partes adigebat. Commiserat enim episcopis Pontifex, vt ad Caroli Regis imperia redeuntes, expiato rite præterito crimine, absoluerent; qua de re formula Balduino archiepiscopo Treuirensi data his verbis concepta est c.

Forma confessionis faciendæ, & iuramenti præstandi per illos, qui absoluentur, talis est.

Ego . . . confiteor me tenuisse & tenere fidem catholicam, & credere & tenere quod credit, tenet, & docet sancta mater ecclesia; & credidisse & adhuc firmiter credere, quod non spectat ad Imperatorem Papam seu summum Pontificem, deponere & alium eligere vel creare: sed hoc hæreticum reputo & hæresim damnatam per ecclesiam supradictam. Insuper ad sancta Dei euangelia iuro, quod stabo & parebo mandatis ecclesiæ ac domini nostri domini Clementis, diuina providentia Papa VI. & ecclesiæ Romanæ super illatis iniurijs, contumacijs, rebellio-nibus, fauorij, & alijs implicite vel explicite per me commissis confessatis & non confessatis, ac cæteriis pœnis, quas incurri ab homine vel a iure propter præmissa, vel ea tangentia: & quod eidem domino vestro Papa eiusque successoribus canonice intrantibus fidelis ero de cætero, eiusque debitam reuerentiam & obedientiam, exhibendo. Domino præterea Carolo Regi Romanorum tanquam Regi Romanorum, per eandem ecclesiam approbato, obediām & parebo: & relicta & filijs dicti Ludouici, quando in rebellionem ipsius ecclesiæ perstiterint, & præfato domino Carolo Regi non obediuerint; ac hæreticis & schismaticis aut eorum sequacibus per dictam ecclesiam denotatis non adharebo, neque fauebo, nec quibuscumque alijs contra dominum Papam, ecclesiam, ac Regem prædictos dabo auxilium, consilium, vel fauorem directe vel indirecte, publice vel occulte: quodque deinceps nulli vt Imperatori obediām vel adharebo, nisi ille primitus fuerit per eandem ecclesiam approbatus. Nec cum eisdem relicta & filijs dicti Ludouici, aut quibuscumque alijs in rebellionem ipsius ecclesiæ existentibus contra ecclesiam & Regem prædictos colligationem, obligationem, con-

spirationem faciam, siue ligam. Volo etiam & consentio, quod si contingat (quod absit) in posterum, me contra prædicta, quæ confessus sum, & propter quæ incurri sententias excommunicationis, suspensionis, & interdicti prolatas ab homine vel a iure, vel eorum aliquod ulterius facere, contra iuramentum per me præstitum veniendo, in prædictas sententias reincidam ipso facto. Dat. Aunion. xv. kal. martij anno vi. Consentit omnino his ea formula, quam Albertus Argentinensis Babenbergensis a episcopo traditam repetit b, quæ etiam Vlrico c episcopo Constantiensi & Ernesto Pragensi d data. Ceterum addit memoratus auctor illam Basiliensibus, qui de amplectendis Caroli Regis partibus agitabant, acerbiorē viam, atque ira regijs obsequijs accessisse, vt a Ioanne Pistoriensi inter-nuntio apostolico totius populi nomine a censuris liberari magistratus poposcerint, ac templo-rum & sacrorum vsus Basileæ fuerit restitutus: & tum episcopus Basiliensis Morbacensisq; abbas, acceptam Caroli liberalitate suam ditionem solemni ritu sunt professi & in eiusdem verba iurauerunt. Addit auctor e: *In die quoque sancto natiuitatis Domini, nimirum superioris anni, Rex communicatus fuit legitq; in missa in galli cantu alta voce, habens in manu euaginatam gladium, euangelium: Exijt edictum a Casare augusto.* Digressus Basilea, Spirenses, Vvormatienses, Moguntinos, adiit, ab ijsque regia pompa exceptus.

16 Dum vero Moguntia agebat, Henricus exauctoratus ac Bauari principes Ludouicus, qui marchionatum Brandenburgensem obtinebat, Rudolphus, ac duo Ruperti Palatini Rheni cum Erico duce inferioris Saxonie ab Eduardo Rege Angliæ sollicitati proximo ab Epiphania die Edwardum Anglum f, habitis ab oratoribus in arce, cui Conlein nomen inditum, comitijs Romanorum Regem salutarunt; vnde magnos in Germania concitatos motus, refert Argentinensis ac Regem Carolum Moguntia Vvormatiam se; recepisse: sed omnes schismaticorum conatus irritos cecidisse, quamuis alios atque alios Reges elegerint ac triumphasse de suis hostibus Romanam ecclesiam, Carolo quem ipsa constituerat rerum potito, visuri sumus. Atque in primis Clemens aduersus Henricum exarchiepiscopum Moguntinum, dum amissa ob scelera dignitatis dolore furebat, harum discordiarum in Germania præcipuum auctorem, ecclesiasticarum censurarum contemptorem, neq; hæresis infamiæ immunem in ius vocauit; vt de fidei articulis coram sede Apostolica responderet. Data est accersendū illius in iudiciū prouincia g præposito S. Victoris ac S. Mauritij & S. Ioannis ecclesiarum scholasticis, atque edicti pontificij diuulgandi: in quo vbi nonnulla Pontifex de Ludouico Bauaro est præfatus, vt a Ioanne XXII. ob scelera adeptis ex discordi, vt fama ferebat, electione iuribus exutus fuerit, atque omnibus patriarchis, archiepiscopis, & episcopis, intentata dignitatum priuatione, ipsa opere sine præuia monitione contrahenda, interdicitur ne in illius verba iurent, vel ecclesiarum suarum ditionem ipsi acceptam referrent; Henricus tamen, spretis apostolicis edictis, clientelarem sponsonem Ludouico addiderit, sequenti periuirij & anathematis nexu irretierit, ac postulatus iudicio in contumacia obduruerit: tum subditæ quæ subiecta earundem literarum pars potius complectitur.

Clemens, &c. dilectis filijs præposito S. Victoris extra muros Maguntini, & . . . S. Mauritij

a Reg. post eand. ep. b Alb. Arg in chron. c Clem. 2. p. 4. an. 6 op. diuers. form. 399. d Ro. l. 2. p. 8. ep. com. 799. Basilienses conciliati ecclesiæ. e Alb. Arg. in chron. Euangelij a Casare districto gladio lectum.

Creatus per seditionem Ger. man^o Rex

f lo. Vill. 22. e. 105. g Alb. Arg. in chron. Rebdor. in annal. Gest. Clem. VI. Serar. in Henr. Mogunt. ver. l. 5. Trieb. in chron. & alij. Henricus Moguntinus postulat iudicio.

g An. 6. l. 1. p. 2. ep. cura

vitijs atq; S. Ioannis Maguntin, scholasticis ecclesiarum salutem.

17 Comparere contumaciter non curavit [nimirum Henricus] sed vt suæ ingratiitudinis vitium erga sedem prædictam multiplicaret ulterius, & excessus excessibus, & culpas grauiore culpis damnabiliter cumularet, ex tunc priora & detestabilia prioribus committere perniciose temeritate præsumpsit: ipse namque præfato Ludouico subsequenter adhæsit continue, ipsum pro Imperatore, cum tamen nec Imperator nec Rex fuisset habendus, tenendo, vocando, & exhibendo sibi tanquam tali reuerentiam, & plures alios detestandos excessus, qui breui non possunt sermone concludi, in diuinæ maiestatis contumeliam, grauem dictæ sedis offensam, & multorum perniciosam committere non expauit: propter quæ eundem Henricum, in sua pertinacia indurato animo contumaciter perdurantem, reputauimus contumacem, & in eius contumacia, de fratrum nostrorum consilio, præfente prælatorum, clericorum, & aliorum multitudine fidelium copiosa, ipsum ab officio & beneficio duximus suspendendum; & tandem de dictorum fratrum nostrorum consilio, astante simili multitudine copiosa, in eundem Henricum tunc archiepiscopum, contumaciter absentem, ad hoc citatum legitime, perpetuæ depositionis proferentes sententiam, eum omni honore, potestate, dignitate, ac officio pontificali priuauimus, iustitia exigente: ac feudationes, alienationes, & obligationes, quas de bonis ipsius ecclesiæ Maguntinæ post latas in eum excommunicationis & suspensionis sententias attentare præsumpsisset, in irritum duximus reuocandas: ac eidem ecclesiæ Maguntinæ tunc vacanti, ne longæ vacationis subiaceret incommodis, de persona venerabilis fratris nostri Gerlaci archiepiscopi Maguntini de dictorum fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica duximus prouidendum, curam & administrationem ipsius tam in spiritualibus, quam in temporalibus sibi plenarie committendo.

18 Postmodum autem ad notitiam nostram fidedigna relatione deducto, quod idem Henricus, præmissis omnibus per eum perpetratis non contentus, cum quibusdam suis in hac parte complicitibus, fautoribus, & ei adhærentibus, ipsam ecclesiam Maguntinam & administrationem eiusdem, nec non oppida, castra, villas, & loca alia, & nonnulla ornamenta ecclesiastica, pontificalia, vasa argentea, & bona & iura ad Gerlacum archiepiscopum & ecclesiam Maguntinam præfatos spectantia, occupabat, vsurpabat, consumebat, & detinebat indebite occupata in nostrum & eiusdem contemptum, suæ salutis dispensandum, & eorundem Gerlaci & ecclesiæ Maguntinæ intolerabilem iacturam, & scandalum plurimorum; nos volentes huiusmodi tam detestandis ausibus, & peruersis conatibus obuiare, & eidem Gerlaco archiepiscopo & ecclesiæ Maguntinæ prouidere de remedio opportuno, venerabilibus fratribus nostris, Treuerensi & Rauennati archiepiscopis, ac dilecto filio archidiacono Treuerensi, eorum iproprijs nominibus non expressis, nostris dedimus literis in mandatis, vt præfato Gerlaco archiepiscopo assisterent, & Henrico iamdicto, suisque sequacibus, fautoribus, & ei adhærentibus resisterent vijs omnibus & remedijs opportunis.

19 Præsentatis itaque literis apostolicis supra dictis venerabili fratri nostro Nicolao Patracensi,

tunc Rauennatenfi archiepiscopo, ipse Nicolaus solus in huiusmodi negotij executione procedens, prout sibi vigore literarum nostrarum huiusmodi competeat, nonnullos processus contra eundem Henricum eiusque sequaces, fautores, & adhærentes eidem fecit; quos etiam postmodum aggrauauit, monitiones & excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias continentes, prout hæc omnia in eorundem Prædecessorum nostrorum, ac nostris literis & ipsius Nicolai processibus inde confectis plenius continetur. Sed idem Henricus, tanquam iniquitatis & perditionis filius, processus, monitiones, mandata, & sententias supradictas pluribus annis sustinuit, & adhuc pertinaciter sustinet animo indurato, nec curans redire ad ecclesiæ vnitatem, non sine scrupulo hæreticæ prauitatis.

Nos igitur nolentes, sicut nec velle debemus, præmissa tam detestanda facinora conniuentibus oculis pertransire, ne ipsius facti peruersitas alijs transeat in exemplum, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum, per vos vel alium seu alios eundem Henricum olim archiepiscopum, Maguntinum ex parte nostra citare curetis, vt infra certum terminum peremptorium competentem, quem ei duxeritis præfigendum, se conspectui apostolico personaliter repræsentet, super catholice fidei articulis debite responsum, & auditurus, recepturus, & facturus super præmissis, quod iustitia suadebit; aperte Henrico prædicentes eidem, quod nisi infra prædictum terminum per nos ei, vt præmittitur, statuendum comparuerit personaliter, vt præfertur, nos contra eum, prout nobis expediens videbitur, mediante iustitia procedemus, ipsius contumacia non obstante, Diem vero huiusmodi citationis & formam, & quidquid super hoc duxeritis faciendum, nobis per vestras literas harum seriem continentes intimare curetis. Volumus insuper quod processum vestrum, super huiusmodi citatione habendum, per dicta publica in locis proponenda & affigenda publicetis, de quibus verisimilis habetur præsumptio, quod ad ipsius Henrici possit peruenire notitiam, vel alias, prout melius & utilius videbitur, ratione præuia faciatis. *Dat. Avin. 11. id. february anno vi.*

20 Depressam Henrici superbiam, atque Gerlacum contra eius vim ecclesiam Moguntinam tum ope Caroli Romanorum Regis consecutum, refert Serarius his verbis a: *Hic Gerlacum electum & a Pontifice confirmatum, vt ei Moguntinus clerus ac populus, deserto Henrico, pareret valde adiuuit, & Falckensteinium Canonem, de quo iterum postea, rebus quas e Moguntina diocesi tenebat, omnibus exiit. Færat autem moris, vt propter tantam temporum difficultatem amissa sola cruce in summi templi medio poneretur, & eorum ea quotidie a clero caneretur: Media vita; & psalmus: Deus laudem meam. Sublato autem Ludouico, fuit & illa solemniter sublata, cantantibus omnibus: Te Deum laudamus; presentibus Carolo IV. Moguntino nostro, Treuerensi, Colonienfi, Herbipolensi, Spirensi, Argentinensi, & Bambergensi episcopis, alijsq; plurimis principibus & viris nobilibus, vt habet M. S. L.*

Non destitit a mouendis nouis turbis feroc Henrici animus, Eduardo enim oblatum a schismaticis perduellibus imperium respuente, spondente tamen ipsis regium studium, vt Carolus Regem Boemiæ Regis Francorum studiosum deij-

Ut archiepiscopi munere interdicti fuerit.

Moguntinæ ecclesiæ opes absumpserit.

Subrogat in eius locum sit Gerlacus.

De Henrici prauitate.

Intentio eiuslibi creata sententia.

Inter Moguntinam.

Ritus in cer Moguntini clerici schismatici temporis.

Eduardo a perduellibus imperium oblatum.

deijceret, Henricus Moguntina sede deturbatus, ac Bauari principes Friderico marchioni Misniae abnepoti ex filia Friderici II. Imperatoris incuntemense iunio in oppido Bauariz, cui Kaus nomen est, tyrannidem detulere. Sed is cum iniustam electionem perpenderet, quantius se objiceret periculis, Carolo Regi, acceptis decem marcharum millibus, clientelare officium solemniter praestitit.

21 Non defuere ex sacro Minoritarum ordine viri hypocritae superiori Corbariano schismate infecti, qui his tumultibus faces addidere, ac plures egregie ad Carolum Regem Romanorum agnoscendum comparatos a suscepto consilio auertere, & contra edicta pontificia declamare, ad schismaticorum gratiam non perhorruerunt: de quibus Clemens, datis ad supremum Minoritarum praepositum & alios, qui sodalibus in singulis prouincijs praeerant, literis grauissime est questus b, ab ijs sedi Apostolicae iniurias pro acceptis beneficijs rependi.

Clemens. &c. dilectis filijs generali & prouincialibus ministris, ac ceteris fratribus ordinis Minorum.

Molesta nobis & displicens multorum ratio ad nostrum perduxit auditum, quod nonnulli ex confratribus vestris partium earundem [nimirum Germaniae] qui eiusdem Ludouici fautores, consiliatores, & ei adhaerentes extiterant, non solum Deo & ecclesiae per poenitentiae debitum reconciliari, proh dolor! non curantes; sed velut in profundum malorum demersi, vt sibi & alijs praecipitium damnationis existant, quamplures volentes ad gremium ecclesiae praefatae reuerti, ab eorum praeposito retraxerunt, quod idem Ludouicus verus Romanorum Imperator extiterat pollutis ac mendacibus labijs ac praesumptione damnabili asserentes: ac quantum in eis erat, nonnullos se ad charissimij in Christo filij nostri Caroli Romanorum Regis illustris, rite promoti & ab eadem ecclesia legitime approbati, obedientiam disponentes, ab eorum praeposito reuocantes. Hi sunt fructus, quos ex laboribus eorundem confratrum ipsa merit ecclesia? Hae sunt opera sanctitatis, quibus quaerunt Deo populum acceptabilem reddere, quibusque vacant profectibus animarum? Quia vero haec tanto nos pungunt acerbius & grauius sauciant, quanto plurium simplicium animas ruinae damnationis exponunt; ac proinde pati ea sub dissimulationis velamine nullatenus intendentes, vniuersitatem vestram monemus, requirimus, & hortamur attentae, per apostolica scripta districte praecipiendo mandantes, quatenus de illo super hoc remedio providere curetis, per quod talia similia de cetero conuiescant, & ad correctionem eorum non oporteat limam apponere apostolice potestatis. *Dat. Avin. VII. kal. iunij anno VII.*

22 Lacesitus porro Bauarorum principum iniurijs Carolus Rex signa aduersus eos extulit, & perque Ruperti ducis ac Palatini ditionem ferum Boemicum flammisque circumtulit. Quibus ipsi cladibus acceptis, paucis post mensibus eiusdem Caroli gratiam expetiere concordiae interprete Alberto Austriae duce, ac solemniter ea de causa Parauij caetus habitos refert Henricus Rebdorfius d: legatusque est a Carolo ad sedem Apostolicam Ioannes Boemus e ex Dominicana familia religiosus vir, vt pro adducendis in Apostolicae sedis gratiam Ludouici Bauari filijs Clementem oraret. At cum is nullas illius incun-

da expressas leges attulisset, citissimeque redire iussus esset, nullum certum responsum Pontifex dedit, quippe qui non potuit ea de re deliberare cum Cardinalibus, quos pestilentiae disperferat metus; ac Romanorum Regi haec rescripsit a: *a End. 8.*

*Quia nonnulli ex fratribus nostris propter pestem, qua vt ad tuam credimus peruenisse notitiam, patriam hanc inaudita & incredibili clade vastauit, & curia secesserunt, nec adhuc redierunt ad illam; & quidam ex eis, qui in curia praefata remanserant, infirmitate grauentur, elicere vel deliberare nequimus quid tibi super huiusmodi nuntij tui ambassata respondere possimus. Et ideo, vt tibi certitudinaliter respondeamus ad illa, significa nobis speciosae ac extense quae & qualia sint, qua inter te ac praedictos ipsius Ludouici filios tractata sint & tractantur, & quae & qualia nobis & ecclesiae Romanae pro tot iniurijs, opprobrijs, & contumelijs per eosdem patrem & filios Deo & eidem ecclesiae irrogatis, & nostri, pro satisfactione condigna offerunt, vt nobis & eidem reconcilientur ecclesiae, ac pacem tuam etiam mereantur, in quibus puritas tua, prout decet & expedit, mature procedat; ita quod eidem honorificentia debita deferatur ecclesiae, & fama tua celeberris conseruetur: & consulte prospicias, utrum cum hostibus & persecutoribus ecclesiae matris tuae, cum & tu persequi tenearis eosdem, eis in persecutionis & inimicitiae pristinae pertinacia persistentibus, excellentiam tuam deceat concordiam habere vel pacem. *Dat. Avin. kal. septembris anno VII.**

Adactum sacramento Carolum superiori anno vidimus, Ludouicum Bauarum & filios bello infectaturum, donec illatas ecclesiae iniurias sarcirent, admissaque scelera rite expiant. Cum vero de pace colloquium minime perfectum tradat Rebdorfius a, detrectasse Bauaros principes ad Christianam poenitentiam se demittere, colligitur; quare illi nouas in Carolum Regem coitiones iniuere, vt vel ipsum euerterent, vel meliores pacis leges extorquerent; eamque ob causam Guntherum comitem Svvarzenburgensem in Thuringia vna cum foederatis iniustus suffragijs ad tyrannidem anno insequenti exere.

23 In Prussia, extincto cruciferorum equitum magistro, die epiphaniae sacro praefectum ordini refert Michouias b Venrichum e Kniprode: qui vt specimen virtutis adepta dignitate ederet, exercitum aduersus infideles finitimos collegit, excurritque in Lithuaniam, ac Palstri euastatae spolijs onustus redijt. Vix dissoluerat exercitum, cum Olgerdus dux Lithuaniae fratribus Keystus & Patrikyg stipatus cum validis copijs irrupit in Prussiam, ac ferro flammaque in obuia quaeque est debacchatus. Quo abeunte, Smolecensis dux Russorum Lithuanorumque cinctus turmis penetravit similiter in Prussiam, ac ferox signa circumtulit in tractu, cui Labiouu nomen inditum. Aduersus hostem comparauit se prouinciae praefectus, ac licet militum numero longe impar, hostem tamen in tumultuaria pugna, dum flumen traiceret, denicit, haustusque vorticibus vndarum dux Smolecensis clarissimam victoriam reddidit.

24 Duxit e per haec tempora etiam aduersus schismaticos Moschouitas exercitum Magnus Suetiae & Norvvegiae Rex, vt latius Christianae religionis fines proferret: quam dum ornare expeditionem, S. Birgitta vidua diuina luce collustrata e caelo accepit tristem exitum habiturum, nisi eos dimitteret ab exercitu, qui non diuinae gloriae studio, sed rapinarum, libidinum, furorisue exer-

Conten-
die Pon-
tiffis poe-
nis expia-
da eorum
crimina.

a Rebdorf.
in annal.
Bauari
principes
parere de-
trahant.

b Michou.
l. 4. c. 24.

Crucife-
rorum in
Lithuaniam
expeditio.

e Magnus
h. f. Geog.
Sueuorum
quol. 2. l.
c. 3.
Suecus
Rex in
Russos si-
gna attol-
lit.
S. Birgitta
praedicat
ac. i. p. en-
dam cla-
dem.

gendi causa furebant arma: ac Danos & Germanos stipendiarios asuetos prædis ac vitijis designavit, monuitque diuino Numini hos acceptos in sacro eo bello non esse; sed suos Gothos ac Sueones, qui nihil aliud ab hostibus quam licentiam male faciendi auferrent, ductaret. Contempnit Rex consilium, vimque vaticinij est expertus; addit enim Magnus a: Moschouitas contra 60 ingenti exercitu, iunctisque Lithuanis & Tartaris, illius secutos vestigia incautum ferme oppressisse, vt vix fuga præcipiti e periculo euaserit. Imprudens, inquit, Rex non solum hanc, verum etiam omnes alias reuelationes a Deo inspiratas contemnens, colluuiem ingentis atque inconcussa militie secum trahens, primo insultu magnam Moschouie partem victricem manu subiugauit, occupata eorum præcipua arce Pechense. Sed nõ deerat vaserrimis Moschouitis ingenium, quo hostium auaritia callidissimi promissis illuderent; cum enim intelligerent Regem nimia aurifame laborare, tantum auri & argenti se quantocius allaturos spondebant, quantum ipse & totus exercitus eius vix optare potuisset. Sed quid accidit? Crediti infelix Rex perfidissimis schismaticis, qui prius credere noluit Birgitta mulieri sanctissima. Confestim igitur sua temeritatis pœnas luens, vidit infinitam Moschorum, Tartarorum, & Lithuanorum multitudinem aduolare, non aurum aut argentum, sed ferrum in aculeos sagittarum conuersum afferre, & mortem inferre paratam. Itaque b cum ad extrema & pene inenitabilia pericula deductus esset, a solis Sueonibus, quos in postremo stipendio collocauerat, seruatus euasit. Hi enim magno labore & non minore industria vicini fluminis meatum effodientes, Regem quamuis male meritum a mille periculis non sine omnium admiratione eduxerunt.

His addimus Pontificem, cui pietatis in omnibus regnis augenda incumbere cura, cum in amplissimo Vngariæ regno (illius enim fines orientem versus latissime se porrigebant) plures infideles Cumani videlicet aut Tartari versarentur, Minoritis Vngaris auctoritate præcipuis pridie kal. iun. mandasse e, vt religiosos viros ad eos fide Christiana erudiendos constituerent. Attendentes, inquit, quod in partibus Cumanie ac aliarum plurium nationum infidelium, infra fines regni Vngariæ constitutis, eo qui salutis auctor & lumen de lumine verus Deus est, illustrante lumine ipsius fidei elucescere iam cepit, multis ex infidelibus ipsis ad ipsius agnitionem fidei iam conuersis.

25 Eodem anno amplissimam legationem, ad Clementem VI. decreuit Cantacuzenus d, qua Georgius Spanopolus protouestiarius, Sigerus populi prætor, ac Franciscus Latinus genere perfuncti sunt, vt susceptam ob Turcas excitos in auxilium contra Græcos labem detereret, ac paratum se ad iungenda cum Latinis in Turcas arma polliceretur. Quæ legationis capita ipse hisce verbis describit: Legationis capita erant, vt deleter ex animo eius quam de eo opinionem ille conceperat: non enim ignorabat auditum a Romano Pontifice, quomodo belli tempore barbarorum usus esset auxilio, qui Romanos occidissent & captiuos rapuissent quotidie. Idcirco nimio opere desiderabat Papam causas eorum, quæ gesta erant, edocere; nempe bello premente necessario id fecisse, non quod communionem barbarorum amplecteretur. Deinde rogabat quam ipse Papa & cum eo Italia & occidentis principes contra barbaros crucis hostes expeditionem meditati essent, se

nunc Imperatore susciperent; plurimum enim se illorum peste & interuersione latari, seque adiutorem fore maximum non solum transitum expeditum exercitui in Asiam concedendo, sed cum suis quoque copijs proficiscendo, & vna certamen cupido obeundo: alijs enim prærogatiuis antecessoribus suis Imperatoribus libentissime cedere; alacritate autem ad res honestas, & desiderio videndi barbaros eadem pati, quæ Christianis tandiu nefario intulissent, nulli cedere.

26 Permoerat Cantacuzenum ad Pontificem in Turcas sollicitandum commodorum suorum ratio, ipsum enim mortuo Orchane, quem sibi generum ascuerat, Solimannum filium, acerrimum hostem sensisse, tradit Calchondylas a: cum etiam antea viuo ipso Orchane Turcarum perfidiam esset expertus, qui aduersus Triballos conducti in Cantacuzeni clientes hostilia omnia exercuissent. Excepit vero Pontifex humanissime Cantacuzeni oratores, reque in deliberationem cum Cardinalibus adducta, de Græcis ad Romanæ ecclesiæ sinum reuocandis consilium suscepit; ad quod vrgendum internuntios ad Cantacuzenum mittere statuit, additis subiectis literis. b

Ioanni Cantacuzeno Imperatori Græcorum illustri gratiam in presenti, quæ perducatur ad gloriam in futurum.

Viros nobiles, prouidos, & discretos Georgium protouestiarium Spanopolum, & Nicolaum Sigerum magnum interpretem imperij tui, ac Franciscum de Pertuxo militem nuncios tuos, per te ad sedem Apostolicam destinatos, & magnitudinis tuæ literas aurea bulla bullatas, nobis pro parte tua exhibitas per eisdem, benigne recepimus, & quæ dicti nuncijs pro parte tua nobis prudenter & prouide referarint, intelleximus diligenter. Super quibus habita cum fratribus nostris sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus deliberatione, matura proponimus per nuncios nostros, ad te propterea transmittendos præstante Domino, respondere. Datum Auin. xvij. kal. maij anno vi. Conceptæ sunt eadem verborum forma literæ ad Ioannem Palæologum Imperatorem Cantacuzeni generum: cumque Græci oratores reditum Constantinopolim adornarent, illos Pontifex Andreas Dandolo duci Venetorum commendauit e. De legatis in orientem sequenti anno internuncijs apostolicis, deque celebranda œcumenicæ synodi pro coniungenda vtraque ecclesiæ tractatu habito dicitur inferius. Nunc quæ gesta sint in Turcas coniungemus.

27 Flagitarant Turcæ a fœderatis fidelibus inducias, ad quas Pontifex ob continua bella in occidente suborta propendebat; atque inter earum leges propositum fuerat, vt Smyrnæ arx, quam Christiani primo belli impetu ceperant, solo æquaretur: qua de re cum Franciscus archiepiscopus Cretensis Apostolicæ sedis legatus in oriente, & Deodatus e Gosono equitum S. Ioannis Ierosolymitani magister Clementem consulisset, respondit d quamuis vt excinderetur initio conduxisset, cum parum vtilitatis afferret, euerti tum sine Christiani nominis dedecore non posse, ac delphinum & dominum Bellijoci ac Venetos sentire ob Christianorum bella, Siciliam recentem ab Vngariæ Rege occupatam, exhaustumque ærarium inducias ea lege admittendas, vt Smyrnæ retineatur. De portus dimidia parte barbaris concedenda, habere ratum, cum etiam Christiani in Turcarum portibus ea prærogatiua frue-

Magno 104. f. 3.

Moschouitarum dolus. Spondent aurum, & ferrum acuunt.

Cap. 4.

Deriuato flumine Suecus euadit.

Religiosi sacerdotes ad Cumanos & Vngaros Asiaticos missi.

e To. 7. ep. sec. 68. p. an. 7. 1. 4. p. 1. ep. cur. 1.

Cantacuzeni ad Rom. Pont. legatio. d. Cantac. 1. 4. f. 9.

Superiora excusat flagitia.

Socii Turca vites det.

Ve Solimanus in eum bellum gessit.

a Cantacuzeni de reb. Turca.

Decretum ad Cantacuzenum legatum. b To. 6. p. 134.

Agitatio consilium de Smyrneni arce euertenda.

e lib. 1. 1347.

Agitatio consilium de Smyrneni arce euertenda.

d Eodem ep. sec. 1091. Cum Teo cis partibus non propositum.

frueretur: in spem se adduci Francorum & Anglo-
rum Reges. interea ad concordiam reuocatum.
iri, & utrumque oratores pro ea tractanda mitte-
re pollicitum: quibus conciliatis instaurandum.
sit maiore virium apparatu bellum in Turcas.
Tum ab ijs, qui Turcarum vestigales fuere, ex-
quirere iussit, quæ bellica auxilia in communem
hostem essent collaturi: quibus literis nona fe-
bruarij dies ascripta.

Dum ita extrahebatur is induciarum tra-
ctatus Smyrnæ occasione, in qua retinenda hono-
rem nominis Christiani agi censebat Pontifex,
Marbasanus Turcarum dux, eius oppugnationem
vi aggressus, magna clade a Barnaba Parmen-
sensi Smyrnenfis arcis præfecto deletus est: quæ
victoria ipsius Marbasiani cæde clarior exitit.
De cuius victoria partæ gloria Clemens Creten-
si archiepiscopo A. S. L. ac Barnabæ egregio religio-
nis athletæ est gratulatus. 2

*Clemens, &c. Archiepiscopo Smyrnenfi, & Bar-
nabæ de Parma domicello Parmensi capitaneo ciui-
tatis Smyrnenfis.*

28 Grata nobis occurrit vestrarum series
literarum, quæ nobis habitam per vos aduersus
nefandos Turcos hostes crucis & nominis Chri-
stiani victoriam, & Marbasanum Turcorum
iporum ducem occubuisse cum illis insinuans,
gaudium quod exinde conceperamus per literas
dilecti filij Deodati de Gosono magistri hospita-
lis S. Ioannis Ierosolymitani missas nobis super
hoc, quæ vestras præuenerant, duplicauit. Itaque
Omnipotenti, in conspectu cuius non est differen-
tia in multis liberare vel paucis, laudes & gratias
agimus, qui manus vestras ad bellum, & digitos
ad prælium instruens, Turcos ipsos in manibus
vestris conclusit, vobisque de illis virtuose trium-
phare concessit. Ad eum itaque leuate mentis
vestræ oculos, in eo spem fiduciamque ponatis
agentes, sicut decet, virtuosos viros potenter &
strenue, vt tantis talibus principijs finis, vt cupi-
mus, & de virtute Altissimi confidimus & spera-
mus, succedat optatus; summo studio providen-
do, quod castrum & locus Smyrnatum a ruina
qualibet præseruetur, nec prætextu quarumcum-
que treugarum aut pacis, demolitionis (quod
nullo modo ferremus) perferant detrimenta.

Dat. Auin. xvi. kal. septembris. anno vli. Deui-
ctis Turcis, tractatus de inducijs ineundis redin-
tegratus est, ac Pontifex Hugoni Regi Cypri
significauit b. vi. kal. octobris, breui Turcarum
ac Rhodiorum equitum magistri legatique pon-
tificij oratores ad sedem Apostolicam accessuros:
illique de pretiosissimis muneribus ac pannis
aureis phrygia arte elaboratis sibi missis gratias
egit c. Cumulari ille Smyrnenfis triumphus
clarioribus alijs, euertique tyrannis Turcica facile
potuisset, si occidentales stricta in mutuas cædes
arma in eos conuertissent.

29 Nec prona modo ad exitium Turcarum,
verum etiam Babyloniorum res erant: ac tum
appetisse tempus, non modo Christianorum ea-
rum partium, verum etiam infidelium testimo-
nio videbatur, quo Syria ex impiorum seruitute
liberanda, & Christianæ religioni restituenta
esset. Venero ea de causa ad sedem Apostoli-
cam ex orientibus oris Antoninus archiepisco-
pus Hierapolitanus & Ioannes Riuer militi-
clarus, vt Pontificem de soldani Babylonici re-
bus facerent certiore, atque occidentales ad
parandam in Palæstinam expeditionem incita-
rent. Ad quorum promouenda pia consilia Cle-

mens encyclicis literis Christi fideles docuit a,
egregiam rei in Syria gerenda occasionem porrigi
vtque ad tam præclarum opus se strenue accinge-
rent, est cohortatus.

*Clemens, &c. vniuersis Christi fidelibus
presentes literas inspecuris.*

Sicut multorum prælatorum dictæ terræ, nec
non dilecti filij consulis Babylonici, & aliorum
Christianorum inibi commorantium, qui soldani
Babylonici gentisque suæ statum, conditiones, &
mores, modumque viuendi plene norunt, insinua-
tione comperimus, soldanus idem graui pauper-
tate ac egestate laborat, & ætate iuuenis, ac sen-
su & mente iunior atroci & rusticali gente gu-
bernatur & regitur, ac fraterni croris effusor
immanis habetur odio cunctis illarum partium
gentibus, ipsæque gentes ad ipsius soldani mor-
tem laborant assidue, & callida machinatione
conspirant. Nobiles quoque seditiosi sunt, &
amuli inuicem ac diuisi, & inter se, qui post eun-
dem soldanum succedere debeat, adhuc ipso vi-
uente contendunt. Vbi præterea apud soldanos
Babylonici, qui fuerunt pro tempore, gentesque
suas subtilissimum vigere consilium, abundari
diuitiæ, florere iuuentus, ac legalitas obseruari
solebant; ibi nunc rusticitas, ibi paupertas, ibi
hebetudo, ibi proditio, fraus, & deceptio regnant:
ibi liuor, inuidia, & odia dominantur, adeo, vt
ipsimet publice fateantur & dicant aduenisse iam
tempora, in quibus de ipsorum in proximo eri-
pienda sit manibus dicta terra. Eia ergo, Christi
pugiles & athlete, acceptabile tempus, dies sa-
lutis illius terræ miseranda; pensate ad illius recu-
perationem erigite animus, excitare mentem,
dirigite & affectum, vt eadem Christi hereditas
preciosa, de iugo seruitutis & oppressionis ere-
pta, & quibuslibet spurcitijs & tæditibus
expurgata, nomen in ea collaudetur Altissimi,
& cultus Christianæ fidei amplietur.

Cæterum quia, sicut prælatorum & consulis,
ac Christianorum prædictorum frequens descri-
ptio nos instruxit, venerabilis frater noster Anto-
ninus archiepiscopus Hierapolitanus per viginti
quinque annos prædicando Dei euangelium in-
fidelibus ipsis, eorumque plures conuertendo ad
fidem catholicam & sacri regenerando vnda ba-
ptismatis, reparando & ædificando ecclesias reli-
giosorumque conuentus, aliaque loca diuinis obse-
quijs deputata; ac dilectus filius nobilis vir Ioânes
de Riuer miles Vvrigorinensis diæcesis (de cuius
actibus & operationibus virtuosus, & quod velut
pugil Christi strenuus & fidelis armatus militari-
bus armis suis, in loco, vbi prædecessor dicti sol-
dani captus exitit, contra eum vexillum suum
intrepide ac constanter erexit, prælatorum &
consulis, ac Christianorum prædictorum literis
ante ipsius Ioannis de transmarinis partibus redi-
rum fuimus pluries informati), per multa tempo-
ra explorando, inuestigando, & indagando non
sine multis periculis proprii corporis apparatus
eiusdem soldani infra & extra palatium suum,
nec non ipsius soldani, gentisque suæ modum,
armorum & pugna; applicationes quoque por-
tuum maris, nec non castrorum, ciuitatum, &
villarum aliorumque locorum, fortalitia, & alia
multa, ad vortium ingressum & recuperationem
dictæ terræ, in eisdem partibus transmarinis mo-
rati sunt; ipseque miles, postquam sacrum sepul-
crum dominicum Ierosolymitanum, vbi nonnul-
los nobiles militari cingulo, decorauit, & beatæ
Catharinæ virginis & martyris, aliaque oratoria

a To. 6. ep. fact. 1194.

De collap-
sâ Babyl.
potentia.

De Sara-
cenorum
dissidijs.

Tempus
expeditio-
ni videri
accõmor-
dum.

Vt Chri-
stiani in
Asia ad-
uersus sol-
danum
arma ce-
perint.

Ioannis
Riueri in
promou-
da expedi-
tione
labores.

Varia eſt peregrinationes.

& loca dictæ terræ ipſius Redemptoris noſtri natiuitate, præſentia, & paſſione corporalibus conſecrata, & ipſius beatæ Catharinæ oratorium de nouo viſitauit, contra Turcos perfidos crucis hoſtes, ſicut Dei athleta fortiffimus per mare ac per terram laudabiliter ac ſtrenue militauit; & proinde præmiſſa omnia, ſicut habetur, nobis expoſuerunt fideliter, ſic vobis potuerunt explicare; eos ad vos prouidimus deſtinandos, vt tanquam Dei miniſtri atque præcones hæc fidelium infundant plenius, & ſerioſius auribus inſigant, fortius mentibus, eoſque ad pacem & concordiam habendam mutuo, quo melius & liberius Dei poſſint vacare negocijs, & ad redemptionem terræ ac populi prædiſtorum, ac paſſagium propterea præſtante Domino faciendum excitent, & inducant, &c. *Dat. Auin. xxi. kal. aprilis anno vi.* Non archiepiſcopi Hierapolitani, non eius ſocij Ioannis Riueri ducis egregij adhortationes occidentales principes ad renouanda ſacra vetera bella incitare potuere: atque hæcenus Chriſtianorum arma mutuo cruore rudent.

Surdis auribus accepta legatio a fidelibus.

Neque ſilentio prætereundum eſt, vetitos toties fideles commercia cum Ægyptijs Syriſque Saracenis habere, caduca lucra animarum damno præferre non perhorruiffe: quo factò cum cenſurarum religione ſe irretiſſent, ita Pontifex abſoluendos permiffit, vt lucrum iniuſtum in bellum Turcicum conuerterent. Quo argumento Michæli epiſcopo Barcinonenſi a pro Aragonijs, Petro & Gandauo Apoſtolica ſedis internuntio b pro Danis, Suecis, ac Norvvegis in gratiam cum eccleſia reſtituendis datæ literæ. Permiſſit autem iuſtus ſclerum vindex Deus, vt vetiti cum Saracenis commercij digna lucra auari Chriſtiani peſtem ſcilicet qua paganos perculerat, ad occidentalem plactenda ſlagitia ex oriente retulerint.

a To. 7. ap. ſect 339. 339. b Ibid. ep. 390.

c Io. Vill. l. 12. c. 83. Peſtilentia orbem depaſcitur d Cor. b. iſt. l. 9. c. 14.

Terræ motus in Europa illi prænotatus.

Peſtilentia immanitas.

30 Plectenda ſlagitia iam a nobis ex literis pontificijs peſtilentia, quæ hoc anno occidentis plura regna eſt depaſtat mentione nonnulla memoria digna ex Cortuſija d afferenda viſa ſunt: Deus omnipotens, qui non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat, primo minatur, ſecundo vero percutit ad correctionem humani generis, non interitum, volens affligere humanum genus, plagis maximis inauditis primo in extremis partibus mundi in orientis plaga cepit ſuum iudicium horrendum. Cum vero iam percuffiſſet Tartaros, Turcos, & genus infidelium vniuerſum, in MCCCLVIII die xxv. ianuarij hora xxii. ſuit maximus terræ motus per bonam mediam ad terrorem Chriſtianorum: poſt quem peſtis inaudita tranſiit mare, ſcilicet in partes Venetiæ, Lombardiæ, Marcbiæ, Tuſciæ, Alemannia, Franciæ, & fere per mundum vniuerſum. Hanc quidam infecti venientes de partibus orientis detulerunt. Hi ſolo viſu, vel tactu, vel ſtatu omnes occidebant. Erat hæc infectio incurabilis; non poterat curari: uxor fugiebat, amplexu chari viri, pater filij, frater fratris, & e conuerſo talium domus & veſtes occidebant. Sepelientes portantes, videntes, vel tangentes ſubito multoties expirabant: ſic ouis infecta infecto totum gregem: ſic vnius domus decedentem vnum ſemper moriendo ceteri ſequebantur, & ſque ad canes. Corpora etiam nobilium manebant inſepulta. Multi pretio a vilibus ſepeliebantur ſine præbyteris & candelis. Veneti vero vbi centum millia perierunt, nauibus redemptis magno pretio corpora ad inſulas portabant: ciuitas erat quaſi deſolata. Vnus ſolus incognitus venit Paduam,

qui ciuitatem infeſcit in tantum, quod forſan in toto comitatu tertia pars deſecit. Ciuitates cupientes curare talem peſtem, omnibus extraneis prohibebant ingreſſum: ſic mercatores de ciuitate ad ciuitatem non poterant ambulare. Hæc clade fuerunt deſtituta ciuitates & caſtra: non audiebantur voces, niſi heu, dolores, & planctus. Tunc ceſſauit vox ſponſi & ſponſa, ſonus cytharæ, cantus iuuenum, & lætitia. Peſtes vero imminentes tempore Pharaonis, Dauid, Ezechia, Gregorij Papa reſpectiue poſſunt nunc pro nibilo reputari, hæc enim peſtis circuit totum orbem: Deus enim tempore Noe tantas animas vix conſumpſit, cui poſſibile eſt humanum genus etiam de lapidibus reſtaurare.

Huius peſtis erant peſſime alij infecti vt ſupra, quidam euomendo ſanguinem expirabant ſubito, alij morbo cancri vel vermis. In ſignum vero mortis quaſi omnibus naſcebantur glandula circa genitalia, vel ſub brachijs, vel alijs partibus, venenofis febris ſociata. Hi prima vel ſecunda die expirabant. Poſt tertiam, licet raro eſſet aliqua ſpes ſalutis, aliqui ſomno capti nunquam excitati tranſibant. Contra hoc medici palam proſtebantur, ſe neſcire remedium, quorum hæc peſte potiffima pars deſecit. Et infra: Hæc peſtis durabat ſex menſibus communiter a ſui principio in qualibet regione. Et infra: Audi tamen mirabile, quod tempore huius cladis non obiit Rex, princeps, nec dominus ciuitatis. Hoc tempore Chriſtianitas in quinque locis furebat in armis: primo contra Turcos iuxta Smyrnas, & Rex Angliæ contra Franciam, Rex Vngariæ in Apuliam, Rex vero Boemiæ electus Imperator contra Bauariam, tribunus vero Roma oppreſſus a patribus fugit in Apuliam. Humanum genus ſic afflictum, ſciens ſe non poſſe addere vel auferre, quæ Deus faciat, vt timeant, ſanctorum limina viſitabat, orationibus, eleemoſynis, & ieiunijs ſe iuuabat. Hæcenus Cortuſiorum historia.

Mirum eſt quod de huius peſtilentiaæ ſtrage reſert his verbis M. S. Vat. auctor a: Huius, ſcilicet Clementis, tempore famæ valida fuerunt pene per totum vniuerſum. Item anno v. ſua coronationis mortalitas terribilis & fortiffima inceperit per totum vniuerſum mundum, & durauit per tempora ita & taliter, quod de centum perſonis tam marium quam mulierum, & tam iuuenum quam ſenem, vix ſuperuixerunt in exitu dictæ mortalitatis ſue epidemia decem perſonæ, & in aliqua parte mundi pene quinquæ de centum. De tempore quo ſauit hæc haber alius auctor anonymus b: Hæc peſtis durauit ultra annum prædictum; immo & per duos ſequentes in diuerſis partibus, vbi non fuerat, ſe dilatando. His conſentiunt quæ Petrarcha c lugubri ſtylo de hæc peſte, quam plures mortales quam vniuerſale diluuium abſumpſiſſe cum alijs d ſcripſit.

31 Iam, inquit, annus integer, iamque alterius bonæ pars abiit, ex quo nihil viro dignum, non dicam facere, ſed ne loqui quidem contigit, tonante vniuersæ ac fulminante ferociter fortuna. Quæ in re, benigno ſub iudice forſan excuſer, ſi ad examen venerit. Illud quoque non leue aliquid, ſed MCCCLVIII. ſexta ætatis annum eſſe, quem lugeo, qui non ſolum nos amicis, ſed mundum omnem gentibus ſpoliauit. Cui ſi quid deſuit, ſequens ecce annus illius reliquias demetit, & quidquid illi procella ſuperſuerat, mortifera falce proſequitur. Quando hoc poſteritas credet, fuiſſe tempus, ſine celi aut telluris incendio, ſine bellis, aut aliâ clade viſibili, quo non hæc pars, aut illa terrarum,

Varia eſt peſtilentia.

Terræ motus in Europa illi prænotatus.

Peſtilentia immanitas.

Terræ motus in Europa illi prænotatus.

Peſtilentia immanitas.

Peſtilentia immanitas.

Peſtilentia immanitas.

sed uniuersus fere orbis, sine habitatore remanserit? Quando unquam tale aliquid visum, aut fando auditum? Quibus hac unquam annalibus lectum est, vacuas domos, derelictas urbes, squalida rura, arua cadaueribus angusta, horrendam vastamque toto orbe solitudinem? Consule historicos: silent. Interroga physicos: obstupescunt. Quare a philosophis: humeros contrahunt, frontem rugant, & digitulo labris impresso silentium iubent. Credit ista posteritas, cum ipsi qui vidimus vix credamus, somnia credituri, nisi experrecti aperitis hęc oculis carneremus, & lustrata urbe funeribus suis plena, domum reuersi, exoptatis pignoribus vacuam illam reperientes, sciremus utique vera esse que gemimus? O felicem populum pronepotum, qui has miseria non agnouit, & fortassis testimonium nostrum inter fabulas numerabit. Meremur hac quidem & grauiora, non inficior: sed & maiores nostri meriti sunt, atque utinam non & posteri mererentur. Quid est ergo, iudicum iustissime, quid est, quod insigniter adeo in nostrum tempus ultionis tue feruor incubuit? Quid est, quod cum culpę non desint, desunt exempla supplicij? Cum omnibus peccauimus, flagellamur soli: soli, inquam, audeo enim affirmare, quod si omnium seculorum flagella post arcem illam famosissimam, reliquias mortalium informi pelago circumferentem, cum presentibus aestimentur, delicta fuerint & ludus & requies: neque enim cum his malis conferri deest bella quantalibet, in quibus & remediorum multa sunt genera, & quod ultimum est, uiris saltem mori licet: est autem solamen mortis exitium, bene mori. Hic remedij nihil prorfus, nihilque solatiij est: cumuloque cladis additum, mali causas, principiumque nescire nam nec ignorantia, nec ipsa quidem pestis odiosior magis ac fabulis quorundam hominum, cui professi omnia, sciunt nihil; quorum tamen ora, licet assuesceta mendacis, tandem silent, & que impudenti a primum ex more laxauerat, ad ultimum clausit stupor.

Sed ad inquisitionem meam redeo. An vero sicut langum iter agentibus euenit, ut alia via pars fatigationem faciat, alia fateatur; sic nobis accidit, ut lentitas tua Deus, humanis paulatim lassata criminibus, & tuę accessione pręgrauata, nunc potissimum uicta subsederit, tuque nos, uictor optime, tolerare amplius non ualens, in terga proieceris, atque a nobis misericordia tua oculos iratus auerteris? Quod si est, non nostrorum modo, sed patrum nostrorum simul criminum pœnas damus: an peiores illis nescio, sed certe miseriorēs. An illud fortasse uerius, quod magna quedam ingenia suspicata sunt, Deum mortalia non curare? Sed absit a mentibus nostris hac amentia. Si non curares, illa non subsisterent. Nam de his, qui nostri curam non Deo tribuunt, sed nature, quid sentiendum nobis sit, ueritatis tuę studio deditis, cum Seneca ingratis simos omnium appelles, qui mutato nomine dissimulent Dei munus, & cauillando impie, superna debitum abnegent maiestatis? Curas profecto nos, & nostra Deus: sed aliquid latitantis & ignota nobis cause est, cur ex omnibus seculis dignissimi uisi sumus, qui acerrime plecteremur, non idcirco minore iustitia, quod occulta est: namque iudiciorum tuorum imperscrutabilis, & humanis sensibus inaccessa profunditas. Vel ergo pessimi omnium uero sumus, quod negare uelim potius quam ausim: uel ad futura bona presentibus malis exercitiores, purgatioreque seruamur: uel omnino aliquid est, quod ne cogitare sufficimus. Caterum quęcunque sint causa, quantumlibet abdita, effectus aperti sunt, &c.

32 Describitur etiam eadem pestilentia a Ioanne Cantacuzeno a: neque alij, qui horum temporum historiam literis consignarunt, silere, eam possunt b. Tradunt uero Pontificem, cum illa maxime Auinione saeuiret, aditum sui negasse, atque in thalamo multis ignibus purgandi aeris gratia usum: qua etiam industria Nicolaum IV. Romę, feruente etiam media ætate accensis in palatio pluribus ignibus ex epidemia euasisse, uisimus c. Explicuisse uero Clementem in funesta illa tempestate Christianam liberalitatem, ut agrorum ualitudini & morientium corporibus consulere, uita illius scriptor ita designat historia d: Hac durante tempestate, dictus Papa in Auinione rem fecit maxima charitatis: nam pro pauperibus uisitandis certos ordinauit medicos, & alios qui eis in suis necessitatibus subuenirent in uita, & cum decedebant etiam necessaria ad sepulturam ministrabant: ad mortuorum corpora * capienda emit unum magnum campum, in quo cœmeterium fecit consecrari, ubi generaliter omnes possent sepeliri: in quo infinita persona extunc sepulta fuerunt, fuitque ei nomen impositum, quod usque in diem hodiernum durat, campus floridus.

Ad erigendos ad Christianam constantiam felices immortalitatis spe fideles in tanta calamitate Pontifex, cunctis sacerdotibus omnia pœnitentium crimina soluendi, atque indulgentiarum ad omnes abolendas labe beneficium morituris impertiendi auctoritatem contulit e: extatque eo argumento diploma xiv. kal. iunij huius anni exaratum, quo Clemens pietatis sensu in miseris permotus, nonnulla indulgentiarum pręmia sacerdotibus quoque qui ecclesiastica sacramenta percussis peste subministrarent, nec non ijs qui pium aliquod officium obsequiumue pręstarent uel etiam defunctos sepulturę mandarent, proposuit f. Proximę uero mortis imagine omnes consternatos, se pie ad defendenda crimina, ac sacramenta frequentanda comparasse, referunt: & quod mirum est adeo pietatis sensu plerisque delibatos, diuino mulcente Numine mortis acerbiterum leui quodam proximę æternę felicitatis pręgustu, ut mori gauderent: Ferunt solatio fuisse huic tanto luctui, inquit Nauclerus g, quod pueri innocentes morituri plerique & iubilando & gaudente laudes Dei dixerint: peccatores priusquam sentirent uim pestilentię, totis animis pœnituisse, adeo ut etiam ultra mortem expectarent.

33 Huius calamitatis diuinitus immissa auctores existimati h sunt Iudęi, sparsimque in uulgo i, eos conuenisse magno numero in Hispania ad componenda exquisitissima ueneficia, ut Christianum nomen delerent, sacculosque ueneno lethifero plenos in puteos fontesque iniecisse: atque adeo atrociter calumnię sax illis adhaesit, ut uel a sceleratis, qui exercendi inde latrocinia captarunt occasionem, uel a simplicibus hominibus magno ubique furore iniustissime necati bonifue exuti fuerint; de quibus Clementis uita scriptor hęc mandat historia l: Huic malo superadditum est aliud, nam insurrexit quedam uox, quod erant aliqui malefici, & specialiter Iudęi, qui in aquis & fontibus potiones mittebant, cuius occasione pestis prædicta sic grassabatur: propter quod multi tam Christiani quam Iudęi innocentes & inculpabiles fuerunt cremati, trucidati, & alias in primis male tractati, cum reuera hoc non esset nisi ratione constellationis; aut diuina ultionis.

Suscepit miserorum patrociniū Pontifex, & edicto apostolico Iudęos iniurijs iniuste uolari

a Cantacuz. l. 4. c. 8.
b Cant. hist. l. 9. c. 14.
c alij.
d Pontifex plurimo igne aduersus pestē uirtur.
e Annal. Clem. a. 1288. n. 1.
f Gest. a. 1288. n. 1.
g pud Bosq.

* sepelien- da

Indulgentia ad pœnitentium solarium concessa.

e Mart. Vill. l. 1. c. 3.

f An. 7. l. 5. p. 2. ep. 1. diuers. for.

g Naucl. gener. 45. Diuina clementia in tanta calamitate se prodit.

Calūnia Iudęis aspersa.

h Gest. Clem. VI. 2. pud Bosq. i Alb. Arg. in chron. & alij.

l Gest. Clem. a. pud Bosq.

70. 7. 47.
seu 280.
Prohibet
Clemens
eos cogi
ad baptis-
mum.

vetuit a vel inuitos ad baptismum cogi: Nullus Christianus Iudeos eosdem inuitos vel nolentes ad baptismum per violentiam venire compellat: sed si quis eorum sponte ad Christianos fidei causa confugerit, postquam voluntas eius fuerit patefacta, efficiatur absque aliqua calumnia Christianus: veram quippe Christianitatis fidem habere non creditur, qui ad Christianorum baptismum non spontaneus sed inuitus cognoscitur peruenire. Nullus etiam Christianus eorundem Iudeorum personas sine iudicio domini regionis, ciuitatis, seu terrae, in qua habitant, vulnerare, aut occidere, vel suas illis pecunias auferre praesumat, &c. Dat. Auin. 10. non. iulij anno VII. Reperita sunt paucorum mensium flexu eadem imperia, cum popularis furor calumniae flabello accensus in Iudeos inardesceret.

Clemens itaque nouo apostolico edicto docuit, nullam immanis adeo suspicionis causam subesse posse, cum lues Iudeos etiam absumeret: atque ubi nonnulla praefatus est, non licere Iudeis, etsi incredulis, inferri iniurias, neque iustum subtrahendum praesidium, cum ex Iudaico genere Christus dominius genus traxerit; seque in ea re praedecessorum Calisti, Eugenij, Alexandri, Clementis, Caestini, Innocentij, Gregorij, Nicolai, Honorij, & Nicolai IV. vestigijs infiltrere subdit: Nuper ad nostrum fama publica, seu infamia verius, perduxit auditum, quod nonnulli Christiani pestem, qua Deus populum Christianum ipsis peccatis populi prouocatus affligit, Iudeorum falso tossificationibus se aduente diabolo imputantes, nonnullos ex Iudeis ipsis temeritate propria, non deserentes aetate vel sexui, impie peremerunt: quodque licet iudei Iudaei super huiusmodi impostura facinoris parati sint subire iudicium coram iudice competente; ob hoc tamen Christianorum ipsorum impetus non tepescit, sed eo furor sauit in manus eorundem: quo videtur error eorum, dum eis non resistitur, approbari. Et quamuis Iudeos eosdem ubi culpabiles aut conscijs forsitan essent tanti flagitij, cui vix excogitari posset poena sufficiens, digna & seueram vellemus animaduersione percelli: quia tamen per diuersa mundi climata Iudeos ipsos ac alias nationes plurimas, qua cohabitatione Iudeorum eorundem non nouerant, pestis hac ubiq; fere communis afflixit occulto Dei iudicio, & affligit; & proinde verisimilitudo non recipit, quod Iudaei praedicti occasione tanto flagitio praestiterint suae causae, &c. addit imperia, vt archiepiscopi, episcopi, & alij ecclesiarum praesules populis ad diuinam rem conuenientibus denuntient, Iudeos non esse percutiendos, sauciandos, dandosue neci; atque ab Apostolica sede anathema ijs, qui ipsos atrociter laeserint, incuti: si que vero cum ijs intercedat controuersia, ipsos in ius vocent, & coram iudice litem disceptent. Quae litterae vi. kal. octobris consignatae. Non potuit apostolico hoc studio iniusta inique Iudeis sedari infamia: vbique enim, excepto comitatu Auenionensi, tanquam venefici ad necem quaesiti b: ac sequenti etiam anno in Germania, quam lues depascebatur, haec illis calumnia adeo inhæsit, vt ad duodecim millia in vna vrbe Moguntina morti tradita testetur Rebdorfus. Albertus vero Argentinensis c scribit, ipsos ex populi tumultu infurorem versos, se suaque, iniectis facibus, incendio concremasset.

De illius vero pestis, quam portendisse duobus ante annis mense augusto cometam insignem scribit Ioannes Villanus d, causis atque intrinsecis horrenda tradunt auctores e. Memoratus vero Villanus, dum lues Florentiae grassabatur, ea corre-

ptus obiit, longiore vita dignior ob singularem diligentiam fidemque in temporum suorum conscribenda historia, cui nos plurimum debere incomponendis nostris annalibus fatemur. Cœptum ab illo opus virtutum & diligentiae heres Matthæus Villanus propinqua illi cognatione coniunctus a est prosecutus. Incredibile dictu est quot myriades myriadam paganorum peremerit: quo flagello infideles ob superstitionem veterem se percussos diuinitus rati ad Christiana sacra perfrugerunt, vt refert Vvalsingamus, qui addit b: Sed comperto, quod in secula Christiana eadem pestis inualescit, iterum ad vomitum reuertuntur. Ita miseri, cum non perpendent apud Christianos deesse non debere supplicia, qui suis etiam sceleribus non carerent: sed fidelium calamitas cum ipsorum calamitate conferenda non fuit. c

34 Grassante porro inter orientales pestilētia, mercatores Itali ac praesertim Genuenses ex confortio infidelium labem traxere: qui cum reditum tardius ornassent, maxima ex parte in reditu obire, & omnia loca, in quibus agros exposuere, mox ea pestis infecit. Siculi primi vim mali sensere: experti inde Pisani ac Genuenses: breuique Italiam, Gallias, Sardiniam, Corsicam depasce, atque in alia regna se diffundere cœpit; de qua iterum sequentibus annis recurrit sermo. Hic ad demus Pontificem viros religiosos ad fundendas Deo preces sollicitasse, vt flagellum a suis placatus auerteret. Quo argumento Praedicatoribus d, Minoritis e, Augustinianis f data littere, quarum exemplum infra scriptum est.

Clemens, &c. dilectis filijs magistro & fratribus ordinis Praedicatorum, Lugduni in generali capitulo in proximo congregandis.

Licet speremus indubie, quod vos charitatis igne succensi pateram, quem erga vos gerimus filiali deuotione recompensantes affectum, vestrarum nos orationum continua opitulatione iuuetis; auxie tamen & non sine graui amaritudine, animi attendentes, qualiter peccatis exigentibus in vniuersis fere orbis terrae partibus guerarum calamitatibus atteritur, & intestinis odijs laniatur, proh dolor! populus Christianus, ac super inducta mortalitatis peste senes, iuuenes, magni, & parui subito & improuise tela vitae succisa quasi communiter de medio subtrahuntur, huiusmodi orationum vestrarum patrocinia instantius imploramus; attentius deprecantes, vt hæc & procellas tempestatum varias nos circumdantium intuentes, & intumescentes fluctus vndique filiali nobiscum compassione pensantes, illum cuius imperio quiescunt fluctus, & stat spiritus procellarum, pulsetis precibus, & clamoribus excitetis, vt ipse, qui cum iratus fuerit non obliuiscitur misereri, populo suo, quem sui pretiosi sanguinis aspersione redemit, misericordiae suae suum placatus aperiat, & guerres ac odijs, quibuscumque sedatis, concordiam pareat, tribuat pacem, pestem auferat, conferat salutem: sicque orationum vestrarum suffragijs populum & ipsam ecclesiam in tantis angustijs constitutos potentia suae dextera protegat & defendat, quod temporibus nostris eidem populo pax & tranquillitas optata proueniat; & tandem, cum Redemptor noster vniuersiusque merita lance discussionis extremæ libraturus aduenerit, nos vna cum grege nobis credito cum benedictionis munere ad participium regni cœlestis inuitans in dilecta suatavernacula introducat, &c. Dat. Auin. 12. kal. iunij

Vetat ire-
gum insō-
tes lædi.

Iudei pas-
sim casti.

b Rebdorf.
in annal.

c Arg. Aug
in chron.

d Io. Vill.
12. c. 97.
e Mart.
Vill. l. 1. c.
f. & alij.

junij anno VII. Tantum religiosorum virorum
numerum hac epidemia absumptum ferunt a, vt
exhaustis monasterijs pristina austerioris vitæ re-
laxanda sumpta sit occasio, atque admodum
disciplina verus sit dissoluta, cum præcipua sancti-
tatis & scientiæ lumina in ordinibus ijs sacris ex-
tineta essent.

35 Migravit tum e viuis inter alios insignes
religione viros Bernardus fodalitij montis Oliue-
tanti conditor Senis hoc anno, dum tanquam bo-
nus pastor animam pro suis ouibus exponeret,
de quo hæc Ferrarius b: *Bernardus, ubi sui ordi-
nis confirmationem ab eodem Pontifice, nimirum
Ioanne XXII. quam etiam a Clemente VI. obti-
nuisse testatur diploma amplissimum c, Auenionem
profectus obtinisset, annosque viginti septem ei
optimis legibus communito præfuisse Senis, dum
suis monachis pesilentia, quæ tunc grassabatur in ea
vrbe infectis proprijs manibus inferuisset & ipse per-
cussus peste spiritum Deo reddidit anno salutis
MCCCLVII. XI. kal. septembris. His addit idem
Ferrarius hanc notam: Et si eum ubi beatum in
monte Oliueto, ubi corpus asseruatur, venerantur;
haud tam officio ecclesiastico colunt, nondum ab
Apostolica sede facultate impetrata.*

Auxere conceptum ex pestilentia terrorum
crebri terræ motus, ex quibus homines deliquium
cordis passos, refert Albertus Argentinensis d. d.
Adeo vero horrendi in alpium nonnullis locis ex-
titer, vt oppida vrbesque conciderint, montes
zuarint valles, interrupti sint fluminum cur-
sus: interque cætera Villacum calamitatis exem-
plum in Istria fuit e, omnibus enim illius vrbis
domibus funditus euerfis, sola hominis iudici ad-
dicique elemosynis domus stetit. Datum poro
est imminentis mali signum incolis, vt fuge-
rent a facie arcus: diffusa namque est in medio
foro tellus in formam crucis, ac primum sanguine
deinde aqua sudauit f.

36 Interea Clemens Papa mense maio sacro
purpuratorum senatui adscripsit Petrum Roge-
rium ex fratre nepotem, qui postea Urbano V. da-
tus successor, accepto Gregorij XI. nomine, ob-
restitutam Vrbi sedem Apostolicam immortalem
sibi gloriam peperit: Anno prædicto quadragesimo
octauo, inquit Clementis vita scriptor g,
mense maij extra quatuor tempora dictus Papa as-
sumpsit in diaconum Cardinalem dominum Petrum
nepotem suum ex fratre sedis Apostolica tunc nota-
rium, qui tunc erat valde iuuenis & tenera ætatis,
cum iudicio communi nondum annum octode-
cimum compleuisset: erat tamen totus humilis &
benignus, bonaque indolis, aptus, ingeniosus, & sub-
tilis, ac ad studium literarum multum intentus,
etiam in iure civili secundum tempus, quo circa ip-
sum versatus fuerat, bene sapiebat. Plura etiam
egregia ipsius elogia continet apostolicum diplo-
ma h de collato illi cardinalatu a Clemente exar-
tatum III. kal. iunij pontificatus anno VII.

vicissimque Ludouico Tarentino & Ioanna Regi-
na recuperare annitentibus. Ad quæ propullanda
mala: Annibaldus episcopus Tusculanus a in
Siciliam, vt concitatos tumultus sopiret, Guido
tit. S. Cæcilia presbyter Cardinalis b in Vnga-
riam, vt Ludouicam Regem mulceret, ceptoque
abduceret bello, properarunt. Attingebat Guido
Cardinalis propinquitate c Vngari Regis vxo-
rem, eandemque Caroli Romanorum Regis fi-
liam. Neque in Vngaria modo quamquam eo
præcipue mittebatur, verum in nonnullis etiam
Italia partibus legationem obeundam suscepit, vt
Pontificis commendatitiæ literæ d ad Insubria
principes ostendunt.

Hortatus etiam est Carolum e, vt au-
toritatem suam apud fœderum ad Siculos prin-
cipes regio sanguine satos ex Vngarico carce-
re dimittendos adhiberet: quorum liberando-
rum gratia Philippus Rex Francorum, Petrus
Barbonesij dux, ac Iacobus Borbonice familiæ
princeps oratores in Vngaricam regiam missos
pontificio legato adiungere f. Puros quidem ab
illatæ Andree Regi necis scelere eos principes re-
putabat Vngaria Rex Ludouicus: sed cum par-
tam iusto, vt contendebat, bello ad fraternam
necem vlciscendam suscepto Siciliam (quam
hereditarie etiam iure, quippe qui ex Caroli II.
maiore natu filio auo traxerat originem, Ioanna
ex secundo natu, quam etiam ob interfectum virum
ad supplicium postulabat, ceteri autem principes
ex Ioanne & Philippo ætate minoribus sati essent,
debitam cõtendebat) sibi asserere vellent, atq; ideo
vrgeret g Clementem, vt Siculam ipsi coronâ con-
firmaret; laxare e custodia Siculos principes sine
gravi periculo se non posse obtinebat, ne illi tu-
multus sui absentia in regno a Ioanna & Ludouico
Tarentino marito cõcitaros auerteret: missisq;
oratoribus Nicolao electo Nitriensi, & Garzia
comite e Vesuniar ea lege liberandos consensu-
rum se Pontifici significauit h, vt datis fidei iurori-
bus Siciliam citiorem non ingressuros pollice-
rentur: promptumque se ac paratum ad omnia
regni Siculi nomine officia & obsequia sedi Apo-
stolicæ addicenda, quæ vnquam maiores præstitis-
sent, exhibuit; tum ad sui excusationem plura ad-
didit. Ad quæ omnia Pontifex Hugone tit. S.
Laurentij in Damaso presbytero ac Guillelmo
S. Mariæ in Cosmedia diacono Cardinalibus
assidentibus, respondit diffusa oratione, cuius
singula argumenta ad refutanda obiecta,
ineundamque concordia rationem descripta in
litteris ad Guidonem Cardinalem legatum affe-
remus: ac Regem Ludouicum i & Elisabe-
tam I Reginam matrem certiores fecit; Gui-
donem singulis, quæ Vngarici oratores sedi Apo-
stolicæ exposuerant, ipsis responsurum. Illum
vero summo studio dare operam iussit m, vt ad-
ponendum modum innumeris malis, quibus re-
gnum Neapolitanum obruebatur, Regem permo-
ueret: ad arcus quas ibi præfidiario milite instru-
ctas obtinebat, fidei sedis Apostolicæ permitten-
das adduceret: se pariter Ioannam Reginam ad
id adacturum, deque regno sedis Apostolicæ be-
neficiario, vt suaderet æquitas, sententiam laturum.

Guidoni tit. S. Cæcilia presbytero Card. A. S. L.

2 Dilecti filij Nicolaus electus Nitriensis, &
nobilis vir Georgius comes de Evvesvymar nu-
cij charissimi in Christo filij nostri Ludouici Regis
Vngariæ illustri, ad sedem Apostolicam venien-
tes, quasdam nobis ex parte ipsius Regis de cre-
den.

a To. 7. ep.
secr. 432.
ad 498.

Guidole-
gar Card.
in Vnga-
riam: mis-
sus.

b 1b. ep.
644. ad
647.

c 1b. ep.
372.

d 1b. ep. sec.
648. ad
653. &
677. ad
683.

e Ep. 691.
Decreti-
oratores
a Gallis
pro libe-
randis
principib.
Neap.

f Ep. 696.
Cur. i. t.
si sine in-
carere.

g Ep. 889.

h Bad. ep.

i To. 7. ep.
secr. 904.

1b. ep.
905.

m 1b. ep.
889.

IESV CHRISTI

Annus 1349.

CLEMENTIS PP. VI. CAROLI IV. ROM. REG. 4.
annus 8. IO. PAL. 9. & IO. CANT. 3. IMPP.

1 S Eruatoris anno quadragesimo nono supra
millesimum trecentisimam indictione
secunda attritum est grauissimis cladibus re-
gnum Neapolitanum a Ludouico Rege Vngariæ
Conradi Lupi ducis opera armis sibi asserere.

Quae fuerunt ab Ungari Regis orationibus proposita.

Ioanna ad supplicium postulata.

Caroli Dyrrachij ducis mors excusatur.

Quae in Clementis.

Flagitium Neapolitani regni ius beneficiarium.

Clementis ad Ungarum responsum.

dentia literas detulerunt, multa sub huiusmodi credentia proponentes. Et primo, quod Rex idem mirabatur, nos sicut & datum erat intelligi, aduersus ipsum pro eo, quod regnum Siciliae sine licentia nostra intrauerat, fore turbatos, cum sibi in praefatum regnum non prohibuissemus ingressum, & ipse non in dispendium sanctae Romanae matris ecclesiae, ut eorum verbis utamur, sed ex ea causa illud intrasset, ut de morte clarae memoriae Andreae Regis Siciliae germani sui sumeret ultionem. Nam licet nos quondam Bertrando de Baucio comiti Montiscaeossi, tunc in humanis agentis, dedissemus per nostras literas in mandatis, ut ipse de patratibus & conscijs mortis huiusmodi, & de illa quomodolibet culpabilibus auctoritate nostra inquireret, & iustitiam faceret complementum; tamen charissimam in Christo filiam nostram Ioannam Reginam Siciliae illustrem, quam principalem factricem & caput tanti facinoris asserentes, eam viricidam communiter appellabant, aliosque regales domus Siciliae duxeramus a iurisdictione ac potestate praedicti comitis specialiter eximendos.

Secundo, quod mirabatur etiam praefatus Rex, quod (sicut audierat) nos de morte quondam Caroli ducis Duratij conceperamus causam amaritudinis contra eum, cum ipse Rex Ungariae iuste motus contra praefatum ducem pro eo, quod (ut dicebant) conscius fuerat huiusmodi mortis dicti Regis Siciliae, illique consenserat: & pro eo etiam, quod in morte Regis Ungariae conspirans ipse, cum in ingressu ciuitatis Neapolitanae ordinauerat interfici proditorice, mandasset ac fecisset occidi.

Tertio, quod idem Rex paratus erat, sicut dudum nobis intimauit per dilectum filium Carolum Iorij seruientem nostrum armorum, quem sicut nosti ad eundem Regem haecenus misimus, super liberatione dictorum regalium; recepta tamen prius ab eis, seu pro eis securitate idonea, condescendere votis nostris.

Quarto, quod praefatus Rex mirabatur & conquirebatur, quod nos praefatam Reginam dudum ad sedem venientem eandem sustinueramus Romanam intrare curiam, eamque fueramus sic benigne sicque honorabiliter profecuti: cum ipsa Regina, contra quam viricida verbum saepius iterabant, rea conuinceretur seu crimineretur de huiusmodi morte praefati Regis Siciliae viri sui per confessiones omnium, qui causa mortis eiusdem ultimo fuerant supplicio, suadente iustitia, deputati.

Quinto & ultimo petierunt, quod nos praefatum regnum, ut verbis utamur ipsorum, dicto Regi confirmare vellemus, cum ipse paratus semper fuisset & esset pro dicto regno eidem ecclesiae facere quaecumque praedecessores sui praedicta facere consueverunt ecclesiae, & etiam ultra illa.

Ad quae omnia praefatis nuntijs, conferendo tantum (cum in tantis negotijs sine deliberatione matura finale responsum eis exhibere nollemus) praesentibus dilectis filijs nostris Hugone tit. S. Laurentij & Damasi presbytero, & Guillelmo S. Mariae in Cosmedin diacono Cardinalibus duximus, ut subsequitur, per ordinem respondendum; & primo.

Ad primum, quod praefatus Rex mirari non debuit nec debebat, si ingressus eius in idem regnum nobis displicuerat, ac nos & Romanam ecclesiam, utpote quibus in eo magna fuerat irrogata iniuria, conturbat: nam praefato Regi, siue zelo sumendae ultionis, sicut ipsi propo-

fuerant nuntij, siue pro iure, si quod idem Rex in eodem regno competere sibi pretenderet conseruando, intrare hostiliter non licuerat dictum regnum, cum ad nos & eandem ecclesiam sicut ad superiorem praedicti regni dominum, non ad praefatum Regem, qui priuata persona, dumtaxat in ea parte censebatur atque censetur huiusmodi ultio pertineret quodque Rex idem non debuerat admirari, si nos Reginam & regales eosdem eximendos a iurisdictione praefati Bertrandi comitis duxeramus, cum hoc fuisset consulta cautela prouisum, ne videlicet idem comes, qui utpote ipsius Reginae subditus & vassallus in terra maxime dictae Reginae iustitiam facere de maioribus non audebat, in ea ministranda & exequenda de inferioribus alijs impedimentum vel obstaculum forsitan pateretur. Nec idem Bertrandus comes de huiusmodi maioribus iustitiam facere vlatenus potuisset, quod satis ex eo patuerat, quod ipse comes processum per eum aduersus nonnullos, quos ultimo damnauit auctoritate nostra supplicio, quamquam requisitus & iussus nobis mittere, seu venerabili fratri nostro Bertrando episcopo Sabinensi, tunc tit. S. Marci presbytero Cardinali A. S. L. quem ad dictum regnum pro iustitia fauorabiliter ministranda dictis Regina & regalibus miseramus; quique tanquam zelator iustitiae ac abominator huiusmodi sceleris, si processum habuisset huiusmodi, cum aliunde probationes sufficientes habere non posset, ad executionem iustitiae, sicut a nobis in mandatis habuerat & gerebatur in votis, non deferendo generi, dignitati, vel sexui fauorabiliter processisset, timuit assignare.

Diximus etiam eidem nuntijs ad id, quod proposuerunt, quod nos praefato Ludonico Regi huiusmodi in praedictum regnum non prohibueramus ingressum: quod si diligenter inspexissent literas nostras multas, quas eidem Regi, ut eum ab ingressu retraheremus huiusmodi miseramus, honestius erat eis super hoc tacere quam loqui; subiungentes ad eorum in hac parte conuincendum errorem, qualiter nos haecenus Ioanni electo Vesprimiensi, tunc nuntio dicti Regis Ungariae apud sedem constituto praefatam, post multa verba, quibus eundem electum induximus, ut praefatum Ludonicum Regem ab ingressu in dictum regnum vijs & modis, quibus posset omnibus reuocaret, etiam processus habitos per felicis recordationis Ioannem Papam XXII. praedecessorem nostrum, qui in registris praedecessoris eiusdem, quae in archiuo ipsius conseruantur ecclesiae, de verbo ad verbum conscripti sunt (quos idem praedecessor vim perpetuae constitutionis habere voluit, & per quos aduersus inuadentes vel occupantes regnum ipsum, aut aliquam partem eius graues spirituales & temporales poenae ac sententiae sunt prolatae) monstraueramus, quos ille perlegerat seriose: & qualiter idem etiam Rex processum praedictorum ignorantiam allegare non poterat, cum fuissent in diuersis partibus, per quas veniendo ad dictum regnum ipse quoque Rex transitum habuit, & in ipsius regni locis pluribus publicati: item quod ipsa quoque rei natura Regi praefato in dictum regnum prohibeat ingressum, cum regnum ipsum pleno iure ac immediate ad nos & eandem ecclesiam, sicut & pertinet, pertineret. Adiecitimus insuper, quod non debuit idem Rex iure suo regnum intrare praedictum, quoniam sibi non licuerat, ut praefertur; cum ei, sicut & quibusuis alijs, quod in propria sibi causa ius diceret, nul-

nullo foret iure permiffum: & Regina præfata, quæ tam virtute conuentionum inter eandem eccleſiam & inclytæ recordationis Carolum primum Regem Sicilia, dudum in conſeſſione dicti regni eidem Carolo Regi facta per eandem eccleſiam habitatum, quam vigore teſtamenti [conſeſſionis nimirum Bonifaciano decreto] bonæ memoriæ Roberti Regis Sicilia, cui dictæ Regine hereditario iure in regno ſuccedebat eodem de huiusmodi crimine mortis dicti Andree Regis nec conuicta nec conſeſſa exiſteret, & per conſequentem nec competentem ſibi in eodem regno iure priuata: & quod etiam eo caſu, quo Regina ipſa de huiusmodi crimine conſeſſa exiſteret & conuicta, & per deciſionem definitiuæ ſententiæ huiusmodi iure priuata, regnum ipſum non ad eundem Regem Vngariæ, ſed vel ad eandem eccleſiam, vel ad proximiorum præfate Regine debebat ſine dubitatione deuolui: quodque ſi præfatus Rex Vngariæ de declaratione facta per præſentem Bonifacium Papam VIII. prædeceſſorem noſtrum ſuper ſucceſſione dicti regni conuicti forte vellet, debebat ius ſuum coram nobis, ſicut coram ſuperiore domino & competenti iudice, ordine iudiciario proſequi & petere: non illud ſibi auctoritate ſeu temeritate propria per potentiam & violentiam, quas iura deteſtantur & prohibent arrogare; maxime cum recolendæ memoriæ Carolus Rex Vngariæ pater dicti Ludouici Regis eundem Robertum Regem verum Regem Sicilia toto vitæ ſuæ tempore nominasset, ac etiam reputaſſet.

4 Ad ſecundum reſpondimus, quod de occiſione præfati ducis Duratij turbati merito ſuauimus: & quod nec ipſe Ludouicus Rex circa hoc aliquid rationabiliter ad excuſationis ſuæ velamen ſeu pallium poterat allegare, cum ipſe priuata perſona eundem ducem, in quem iuriſdictionem aut poteſtatem ordinariam vel delegatam aliquam non habebat; & alias omni iuris ordine omnino non ſolum poſtpoſito, ſed corrupto, vt pote non auditum, nec conſeſſum, nec alias conuictum, nec ei cauſa cognita vel expoſita ſuæ mortis, in magnam noſtram & eccleſiæ præfate contumeliam ac ſuæ famæ notam & maculam feciſſet occidi: & quod non erat veriſimile, quod idem dux præmiſſi criminis reus aut conſcius exiſtiſſet, cum ij, qui de huiusmodi crimine ſuſpecti fuerant reputati, eiſdem maxime ducis opere, auxilio, & fauore capti fuiſſent; & tandem, ab ipſis per tormenta illata eis violenter elicitæ veritate, vltimum ſupplicium ſubiſſent: & quod in cor alicuius ſanæ mentis nullo modo cadere potuerat ſine debuerat, nec poterat nec debebat, quod idem dux vir tantarum virtutum, qui pro vindicta ſumenda de morte dicti Andree Regis non ſine multorum odio & malevolentia, quæ contra ſe proinde concitauerat, tanta ſic patenter ſic conſtanter & intrepide fuerat operatus; quique non armatus, ſed inermis Ludouico Regi præfato, in tanto comitatu armorum procerum ac militum & peditum exiſtenti, cum admodum paucis familiaribus & ipſis quoque fratribus ſuis inermibus etiam occurreret, in tantum facinus, mortem ſcilicet dicti Ludouici Regis veſana mente famæ ac honoris ſui prodigus proditorie conuiraſſet.

Ad tertium reſpondendo inſtituimus, quod ipſi nobis ſecuritates, quas idem Ludouicus Rex pro liberatione dictorum regalium peteret aperirent; ſuper quo, licet ſæpius reiterauiſſemus in-

ſtantiam, ſcire id admodum cupientes; nunquam tamen potuimus excutere aliquid ab eiſdem, dicentibus quod idem Ludouicus Rex nunquam cum conſilio ſuo deliberauerat aliquid in hac parte. Idem tamen Nicolaus electus poſt multa verba dixit, quod nulla præfato Ludouico Regi poſſet plena eſſe ſecuritas de prædictis regalibus, ſi eis foret opportunitas libera vllò vnquam tempore prædictum regnum Sicilia reuertiendi. Tu tamen, fili, hæc intra peſtoris tui clauſtra reuoluens, & vias ac modos, quibus circa liberationem dictorum regalium noſtræ ac tuæ intentionis conſequamur effectum, diligenter conſiderans ac ſolenter exquirens, tam apud chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum Regem Rom. illuſtrem, quam alios, de quibus in ſchola experientiæ poſitus vtilius videris expedire, ſic iuxta datam tibi a Domino gratiam deſ ſolicite operam, ſic labores inſtanter, & ſic efficaciæ promotionis ſtudia ſolenter impendas, quod ſuper hoc, ſicut de gratia diuina conſidimus, & ſperamus de tuis operationibus virtuoſis, fructus ex eiſdem laboribus tuis colligas, ac eandem ad nos referas expectatos.

5 Ad quartum quoque reſpondemus, quod nunquam nobis placuerat, immo diſplicuerat, quod eadem Regina curiam intraret eandem: & quod nos eidem Regine diſſuaſeramus per nuntios & literas, vt ab ingreſſu in dictam curiam penitus abſtineret: & quod eandem, cum ad ingreſſum omnino voluntaria videretur, te ac bonæ memoriæ Petrum tit. S. Clementis præſbyterum Card. tunc in humanis agentem, miſeramus ad ipſam, vt eam ab intrandi propoſito retraheretis inductionibus opportunis: quodque cum ipſa, noſtris inductionibus & exhortationibus circa hoc obauditis, omnino curiam intrare vellet eandem, ſibi que prohibere non poſſemus ingreſſum, cum Auinionenſis ciuitas tunc temporis ſua eſſet; fuerat fratrum noſtrorum conſilium, quod eadem Regina, quæ de patrato crimine nec conuicta erat, ſicut prædicatur, nec conſeſſa, recipi vt Regina debebat: vnde contigit, quod nonnulli ex eiſdem fratribus, & quidam ex familiaribus noſtris etiam occurrerunt eidem, & nos etiam recepimus in conſiſtorio iuxta conſuetudinem, quam in receptione perſonarum regalium laudabilis ipſius ritus eccleſiæ ſeruauit & ſeruat: & quod eam, poſtquam curiam prædictam intrauerat, nec honoraueramus velut exigebat ipſius clara proſapia, nec prout incumbentium ſibi negotiorum qualitas requirebat, fueramus fauorabiliter proſecuti: immo ſic eam nobis præfati Regis conſideratio ab omni auxilio fecerat alienam, quod ipſa per ſolemnes nuntios ſeipſam, quam vt vaſſallam eiſdem eccleſiæ in tot & tantis anguſtijs conſtitutam eccleſiæ præfate iuuantem eſſe præſidio & protegendam iuuamine aſſerebat; & ſuppliciter poſtularat; contra ſpem ſuam quereretur abiectam; & ipſius lamentaretur eccleſiæ fauoribus deſtitutam. Rurſus quod nos ipſam ante reſeſſum ſuum de dicta curia per venerabilem fratrem noſtrum Stephanum archiepiſcopum Arelatenſem camerarium noſtrum citari feceramus, vt coram nobis reſponſura ſuper huiusmodi crimine in certo termino, quem ei per eandem camerarium aſſignaueramus preſemptorie, perſonaliter compareret. Propter quæ Regina ipſa, de nobis vt veriſimiliter credimus, & demonſtrauit effectus, male contenta nobis, prout decuerat & debuerat,

Excusatio
Clemētis
cur Ioan-
nam rece-
perit.

Vt ea in
ius vocata
auſugerit.

non visitatis seu visis de curia discesserat antefata. Quamobrem præfatus Ludouicus Rex de nobis in hac parte conqueri nec poterat, nec debebat: sed patientiam nostram potius, quod nec spiritualiter nec temporaliter contra eum, qui prædictum regnum, peculiarem videlicet terram, & specialem hereditatem ipsius ecclesie, non sine sua salutis & status ac fame dispendio, quod sibi ex dictis eiusdem prædecessoris Ioannis * imminerebat & imminet, ac in nostrum & eiusdem sedis opprobrium & contemptum sic affixerat & affligebat, mirari potius debuerat & debebat.

Denique ad quintum & ultimum respondimus, quod nos dictum regnum præfato Ludouico Regi confirmare, aut quouis alio modo concedere nullatenus poteramus; & quod mirabamur admodum, quod ipse Rex, utpote quem credebamus & credimus circumspexit principem & prudentem, ac prudentem uti consilio, talia peteret, quibus & contrarietur omnino iura, & æquitas penitus dissentiret: cum ipsa Regina, quæ regnum prædictum tanquam præfati Roberti Regis heres legitima tenet & possidet, & per multa tempora tenuit & possedit; quæ pro illo dilecto filio nostro Aymerico tit. S. Martini in montibus presbytero Cardinali tunc A. S. L. habenti super hoc per speciales nostras literas potestatem nomine nostro & ipsius ecclesie recipienti, ligum fecit homagium & fidelitatis debita præstitit iuramentum; seque facturam & præstiram nobis in persona sua propria obtulit, si nos ad id recipere voluissemus; eandem iure sibi in eodem regno competenti, ordine iuris postposito, sicut præcipitanter priuanda non foret: & quod, si ipsa quoque Regina velut rea huiusmodi criminis, seruato tamen ordine iudiciario, prout tanti negotij qualitas exigebat, priuanda veniret, expectandus erat calculus diffinitiuæ sententiæ, cui executionem permittere non licebat; quodque, ubi etiam circa hoc iuris solemnitatibus omnibus rite seruatis dicta Regina eodem regno priuata iam esset, non propter hoc poena sua in poenam aliorum innocentium, ad quos regnum prædictum deuolueretur & pertineret, esset quomodo libet retorquenda.

Huiusmodi autem quatuor primis articulis ulterius non deductis, præfati nuntij dicti Ludouici Regis dixerunt nobis circa prædictum articulum quintum & ultimum, se ab eodem Ludouico Rege in mandatis habere, quod ubi huiusmodi sibi confirmationem seu concessionem de dicto regno Siciliae facere negaremus, tunc nobis & non ante super huiusmodi quinto articulo regie intentionis propositum aperirent. Ac tandem inter cætera multa & pulchra verba dixerunt, quod præfatus Ludouicus Rex, sicut fidelis & deuotus noster & ipsius ecclesie filius, paratus erat in manibus nostris libere cedere omni iuri, quodcumque sibi in regno competere antefato, & armigeram gentem, quam in eodem regno ad sua stipendia tenebat & tenet ad se ab inde reuocare; quodque volebat & contentabatur, quod de dicto regno disponderemus libere, siue illud retinendo pro eadem ecclesia, aut alij concedendo iuxta nostræ arbitrium voluntatis; ita tamen quod de præfata Regina super dicto crimine mortis præfati Andreae Regis viri sui, sicut de rea huiusmodi criminis, faceremus iusticiam, dictumque regnum reciperemus ad manum nostram, & sub ea realiter teneremus. Et hæc verba multis vicibus & diebus continuauerunt & reiterauerunt, præ-

sentibus interdum dictis Hugone & Guillelmo Cardinale inuicem, & quandoque altero eorundem.

Nos autem, quibus hæc, nec mirum, satis a principio placuerunt, eidem præfati Ludouici Regis nuntijs sinceritatem deuotionis & fidei dicti Ludouici Regis erga nos & eandem ecclesiam commendantes, respondimus & diximus, quod affectionem ac voluntatem dicti Regis gratam admodum habebamus, offerentes nos paratos de prædicta Regina facere super huiusmodi crimine iusticiæ complementum; ac subiungentes, quod si antefatus Ludouicus Rex instruere officium in hac parte, ac huiusmodi processum per eundem Bertrandum comitem habitum, ut præfertur, mittere nobis vellet, id gratum admodum haberemus: quodque apud eandem Reginam, ut assentiret, quod dictum regnum iuxta voluntatem Ludouici Regis & petitionem nuntiorum suorum prædictorum ad manum nostram poneretur, & realiter (ut præmittitur) teneretur instaremus efficaciter, & faceremus realiter posse nostrum; quin id aliter iuste facere non possemus. *Dat. Avin. x. kal. aprilis anno vii.*

Solicitatus ad restituendam citeriori Siciliae pacem Vngarie Rex a Guidone Cardinale legato, cum Pontificem hereditaria ex Carolo Martello auo maiore nata Caroli II. filio iura refellere videret, iam Roberto Ioanne auo ab ipsius Ludouici parente Carolo agnito iusto Rege; alias concordie leges proposuit, ut nimirum Maria Caroli Dyrrachini vidua Ioannæ soror Stephano duci Transiluanie connubio iungenda dotalia regni iura afferret: tum in Ioannam iudiciorum seueritas distringeretur, qua tradita custodia, vel contumacia damnata, quas præsidario militum tenebat arces, traditurum se Cardinali legato, exercitumque reuocaturum, spondit. Ad que singula responsurus Pontifex eundem legatum his literis instruxit.

Clemens, etc. Guidoni tit. S. Ceciliae presbytero Card. A. S. L.

Ad articulum, in quo præfatus Rex petit, ut dilecta in Christo filia nobilis mulier Maria ducissa Duratij, aut aliqua filiarum ipsius dilecto filio nobili viro Stephano duci Transilvano cum dote iuris Siciliae matrimonio copuletur, tibi sub compendio respondentes; scire te volumus, quod de petitione huiusmodi, quantum ad matrimonij copulam, utpote grata nobis plurimum contentamur; & nos etiam, sicut tibi per alias nostras literas dudum scripsisse recolimus, dilectis filijs Nicolao electo Nitriensi, & nobili viro Georgio comiti Euuesumar nuncijs dicti Regis, tunc apud sedem Apostolicam constitutis, hanc viam tetigimus, interpositis apostolicæ ac opportune dispensationis gratiam offerentes; & nunc maxime apud ducissam eandem instare instantius, & operam efficaciorum pro viribus dare proponimus, ut negotium Deo propitio ad finem perducatur optatum: sed quoad dotem iuris regni ipsius determinate non possumus respondere. [Dicti rationem subiungit, Ioannam Reginam Roberti herodem sceptrum multis annis iure tenuisse; atque Aymerico Cardinali veluti stipendiariam se fidei sacramento deuinxisse, ac Pontificis clientis officia omnia, cum iusserit, exhibituram; & licet mortis Andreae Regis crimine deuincta feratur, nondum tamen damnatam: quare expectandam iudicis sententiam, ac tunc ijs rite gestis, non leue suboriri dubium, an regnum ad Mariam spectaret.]

* processibus

Negatum Vngarie regni Neapolitani dotatione.

Proposita ad Vagantem legem.

Legibus in eadem aduocatum resposum Post.

Proposita ad Vagantem legem.

Tale (f. 6)

De Maria duci Transiluanie locanda actum

Oblatum Clementi regnum Neap. modo Ioannam de viro celo plecteret.

ret, an ad sedem Apostolicam deuolueret].

Ad articulum de inchoato contra Reginam eandem super crimine ipso continuando processu, sic ducimus respondendum, quod sicut memoria tua tenet, vt credimus, Ludouicum in propria persona citauimus, & Reginam predictos, tunc apud sedem constitutos eandem, per venerabilem fratrem Stephanum archiepiscopum Arelatensem camerarium nostrum citari mandauimus & fecimus, vt certa die responsuri inquisitioni, faciendae per nos seu de mandato nostro contra eos de dicto crimine, personaliter comparerent. Sed ipsi, qui de curia Romana nobis, sicut a tua non credimus memoria excidisse, non uisitatis abscefferant, in huiusmodi termino, coram nobis & fratribus nostris in consistorio per procuratores vel excusatores comparentes eorum excipiendo proponere curauerunt, quod dicti Regina & Ludouicus notorijs & continuis inuasionibus & impugnationibus praefati Regis Vngariae, seu gentium suarum, quibus propter imminens eis periculum resistere necessario cogebantur, arctati coram nobis in statuto eis termino comparere personaliter minime potuerunt, praemissis nonnullis allegationibus per solenes aduocatos factis eorum instantius postulauerunt, & vt Regina & Ludouicum predictos a personali comparitione ipsorum excusatos habentes, procuratores seu excusatores ipsorum huiusmodi admittere dignemur. Nos autem cum eisdem fratribus nostris consultius deliberare volentes, vtrum exceptione huiusmodi, quam excusatores seu procuratores iidem fulciebant multis iuribus & rationibus, non obstante, Regina & Ludouicus praedicti reputari potuerint aut debuerint iuste ac rationabiliter contumaces; & hac de causa, & pro eo etiam, quod processum per quondam Bertrandum de Baucio comitem montis Caueosi, dum viueret, auctoritate apostolica habitum contra patratores huiusmodi criminis, quorum aliquos ultimo supplicio deputauit, vt noster, quem ab eodem Rege, penes quem esse dicitur, frequenter petiuimus, & per te ac alios habere nequiuimus, processum habendum contra Reginam eandem in huiusmodi negotio necessario est dilatus. Verumtamen siue habeatur, siue non habeatur processus per eundem comitem habitus, vt praefertur, faciemus per venerabilem fratrem Bertrandum Ostiensem & Velletrensem episcopum, ac dilectos filios nostros Guillelmum tit. S. Stephani in Caelio monte presbyterum, & Galhardum S. Luciae in silice diaconum Cardinales, commissarios per nos in huiusmodi negotio, sicut nostri, specialiter deputatos, in negotio ipso diligenter fauorabiliterque procedi: cum nos non minus, immo quodammodo amplius, quam ipse quoque Rex Vngariae inchoatum processum huiusmodi ad effectum perduci debitum celeriter (quantum iustitia patitur) affectemus, vt si qui rei aut culpabiles tanti flagitij, quod mentem nostram graui continue vulnere fauciat, reperti extiterint, sic prout facinoris qualitas & quantitas exigunt animaduersio digna iustitia distante percipiat, quod eis sit ad penam, & caeteris perpetuis temporibus transeat in exemplum. Terminum tamen certum, infra quem processus huiusmodi finiri & compleri debeat, non possumus assignare praecise, cum in progressu causarum, quantumcumque leuium atq; ciuiliu, multa (sicut te longa experientia docuit) plerumq; contingant, propter quae causarum exitus finisque differtur.

8 Ad articulum illum, in quo praefatus Rex Vngariae obtulit, quod arrestata seu reputata contumace Regina praedicta, idem Rex Vngariae omnes terras, fortalicia, & loca alia, quae in regno Siciliae citra farum praesentialiter detinet, realiter in manibus nostris ponet: rescribimus, quod nos oblationem Regis circa haec acceptantes ipsius volumus vt eum ad id sine conditione, complendum, vel ea omnia in manibus praefati legati omnino ponendum inducas, iuxta praefata tuae circumspeditionis industriam, & datam tibi a Domino gratiam & virtutem efficaciter & solerter (nos enim illa faciemus diligenter & tute, auctore Domino, custodiri eidem Regi) nihilominus offerens, quod quamuis Regina ipsa, quam sicut praedicitur, citari fecimus, & quae illicentiata discessit, facile arrestari non possit, faciemus processum initiatum huiusmodi, sicut praedicitur, contra eam continuari fauorabiliter & accelerari, quantum iustitia limites patientur: & nisi inquisitioni faciendae super memorato crimine contra ipsam respondere curauerit, non solum reputabitur contumax, quinimmo prout negotij merita exigent, & iustitiae debitum suadebit, contra eam ulterius procedetur.

Ad oblationem denique factam per memoratum Regem de stipendiarijs suis, de dicto regno Siciliae absque damno eidem regno & alijs terris eiusdem ecclesiae quomodolibet irrogando, acceptata huiusmodi treugua per te inter Regem Vngariae ac Reginam praedictos (vt praefertur) indicta, effectualiter reuocandis: ducimus respondendum, quod nos oblationem huiusmodi gratam nobis admodum acceptantes, eidem Regi proinde ad dignas gratiarum affurgimus actiones: vtinam tamen iidem stipendiarij, qui non quodammodo sunt, sed quae sua sunt potius semper quaerunt, & qui praedae & quaestui semper prompti venantur propria commoda, in stipendijs aliorum, ipsius Regis in hac parte iussionibus pareant & intendant, &c. *Dat. Auin. xvi. kal. sept. anno viii.*

Ad perducenda facilius haec consilia Pontifex Carolum Romanorum & Boemorum Regem orauit, vt Guidoni Cardinali componenda re Sicula regiam operam persingeret, & ea quae ipsi literis aut verbo exponeret, impigre perficeret. Cumque Vngariae Regis animum ad arcium Sicularum custodiam sedi Apostolicae committendam inflexisse videretur, si Ioanna quas tenebat arces pariter traderet, vt ab eadem sede velut supremo controuersiae iudice ferretur sententia, conuertit studia Clemens vt Regina ipsam ad eandem sententiam adduceret: proposuitq; ob oculos abscissas fere omnes alias spes, nec meliora ad excitandas res suas suscipi posse consilia, quam si apostolicis manibus ad reuocandam in regnum concordiam ab aduersis partibus arces traderentur. Pactae denique inter Vngaros duces & Neapolitanos induciae fuerunt. Et quidem opera Guidonis Cardinalis conciliatas tradit Cortusiorum historia his verbis: *Guidus comes Bononiae supra mare tit. S. Luciae presbyter Cardinalis Rom. ecclesiae legatus, occurrentibus dominis Paduae & laicis cum toto clero intrauit Padua, & sedem posuit in palatio dominorum cum trecentis equis expensis dominorum, anno MCCXLIX. die 12. martij. Postea iuit Venetias, et per Taruisium iuit in Vngariam, et treguas fecit inter Regem Vngariae & Ludouicum maritum Apuliae Reginae. Recreata ita est ab acerbissimo bello ceterior Sicilia. Quia etiam Trinacriae sacrorum vsus ad Ioannae Reginae preces, quae cum Arago-*

Rogatus: Vngarus, vt captas arces pontificiae fidei committeret.

a To. 8. ep. fecr. 74.

Solicitata de eodem Ioanna

b March. Vill. 1. c. 50. Intra in Sicilia cit. induciae. c. Corrus. hist. l. 10. c. 1. * Caecilia

Ioanna Reginae ad iudicium inuentario exceptio.

Qui ad iudicium inuenit iudices.

De vltiore Sicilia.

nijis insulam occupantibus ad firmandas suas partes nonnulla concordia foedera conuerat, a Clemente fuit restitutus ad aliquod tempus, ac praedecessorum Pontificum & internuntiorum sententia subiecto temperata diplomate. a

Clemens, &c. ad perpetuam rei memoriam.

a An. 7. 1. 5
p. 2. ep.
diuersi
form. 341.

9 Dudum felicitis recordationis Ioannes XXII, & Benedictus XII. ac nonnulli alij Romani Pontifices praedecessores nostri, nec non bonae memoriae Gocini tit. S. Priscae presbyter Cardinalis tunc patriarcha Constantinopolitanus, & Raterius episcopus Vastionensis Apostolicae sedis nuntij auctoritate literarum dicti praedecessoris Benedicti aduersus detentores & habitatores insulae Siciliae ac aliarum eidem insulae coherentium insularum, ad nos & eandem ecclesiam pleno iure ac immediate spectantium, propter detentiones insularum ipsarum, ac rebelliones & inobedientias per detentores & inhabitatores eosdem contra eosdem praedecessores & ecclesiam commissas, diuersos processus continentes diuersas excommunicationum & alias spirituales & temporales poenas in singulares personas, ac interdictorum in easdem insulas promulgatas poenas & sententias successuris temporibus habuerunt. Cum autem, sicut accepimus, detentores & habitatores iisdem poenitentis animi ducti consilio ad nostram & ipsius ecclesiae obedientiam & reuerentiam se disponant; nos more pij patris, volentes agere misericorditer cum eisdem, charissimae in Christo filiae nostrae Ioannae Reginae Siciliae illustris, & dilectae in Christo filiae nobilis mulieris Mariae ducissae Duracij, nobis super hoc humiliter supplicantium, ac dictorum detentorum & habitatorum supplicationibus inclinati, omnes huiusmodi excommunicationum & interdictorum, ac alias poenas & sententias, per huiusmodi eorundem praedecessorum & nuntiorum, ac quosuis alios quorumcumque aliorum processus, quauis auctoritate praemissorum occasione habitos in easdem personas & insulas quomodo libet promulgatos, vsque ad festum assumptionis B. Mariae Virginis futurum proximo inclusiu auctoritate apostolica praesentium tenore suspendimus de plenitudine apostolicae potestatis. Volumus autem & auctoritate praedicta decernimus, quod elapso tempore suspensionis huiusmodi, nisi per sedem Apostolicam super his aliud fuerit interim ordinatum, insulae ac personae praedictae in easdem relabatur poenas & sententias ipso facto; quodque huiusmodi poenae ac sententiae perinde plenum robur & efficaciam habeant, ac si huiusmodi suspensio facta nullatenus extitisset. Nulli ergo, &c. *Datum Auin. kal. martij anno vii.*

Irrogato illi interdicto ecclesiastico

Salute ad tempus censurae.

b ib. ep.
872. ad
873.

c Ep. 968.

10 Ad asserendam praeterea Italiae pacem, cum Ludouicus Bauarus extincti Ludouici senioris filius Tridentum pulso Ioanne episcopo Tridentino occupasset, Pontifex Ioannem & Luchinum Vicecomites Mediolanenses, Vbertum e Carraria Patavinum, Scaligerum Veronensem praefectos, atque Andream Dandalum ducem Venetorum sollicitauit b, vt episcopo ad recuperandam urbem Tridentinam auxilia submitterent. Confirmandae praeterea pacis non in Italia modo, verum in reliquo orbe Christiano ob imminentem secularis anni ad quinquagesimum redacti celebritatem in gratiam Urbis sacra loca aduentium pro Anglis & Gallis conciliandis, vt videbitur inferius, defraudauit. In Prouinciam iij. kal. maij misit Philippum c Cauallicensem episcopum Apostolicae

sedis internuntium, vt inducias inter Masilienses & alias Prouinciae & comitatus Folkarquerij vrbes aduersus, ipsos foederatas, inducias promulgaret. Memoratum etiam eandem ob causam Ioannem archiepiscopum Mediolanensem Mastinum Scaligerum a Mantuanos, Opizonem. Atestinum marchionem b, Iacobum, & Ioannem e Pepulis Bononienfes praefectos, vt inducias inirent; hortatus e est: Ioannem etiam archiepiscopum, de quo paulo ante memorauimus, ne ceptum a fratre Luchino in Genuenses bellum promoueret, missoque Alioto Lucij vt pontificis voluntatibus accommodaret animum adducere studuit; legauit a eundem internuntium ad Ioannem Murtam Genuensium ducem, eosque ad pacis consilia flexit. Sentiebat ea respublica hostes acerrimos nonnullos exules, qui ob contraria studia, suspectamque potentiam patriae conspectu bonis priuati erant; ad quos Ioanni Murta conciliandos Clemens Stephanum archiepiscopum Serauallis apostolicum internuntium misit praesensque graues addidit e, vt illius monitis obtemperarent.

Recrudescentibus praeterea Venetos inter ac Genuenses veteribus dissensionibus occasione nauium ac triremium, quae onuste mercibus orientalia maria sulcabant, incendente iras & odia, mercatorum auaritia, iam ante exortis; Clemens, cum prauideret ea dissidia vtramque rempublicam, quae aduersus infideles instar propugnaculorum erant, debilitatura atque orienti allatura exitium, studia apostolica ad redintegrandam inter eos concordiam conuertit; tum etiam cumlavit preces, vt ob imminentis anni iubilei sacrum tempus bello parcerent. Conceptae sunt hac forma literae Venetis missae f.

Clemens, &c. Andrea Dandolo duci Venetiarum.

Perduxit nuper ad audientiam nostram quaedam molesta nobis, sed fide digna relatio, quod inter te & dilectos filios Venetos ex parte vna, & ciues Ianuenses ex altera ex causis aliquibus, procurante patre zizaniae, qui primum schisma suscitauit in caelo, suborta dissensio non solum vtrique parti, sed toti Christianitati, praecipue fidelibus orientalium partium, grauia dispendia comminatur. Quibus nos ex affectu paternae charitatis, quo utrosque vestrum velut dilectos filios attente prosequimur, ante tempus occurrere cupientes, nobilitatem tuam monemus; requirimus, & hortamur, attentius deprecantes; quatenus huiusmodi nocua dispendia, & quot & quanta corporum animarumque pericula dissensio huiusmodi, si progressum haberet, quod auertat Dominus, proculdubio parturiret, prudenter attendens; & considerans etiam diligenter quatenus in hoc futuro proximo, acceptabili, & salutifero tempore, anni scilicet quinquagesimi iubileo, in quo pro vniuersali salute fidelium omnibus venerabiles beatorum Apostolorum Petri & Pauli basilicas ac Lateranensem ecclesiam de Vrbe visitantibus certo modo indulgentiam plenam omnium suorum concessimus peccatorum, in consecutione tantae indulgentiae impediret; ab omni noxia nouitate contra memoratos ciues Ianuenses quomodolibet facienda profus abstinere, &c. *Dat. Auin. vii. kal. decembris anno viii.* Praeterea eundem ducem ac Ioannem Murtam ducem Genuensium excitauit g, vt excurrente ad festum purificatae Virginis temporis spatio oratores pro tractanda pace mitterent.

d Ep. 26.
b Ep. 439.
370.

c Ep. 71.

d Ep. 241.
Pax inter
Vicecomites
& Genuenses
inita.

e Ep. 73.

Venetis
& Ligures
mutuo
dissent.

f 783. ep.
iur. 104.

g Pontifici
pro ip. co
ciliandis
studia.

h ib. ep.
post. 104.
ep.

Ce-

II Dedit quoque omni contentione operam Pontifex a, vt ob iubilei, quod ad Romanorum gratiam quinquagesimo quoque anno recurrente indictum erat, celebritatem limina Apostolorum aduentum salutis ac itinerum libertati prospiceretur. De redacto in quinquagesimum annu iubileo meminit anonymus auctor Germanus in his verbis: *Eodem anno de mense ianuarij predictus dominus Papa, presentibus ambaxiatoribus Romanorum in anno quinquagesimo futuro omnibus visitantibus Urbem concessit indulgentiam plenariam, & annum illum statuit iubileum in perpetuum: quem olim Bonifacius VIII. statuerat de centesimo in centesimum, iste de quinquagesimo in quinquagesimum commutavit.* Extat de eo subiectum Clementis diploma e, quod Anibaldus legatus Cardinalis Romanis attulit d, transmissumque est ad presules e totius orbis Christiani, vt illud promulgandum curarent.

Clemens & c. venerabilibus fratribus archiepiscopo Burdegalensi, eiusque suffraganeis.

Dudum de fratrum nostrorum consilio & plenitudine apostolica potestatis indulgentiam quam felix recordationis Bonifacius Papa VIII. predecessor noster omnibus vere penitentibus & confessis, qui beatorum Petri & Pauli Apostolorum basilicis de Vrbe in anno a natiuitate Domini mccc. & ex tunc quolibet anno centesimo secundo certo modo visitarent concessit, ad annum quinquagesimum duximus reducendam; statuentes, quod quicumque voluerit indulgentiam huiusmodi assequi, basilicas predictas ac Lateranensem ecclesiam in anno a natiuitate eiusdem Domini mccc. proxime securo, & ex tunc de quinquaginta in quinquaginta annis certo modo visitare deberent, prout continetur plenius in confectis super hac literis nostris, quarum tenor talis est.

Clemens episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Vnigenitus Dei Filius de sinu Patris in vterum dignatus est descendere matris, in qua & ex qua nostrae mortalitatis substantiam diuinitati suae in suppositi vnitate ineffabili vnione coniunxit, id quod fuit permanens, & quod non erat assumens, vt haberet vnde hominem lapsum redimeret & pro eo satisfaceret Deo Patri. Vbi enim venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum natum ex muliere factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, & adoptionem reciperent filiorum: ipse namque factus nobis a Deo sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio non per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiit semel in sancta aeterna redemptione inuenta: non enim corruptibilibus auro & argento, sed sui ipsius agni incontaminati & immaculati pretioso sanguine nos redemit, quem in ara crucis pro nobis innocens immolatus, non guttam sanguinis modicam, quae tamen propter vnionem ad Verbum pro redemptione totius humani generis suffecisset; sed copiose velut quoddam profusum noscitur effudisse, ita vt a planta pedis vsque ad verticem nulla sanitas inueniretur in ipso. Quantum ergo exinde, vt nec superuacua, inanis, aut superflua tanta effusionis miseratio redderetur, thesaurum militanti ecclesiae acquisiuit, volens suis thesaurizare filijs pius pater, vt sic sit infinitus thesaurus hominibus, quo qui vsi sunt Dei amicitiae participes sunt effecti! Quem quidem thesaurum non in sudario repositum, non in agro absconditum,

sed per B. Petrum celi clauigerum eiusque successores, suos in terris vicarios, commisit fidelibus salubriter dispensandum, & pro pijs & rationabilibus causis nunc pro totali, nunc pro partiali remissione poenae temporalis pro peccatis debita tam generaliter quam specialiter, prout cum Deo expedire cognoscereat, vere penitentibus & confessis misericorditer applicandum. Ad cuius quidem thesauri cumulum beatae Dei genitricis & omnium electorum a primo iusto vsque ad vltimum merita adminiculum prestare noscuntur, de cuius consumptione seu diminutione non est aliquatenus formidandum tam propter infinita Christi (vt praedictum est) merita, quae pro eo, quod quanto plures ex eius applicatione trahuntur ad iustitiam, tanto magis accrescit ipsorum cumulus meritorum.

Quod felix recordationis Bonifacius Papa VIII. predecessor noster pie, sicut indubie credimus, considerans; & attenta meditatione reuoluens, quanta apud homines gloriosi principes terrae Petrus & Paulus (per quos euangelium Christi Romae resplenduit, & per quos ecclesia religionis sumpsit exordium, qui facti Christiani populi per euangelium genitores, gregisque dominici pastores, fidei lucernae, ecclesiarum columna, praeteris peculiari quadam prerogatiua in ipso Salvatore fidei virtute praecellunt; quorum vni, scilicet Apostolorum principi, sicut bono dispensatori clauis regni caelorum commisit, alteri tanquam idoneo doctore magisterium ecclesiae eruditionis iniunxit) in speciali veneratione haberi debeant & debita honorificentia venerari, pro ipsorum memoria recolenda crebrius & reuerentia a cunctis Christi fidelibus eis deuotius exhibenda, ipsorumque patrocinio favorabilius assequendo inconsumptibilem thesaurum huiusmodi; pro excitanda & remuneranda deuotione fidelium voluit aperire; decernens de fratrum suorum consilio, vt omnes, qui in anno a natiuitate Domini mccc. & quolibet anno centesimo ex tunc securo ad dictorum Apostolorum basilicas de Vrbe accederent reuerenter, ipsasque si Romani ad minus triginta, si vero peregrini aut forenses quindecim diebus continuis vel interpolatis saltem semel in die, dum tamen vere penitentes & confessi existerent, personaliter visitarent, suorum omnium obtinerent plenissimam veniam peccatorum.

Nos autem attendentes, quod annus quinquagesimus in lege mosaica, quam non venit Dominus soluere, sed spiritualiter adimplere, iubileus remissionis & gaudij, sacerque dierum numerus, quo lege fit remissio, censebatur; quodque ipse quinquagenarius numerus in testamentis veteri quidem ex legis datione, in nouo ex visibili sancti Spiritus in discipulos missione, per quem datur peccatorum remissio, singulariter honoratur; quodque huic numero plura & grandia diuinarum adaptantur mysteria scripturarum; & clamorem peculiaris populi nostri, Romani videlicet, hoc humilliter supplicantis, ac nos ad instar Moyse & Aaron per proprios & solemnes nuntios ad hoc specialiter destinatos orantis pro toto Christiano populo & dicentis: *Domine aperi eis thesaurum tuum fontem aquae viuae*; desiderantes benignius exaudire, non quidem vt sicut illius populi Israelitici indurati cesserat murmuratio, sed vt istius praedilecti populi & cunctorum fidelium augeatur deuotio, fides splendeat, spes vigeat, charitas vehementius incalcescat; volentesque quam

Ve Bonifacius centesimo quoque seculo iu. bileum instituerit

Quinquagenarius numerus in sacris literis sa. cer.

plurimos huiusmodi indulgentiæ fore participes, cum pauci multorum respectu propter vitæ hominum breuitatem valeant ad annum centesimum peruenire; de fratrum nostrorum consilio prædictam concessionem eiusdem indulgentiæ ex supra scriptis & alijs iustis causis ad annum quinquagesimum ducimus reducendam, statuentes de fratrum consilio prædictorum, & apostolicæ plenitudine potestatis, vt vniuersi Christiani fideles, qui vere penitentes & confessi in anno a natiuitate eiusdem Domini MCCCL. proxime futuro & deinceps perpetuis futuris temporibus de quinquaginta in quinquaginta annis prædictas eorundem Apostolorum Petri & Pauli basilicas ac Lateranensem ecclesiam (quam inclytæ recordationis Constantinus, postquam per B. Siluestrum sicut per eodem Apostolos Deo reuelante cognouit, renatus fonte baptismatis fuerat, & a contagio lepræ mundatus, in honorem Saluatoris construxisset; quamque idem B. Siluester nouo sanctificationis & chrisimationis genere dedicasse leguntur, & in cuius ecclesiæ parietibus præfati Saluatoris imago depicta primum toti populo Romano visibiliter apparuit deuotius veneranda, quam ex his & alijs certis & rationabilibus causis, vt ipsa ecclesia pariter indulgentiæ prædictæ priuilegio decoretur, & deuotus populus ab eodem Salvatore, qui in præfatis Apostolis mirabilis prædicatur, eorum meritis & precibus indulgentiæ mereatur percipere largitatem, in hac censuimus honorandam) causa deuotionis modo præmissis visitauerint; plenissimam omnium peccatorum veniam consequantur: ita videlicet, vt quicumque voluerint huiusmodi indulgentiam assequi, si Romani ad minus triginta continuis vel interpolatis saltem semel in die; si vero peregrini, aut forenses modo simili quindecim diebus ad prædictas basilicas, & ecclesiam accedere teneantur: ac adijcientes, vt ij etiam, qui pro ea consequenda ad easdem basilicas & ecclesiam accedentes post iter arripitum impediti legitime quo minus ad Urbem illo anno valeant peruenire, aut in via vel dierum prætaxato numero non completo in dicta Vrbe decesserint vere penitentes, vt præmittitur, & confessi, eandem indulgentiam consequantur; omnes nihilominus & singulas indulgentias, per nos vel prædecessores nostros Romanos Pontifices tam prænomnatis quam alijs basilicis & ecclesijs de dicta Vrbe concessas ratas & gratas habentes, ipsas auctoritate apostolica confirmamus & approbamus, & etiam innouamus, & præsentis scripti patrocinio communiemus. Nulli ergo, &c. *Dat. Auin. vi. kal. february pontificatus nostri anno 1.* Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus singuli vestrum in singulis vestris ciuitatibus, & diocesis prædictas literas nostras subditis vobis clero & populo publicetis & intelligibiliter exponatis, vt annuente Domino ad promerendam huiusmodi indulgentiam se disponant. Cæterum quia præsentis literæ nequirent forsitan propter viarum discrimina vel alia impedimenta legitima singulis vestrum commode præsentari, volumus quod per te frater archiepiscopo dictarum literarum transumptum manu publica scriptum tuoque munitum sigillo vobis fratres suffraganei transmittatur, cui velut originalibus literis adhiberi volumus plenam fidem. *Dat. Auin. xv. kal. septembris anno viii.* Excitati etiam a urbani magistratus, viri prænobiles, ac populus, vt mutuas discordias ad præstanda libera itinera

Ad annū
quingiesimum
redigitur
subilium

Imperat⁹
dierum
numerus
Romanis
extensq.

Iussi præ-
sules pro-
mulgare
diploma
pontificiū

To 7. ep.
scr. 900.
901.

ponerent. Neque hoc loco silentio prætereundum videtur, flagitasse plures Reges, Castellæ nimirum, Aragoniæ, Lusitanæ, & Cypri, aliosque principes, inter quos Albertus dux Austriae fuit, vt cum Romam adire pro lucrands indulgentijs non possent, ipsis ac nonnullis regni familiaribus sibi addictissimis pontificia liberalitate concederetur; vt eadem præmia sacra consequi alia ratione liceret; quorum pijs postulatis annuere Clemens distulit, rescriptisque Austriae duci, rem se in consilium cum Cardinalibus adducturum.

12. Recrudere hoc anno graues in Germania dissensiones, cum Bauari principes & alij, qui Ludouici extincti partes erant secuti, præcipuo auctore Henrico Moguntina sede depulso, quamuis anno superiori Eduardo Regi Angliæ, deinde Friderico marchioni Misniæ tyrannidem frustra detulissent, respicientibus ijs plenum periculis atque iniustum honorem; iterum audacem virum, tumidum ambitione, ac manu promptum, nimirum Guncherum comitem Schuartzburgensem in Thuringia mense februario ad solium extulere, vt Carolum Regem euerterent. Impendebat inde graue periculum, ne schisma vetus confirmaretur; insolesebatque adeo facta Guncherus ob adeptam tyrannidem, vt se Carolum Romanorum Regem deiecerum, solio præfideret, atque eum locum, in quo Carolus congregatum iri copias suis edixerat, ad hastiludia exercenda suis designarit. Sed breui Regis theatralis instar exutus purpura est, ipsiusque ad fundendum humanum sanguinem promptissima manus, quæ iniuste sceptrum Romanum atretarant, non sine iusto Dei iudicio sunt contractæ, de quo hæc Rebdorfius a: *Cum utraque pars se præpararet ad bellum, subito infirmitas inuasit illum de Schuartzburg, & contractus est manibus: quod factum sibi plures aserebant ex veneno.* Et infra: *Multi autem dicebant vindicta diuina illum de Schuartzburg tam subito decumbere.* Et quidem iustissime, cum hoc anno vi. id. martij Marsilij hæresiarchæ ac Ludouici Bauari hæresim sectatus sanxisset e Rom. Pontificem secundum omnia iura diuina & humana debere subesse imperio, & contrarium sentientes læsæ maiestatis crimine damnasset vna cū præcipuis illius signiferis Henrico Moguntino exauctorato, Ludouico maiore natu filio Ludouici Bauari defuncti, ac Ruperto duce in Caroli Regis potestatem est redactus. Cuius felicitis victoriæ, quam nullæ strages funestauerunt, laureatis Caroli Regis literis accepto nuntio Pontifex, ingenti gaudio delibutus victori gratulatus est, atque ad cultum diuini Numinis ac regias sectandas virtutes eundem adhortatus.

Clemens, &c. Carolo Romanorum & Boemæ Regi illustri.

13. Excelsus super omnes gentes Dominus, qui humilia respicit & alta de longe cognoscit, sicut humilibus gratiam suam benignus impendit, sic profecto superbis cogitantibus alta resistit, & praua studia eorum annihilat, ac aduersos peruersosque conatus elidit. Probauit hoc in humilitate tua, charissime fili, potentis suæ mira dignatio his diebus, dum Guncherum comitem Yvartzbourt, qui ad instar luciferi superbia nimia intumescens, sedem ad ruinam potius, quam ascensum ab aquilone ponere, folium tuum euertere satagens, temeritate damnabili præsumebat; & Henricum olim archiepiscopum Maguntinum,

16. 91.
Flagitantes
principes
subilium
no potius

Graues
Germaniæ
turbe.

Gunche-
rus creatus
Cæsar a
perduellibus.

Rebdorfius
in annal.
Alb. d. 13.
in chron.
Gesta Cl.
VI. apud
Bisj. Nau.

cler. gen.
45. Baro-
not. M. S.
Auctori.

in annal.
Bair. l. 7.
& Julij.
c. Alb. d. 13.
ibid.

Miseri-
perit.
Rebdorfius
ubi supra
M. S. lib.
Vat. 111.

Var. 111.
n. 3765. in
Clem. 11.
& Ex. illud
edictum.

apud Gie-
d. 10. 3.
pag. 414

Victori
Carolo
gratulatur
Pontifex.

170. 8. 1.
scr. 901.

Victori
Carolo
gratulatur
Pontifex.

170. 8. 1.
scr. 901.

Qui fuerint
Guncheri
cores.

num, qui non attendens ad petram, de qua scissus fuerat, sed in superbiam leuiter eleuatus, immemor beneficiorum a Romana ecclesia perceptorum, tergum ei vertit non faciem, ne superbus humili Deo sacerdotio fungeretur, merito reprobatus, & dum eleuaretur abiectus est; nec non, filium & nepotem damnata memoria Ludouici de Bauaria, Dei & ipsius ecclesie persecutoris & hostis, qui tanquam squammæ, per quas non transit vitæ spes, se inuicem colligant, & se tibi, vt erigerent idolum, quem conseruant, superbe nimis opponere tuisque obuiare processibus conabatur; sicut nobis per celsitudinis tuæ litteras, quas cum ingenti lætitiâ & exultatione magna recepimus, intimasti, in manu tua mira omnipotenti suâ virtute sine humani sanguinis effusione conclusit. De quo ei, per quem datur regnare principibus, & a quo est omnis victoria, laudes & gratias referentes, & immolantes pro triumpho tantæ victoriæ vitulum laborum; serenitatem tuam monemus, requirimus & hortamur in Domino, attentius deprecantes, quatenus tantæ tibi gratiæ collatæ a Domino in victoria huiusmodi, quæ non viribus tuis, sed ipsius potius ascribatur potentiæ, gratus & deuotus acceptor, sic te ante ipsum creatorem tuum semper humiliter, & tua deuoneas vota sibi, sicque tuos gressus in semitam suorum dirigas mandatorum, quod ipse, qui fidelibus suis potenter assistit, & eos saure prosequitur opportuno, sic actus tuos & opera dirigat, sicque tuis propitiis processibus faueat, quod ad eius & ipsius ecclesie suæ sanctæ honorem & gloriam & collapsi status reparationem imperij, ac pacem & tranquillitatem populi Christiani confringas in virtute sua elata cornua superbiorum, eisque sub potentiæ suæ dextera humiliatis & domitis, de bono semper in melius prospereis.

Cæterum super eo, quod de adducendo, vt literarum tuarum verbis vtamur, eodem filio dicti Ludouici pro honore ipsius ecclesie ad nostram præsentiam prædictæ literæ continebant; tuæ erga nos & eandem ecclesiam sinceræ ac solite deuotionis affectum dignis prosequimur actionibus gratiarum: tu tamen, fili, qualitate negotiorum grandium incumbenti tibi, quorum prosecutioni fauit & fauet diuina potentia, & præsentium temporum conditione pensatis, attente prospicias & provideas diligenter, qualiter Alamanniæ partes (quæ vt pote præteritorum fluctuum conuulsatione lassatæ, ad ægrotantium insar in reciduum, quod Deus avertat, possent relabi) facile sis hoc tempore sine periculo, quod ex absentia tua posset eisdem forsitan imminere negotijs, quæ felicibus cupimus successibus prouehi, dimissurus. *Dat. Auin. xlv. kal. iunij anno viii.*

14. Parta est hoc triumpho Germaniæ pax, cum tentata scelere aduersus iustum Regem ab Apostolica sede confirmatum tyrannorum trina electio aborsum fecisset; atque vniuersi in Caroli Regis obsequiū procubuerunt; & Guncherus comes, tyrannide vanisque iribus cedere coactus a fremens licet a suis fuit desertus. Vingtiam tamen duo millia marcharum, ac duo oppida imperialia in Thuringia ad vitam accepisse ferunt quibus non diu potiturum, cum duobus circiter post mensibus extinctus sit. Cæterum Carolus Aquigrani iterum die B. Iacobo Apostolo sacra redimiri voluit argentea corona, non quod rite Bunnæ regijs ornamentis non fuisset insignitus, cum

Aquigrani peragenda pompa decreto pontificio Bunnâ translata esset; sed vt discordiarum causas aucupaturis, calumniæque ora obsrueret; vnde non ab hac secunda, sed a prima iussu pontificio perfecta regni annos est auspiciatus. De exorta vero inter Iuliacensem comitem & marchionem Brandenburgensem in ea celebritate de sceptro tenendo dissensione hæc scribit Rebdorfius: *Rex Carolus, communiter recognitus ab omnibus principibus & ciuitatibus in Alemannia Rex Romanorum, cum Regina uxore sua nuper ducta transit Aquigranum: ubi secundo cononatur & Regina secum in festo B. Iacobi per dominum archiepiscopum Coloniensem. In qua coronatione, cum marchio Iuliacensis sceptrum teneret regale, Ludouicus marchio Brandenburgensis recipere voluit sibi de manu, dicens ad officium suum hoc spectare; propter quod rumor est inter eosdem dominos suscitatus: quem Rex interceptit, & per principes exitit definitum, quod quando Rex Romanorum coronatur, tunc ad officium marchionis Brandenburgensis spectat sceptrum regale tenere: sin autem feuda regalia conceat, tunc ad officium alterius marchionis hoc spectat. Rex autem non ab hac coronatione, sed a prima annos regni sui scribit.*

Porro Ludouicum maiorem natu filium alterius Ludouici extincti, de quo toties sermo fuit marchionatu Brandenburgensi, quem non in isto titulo antea post Vyaldemari obitum comparasse ex edictis pontificijs vidimus, a Carolo Rege Romanorum vt imperij beneficium accepisse, interprete concordia Rudolpho duce Bauariæ & Palatino Rheni, ac sacra imperij insignia, quæ pater obtinuerat, restituisse refert Dubrauius his verbis h: *Consueuerant Casares insignia Cesarum cum sanctis quibusdam reliquijs apud successores deponere, quæ tunc omnia Ludouicus post obitum patris in sua potestate habuit: gladius magni Caroli erat, lancea Christi, dextra portio S. Crucis cum vno clauo, & mappa qua vltima mensa Domini strata fuit, non magni cuncta pretij apud talium rerum contemptores, at apud Christianissimum Carolum in tanto pretio posita, quanto nulla res profana vel pretiosissima. Proin consilium Palatini fuit, vt Ludouicus nactus reliquiarum tantum estimatorem, illas pro redimenda pace quietaque marchionatus Brandenburgensis possessione permittaret: quod ubi ille fecit, Carolus sine ulla cunctatione illum vestibus marchionis & ornamentis solemniter inuehsit. In reuocando illo ad ecclesie gratiam, abolendisque edictis apostolicis in ipsum latis non leues difficultates intercessere: quæ demum, frangente diuino Numine duritiem animi, ad Christianam penitentiam, ac paterno schismate rite damnato, victæ e tuere; de quibus suo loco.*

15. Flagitantibus iam ante a sede Apostolica ventam clero populoque Vyormatiensi, ob secutas Ludouici Bauari partes, habitum cum illo commercium, contractas censuras ecclesiasticas, violatum interdictum, profanata diuina, accepta ab eo publica munera, gestasque dignitates; Pontifex paternum redeuntibus sinum explicuit, ac Balduino Treurenfi & Gerlaco Moguntino archiepiscopis partes dedit, vt ipsos e præscripta subiecta formula absoluerent.

Clemens, &c. Balduino Treurenfi & Gerlaco Moguntino archiepiscopis.

Fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel alter vestrum eos, qui ab eodem Ludouico honores & officia, sicut præ-

Rebdorf. in annal.

Brandenburgensis marchionis mundum coronantur Casares.

Dub. hist. Boem. l. 22.

Inn. an. 8. ep. fecr. pag. 24. Bauarici schismatis sequaces ad ecclesie obsequium redeunt.

To. 7. ep. fecr. 886.

Exactum ab ijs sacranientu præ-

Monitus Carolus, vt grati & Deo ex libeat.

Præcedit Comitia det præsentia.

Alii Arg. iustif. an. vii. l. 1. l. 2. l. 3. l. 4. l. 5. l. 6. l. 7. l. 8. l. 9. l. 10. l. 11. l. 12. l. 13. l. 14. l. 15. l. 16. l. 17. l. 18. l. 19. l. 20. l. 21. l. 22. l. 23. l. 24. l. 25. l. 26. l. 27. l. 28. l. 29. l. 30. l. 31. l. 32. l. 33. l. 34. l. 35. l. 36. l. 37. l. 38. l. 39. l. 40. l. 41. l. 42. l. 43. l. 44. l. 45. l. 46. l. 47. l. 48. l. 49. l. 50. l. 51. l. 52. l. 53. l. 54. l. 55. l. 56. l. 57. l. 58. l. 59. l. 60. l. 61. l. 62. l. 63. l. 64. l. 65. l. 66. l. 67. l. 68. l. 69. l. 70. l. 71. l. 72. l. 73. l. 74. l. 75. l. 76. l. 77. l. 78. l. 79. l. 80. l. 81. l. 82. l. 83. l. 84. l. 85. l. 86. l. 87. l. 88. l. 89. l. 90. l. 91. l. 92. l. 93. l. 94. l. 95. l. 96. l. 97. l. 98. l. 99. l. 100.

præmittitur, receperunt; postquam huiusmodi honores & officia dimiserunt, ac tam ipsos quam alios clericos seculares & regulares, postquam publice confessi fuerint coram vobis, se tenuisse & tenere fidem catholicam, & credere ac tenere quod credit, tenet; & docet sancta Romana ecclesia; nec non credidisse & credere, quod non spectat ad Imperatorem Papam seu Romanum Pontificem deponere & alium eligere vel creare, quinimmo hoc reputant hæreticum & hæresim damnatam per ecclesiam memoratam; ac in manibus * nostris iurauerint, quod super iniurijs illatis & commissis per eos, contumacijs, rebellionibus, adhesionibus, fautorijs, & alijs implicite vel explicite confessatis & non confessatis per ipsos, ac cæteris pœnis & sententijs spiritualibus & temporalibus, quas propter præmissa vel eorum occasione vt prædicitur incurrerunt, nostris & eiusdem ecclesiæ mandatis parebunt; & quod nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus canonicè intrantibus fideles erunt, & nobis & illis debitam & deuotam reuerentiam & obedientiam exhibebunt; & quod cum fautoribus & sequacibus dicti Ludouici, quando erunt in rebellionem ipsius ecclesiæ, aut alijs hæreticis & schismaticis, vel cum sequacibus eorum per dictam ecclesiam denotatis de cætero non erunt, nec eis aut quibuscumque alijs contra eandem ecclesiam dabunt auxilium, consilium, vel fauorem; quodque nulli Imperatori seu Regi Romanorum, aut administratori imperij seu regni Romanorum obedient vel adhærebit, nisi ille fuerit primitus per eandem ecclesiam approbatus, & cum aliquo vel aliquibus in rebellionem eiusdem ecclesiæ existentibus, contra ipsam ecclesiam colligationem, coniurationem, conspirationem, confederationem non facient neque ligam; ab huiusmodi pœnis & sententijs, si hoc humiliter petierint, iuxta formam ecclesiæ absoluantur, ac pœnis & interdictum huiusmodi relaxeris, iniunctis clericis & personis laicis eiusdem pœnitentia salutari & alijs, quæ de iure fuerunt iniungenda: nec non cum eisdem clericis & personis ecclesiasticis super irregularitate, per eos contracta, sicut prædicitur, dispensentis. Datum Auinionem. xv. kalendas aprilis anno vii.

Acerba hæc pœnitentiæ formula visa est Moguntinis a ad ecclesiæ gratiam redituris, quæ ante Basiliensibus, Argentinesibus, & alijs ex Alberto Argentinesibus a superiorè visam diximus; ac plures pudebat se male de fide sensisse confiteri: quare Carolus Rex apud Clementem interpretem egit, vt molliorem formam pro restituendis præsulibus, magnatibus, ac populis pristina ecclesiæ gratiæ componeret. Cui Pontifex vii. id. iunij respondit, videri admodum difficile eam formam, absoluendorum schismaticorum Germanorum Ioannis XXII. tempore compositam & etiam tum seruatum, immutare: ad Friderici tamen marchionis, quem tyrannidem oblatam detrectasse vidimus, Langrauij Hassiæ, & aliorum procedurum & insignium populorum gratiam cum Cardinalibus se deliberaturum.

16 Destituti Germanorum principum clientela Guillelmus Ochamus & impietatis socij pseudomonicæ censuris solui demisse flagitarunt, quos ad Franciscanæ familiæ preces piorum cœtui restitui præscripta ciuranda hærescos formula Clémens iussit, dato hoc diploma

Clemens, &c. Dilecto filio ministro generali ordinis fratrum Minorum.

Petito pro parte tua & dilectorum filiorum capituli generalis tui ordinis nobis exhibita continebat, quod aliqui fratres vestri ordinis, quamuis paucissimi, qui quondam Michaeli de Casena & Ludonico de Bauaria obediuerunt, & specialiter Vvillhelmus de Anglia dicti ordinis professor in Monacho remansisse noscuntur, idemque Vvillhelmus sigillum antiquum dicti ordinis, quod diu habuit, tibi remisit; & tam ipse quam alij dicti fratres residui ab excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententijs atque pœnis in tales per processus apostolicos promulgatis, quas idem Vvillhelmus & alij fratres, adhærendo seu obediendo Michaeli & Ludonico prædictis, incurrerunt, desiderant se absolui, suntque parati nostris & eiusdem ecclesiæ mandatis obedire; quocirca pro parte tua & ipsorum capituli nobis extitit humiliter supplicatum, vt eisdem fratribus, qui ad Romanam curiam, sicut asserunt, commode venire non possunt, ipsorumque statui super hoc prouidere de benignitate apostolica dignemur. Nos itaque votis eorum volentes anhuere in hac parte, vestris supplicationibus inclinati, discretioni tuæ, de qua specialem in Domino fiduciam gerimus, Vvillhelmum & alios fratres prædictos eidem ecclesiæ reconciliandi, eosque a dictis sententijs atque pœnis iuxta formam per nos super hoc ordinatam, ac de verbo ad verbum presentibus annotatam, infra annum a data presentium, si hoc humiliter petierint, absoluendi plenam & liberam concedimus auctoritate apostolica tenore presentium facultatem. Forma autem absolutionis talis est.

Ego N. ordinis fratrum Minorum professor confiteor, me tenuisse & tenere fidem catholicam, credere & tenere quod credit, tenet, & docet sancta mater ecclesia Romana: ac credidisse & adhuc credere, quod non spectat ad Imperatorem Papam seu summum Pontificem deponere, & alium eligere vel creare: sed hoc hæreticum reputo, & hæresim damnatam per ecclesiam supradictam. Insuper ad sancta Dei euangelia iuro, quod stabo & parebo mandatis ecclesiæ & domini nostri Papa super illatis iniurijs & contumacijs, fautorijs & alijs implicite vel explicite per me confessatis & non confessatis, ac cæteris pœnis & sententijs, quas incurri ab homine vel a iure propter præmissa & ea tangentia: & quod domino Papa, qui nunc est, & eius successoribus canonicè intrantibus fidelis ero de cætero, eisque debitam obedientiam & reuerentiam exhibebo; nec hæresibus, erroribus, opinionibus, seu rebellionibus contra dictam ecclesiam Ludouici quondam de Bauaria & Michaelis de Casena, vel fautoribus suis, siue ei adherentibus, aut eius sequacibus in rebellionem dictæ ecclesiæ, seu alijs hæreticis ac schismaticis adharebo, aut cum eorum sequacibus per dictam ecclesiam denotatis deinceps ero: nec eis seu alijs quibuscumque dabo contra Romanam ecclesiam consilium, auxilium, vel fauorem directe vel indirecte, publice vel occulte, nec cum quocumque in præfata ecclesiæ rebellionem existentem allegationem conspirationem, siue ligam. Datum Auin. vi. id. iunij anno vii.

17 Fuisse Ochamum in extremo vitæ actu conciliatum ecclesiæ ferunt, & contenduntque nonnulli, qui eius apologiam texunt, in se hærescos maculam nunquam suscepisse, quamuis proterue & imprudenter se gesserit. At non videtur ab homine huiusmodi hærescos labem posse detergi: constat enim

Non spectare ad Cæsarem instituere vel destituere Papam. * vestris

De eodem de Pontifice.

Non agno scedo Cæsare nisi a Pontifice confirmatus sit.

70.8. ep. secr. pag. 8
Alb. Arg. in chron. Pudit ali quos proceres fati ri fuisse hæreticos b 70.8. ep. secr. pag. 8.

Ocham⁹ & socij veniam possunt. d An. 7. 1. 2. ep. com. 3543.

Eitand certum de scriptate multa.

An facti hærescos a Tribu de scriptate anno. C. 1347.

enim quod Guillelmus Ochamus contra decre-
tum fidei, Cum inter nonnullos, pertinacissime
contrarium errorem tenuit, iudicio postulatus
non paruit a ecclesie, defixus hæreseos sententia
eandem scriptis propugnauit, & Michaelis hære-
sarchæ impijs commentarijs se subscripsit b :
Christi vicarium in edendo fidei decreto se hæres
maculasse effutijt c : iunxit a se hædere hæresi-
archis Michaeli & Marfilio, & antipapæ Petro e
Corbaria impostori, qui Nicolai V. nomen inua-
ferat. Nec modo aduersus Ioannem ex liuore &
rabie, sed etiam aduersus Benedictum XII. fidem
catholicam propugnantem, impijs prouocationes
ad synodos futuras edidit e. Quomodo aut-
tem tot tantaque facinora ab hæresi excusari pos-
sint, non apparet. Debent itaque prius illius
encomiastæ iudiciarias sententias tum a Ioanne
Papa, a quo non solum hæreticus, sed hæresi-
archa appellatur Ochamus f, tum a Minoritarum
familia in publicis comitijs editas g infringere.
Neque contendere quis poterit sanam fuisse &
catholicam Ochami doctrinam, cum lata sit ab
ecclesia sententia h, illam circa paupertatem,
Christi & Apostolorum fuisse hæreticam, & con-
stet i censores fidei in imbutos eiusmodi pestifera
doctrina legum seueritatem distringere iustos.
Neque ille modo peruicacissime hæresim, qua
Christum & Apostolos sine iure aliquo simpli-
cem vsum facti in rebus habuisse disceptabat,
propugnauit; verum & a sacro Minoritarum ordine
damnatus fuit ob alias hæreses ad gratiam Lu-
dowici Bauari propugnatas. Has autem fuisse, refe-
rant iudiciaria eorundem Minoritarum acta. l

*Primus, nimirum error, quod Imperator po-
test Papam deponere & depositum declarare. Secun-
dus est, quod clericus & populus Urbis Romæ potest
Papam deponere & depositum declarare. Tertius
est, quod illud alias inauditum facinus, quod aduer-
sus sanctissimum patrem & dominum dominum Ioan-
nem Papam XXII. in Vrbe prædicta per aliquos
perditionis & diffidentia filios de facto attentatum
extitit, de iure ac legitime actum fuit. Quartus est,
quod constitutiones per Romanum Pontificem ca-
nonice intrantem edita de consilio sacri ac fideiis
collegij dominarum Cardinalium sunt hæretica.
Quintus est quod obedire illi, cui vniuersalis ecclesia
obedit, est animam damnare & se hæreticū confiteri.*

Ad hos errores referendus ille est, quo Ocha-
mus vna cum Michaelæ contendit m, Christi
vicarium in dirimenda fidei controuersia errare
posse; neque ab eo, sed a concilio, ad quod prouo-
cabat, decretoriam fidei ferri posse sententiã. Ne-
que ille solum Ioanni, verum & Benedicto XII.
hæreseos calumniam cum socijs impijs impedit n:
in quo non fidem Ioannis odio, sed Ioannem odio
fidei orthodoxæ, cui sua delira figmenta præfere-
bat, oppugnasse visus est: vanaque penitus sunt
illius aduersus pontificiam auctoritatem scripta,
cuius hostem se professus est. Hæc & alia ignorasse
videter Nitela Franciscanæ auctor, qui illius exi-
stimationem, conquistis varijs facis, tuetur o
eundemque ipsum prædicat, ob quem in consortium
admissum Ludouicus Banarus inter alia imperio
indignus iudicatus est: Tenet in suo consortio, in-
quit Ioannes in datis ad principes electores lite-
ris p: Guillelmum Ocham Anglicum ordinis fra-
trum Minorarum hæresiarcham, qui hæreses varias
dogmatizabat publice, & scripta fecerat hæresibus
& erroribus plena: propter que fuerat vocatus ad
curiam, eiusque scripta fuerant pluribus doctori-
bus assignata, vt ea deberent examinare cum dili-

gentia, & que inuenirent hæretica seu erronea de-
clarare; qui iam multos articulos declarauerunt hæ-
reticales. Qui quidem male sibi conscius fuge præ-
sidia vitare voluit canonicam ultionem. Cum latus
postea eos errores alijs, fat dictum est. Ex quibus
Ochamum lapsam in hæresim ab ecclesia & ordine
Franciscano defecisse, & Michaelis hæresiarchæ
collegæ & defensorum acerrimum fuisse, ex eius
scriptis a perspicuum est. Suspicienda vero diu-
na misericordia, qua illum a grauissimo lapsu ex-
citatum ad salutis tramitem & ecclesie gremium
reuocauit. De tempore vero eius obitus haud
plane constat. b

18. Hoc anno transgressa Alpes ac Rhenū pestis,
Germaniam aliaque regna septentrionalia depasci
cepit. Quo tristi audito nuntio Pontifex, vt
Germanos ad spem melioris vitæ erigeret, Gui-
doni tit. S. Cæcilie presbytero, Cardinali Aposto-
licæ sedis legato auctoritatem concessit c viii.
kal. octobris, vt cum pestilentia, qua plures orbis
partes vastarat, Salisburgensem prouinciam po-
pularetur, morituris in fide orthodoxa tribueret,
vt sacerdotes criminum plenam condonationem
in extremo vitæ discrimine conscientiam sacra-
conessione expiaturis conferrent. Absumpsisse
eodem anno epidemia sanitiam sexdecim millia
hominum Argentinæ, refert Albertus Argenti-
nensis d: quo tempore plerique merito mortales,
arbitrati grauissimo illo flagello a Deo ob crimi-
na corripit, ad penitentia arma confugere, seque
flagris cadere ceperunt, vt voluntaria corporis
maceratione ecclesie iras placarent. Neque
contenti penitentia: opera priuatim exercere,
ad excitandos ad simile pietatis genus alios pro-
diere in publicum, & instructis religiosis agmi-
nibus, præcuntibus vexillis sacris, vrbes ac pro-
uincias obiere: a quibus seruatos ritus accurate
his verbis describit idem Albertus Argentinensis.

Incipiente paulatim pestilentia in Alemannia,
ceperunt se populi flagellare, transeuntes per tén-
ram: & venerunt ducenti de Sueuia Spiram anno
prædicto quadragesimo nono in medio iunij, habentes
inter se vnum principalem, & duos alios magistros,
quorum mandatis omnino parebant. Et cum bona
prima Rhenum transissent, accurrente populo fece-
runt circulum in ciuitate Spira ante monasterium,
latum valde, in cuius medio se exuentes, depositis
vestibus & calceamentis, habentes in modum braccia
camisias a femore ad talos prætensas, circumiuerunt
vnusque post alium in circulo. se in modum crucifixi
prostrant, quilibetque eorum super quoslibet tran-
seuntes passibus, & leniter prostratos flagellis tangen-
tes. Vltimi, qui se primo strauerunt, primo sur-
gentes se flagellauerunt flagellis habentibus nodos
cum quatuor aculeis ferreis transeuntes can-
tu vulgari inuocationis dominica, habente multas
inuocationes: & steterunt tres in medio circuli so-
nori valde præcinentes flagellando se: post quos alij
canebant. In quo diu immorantes, ad vnum præcen-
tum omnes genuflexi in modum crucifixi in facies
suas corruerunt, cum singultu orantes, & transferunt
iuxta circulum magistri monentes eos, vt orarent ad
Dominum pro clementia super populum, item super
omnes eorum benefactores & malefactores, & omnes
peccatores & in purgatorio existentes, & pluribus
alijs. Post hæc se leuantes extensis manibus in calum
genuflexi caneabant, & iterum surgentes diu se fla-
gellabant, euntes vt prius: quibus se induentibus
suam custodierat, se exuens idem fecit. Hæc licet
pietatis speciem redolerent, superstitione tamen

a Ext. in
M. S. sup.
Var. sig.
n. 40. 50.
pag. 108.
b V. ind.
hoc. ann.
n. 19.
Septen-
trionem
lues de-
pascit.

c To. 8. ep.
secr. 92.

Indulge-
tia ad so-
latiū pelle
laboran-
tibus da-
ta.

d Alb. Arg.
in chron.
M. S. bibl.
Var. sig.
n. 3765. in
Class. VI.
Flagellan-
tium pia
initia.

Eorum
ritus.

Emixta
pietati su-
perstitio.

non caruerunt: quidam enim impostor sectæ au-
ctor finxerat delatam ab angelo in templū Iero-
solymitanū epistolā, qua ferebatur, Christum a B.
Virgine flexum veniam ijs pollicitum, qui triginta
quatuor diebus ex instituto flagellantium ritu
peregrinarentur; & quasi ingens crimen obiecisse,
feriæ sextæ ieiunium non seruari. Porro impostura
simili præterito elapso seculo credulos nimium
& faciles animos fasciatos fuisse iam ante vidi-
mus, ostendimusque diuinum Numen huiusmodi
epistolam cælo in Ierosolymitani templi altare
non demisisse. Pergit Albertus.

Post hac surrexit vnus sonorus legens literam:
quia aliqui fuerant inter eos sacerdotes & literati,
nobiles & ignobiles, mulieres & pueri. Cuius literæ
tenor similis in sententia esse dicebatur, in ecclesia
S. Petri in Ierusalem per angelum præsentatæ, in
qua narrat angelus, Christum offensum contra mun-
di prauitates, plurima exprimens crimina viola-
tionum diei dominicæ, & quod non ieiunetur feria
sexta, blasphemias, vsuras, adulteria: Christum-
que rogatum per B. Virginem & angelos pro miseri-
cordia, respondisse quemlibet per triginta quatuor
dies se debere exulando flagellare, vt misericordiam
Dei consequantur. Hæc impostura simplices quos-
que ad sectam attraxerat, vt alacriter corpus
macerarent; subdit enim auctor: Hoc faciebant
bis in die aut in ciuitate, vel in campis: & quilibet
clam semel in nocte. Non loquebantur mulieribus,
nec super plumis iacebant. Omnes gestabant cruces
ante & retro in veste & pileo, habentes flagella
vestibus appensa, nec in vna parochia vltra vnā
noctem manserunt. Ingressi sunt fraternitatem
eorum humillime centum & plures de ciuitate Spi-
rensi, circa mille Argentinensium, promittentes per
prædictum tempus obedientiam prædictis magistris.
Nullus recipiebatur, nisi promitteret seruare prædi-
ctā per prædictos dies, & nisi haberet expendere in
die ad minus quatuor denarios, ne mendicet; &
nisi promitteret se esse confessum & contritum, &
remisisse omnem iniuriam inimicis, & habere vxo-
ris suæ assensum. Hæc aliquo pietatis colore fu-
cata mox in manifestam impietatem defecere:
scribit enim Rebdorfius b laicos absoluere socios
a peccatis præsumpsisse.

19 Ipsi, inquit, Flagellatores cum multas super-
stitutiones attentare præsumerent, inuicem se absolue-
re a peccatis prædicantes apocrypha & similia:
propter quod laici sunt clero grauiter indignati.
Iactasse etiam, caelestes virtutes ab ipsis edi, ac
pelli demones, scæminasque rei testes circumdu-
xisse, refert M. S. Vaticanum c: Ad tantam, inquit,
insaniam hæc secta excreuit, vt se signa facere crede-
ret, & demonibus expulsis, vt dicebant, scæminas cir-
cumducebant, quæ in eis actum esse testaban-
tur habebant autem cantum specialem, quem
flagellando cantabant sapius cadendo in faciem
contra terram & surgendo: videntes ad lacrymas
prouocabant. Hæc secta cæpit in superiori Aleman-
nia, & ad inferiorem descendit: & ad partes Gal-
licanas vicinas: translato cantu, & modo gestuque
seruatis, peruenit: & si prohibiti fuissent a clero,
mirabantur violentiam se facturos. Tradit etiam
memoratus Rebdorfius, scæminas ad huiusmodi
vitæ genus pellectas nudato pectore turmatim
incepsisse, seque flagris diuerberasse: immo etiam
immixtas hominibus austerioris pœnitentiæ spe-
cie ad turpia lenocinia delapsas, indicare videtur
Clemētis vitæ scriptor c: Insurrexit, inquit, quedā
secta pessima cruceflagellatorum, qui sub specie
pœnitentiæ & boni multa mala occulte perpetra-

bant. De flagellantium secta, quæ pietatis olim
specie grassata breui extincta fuit, deque eorum
erroribus alias dictum a est, a quibus in nonnul-
lis hi discreparunt. Neque enim occulte modo
impura flagitia commiserunt, sed palam crudelita-
tem ac latrocinia exercere sunt aggressi: non
enim solum ob supradictam causam Iudæorum
sanguinem immaniter effudere, neque eorum
modo spolia diripuerunt; sed Christianorum etiam
tum laicorum tum ecclesiasticorum opes inuadere
non erubuerunt. Ita quæ a supersticiosa pietate
duxere initium, in manifestam impietatem dege-
nerarunt. Quare cum ea secta nefaria Germa-
niam peruagata esset, peruaderetque alia regna
(ex Vngaria in Poloniam, præcuntibus vexillis,
ac misericordiam diuinam tristibus vluatibus
implorantes, penetrasse seminudos, scribunt Po-
lonici historici c) Pontifex, ad quem rerum sa-
crarum cura spectat, vt malis ingentibus, quæ
enasci ex ea superstitione cœperant, occurreret,
Flagellantium sodalitia damnauit; sanxitque vt
si quos pœnitentiæ ardor ad voluntariam corpo-
ris macerationem accenderet, pio illi exercitio
in priuato loco vacarent: fictitiā epistolam il-
lam, quam ab angelo delatam hebetes illi Flagel-
latores ementiebantur, impostura arguit: graui-
ter de religiosis viris, qui vel circumuenissent
simplices, vel auctoritatem stultæ sectæ concilia-
rent, est questus; ac manifestam horum hominum,
qui a dæmone in angelum lucis transformato de-
ludi se passi erant, impietatem in profanando
pœnitentiæ sacramento, crudelitatem in funden-
do Iudæorum infantium sanguine, auaritiam in
rapinis exercendis in oculis omnium defixit.
Tum patriarchis, archiepiscopis, & episcopis mu-
nus iniunxit d, vt zelum in dissipanda hac secta,
& hypocritis nouo illo ac verito cultu inceden-
tibus, iudiciorum seueritate comprimendis expli-
carent.

Clemens, &c. venerabilibus . . archiepiscopo
Magdeburgensi, eiusque suffraganeis.

Molesta nobis, licet fidedigna, magnum
relatio, & multorum assertio nostrum & fratrum
nostrorum non mediocriter turbauit auditum,
quod in partibus Alamanniæ, & ei conuicinis
quædam sub prætextu deuotionis, & agendæ pe-
nitentiæ vana religio, & supersticiosa adinuentio
procurante satore malorum operum insurrexit,
per quam profana multitudo simplicium homi-
num, qui se Flagellatores appellant, decepta
verbis fictis & mendacibus malignorum, asseren-
tium Saluatorem nostrum Ierosolymis patriarchæ
Ierosolymitano apparuisse (cum tamen a longis
citra temporibus nullus ibidem præsentialiter
fuerit patriarcha) & sibi aliqua dixisse, quæ colo-
rem non habentia nec saporem, in quibusdam
scripturæ sacræ obuiare noscuntur; in illam cordis
vesaniam, & inane damnationis præcipitium est
deducta, & de die in diem suggestio hostis an-
tiqui se, vt dominicum gregem deuoret, transfe-
rentis in lucis angelum, nimium succrescendo
deduci, cortina trahente cortinam, periculosus
formidatur, quod se per societates & conuen-
ticula, licet caudas inuicem colligatas habeat,
diuidens diuerfas circuiuic patrias, cœterorum
vitam & statum contemnendo: se iustificat, &
clauis ecclesiæ vilipendunt; ac in contemptum
disciplinæ ecclesiasticæ, crucem Domini ante
se, & habitum certum, nigrum videlicet ante &
retro ipsius viuificæ crucis appensum habentem
signaculum, sine superioris licentia deferentes,
sub

a Annual.
zo. xlii.
ann. Cbr.
1201. n. 34
Conficta
a nugato-
re fabula.

Qua lege
ad sectam
adscriptio
fuerit.

In hære-
sim delicia
scit ea fa-
cto.
b Rebdorf.
in annual.

c M. S. bibl.
Vas. sign.
n. 3769. in
Clem. VI.
Iactat pel-
lere dæ-
mones ex
obfessis
corporibus

Flagitia
impura
parrata a
lectarijs.
e Gestæ
Clem. VI.
pand. Bosq.

a Annual.
zo. xlii.
ann. Cbr.
1201. n. 34
Et ceteris
& latroci-
nia

b To. Bosq.
ferr. pag.
94.

c Crom-
h. xi. in
Cassim.
& alijs.
Flagellan-
tes dam-
nati a
Pont.

d To. Bosq.
ferr. pag.
94.

e Pontific
ca de re
diploma

Ve facti
mencum
pœnitenti-
æ præci-
pitijs

sub nomine penitentiae, vitam gerunt insolitam : congregaciones conuentuales, & coadunaciones, quae a iure sunt prohibita, faciunt; & ad alios a se profiliunt, a vita & moribus communibus & obseruantia fidelium alienos: ordinationes & etiam statuta, quibus vtuntur, seu verius abutuntur, propria temeritate fecerunt, erroris suspicione non vacua, & iudicio carentia rationis, sed, tam Deo quam & hominibus amplius odiosa. Turbamur acerbius, & durius anxiamur, quod quidam religiosi, praesertim de ordinibus mendicantium, qui alios ab inuio reuocare debebant, & ad viam reducere veritatis, ab vtero matris ecclesiae velut maledictionis filij nequiter aberrantes, linguas suas, vt alios pertrahant in errorem, acuunt; quibus corda debilia vulnerant infirmorum, & ignorantes Dei iustitiam, & suae prudentiae innitentes, dum legi Dei nolunt esse subiecti, alios in persuasibilibus humanae sapientiae verbis praedicando, & dogmatizando contra ecclesiasticam libertatem & fidei catholicae puritatem, ab ipsa fidei veritate subducere, moliantur. Et vt efficacius officiant, & conceptum virus latenter effundant, blandis prius sermonibus auditores, quasi bonum vinum primum, ponendo, fatagunt irretire, vt cum inebriati fuerint, illud quod est deterius ingerentes, cum ipsis in perditionis laqueum incidant, ac in profundum malorum pariter demergantur.

21 Nos igitur tam pernicioso, & periculoso principio, per quod vltra diuinam maiestatis offensam, magnum reipublicae paratur periculum, & apud fideles scandalum generatur, ne deteriores processus pariat & successus, ob stare volentes; & considerantes, quod cum plerique ex ipsis seu adherentes eisdem sub pietatis colore ad impietatis opera laxantes crudeliter manus suas, Iudeorum (quos pietas Christiana recipit & sustinet, offendi eos aliquatenus non permittens) & frequenter Christianorum sanguinem effunderent, & opportunitate captata, bona clericorum & laicorum diripere, & suis iuribus applicare, ac superiorum iurisdictionem vsurpare, & ad multa alia illicita prorumpere minime vereantur, timendum est, quod tam praesumpta temeritas, & temeraria praesumptio, nisi ei per salubre antidotum occurratur, paritura sint non leuem perniciem, & aliquorum morbi lethalis contagio serpens in plurimos, sero recipiat medicinam; attendentes insuper, quod error, cui non resistitur, quodammodo approbari videtur, & quod ex officio nobis iniuncto compellimur, vt quos per iter denique errando currere, & plures in praecipitium secum trahere prospicimus, ac in dispersione multarum gentium ambulare, reuocemus a deo, & vt in viam veritatis, & iustitiae gressus suos dirigat providere per opportuna remedia studeamus; fraternitati vestrae per apostolica * committimus, & districte praecipiendo mandamus, quatenus singuli vestrum in singulis vestris ciuitatibus & diocesibus, per vos, vel aliam, seu alios aduentiones huiusmodi, & ritus profanos, (quos vna cum societatibus, conuenticulis, & congregationibus, ac statutis & ordinationibus per supradictos, qui se, vt praemittitur, Flagellatores appellant, temerarie attentatis, de fratrum nostrorum consilio perpetuae prohibitioni subiecitimus, & tanquam illicita reprobauimus) auctoritate nostra reprobos & illicitos publice nunciatis: ac omnes tam clericos, seculares, & regulares, quam laicos de praedicta superstitiosa

secta seu societate, quocumque appellentur nomine, existentes vel eam sectantes, auctoritate praedicta monere & inducere studeatis, vt ab huiusmodi obseruantia, secta, & vana gloria, taliter desistere & resilire procurent, quod nullus deinceps praedictam sectam seu conuenticulum, praesumat intrare, aut ritus & statuta societatum huiusmodi obseruare; contrarium facientes per censuram ecclesiasticam coercendo: nec non & eos in quos temporalem iurisdictionem habetis, per poenas temporales, de quibus expedire videritis, appellatione postposita compellatis.

22 Sane, vt religiosi, & alij errorum magistri, qui praedicando et dogmatizando simplices decipiunt, et caeci ducatum caecis praebentes, ipsos in foueam secum trahunt; et, si non diuino amore, saltem humana confusione a tam iniquo proposito reuocentur; omnes et singulos cuiuscumque sint ordinis, religionis, dignitatis, praeminentiae, siue status, quos in praedictis vobis constiterit deliquisse, capi (non obstante quocumque privilegio vel indulto, quod in hoc eis suffragari volumus) faciatis, et tam diu captos detineatis, donec aliud a nobis receperitis in mandatis, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Per praedicta tamen nequaquam intendimus prohibere, quin Christiani fideles impositam sibi canonicam penitentiam, vel etiam non impositam (dummodo recta intentione et pura deuotione ad illam peragendam procedant) in suis hospitij, vel alias absque superstitionibus, congregationibus, societatibus, et conuenticulis supradictis possint facere, et se in bonis operibus exercendo, virtutum Domino, prout ipse inspirauerit, in humilitatis spiritu deseruire. Ceterum, quia praesentes literae requirent singulos vestrum propter viarum discrimina commode praesentari, volumus quod * te, frater archiepiscopo, earum transumptum publica manu scriptum, et tuo communium sigillo, vobis suffraganeis transmittatur, cui adhiberi volumus plenam fidem. Dat. Auin. xiiii. kal. nouembris anno millesimo cccc. lxxviii. Est in pontificio registro prolixior catalogus archiepiscoporum et episcoporum Germaniae, Poloniae, Sueciae, Angliae, et Galliae, quibus de extinguenda Flagellatorum secta data imperia.

Excitati etiam Reges ad praesules regia potentia pro ea abolenda sulciendos: quo argumento ad Eduardum Angliae Regem extant literae b, in quibus haec scribit de Flagellatorum exordiis: *Nuper in Alamannia partibus sub praetextu pietatis et agenda penitentiae superstitiosa et vana societates insurrexerunt; atque vbi pluribus exposuit eam apostolico edicto damnatam esse, iussosque patriarchas et archiepiscopos venenatam plantam, quam caelestis agricola non plantarat, euellere, quam has preces adiicit: Tu ergo, fili charissime, eosdem nequam homines, si forsitan ad regnum tuum se conferre praesumerent, non solum arceas a finibus dicti regni, verum etiam ipsos, vt ab eorum satuitatibus et erroribus respiciant, modestia seruata, compescas: vt fidei catholicae puritas utique semper eniteat, ac fermentum malitia hominum eorundem per tuae providentiae studium ab omnibus tuis subditis confusetur. Dat. Auin. xii. non. decembris anno millesimo cccc. lxxviii. Conceptae sunt eadem verborum forma ad Philippum Francorum Regem literae c, quae alijs etiam Regibus ac principibus missae, videntur: perfectumque est d apostolico studio, vt hae secta in ipso ortu mox interierit: puduit enim*

Obiecta
sectarijs
censura.

Eorum
doctores
vinculis
mancipari
iussi.

* per

Reg. post
eand ep.
8. l. 1. p. 1.
ep. cur. 56.
ad 77.
Moniti
principes,
vt Flagel-
lates coer-
ceant.
b. l. 8. ep.
scr. pag.
104.

16. pag.
116.
d. Gesta
Clem. VII.
apud Bosq
& alij.
Dissipata
ea secta.

Nonnulli
religiosi
mendicantes
in se lo-
cum fecerunt.

Pietatis
specie vi-
ros alliant
simplici-
bus.

Ad caedem
rapinas, &
praeripit
tunc im-
pellunt.

* scripta

Dissoluit
ista Fla-
gellatorum
conuenti-
cula.

enim quemq; vel suæ simplicitatis vel impietatis, cum se pontificia censura notatum audisset: nec laici amplius criminum nexus soluendi præsumptam impie auctoritatem sibi arrogarunt; de quo hæc habet M. S. Vaticanum: *Finaliter, nisi quod dominus Papa sub sententia anathematis id prohibuit, mala plurima per eos attentata fuissent.*

23 Quo studio ad inanem superstitionem excindendam, eo ad veram pietatem propagandam, collustrandosque luce euangelica infideles Clemens incubuit: qui cum Lithuanos ad diuinos satus excipiendos egregie comparatos accepisset, Gnesnensi archiepiscopo partes imposuit b, vt sacerdotes sacris literis ac probitate excultos in Lithuaniam mitteret: *Fraternitati, inquit, tua per apostolica scripta mandamus, quatenus aliquos presbyteros, viros probos, Deum timentes, & in lege Domini eruditos, seculares vel regulares, cuiuscumque sint religionis vel ordinis, de quacumque ciuitate sue diocesis, qui auctoritate nostra dictos duces & alios Lithuanos in eadem fide fideliter instruant, salubriter dirigant, recteque informant, & baptismatis renouent sacramento; ad partes illas eadem auctoritate transmittas. Dat. apud Villamnouam Aumionensis diocesis xvi. kal. octobris anno vii. Christianorum armorum terrore ad duci poterant ad fidem Lithuaniam, cum referat historici c, Venrichum cruciferorum equitum magistrum quadraginta millibus armatorum, in quibus Galli et Angli erant, qui ob inducias inter Philippum et Eduardum Reges inuasiam ante ad feliciores triumphos de Christi hostibus referendos confluerant, succedunt in Lithuaniam excurrisse, late populatis agris: dumque spolijs onustus redibat, Keystutum ducem Lithuania contractis copijs Christianos insecutum, collatisque signis vigesima quarta ianuarij die amissis octodecim suorum millibus profligatum a cruciferis ex his vero Gerardum e Stegin Gedanensem, et Gobiensem præceptores in pugna cum aliquot alijs eius ordinis insignibus viros desideratos.*

Meminit de parta eadem victoria Albertus Argentinensis d, remque dignam memoria obseruat, nimirum Keystutum barbarorum ducem expectasse, vt fideles concretum glacie flumen traicerent, ac tum magno impetu adorti meditarum vt in aquas nostros impelleret: Christianos vero visis hostibus, conuersis signis e victo gelu fluuio in apertum campum rediisse, instructisq; agminibus congressos cum aduersarijs, arteque militari vsos trussisse in glaciem Lithuanos, atque ex ipsis ad sex millia aquis mersisse, alia duodecim circiter millia concidisse ferro, reliquos in siluas aufugisse, insequentibus Christianis: duos vero Lithuani principis fratres, vt nostrorum manus fallerent, in arbores ascensu celeri euasisse: quas cum nostri ferro pararent succidere, in rabiem actos, correptis cingulis pro laqueo vsos, ex arborum ramis se suspendisse, ne in nostrorum potestatem venirent.

24 Cruenta ea clade debilitatos Lithuanos inuasit Casimirus Rex Poloniae, vt partem Russiae, quam Keystutus et Lubartus Lithuani principes occupabant, sibi subijceret. Concessit felix exitus votis: Luscum, Vvaladimiria, Breste, et Chelimum subacta, reliqua in victoris potestatem concessere e. Atque ita Casimirus, Valyniam, ac Belzensem et Brestensem tractum Polonico imperio adiecit, et cum Rege Vngariae, qui nonnulla obtendebat in prouinciam debellatam iura transiit: tum etiam cum cruciferis, Vngariae

Rege controuersiae arbitro ac iudice constituto. Cumulare eam gloriam alio illustriori triumpho nisus est Polonus, fungiq; in conuertendis ad fidem Lithuanis apostolico munere: visasque Lithuanus illius monitis morem gerere, baptismi sacra vnda ablui, & Christiana religione imbui flagitauit. Qua de re certior factus Clemens, vt supremus religionis antistes Keystuto ac fratribus Lithuaniae principibus redire ad fidem præse ferentibus euangelicos concionatores misit, clientelamque apostolicam esse pollicitus: tum grauissimis sententijs, vt discussis gentilitia superstitionis erroribus Christiana sacra vna cum populis amplecterentur, est adhortatus a.

Nobilibus viris Kerstuto eiusque germanis duobus Lithuanorum veram fidem agnoscere, & agnitam suscodire.

Gaudemus & exultamus in Domino, quod ipse, qui est vera lux, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, cordibus vestris lumen veræ lucis infundens, sic illa veritatis radio illustrauit, quod, sicut charissimo in Christo filio nostro Casimiro Rege Poloniae illustri nobis intimante percepimus, vos cæca paganitatis expurgatis erroribus, & tenebris effugatis, ad catholicae fidei veritatem vna cum subditis vobis populis concitis gressibus properatis. De quo ei, qui ad liberandum suscepturus hominem non horruit ergastula vteri virginis, quiq; deuicto mortis aculeo aperuit credentibus regna caelorum laudes & gratias referentes, ipsum in humilitate spiritus suppliciter exoramus & petimus, vt vos in hac zeli rectitudine, in hoc seruiore spiritus, in hac veritatis puritate confortans, det vobis sic veræ fidei lumen vere agnoscere, vt renati fonte baptismatis vna cum eisdem populis caelestis regni gaudia possitis in Domino promereri.

Agite itaque viri fortes quod de vobis eodem Rege significante percepimus. Agite id, ad quod gratia diuina praambula dicimini vos preparare. Festinate ad sempiterna salutis premia: ad gaudia felicitatis aeternae concite properate, vt ille, a quo omnis vbique potestas est, & in hoc mundo vos potentiores efficiat, & post huius incertae ac labilis vitæ cursum inter sanctos & electos suos in tabernacula suae indeficientis gloriae pius & misericors introducat; tenentes indubie, quod vos dictosque populos, postquam purificati vnda baptismatis nostrae fidei receperitis documenta, intendimus praestante Deo apostolicis communire praesidijs, fauoribus prosequi, & auxilijs conseruare, vosque ac successores vestros titulo regio insignire, & regalibus insignijs decorare, ac in vestris manutene re & conseruare iuribus, & tueri. Vt autem ad agnitionem eiusdem fidei citius & rectius peruenire possitis; venerabili fratri nostro archiepiscopo Gnesnensi per alias nostras literas damus expressus in mandatis, quod ipse sacerdotes Dei eruditos in lege Domini ad vos cito mittere studeat, qui vos baptismatis vnda regenerent, in eadem fide instruant, dirigant, & informant; vt, iactis per eos in vobis eiusdem fidei solidis fundamentis sanctum Domini crescat in templum, & qui dudum eratis filij tenebrarum, nunc per vestrae regenerationis lauacrum, sitis lucis filij, & hereditatis Domini coheredes. Dat. apud Villamnouam Aumionensis diocesis xiiii. kal. octobris anno viii.

25 Gratulatus etiam est Pontifex Casimiro Regi Poloniae, qui ad traducendos ad fidem Christi

M. S. bibl. Vat. sign. n. 3765. in Clem. VI.

b To. 8. ep. ser. pag. 80.

Ex Polonia in Lithuaniam concionatores mit. ti iussu.

c Michou. l. 4. c. 25. & alijs.

Cruciferi Lithuanos magna clade fundunt.

d Alb. Arg. in chron.

e Casimiri in Russia prospera expeditio.

f Crom. l. 12. in Casimiro II. Michou. l. 4. c. 25.

Lithuanus principibus praese ferentibus euangelicos concionatores misit, clientelamque apostolicam esse pollicitus: tum grauissimis sententijs, vt discussis gentilitia superstitionis erroribus Christiana sacra vna cum populis amplecterentur, est adhortatus a.

Solicite ad praesentia perducenda.

P. omnia ijs studiis apostolicis

sti Lithuanos studium, vt dixi, collocarat: atque ad vrgendum gloriosissimum ceptum opus, ex quo immortales sibi coronas compararet, permouere studuit a.

Clemens, &c. Cazimiro Regi Polonia illustri.

Magnificat anima nostra Dominum, & in Deo salutari nostro iubilat & exultat, quod ipse, qui est vera lux illuminans omnem hominem, venientem in hunc mundum, corda nobilium virorum Kerstuti & germanorum suorum ducum Lithuanorum, tuo cooperante studio, lumen veræ lucis infundens, sic illa veritatis suæ radio illustravit, quod ipsi, prout te insinuante percepimus, cæcæ paganitatis expurgatis erroribus, & tenebris effugatis, ad catholicæ fidei veritatem vna cum subditis populis concitis gressibus venire festinant. Et infra: Serenitatem tuam requirimus & hortamur, attente rogantes, tibi tuæque salutis obtentu nihilominus iniungentes, quatenus dictos duces in his confortare, animare, ac accendere studeas; & considerans prouide quantæ tibi gloriæ titulos in hoc mundo, & quam magnum meritum in cælesti patria comparabis, quantumque gaudium erit Dei angelis (quibus euangelica veritate testante, maius gaudium est super vno peccatore penitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent penitentia) in conuersione tot millium personarum, quas tu promotor fidelis & operator sedulus ad salutem dirigens perduces ad gaudia paradisi, perita, labora solcite, & annitere fortiter, vt opus Deo propitio inchoatum, ipso præstante, studio tuo, virtute, sine laudabili, & felici exitu consummetur. Vt autem opus huiusmodi iactis solidis fidei fundamentis in structuram crescat auctore Domino firmiorem, venerabili fratri nostro archiepiscopo Gnesnensi alijs nostris literis damus in mandatis expressius, vt ipse sacerdotes Dei, viros vtique timoratos & in lege Domini eruditos, ad eosdem ducem & populos celeriter mittere studeat, &c. Dat. apud Villanonnam Auinionensis diocesis xvi. kal. octobris anno viii.

Tanta tamque præclara conuersionis Lithuanorum spes euauit, & Casimirus Rex egregia cepta tristi exitu confudit: partis enim in Russia ea parte, quam eripuerat Lithuanis, victorijs in flatus gentilium vitia, libidines nimirum effusas scædatus est, ac spreta coniuge Adleyde scortorum gregem alere & colere cepit, atque a Pontifice ad coniugalem continentiam redire iussu spreuit monita; versusque in tyrannum ecclesias diuexare cepit: immo Cracouiensis ecclesiæ vicarium censuras intentantem Vistula mergi precepit: Diuinum itaque numen eius flagitijs prouocatum suam ab illo clientelam subduxit, et a Lithuanis, quos pius magnis cladibus affecerat, priuarat ditione amplissima, atque ad fidem Christianam amplexandam pene coegerat, iam impius diuexari cepit. Quem tristem rei successum his verbis narrat Michouias b: Anno Domini mccccxix comparato numerofo exercitu, Rex Casimirus terras Russia, castra, & ciuitates, qua nondum suo imperio parebant, expugnauit & subiugauit Luczko, Brzesze, Chelm, & eorum vicinia in suam ditionem redegit: hisque secundis successibus elatus ad incontinentiæ impatientiæque pestes diuorsit, & Regina Adleyda consorte suam moribus bonis spreta, concubinarum amplexibus publicæ utebatur, quarum greges in Opoczno, in

Cracouia, in Crzacouu, & alijs locis quasi quaedam turpitudinis officinas locauerat, pontificumque & baronum suorum monita negligebat.

Summi ergo Pontificis Clementis VI. Papa se uero processu suggestione ecclesiæ Polonica præfatum monitus est, vt omnibus concubinis relictis, in thoro continentiaque coniugali permaneret: sed & villas episcopales Zloten. potestatis prope Sandomiriam, violando libertates ecclesiasticas per Othonem de Pileza palatinum & capitaneum Sandomiriensem de domo Bipennium, tributis & laboribus seruire cogebat. Quam iniuriam Bodzanthæ episcopus Cracouiensis rescindens primum Othonem de Pileza, deinde Regem Casimirum censuris ecclesiasticis percussit: ad quas exequendas Martinus Baricka vicarius ecclesiæ Cracouiensis per Bodzantham episcopum Cracouiensem missus erat. Tametsi Rex Casimirus iratus manus tunc a Baricka contineret, ex post tamen satellitum suorum suggestione inflammatus præfatum Martinum Baricka in die S. Lucia comprehendi, & sequenti nocte in flumine Vistula per Cochannam familiarem suam suffocari mandauit. Post hoc Deo puniente omnis prosperitas a Rege Casimiro & populo suo abscessit, & stirpem eius vindex iustus de regno Polonia eiecit: Lithuani etenim in terram Lukoniensem & Radomiensem postea quoque in Sandomiriensem impetum fecerunt, & eas assilientes, raptam prædam hominum & pecorum abduxerunt. Meminit de Martino Baricka Vistula flumine iussu Regis Casimiri, indignantis fuisse monitum, vt libidines effrenatas coerceret, ac lenonum impudicissimorum suasu merso Cromerus a: additque mox Poloniam percussam peste, ex qua febre cum sputo sanguineo homines emoriebantur: diuinæque vindictæ id flagellum versum.

26 Excuserat superiori anno pestis ex furentium Anglorum Gallorumque manibus arma, deque concordia cogitare coegerat: cumque Gallici & Anglici oratores Calefij de pacis legibus colloquium essent habituri, Clemens ad rem promouendum læuigandasque difficultates Pastorem archiepiscopum Ebredunensem & Bernardum episcopum Senentensem misit b: tum Regibus Philippo c & Eduardo d grauissimis literis proposuit ob oculos quantum humanum, cruorem suis discordijs fudissent: percussa diuinæ vindictæ flagellis eorum regna lugere ac suorum misereri monuit.

At asperiora in dies omnia ad pacem ac pro-na ad bellum fiebant, Anglo aliena affectante, sua retinere Gallo annitente: ac dum vtriusque regni populi ad mutuas cædes ferrum parabant, vtroque Deus vindex peste consciebat. Cum Pontifex frequentissimis adhortationibus vrgere non desistit Philippum e & Eduardum f, vt tristissimo mortis depascentis omnes spectaculo huius bello parcerent, & Eduardum iterum iterumque vt oratores Auenionem mitteret, est deprecatus g: Habentes, inquit, fiduciam nostram in sinu eius repositam, in cuius manu sunt corda Regum, nequaquam ab inchoati tractatus desistere prosecutione proponimus: sed tanto intendimus eum efficacius & solertius promouere, quanto status miserabilis orbis terra, quem vniuersaliter inaudita pestilentia clade peccatorum multitudine (quam non operit ebaritas, sed auget odium) prouocatus Deus zelotes, & dominus vltionum in furore consumit, tuam & præfati Regis concordiam potissime exigit, & ea quam maxime nescitur indigere; ne quod absit, pusillus grex, quem quasi seminis inhar

Monitus a Pont. non respicit.

Sacras inuadit opes.

Pium sacerdotem mergit flumine. A Deo plectitur.

a Crom. l. 12. in Casim. 11

Missi a Clem. pro concilianda pace inter nuntij.

b Tom. 7. ep. fecer. 127. c 1b. ep. 801. d ibid. ep. 811.

e 1b. ep. 102. f Ep. 73. g 1b. ep. 102. Repetitur eadem preces.

Saluator omnium, qui vulnerat & medetur, ab huiusmodi voragine pestilentia praeferuauit, commotionum mergatur in fluctibus, & absorbeatur miserabili tempestate, &c. Dat. Auin. xv. kal. decembris anno VIII.

27 In Castella Alfonso Rex acerrimus religionis Christianae defensor propagatorque, Maurorum facem ex Hispanijs eijcere meditatus repetitis oratoribus Clementi stimulos addidit, vt extremos conatus ad sopienda rabida Anglorum & Francorum odia adhiberet: de Aluaro enim Garfia a de Ilhas ineunte vere, & Garfia Gomeſio b media aetate exceptis beneuole, a quibus de expeditione Granatensi certior est factus ad Castellanam ac Mariam c Reginam datę sunt pontificia literę. Incitarat ad ea pia & generosa consilia Alfonso Maurorum discordia, Abohanenus enim patri Albohaceno, cum quo Castellanus decennales inducias fecerat, Phutense regnum eripuerat, atque Heracleam in Hispania, Arundam, & reliqua in eo tractu occuparat d, creata patri inuidia, obiectaque ob rem male gestam ignauia: tum iniecta de assidenda a se re Christiana spe, Maurorum animos allexerat. Ad eius prohibendos conatus, bellum ab Hispanis sub Alfonso Rege communi sententia decretum: conſtatoque piorum exercitu religionis proferenda causa in Beticam itum est, & Heraclea obsessa. Fœdere inter Castellę atque Aragonum Reges sancto, accersenda erant externa auxilia, cum hostis munitione loci fretus nostrorum impetus eluderet: rogatusque Pontifex, vt apostolicum studium ad trahendos in laboris & glorię societatem fideles collocaret, non desuit, ac Ioannem Murtam e Genuensium ducem, vt subsidiariam classem Alfonso submittendam instrueret, tum Ioannem archiepiscopum Mediolanensem f, Antonium & Carolum Grimaldos g, qui Monachum ac nonnullas Ligurię arces tenebant, florebantque rei maritimę gloria, vt maritimas vires coniungerent, tum vt arma Saracenis deferri vetarent, excitauit. Vicisset barbarum Alfonso, ni pestis illius inuassisset exercitum, quem dum victorię spe remouere ab Heracleę obsidione negaret, lue infectus in ipso vincendi conatu gloriöse cecidit h; de quo sequenti anno.

28 Debilitauit vero admodum Christiani exercitus impetus Aragonię intestina discordia, cum Petrus Rex parum Alfonso iuaret, decem enim tantum triremes & quadringentos sagittarios subsidio misit. Implicitus vero is fuerat & Balearico & Valentinorum, quos ad tutanda patrię iura consurrexisse in arma vidimus, bello: quorum fœdera cum dissoluisset, sibi que parere coegisset, nimia feueritate vsus, grauioribus vectigalium & mulctarum imperijs ipsos oppressit: qua ex re cũ is subditos, qui potius mulcendi videbantur, magis exasperaret, efficeretque ad rebellionem proniores, Pontifex illum ad clementiam, qua potissimum firmantur imperia est adhortatus. Pręterea exercebat Petrus Rex inimicitias tacitas cũ fratre ob subortam de regni successione, quod in filiam, cum mascula prole careret, nouis legibus transfundere affectasset. Sublatus vero breui est odiorum fomes, Petrus enim accepta i hoc anno Eleonora Ludouici Trinacrij sorore natu maxima in coniugem, sequenti anno filium suscepit.

Pręterea confirmauit potentiam cęso in acie Baleari Rege: is enim ad recuperandum regnum facta in Balearum maximam insulam exscen-

sione, post atrox pręlium est oppressus a; de quo Clementis vitę scriptor hęc mandat historię b: *Iacobus Rex Maioricarum per Petrum Regem Aragonum nominatum tam a regno suo, quam comitatu Rossilonis prius totaliter expulsus, Auenione existens, & per dictum Papam aliquandiu solam humanitate sustentatus, vendidit locum & baroniam Montispeſullani Regi Francia, a quo etiam per ipsam in feudum tenebatur, & de pretio indubito aggregauit gentes armigeras in numero satia magno, cum quibus intrauit terras, a quibus fuerat expulsus, eas vi recuperari intendens. Et infra: *Dictus Iacobus viſitus exiit & interemptus, suisque filius captus & demum diu in carceribus detentus. Et sic qui iniuriam, quam sibi prętendebat illatam, vindicare tentauit, eam supra & contra se duplicauit, dum post terras & bona perdidit & personam. Ipsius et Ferdinandi fratris filij vagi, extorres, fortunisque omnibus spoliati fuere: demum ex ijs Iacobus a Sicilia citerioris Regina Ioanna in coniugem acceptus fuit; de quo suo loco dicitur. Nunc res orientales aggrediamur.**

29 Babylonię, Syrię, Aegyptique soldanus, serino in Christianos principes imbutus odio, sicarios ad omnes Christianos Reges necandos subornauit. Quod immane consilium Hugo Rex Cypri Pontifici regijs literis, quas Perciuallus orator reddidit, patefecit. Cui Pontifex de singulari eius rei Christianę cura ac studio gratias egit. c

Clemens, &c. Hugoni Regi Cypri illustri.

Serenitatis tuę literis, per quas nobis conceptum prauum soldani Babylonię, quem ad perdendos catholicos principes orbis, ordinatis & destinatis ad executionem tam execrabilis atque damnabilis ministerij assassinis, in partum producere satagebat, filiali sollicitudine intimasti, benigne recepimus, & inde tibi debitas gratiarum referimus actiones, sperantes in virtute omnipotentis Altissimi, qui conceptus pręfocat, & conatus allidit aduersos, quod ipse huiusmodi pręfati soldani conceptum ad nihilum rediget, & fideles suos ab omni periculo pręferuabit illęfos. Itaque vota regia, quę quantum cum Deo possumus intendimus fauorabiliter prosequi, securam nobis fiducia innotescas. *Dat. Auin. xvii. kal. iulij anno VIII.*

Non permisit Deus tam atrox & impium consilium ad opus perducı, dissipataque sunt soldani insidię. Cęterum impelli in eum furorem soldanus potuit, cum suis viribus ob incredibilem pene infidelium multitudinem lue consumptam diffideret; atque etiam superiori anno encyclicis pontificijs literis fideles ad atterendam ipsius potentiam excitatos vidimus: pertimueratque Reges occidentales tam idoneę recuperandę Asię occasio non defuturos. Quam etiam ob causam Constantinus d Armenię Rex Constantium oratorę ad Dei vicarium legauit, quo principes occidentales in soldanum commoueret. Flagitanti vero vt apostolici internütij in Armeniam mitterentur, Clemens pollicitus est, quos iam ante decreuerat, breui aggressuros iter.

30 Infestabant e ea tempestate Europam magno rei Christianę discrimine saeuissimi Turcę: aduersus quos Pontifex iam ante, vt vidimus, fideles concitauerat, atque ad sustinendos bellicos sumptus triennales primum, biennales dein decimas in omnibus regnis imperarat. Hoc vero anno vi. kal. feb. Andreę Tudertino priori Augustiniano prouinciã dedit, vt collectas in Liguria & Etruria decimas ad sedem Apostolicam in Turcico bello

Redintegratum in Mauros facrum bellum.

a To. 7. ep. fecr. 909. 910.

b To. 8. ep. fecr. pag. 30.

c To. 7. ep. fecr. 910.

d Marian. l. 16. c. 15. sur. l. 8. c. 35.

Sollicitati Genuensium, vt in Mauros classem instruant.

e To. 8. ep. fecr. pag. 26. fl. b. pag. 2. g. l. b. c. pag. 25.

Alfonſ. Rex peste sanctus obit. b Marian. l. 16. c. 15.

Aragonię subditos vectigalibus atterit. Monitus firmare soliu clementia.

i Sup. l. 8. c. 36. Marian. l. 16. c. 14.

a M. S. Bill. Var. fecr. n. 1248. Clem. Vl. b G. l. Clem. Vl. apud B. J. P.

Soldanus Sicariis ad Reges Christianos necandos submittit.

e To. 8. ep. fecr. pag. 25. c. 30. Pontifex ea de re Cypri sic certior

Armenius Pontifex opem implorat. d l. b. d. pag. 101.

e To. 7. ep. fecr. 716. c. 18. pag. 83.

collocandas transmitteret Papiensisque episcopo iniunxit, ut eas in Cypro colligeret. Nondum firmata cum Turcis erant induciae, quamvis de ijs, ut supra diximus, constituendis agitatum fuisset cum non ita multo post Chalabi Turcarum princeps dominus Altilocum oratores ad Clementem misit, qui earum leges inter ipsum & Franciscum archiepiscopum Cretensem Apostolicae sedis in oriente legatum atque Deodatum Gosonium Rhodiorum equitum magistrum initas attulere a Pontifice confirmandas. Quibus Clemens respondit, nondum a se corroborari posse, ni prius principes foederatos an eas vellent admittere certiores fecisset: convenitque cum Turcicis oratoribus statim tempore utrinque ab armis discessum iri, dum ipsos de re tota consuleret: quo argumento haec Chalabi Turca scripsit b.

Clemens, &c. nobili viro Chalabi domino Altilocum veram fidem agnoscere, & agnitam custodire.

Cum fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus habita deliberatione matura, visum fuit nobis & illis decens & congruum, quod antequam ad confirmationem tractatum procederetur ipsorum, pro eo, quod habiti fuerant sine conscientia charissimi in Christo filij nostri Hugonis Regis Cypri illustris, & dilecti filij nobilis viri ducis Venetorum, qui ratione unionis habitae inuicem tanguntur principaliter in hac parte, Regi & duci praedictis haec omnia fierent nota prius, & cum ipsorum conscientia ad confirmationem procederetur tractatum praedictorum. Quamobrem deliberavimus dictos Regem & ducem requirere, ut eorum nuncios infra mensem maii futurum proximo ad nos mittant, ut cum eo super ijs consultius deliberare possimus: quibus convenientibus coram nobis, & super praemissis deliberatione habita cum eisdem, nobilitatis tuae quidquid super hoc deliberabimus rescribemus.

Interim tamen ordinavimus volentibus & consentientibus tuis nuncijs antedictis, quod ex nunc usque ad festum natiuitatis Domini proximo secuturum, & ex tunc usque ad unum annum fiant sufferentiae hinc et inde: ita videlicet, quod durantibus sufferentijs huiusmodi, ab utraque partium penitus absteineatur a guerra, et nihil attentetur per alterum contra alterum noxia novitatis. Quocirca nobilitatem tuam monemus, requirimus, et hortamur, quatenus per te ac subditos, tuos durante tempore sufferentiarum, ab omni guerra et qualibet noxia novitate contra Christianos quomodolibet facienda protinus abstinere procures, etc. *Dat. Avin. kal. iulij anno VIII.*

31 Monuit Clemens Hugonem e Regem Cypri, Andream d Dandalum ducem Venetorum, ac Deodatum e Gosonium Rhodiorum equitum magistrum de re tota cum Chalabi Turcarum principis oratoribus gesta, utque absterent a laessendis Turcis rogavit. Agit de his Bofius fac fluctuasse ancipitem Romanum Pontificem ait, neque certa explicuisse consilia an bellum cum Turcis gerere pergeret: an foedus pacificeretur: cum enim magno fidei amplificanda arderet studio, ob funesta Anglorum et Francorum bella ad inducias propendebat; fixumque erat animo, ut si eos Reges conciliare potuisset, ad edomandos Turcas omni contentione incumbere, atque adeo extrahere leues inducias constituit. De redintegrato vero in Turcas foedere sequenti anno agemus.

Incendebant porro Pontificem ad bellum illud sacrum Cantacuzenus & Ioannes Palaeologus Imperatores, qui repetitis literis flagitarunt a Clemente, ut nuntios apostolicos quos erat pollicitus, legaret quo de foedere in Turcas faciendum ageretur. Ita susceptam ob Turcas in Graeciam aduectos incitatosque contra fideles maculam contrarijs facinoribus eluere velle videbatur Cantacuzenus. Cui Pontifex, gratiam in praesenti seculo, quae ad gloriam futuram perduceret precatus, rescripsit pridie kal. iunij nullos adhuc missos tum ob gravissimum incumbentium rerum molem, tum ob intempertiam celeberrimorum virorum, quos primum legarat, mortem: tanta vero rei daturum se operam; atque ad coniunctionem ecclesiae orientalis cum Romana redintegranda est illi adhortatus. Hic addemus Regis Cypri filios e paterno regno discedentes magno more Hugonem affecisse, quem ea ratione delinire studet id. septemb. Pontifex a ipsos Instrandum orbis cupiditate aufugisse, ac si ad sedem Apostolicam diuenterint, pontificia solitudine ad Cyprum reuocatum iri.

Græci de foedere in Turcas cō Pont. agitant.

To. 8. ep. secr. pag. 61.

IESV CHRISTI

annus 1350.

CLEM. PP. VI. CAROLI IV. ROM. REGIS 5.

9. IO. PAL. IO. & IO. CAN. 4. IMPP. OR.

Affulsit letus pijs annus a virgineo partu quinquagesimus supra millesimum trecentesimo indictione tertia ex apostolica Clementis VI. Pape constitutione iubilæus, quo maximi ex omni Christiani orbis parte concursus hominum utriusque sexus facti: de quibus accuratissime praeter auctoribus, quos recensere omisimus, Matthæus Villanus, qui tum temporis scribebat, refert b, Christi fideles amplissima peccatorum venia, quam summus Dei vicarius dabat, consequenda cupiditate permotos incredibili alacritate sacrum iter, periculis omnibus et incommodis posthabitis, aggressos tanto numero confluisse Romam, ut communi consensu existimatum sit, festo Domini natalitio superioris anni, et quadragesima ac sacro dominica resurrectione die decies circiter ad duodecies centena peregrinorum millia continuo euntium ac redeuntium in Vrbe esse versata: sacro ascensionis dominicae et pentecostes tempore ultra octies centena millia: adulta ætate numerum imminutum, haud tamen adeo, ut ad ducenta millia quotidie conspecta non sint. De pietatis sensu, quo fideles erant Instrandis sacris Urbis locis delibuti, hæc habet Petrarcha c: *Quam dulces est Christiano animo Urbem cernere cali instar in terris sacrosanctis martyrum neruis atque ossibus confertam, & voti testium pretiosa cado vesperam. Videre venerandam populis Saluatoris imaginem, & in saxo durissimo æternum gentibus adoranda vestigia, ubi ad literam luce clarius impletum cernitur illud Esaiæ d. Et venient ad te curi filij eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi. Circumire sanctorum tumulos, vagari per Apostolorum atria melioribus iam curis comitibus.*

b Marb. Vill. l. 1. c. 38.

Populorum ad limina Apost. concurrentium incredibilis numerus. c Petr. l. 2. ep. fam. 9.

Quo pietatis sensu fideles in Instrandam Vrbe delibuti. d Isa. 60.

Sudarium Domini dominicis ac diebus festis solentibus populo ostendi consueuisse in basilica Vat. subdit Matthæus Villanus: confertam autem adeo visendi studio fuisse multitudinem, ut nonnulli elisi pre turba extinguique reperti sit. Quæ res etiã ab Henri-

Veronica illis signis festis ostensa.

*a*Rebdorf.
in *annal.*
Aliqui pre
turba elii

*b*To. 9. ep.
secr. pag.
97. 113.
118. 131.

*c*Baron. in
not. M. S.
ad hunc
ann.
Noblium
Venetorum
sacrum
munus.
*d*Mastrb.
Vill. super
6. 56.

*e*To. 8. ep.
secr. pag.
298.
*f*To. 9. ep.
secr. pag.
113. 118.
131.
*f*Bonfin.
dec. 2. l. 10

*g*To. 9. ep.
secr. pag.
78.

Expetira
a princi
pibus lu
blici gra
tia.
* facto
rum

*b*To. 9. ep.
secr. 197.
249. 273.
i 16. ep.
249.

co Rebdorfio, qui aderat, confirmatur a: In do
minica, inquit, passionis Domini, qua canitur, Iudi
ca me, primo ostensum fuit sudarium Domini siue
imago delata per Veronicam; & tunc ex nimia pres
sura in ecclesia S. Petri, me presente, multi sunt sus
focati. Plures sunt pontificia litera b de Veronica
nonnullis viris insignibus ostendenda: ad quam
ornandam insigne munus nonnullis patritios
Venetos obtulisse, refert Card. Baronius his ver
bis c: Tres nobiles Veneti accedentes ad limina
Apostolorum attulerunt pro ornatu sancti sudarij
vultus tabulam crystallinam auro argentoque or
natam, locandam ante ipsum, prout habetur in ap
pendice ad librum martyrologij S. Petri basilica sub
septimo idus maij.

2 His addit Villanus d, remisso aestu auctum
peregrinorum numerum; ac tum precipue tran
salpinos plures nobilitate generis conspicuos
vtriusque sexus concurrisse, inter quos Mariam e
Flandria matrem Guidonis Cardinalis Bononia
comitissam, tum Insularum Fluxique comitissas,
marchionissam Montisferrati, vicecomitem Ca
ramagni, Elnensem episcopum, ac plures alios
spectatae dignitatis, pontificia testantur litera e.
Eodem anno adulto Ludouicum Vngariae Regem
Vrbis basilicas lustrasse, refert Bonfinius f multiq;
Reges alij & principes sacra Romana loca adituros
professi sunt, ni rerum publicarum mole distine
rentur, iidemque a Pontifice flagitarunt, vt ipsos
eius beneficij participes remisso peregrinationis
imperio, efficeret. E quibus Hugo Cypri Rex,
cum Perciuali e Rhegio oratoris opera id eblan
diri niteretur, hoc responsum accepit. g

Clemens, & c. Hugoni Regi Cypri illustri.
Scire te volumus, charissime fili, quod licet
te inter ceteros catholicos principes orbis terrae
geramus in visceribus charitatis, & vota tua fa
uoribus apostolicis prosequamur; in indulgentia
tamen praesenti anno quinquagesimo iubileo
principis Apostolorum & beati Pauli basilicas, &
Lateranensem ecclesiam de Vrbe visitantibus
concessam per nos pro salute fidelium animarum;
pro qua concedenda tibi remanenti in regno
tuo Perciualis idem deuote ac simpliciter cum
omni diligentia & sollicitudine insistit, multas ra
tiones & causas, quare id fieri deberet, addu
cens; tuæ non possumus annuere voluntari. Licet
enim plures alij principes, sicut tu etiam, id deuote
petierint, venerabiles fratres nostri, attenden
tes quod indulgentia ipsa, sicut pro ipsarum ani
marum salute, sic pro honore, ac venera
tione concessa est, consentire quod daretur alicui,
nisi easdem basilicas & ecclesiam visitarent,
nullatenus voluerunt. Sed credimus, quod cito
inuenietur via, per quam tu & consideratione
tui tui subditi poteritis eandem indulgentiam
consequi, duce Deo. Dat. Avin. xix. kal. septem
bris anno II. Potitum proximo anno Hugo
nem eo beneficio putamus, quo plures princi
pes, interque alios Eduardum Angliae Regem
eiusque filium Henricum ducem Lancastriae, tum
Isabellam & Philippam Angliae Elisabethamque
Vugaria Reginae, pluresque alios affectos reperimus
h: quin etiam Ioanni archiepiscopo Brundusino
internuntio apostolico in Sicilia eam da
tam auctoritatem, vt triginta fideles iubilei mu
nere donaret hac lege i addita, si adeunda yrbe
ad veneranda sacra loca desiderium concepissent,
nec iustus districti impedimentis implere potuissent,
tum auri vim in itineris vniuersi sumptibus
collocandam numerarent, quæ in pios vsus am

plificationemque fidei ex pontificia voluntate
vertenda esset, At consecutis temporibus aboli
ta est omnis ex ea re quaestus suspicio, nec recur
rente iubilei celebritate Pontifices aliena corra
dere, sed sua profundere consueuerunt.

3 Eluxit piorum liberalitas in sacra stipe
ecclesijs conferenda a, quæ ad earum ornatum
deriuata est; atque etiam sacris munusculis altari
B. Petri imponendis, de quibus cū postea lis obor
ta esset inter aræ orandæ praefectum & canonicos
eiusdem basilicæ, ea ab Innocentio VI. hoc de
creto dirempta est b: Volumus & etiam ordina
mus, quod dicti archiepiscopus & capitulum ad
restituendum vterius aliquid dicta camera de per
ceptis per eos in anno iubileo praedicta minime te
neantur. Præterea si qua vasa, si qua ornamenta
vel indumenta ecclesiastica super ipsum sacrum ac
venerabile principis Apostolorum maius altare de
cetero offerri contigerit ad cultum Dei diuinis offi
cij & ministerijs necessaria, ad instar B. Leonis
Papa IX. praedecessoris nostri ea omnia eidem basili
ca volumus inibi perpetuum permanere in vsu
& salarium ibi Deo & dicto Apostolorum principi
seruicium & seruiturorum; reliqua vero vasa,
ornamenta, ac indumenta, dictis officijs & ministe
rijs non necessaria, nec non & totum aurum & ar
gentum non monetata nec laborata & in massa
existentia, quæ super praedicto maiori altari fuerint
oblata, altararius eiusdem basilicæ, qui pro tempo
re fuerit, nostro & camerae nostrae nomine recipiat &
conseruet: reliqua vero oblationes, quæ in eodem
maiori altari in pecunia & rebus alijs, præterquam
in superius expressis, fieret pro tempore, per ipsum
altararium & quatuor annales dictorum capituli
camerarios, per ipsos capitulum secundum formam
statutorum ipsius basilicæ ordinatos, in loco tuto
more solito communiter reponantur, certis modo &
temporibus, prout sequitur, diuidenda: videlicet,
quod de ipsis reliquis oblationibus, quæ in dicto mai
ori altari pro tempore fuerint, quinque dumtaxat
vicibus partitiones seu diuisiones & monetarum
electiones singulis annis fiant, nisi necessitas immine
ret, quarum prima in dominica prima post octauam
epiphaniae, secunda in sabbato ante dominicam de
passione, tertia vero feria secunda vel tertia post
pascha, quarta in crastino ascensionis Domini, &
quinta in crastino dedicationis basilicarum beatorum
Petri & Pauli, fiant. Et infra
Ad hac volumus & etiam ordinamus, quod
decimam partem ipsarum omnium reliquarum
oblationum, quæ in pecunia & rebus alijs, præter
quam in vasis, indumentis, ornamentis, auro & ar
gento non monetatis, non laboratis, & in massa
consistentibus, vt præmittitur, fieret de cetero in
maiori altari praedicto; quæ quidem decima ipsis ar
chiepiscopis & capitulo ex privilegio deberi pro
luminaribus & fabrica dicta basilicæ dicebatur,
deinceps pro iuribus canonicalibus per se vel dictos
eorum camerarios temporibus, quibus diuisiones ipsa
fieri debent de toto ipsarum oblationum sic diuiden
darum cumulo vel aceruo, archiepiscopus & capitulum
recipiant antedicti. Ac etiam volumus, quod
tempore partitionis seu diuisionis huiusmodi, secunda
vel tertia feria post pascha vt præmittitur faciende,
prius quam ad diuisionem deueniatur eandem, pro
uiso seu pecuniaria onerum refugio, quæ in duode
cim integris & in totidem medijs rationibus, ac in
fontium & palliorum benedictione, nec non in ca
thedra B. Petri portione, & quibusdam alijs ad di
uinum cultum pertinentibus, in ipsa basilica
fieri consuetis, archiepiscopus & capitulum praedicti
de

*a*To. 8.
secr. pag.
10. 20.
Dei
stipe
delib.
collat.
b Inno.
VI. cap.
17. b. 11.
2. 2. 11.
Pag. 106.
Et man
ribus an
ri S. Petri
impulsi

Vtea fin
diuidenda

Decima
auri ar
cine h
fartis
etis ad
cenda

de prefato maiori altari recipere consueverunt, recipiatur per supradictos capituli camerarios, de toto ipso cumulo vel acervo eidem archiepiscopo & capitulo assignanda, &c. Dat. Avin. 11. id. Ianuarij pontificatus nostri anno 10. Ex his constat quanto antiquitus populi Christiani erga principem Apostolorum studio pietatis essent delibuti. Ex eadem vero sacra stipe conduci milites etiam iusserat Clemens a, vt peregrinorum incolumitati & commodis prospiceret. Caterum prefece- rat idem Pontifex Vrbi Anibaldum Cardinalem legatum, vt publica quieti, & peregrinorum commodis consuleret: verum cum is numerum dierum ad iustrandas basilicas antea prescriptum ex pontificio diplomate imminueret, quod nō modo ob plurimum difficultates, sed etiā quod Vrbs peregrinis continendis impar esset, necessitas posce- ret, vt Nicolai Laurentij vitæ auctor refert b, ipsum nonnulli auari Romani probris, ac familiam verberibus vulneribusque affecerunt.

4 Adijt etiam idem Cardinalis graue discrimen, dum e Vaticana basilica ad sacrum S. Pauli templum pergebat, immixtis in eum ex insidijs duabus sagittis, quarum altera eius pileum transfixit. Cuius sceleris auctores comperiri nunquam potuerunt: inuidia tamen Nicolao Laurentio adhaesit, ipsum eiusmodi comparasse insidias, vt sublato e medio legato, tyrannidem Vrbs tribunitiæ dignitatis specie inuaderet, adeo vt Anibal- dus aduersus ipsum censurarum ecclesiasticarum gladiū dirinxerit: de quibus pluribus Vaticanus codex c veteri sermone Italico, ac recenti caractere exscriptus, quem præ manibus habui. Et quidem nefarium ac turbulentum hominem Romanos sui studiosos trahere ad defectionem meditatam, pluresque peruertisse, ostendunt Clementis Papæ ad Anibaldum literæ d, quibus illorum conatus infringi iubet: adeo enim ad rebellionem erant Romani comparati, vt amplissimi lucri tantam causam, quod annus inuilescere afferebat, scelerè abstinerent.

Anibaldo episcopo Tusculano, A. S. L.

Vidimus quæ super facto illius pestilentis hominis Nicolai Laurentij ciuis Romani missæ nobis tuæ literæ continebant: & iam ante relatum nobis a fidedignis extiterat, quod dilecti filij populus Romanus adherere ei denno dicuntur quadam cœca nimis & præcipiti voluntate, quodque iam reassumpserunt eundem, nisi anni huius salutaris temporis non pro salutis obtentu, sed captandi lucri gratia detulissent. Et ideo studij tui sit, propositum dictorum populi circa hoc modis omnibus impedire, ne fiant nouissima hominis illius, per quem venerunt non solum scandalum, sed scandala plurima, peiora prioribus, si (quod auertat Dominus) reascendat: scimus enim, argumentum ex præteritis suis actibus colligentes, quod quamquam ipse ad redintegrationem eius multa promitteret, tandem sibi arridente fortuna pauca vel nulla seruaret, sicut est homo rara fidei, & constantiæ rarioris. Dat. Avin. 10. id. Iunij anno 10. Anibaldus porro nefarium hominem legibus & iure iudicario, vt testantur pontificiæ literæ e, infectatus, ipsum vertere solum coegit: Nicolaus enim ad explorandas nouas artes simulato cultu mense Iulio in Germaniam contendit, sed mox astutus vir in astutia sua comprehensus; de quo Clementis vitæ scriptor f: Tandem, inquit, post multa fatua, quæ gessit, alienum habitum induens dicti, Caroli nimirum, Romanorum Regis, curiam adijt, ipsius statum & ani-

um scrutaturus. Sed cognitus, captus, atque eidem Regi presentatus. A quibus non discrepant, quæ in Nicolai gestis a leguntur, clam in Boemiam ad Carolum se contulisse, versatumque Pragæ aliquandiu, & honorificè datum custodia.

5 Mancipatum vinculis deterrimum impostorem, iactantemque se Henrici Imperatoris ex spurio nepotem, Carolus Ernesto archiepiscopo Pragensi tradidit: licet enim ob dictam ipsi de- gesto imperio diem læsæ maiestatis lege postulari posset; ob impactam tamen reo hæresim Bertrandi & Anibaldi Cardinalium Apostolicæ sedis legatorum edictis illum ecclesiastico iudicio reseruandum censuit. Quæ accepta re, Pontifex Carolo Regi de victo ecclesiæ hoste actis gratijs, de- legibus iudicario ordine in eum exercendis, conuincendoque hæresicos vel adducendo ad sedem, Apostolicam, hæc scripsit b.

Clemens, &c. Carolo Regi Romanorum illustri.

Omnipotenti Deo gratias agimus, quod ipse intumescens fluctus aduersus ecclesiam suam sanctam, quam solus ipse fundauit & rexit, comprimens tempestiue, illum filium belial nequitiæ patrem Nicolaum Laurentij ciuem Romanum, perniciosum vtique ac nocuum (qui contra eandem ecclesiam & fidem catholicam, sed contra se potius erronea multa procaci lingua imprudenter euomens, per venerabilis fratris nostri Bertrandi Sabinensis, tunc tit. S. Marci presbyteri Cardinalis & bonæ memoriæ Anibaldi Tusculanensis episcoporum, tunc sedis Apostolicæ legatorum sententias, quæ nulla prorsus appellatione suspensæ in indicatam rem transiuerunt, de hæresi meruit condemnari) in manibus tuis miraculose conclusit. Sed & serenitatem tuam, quæ illum detineri, ac tandem venerabili fratri nostro Ernesto archiepiscopo Pragensi assignari mandauit & fecit, eo vberioribus prosequimur actionibus gratiarum, eoque attollimus laudis præconio potiori, quo deuotio, qua nos & eandem reuereris ecclesiam, in hoc sincerior puriorque resplendit, quoue Creatori tuo, per quem viuus & regnas, ac nobis & eidem ecclesiæ maius & gratius acceptiusque obsequium præstitisti. Cum autem prefato archiepiscopo per alias nostras literas iniungamus, vt eundem Nicolaum ad nos sub fida & tuta custodia mittere, vel ipsum caute custodire procurer, nobisque indilate rescribat quidquid egerit in præmissis, vt vel pro illo huc perducendo secure mittamus aliquos, vel eidem archiepiscopo destinemus articulos, super quibus contra Nicolaum inquisitionem formet & faciat antefatum, serenitatem tuam attente ac affectuose precamur, quatenus eidem archiepiscopo super præmissis sic tuum impartiaris auxilium & fauorem, quod idem filius belial nullius fraudis astutia, vel alia via qualibet libertatis beneficium consequatur. Dat. Avin. xv. kal. sept. anno 10. Carolum vero morem gessisse Pontifici, ex historicis colligitur, e quibus Clementis vitæ scriptor hæc monumentis mandauit c: Demum ad Auenionem eum Papa transmisit, ubi diutius incarcerationatus permansit. Vt vero Nicolaus postulatus crimine hæresicos, quamuis a duobus Cardinalibus legatis damnatus, illud detulerit, euaseritque e carcere, ac demum necatus exustusque fuerit, suis locis dicitur. Nunc de alijs tyrannis, qui pontificiam ditionem laniantur ob intempestiuas Clementis in Auenionensi secessu moras, illiusque curas admodum exercuerunt, dicamus.

Cenijci- tur in vin- cula a Ca- rolo Rege a Vit. Ni. Laur. c. 16 & c. 19.

b To. 9. ep. sect pag. 82.

Affix illi a Clemente gratia.

Postulatū, vt ad se- de Apost. vincus mittatur.

Paritum Pontifici. c Gesta Clem. VI. apud Bosq.

Ditio ecclesiastica discissa.

6 Extulisse hoc anno in Pontificem perduellionis signa plures ditionis ecclesiasticæ proceres, & iniustos principatus condidisse, describit inter plures alios M. S. Vaticani auctor his verbis a: *Husus tempore rese omnes ciuitates, terra, & castra patrimoniij S. Petri, marchia Anconitana, & Romandiola se rebellauerunt sedi Apostolica, & ipsius in illis partibus rectoribus & officialibus. Omnes deuenerunt in manibus tyrannorum: uidelicet patrimonium in manus Ioannis de Vico præfæcti Viterbij: marchia in manibus dominorum de Malatesta & Galiotti de Arimino, Nolfij, atque Gallasij, atque suorum fratrum; nepotis comitis Conradi de Montefeltro, domini Alogiti de Fabriano, nepotum Burgarutij de Matelica, Ysinidacij de S. Seuerino, nepotum domini Gentilis de Varano: nepotum Mappelli de Montemillano, nepotum domini Pagitis de Cingulo: Nicolai de Boseareto, filiorum domini Raimundi de Fesio, Peloni de Ayofredi de Macerata, Gentilis de Moliano, & quamplurium aliorum tyrannulorum. Romandiola uero in manibus prædictorum Malatesta, Francisci * Sinibaldi capitanei Foroliuij, domini Ioannis de Manfredis de Fauentia, Bernardini de Polenta: quas prouincias prædicti tyranni cum alijs ipsorum sequacibus occupatas tenuerunt per tempora, ipso Papa uiuente.*

Emicuerit inter alios flagitio Ioânes & Guillelmus Ricciardi Manfredianæ familiæ spurij, qui ad defectionem Fauentinos traxere, de quibus queritur Clemens in literis ad Italiæ principes ac populos de ijs comprimendis deprecatorijs b: *Ad uostram, inquit, iam credimus peruenisse notitiam. qualiter Ioannes & Guillelmus Ricciardi de Manfredis milites Fauentinenses, debita fidelitatis obliuiscimur ac immemores beneficiorum a Romana ecclesia perceptorum, ciuitatem nostram Fauentinam, officialibus & gentibus nostris abinde ignominiose deuictis, proditione occuparunt & detinent occupatam, ut quibus ex natura uitio & pudore originis purificari non poterant, possent per tyrannidem dominari. Dat. Auin. 10. non. martij anno VIIII.* Captarant illi rebellandi occasione c ex Astorgij Durofortij præsidis Flaminia absentia: quos cum reuersus e Gallijs, contracto exercitu, redigere ad officium anniteretur, Ioannes & Iacobus Pepuli Bononiensis fisci præfæcti ad constabiliendam tyrannidem Ioanni & Guillelmo Manfredianis se adiunxere. Quorum detectas fraudes, ac Ioannem Pepulum (dum exercitus pontificij, qui apud Salarolum castra erat metatus, milites auro promissisq; subornare studebat) comprehensum, describit Clemens in literis ad Perusinos datis, quos ad tutandas ecclesiæ partes hortabatur d. Mancipato custodiæ Pepulo, Astorgius omiſsa Fauentia, quæ tuta munitionibus, præsidioque firmata erat valido, Bononiam versus signa extulit, ut trepidantem Iacobum Pepulum tyrannide depelleret. Cum Ioannes archiepiscopus Mediolanensis, proferendæ tyrannidis ambitione incensus, subiiciendæ sibi Bononiæ spe rebellionem in Apostolicam sedem est meditatus, quamuis rogatus a Clemente e, nec copias e castris pontificijs reuocaret, neue villas cum Pepulis coitiones iungeret: ad obtendos enim rebelles a se Caroli Romanorum & Boemorum Regis auxilia imploratum iri f: de quo etiam Opizo Arestinus marchio monitus est, g

Pontificia imperia, ac Romanorum Regis potentiam spreuit Ioannes archiepiscopus, utque facinus coloraret, Astorgio Durofortio proditionis crimen ob uinctum Ioannem Pepu-

lum impexit a, bellumque ni restitueret libertati, illi denuntiauit. Potuisset Astorgius Bononiam ad ecclesiæ ditionem reuocare, si castra ad urbem promouisset: sed dum cunctatur, Ioannes illius conatus anteuertit, submissis trecentis equitibus b: neque ita multo post Malatesta Ariminensis, & Vvarnerus Sueuus cum quingentis militibus fluctuantem urbem, an rediret ad obsequium, in rebellionem confirmarunt.

7 Audita archiepiscopi inuasionem, Pontifex legibus & armis in eum agere constituit c: utque iudiciario iure reprimeret, grauissima in ipsum edicta tulit d, in quibus uniuersa eiusdem scelera percensuit e, ut nimirum olim hæresi ac schismate infectus fuerit adeo, ut etiam anticardinalem Petri e Corbaria pseudopontificis se gesserit, ac tanto flagitio uenia deleta a Ioanne XXII. admissus in gratiam creatusque episcopus Nouariensis, ac deinde ab Clemente ipso ad archiepiscopatum Mediolanensem traductus iniurias pro beneficijs rependerit, & Bononiam iniustæ uenditionis specie occuparit: in Galeatium, Bernabonem, & Maffolum Stephani Vicecomitis filios uetera Ioannis Papæ edicta renouata: quin etiam una cum ijs Ioannem & Iacobum Pepulos, qui fisci pontificij præfectorum nomine apostolica indulgentia rem Bononiensem administrarant, atque insigni scelere eandem urbem uendiderant, censuris defixit f. Quæ edicta archiepiscopis & episcopis x i. kal. decembris diuulganda misit. Consentunt his quæ Baronius in M. S. notis ad hunc annum apposuit g: *Hoc, inquit, anno nono pontificatus Clemens VI. monuit per publicas bullas Ioannem archiepiscopum Mediolanensem & Galeatium nepotem suum ad dimittendam ciuitatem Bononiæ, quam occuparant, arguens eosdem de maxima ingratitude aduersus ecclesiæ: iustique illas bullas affigi in ualuis ecclesiæ Auinionensis. Hæc in libro priuilegiorum Romana ecclesiæ. Delibauimus nos ex eodem priuilegiorum libro h potiorum eorum publicorum monumentorum partem, quam afferendam duximus.*

Clemens, &c. ad futuram rei memoriam.

Ioannes archiepiscopus Mediolanensis; quem uenerabilem fratrem non decet nos propter eius demerita nominare, Deum non timens, nec homines reuerens, pœnas & sententias [nimirum Ioannis XXII. aduersus pontificiarum urbium inuasores latas] in huiusmodi contentas processibus, ut declarat sequentia, non est ueritus incurrere, & plures in præcipitium secum trahens, diuersis aliarum pœnarum laqueis se periculose nimium irretire. Cum enim propter extorsiones & tyrannides, & multa alia enormia, quæ Iacobus & Ioannes de Pepulis ciues Bononienses (quibus administrationem iurium Fiscalium in ciuitate, comitatu, & districtu Bononiensibus, ad nos & ecclesiæ eandem spectantibus, ad tempus modicum duxeramus sub certis pactis & conuentionibus committendam) contra pacta & conuentiones huiusmodi temere uenientes, in eisdem ciuitate, comitatu, & districtu in ecclesiæ prædictæ & subditorum nostrorum intolerabile præiudicium exercebant nos administrationem eorum reprobam, & perniciosum abusum, per quos ciuitatem præfatam cum suo districtu ad exterminium quodammodo deducebant, tolerare salua conscientia ulterius non ualentes, cū ciuitatem ipsam pro bono subditorum ipsorum statu uellemus ad manum nostram reducere, & per alios officiales nostros in statu pacifico, & cultu iustitiæ sub-

a M. S. bib. Vat. sign. n. 2040. pag. 51. Præcipuum tyrannorum nomina.

* Ordelaffi

b To. 8. ep. secr. pag. 169. Fauentia a Manfredianis occupata.

c Marth. Vill. l. 1. c. 52. & 55.

d Pepuli Bononienses illis sedere conuicti.

e To. 9. ep. secr. pag. 61.

f Mediolan. archiep. Bononiæ affectat.

g To. 9. ep. secr. pag. 50.

h Ib. pag. 60. & Ib. pag. 57.

a Marth. Vill. l. 1. c. 63. Eam in rebellionem confirmat. b Ib. c. 64.

c To. 9. ep. secr. pag. 169. d Marth. Vill. l. 1. c. 76. e Ibid.

f Districte re in eum iudicium seueritate parat.

g To. 9. ep. secr. pag. 161.

h Baronius not. M. S.

i Pronuntiatum in eum edictum. b Lib. priuilegiorum Rom. ecc. l. 1. c. 393. etiam in arc. S. Aug. & in coll. Plat. ro. 3. pag. 48. Plat.

k Ve Depullos contra fas defendendos suscepit.

l Obstat ne Bononiensis pontificij imperio inueneretur.

sublata omni tyrannide gubernare; præfati Iacobus & Ioannes, assumpto rebellionis spiritu, conati sunt possessionem eiusdem ciuitatis nobis inreruere, & ipsam contra voluntatem nostram sibi cum armorum potentia retinere.

8 Quorum iniquas operationes dilectus filius Astorgius de Duroforti miles, Romandiolæ rector aduertens, ad recuperationem ciuitatis, comitatus, & districtus prædictorum, & ad reducendum ipsos ad manus nostras, sollicitè laborauit. Et cum labor huiusmodi opatum (dictis Iacobo & Ioanne resistere non valentibus) iam fortiretur effectum, & ciuitas ipsa ad manus reduci ecclesiæ verissimiliter speraretur, præfatus archiepiscopus per Romanam ecclesiam diuersis honoribus & magnis dignitatibus exaltatus, conuertens in ingratitudinis vitium grandia beneficia, quæ receperat ab eadem (quem præfati per eum eidem ecclesiæ fidelitatis iuramenti violatio proculdubio arguit infidelem) lac, quod ex matris suxerat vberibus, in maternam sic opprobriose euomuit offensam, quod ubi ecclesiam prædictam ad recuperationem ciuitatis eiusdem iuuare debuerat, & eidem rectori pro ecclesia, circa hoc assistere auxilijs opportunis; aduersarijs rebellibus ipsius potenter & patenter adhæsit: & missa per eum dictis Iacobo & Ioanni ad eorum defendendam & sustinendam rebellionem & ecclesiæ prædictæ offensionem magna multitudine armatorum, recuperationem, reductionem, & afflictionem ciuitatis, comitatus, & districtus prædictorum ex huiusmodi auxilio & fraudulento consilio impediuit. Cumque prædictis ad notitiam nostram deductis, frequenter archiepiscopo scripsissemus eidem, ipsum salutaribus monitis & paternis exhortationibus inducendo, quod memor gratiarum & honorum, quibus sedes Apostolica ipsum fuerat prosecuta, & fidelitatis, quæ eidem erat strictus, gentem armigeram, quam Bononiam in dictorum Iacobi & Ioannis subsidium miserat, reuocaret, nec ipsis in ecclesia prædictæ tam grande præiudicium daret consilium, auxilium, vel fauorem; ipse, velut aspis surda, monita huiusmodi auribus obturatis obaudiens, & pertinacia confirmata contemnens, non solum continuauit temerarie, & impudenter incepta, sed etiam ad deteriora suæ malitiæ telam, & profanos conatus extendere non expauens ipse qui prius fautor & adiutor fuerat rebellium ecclesiæ sapefata, postquam eidem scripsimus, patenter ipsius hostem se constituit principalem, ciuitatem prædictam cum eius districtu, habitis cum dictis Iacobo & Ioanne illicitis commercijs, quasi diuisis sibi ecclesiæ vestimentis, per Galeacium de Vicecomitibus de Mediolano nepotem suum grandi stipatum exercitu tyrannidem occupando, quam adhuc retinere dignoscitur occupatam.

9 Nec silentio præterimus, quod præfatus archiepiscopus, vt cautius & opportunius virus intrinsecum euomeret, & iniquitatem quam prius conceperat parturiret, in curia Romana ambaxiatores tempore occupationis prædictæ ciuitatis habebat, qui cum aliquibus Cardinalibus, per nos ad eorum importunam instantiam deputatis, super recuperatione & statu ciuitatis nostræ prædictæ nomine & de mandato præfati archiepiscopi, vt missæ nobis per eum literæ credentiæ innuebant, tractatum habebant. Quo pendente, non sine aliquali apud graues personas proditiōnis nota, non erubuit nequiter ad occupationem

prorumpere supradictam, se per hæc & alia illicita in huiusmodi occupatione perniciose commissa, & omnes & singulos, qui in prædictis per se vel alium seu alios eidem archiepiscopo præstiterunt consilium, auxilium, vel fauorem publice vel occulte, pœnis & sententijs per eundem prædecessorem aduersus talia præsumentes, vt præmittitur, promulgatis damnabiliter inuoluendo.

10 Et quamuis propter huiusmodi occupationem dictæ ciuitatis Bononiensis, & multa illicita ipsius occupationis occasione commissa (quæ in diuine maiestatis offensionem, nostrum & ipsius ecclesiæ graue damnum, & enorme præiudicium, & contemptum, circumpositarum regionum periculum, exempli perniciem, & multorum scandalum cedere dignoscuntur, cum sic euidenter se exhibeant, & existant notoria, quod nulla possunt tergiversatione celari, quam etiã occupationem nomine & de mandato ipsius archiepiscopi factam fuisse, ipse nobis per suas literas intimauit) nos ad declarationem & publicationem pœnarum & sententiarum spiritualium & temporalium præscriptarum contra præfatos archiepiscopum & Galeacium, ac complices, auxiliares, consiliatores, & fautores eosdem possemus procedere iustitia mediante; tamen de benignitate solita dictæ sedis expectare volentes, an dicti archiepiscopus et Galeacius ad cor redeuntes ab huiusmodi suis iniquitatibus resipiscant, et proinde agere mitius cum eisdem; de fratrum nostrorum consilio archiepiscopum et Galeacium et quoscunque alios, ciuitatem nostram prædictam occupatam suo vel alieno nomine detinentes, ac eorum in hac parte complices, auxiliares, consiliatores, et fautores eosdem, præfate hac multitudine fidelium copiosa, requirimus et monemus, eis districtius iniungentes, vt dicti archiepiscopus et Galeacius, et quiuis alij occupatores ciuitatem prædictam Bononiensem ac castra, villas et loca, comitatus et districtus ciuitatis prædictæ occupata per ipsos, infra quadraginta dies a data presentium computandos, pure, libere, et simpliciter nobis, aut dicto rectori Romandiolæ, seu alij vel alijs ab eo specialiter deputato seu deputatis, nostro et ipsius nomine plene, realiter, et integre, omni dolo et fraude cessante, cum effectu reddant, etc. [Addit imperia, vt liberam possessionem Bononiæ tradant, vt federati archiepiscopi et Galeacii ab eorum societate se subducant: ac si archiepiscopus et Galeacius in pertinacia persistierint obfirmati, nec labente quadraginta dierum spatio Bononiam restituerint ipsos ac flagitij participes anathemate, ditionem vero ipsorum interdicto ecclesiastico percellit. Pergit Clemens].

11 Et nihilominus prædictos archiepiscopum et Galeacium, ac omnes et singulos cuiuscunque status, gradus, et conditionis existant, qui vt prædicitur, in occupatione prædicta eidem archiepiscopo et Galeacio dederunt auxilium, consilium, vel fauorem, per hoc publicæ citationis editum, quem citandi modum ex certis et rationabilibus causis eligimus, peremptorie citamus, vt die vigesima mēsis ianuarij proxime secuturi, quâ eis pro peremptorio termino assignamus coram nobis personaliter comparere procurent, visuri et audituri prædictarum pœnarum et sententiarum declarationem, in eiusdem prædecessoris processibus, vt præmittitur, contentarum, ac inflectionem et impositionem aliarum pœnarum, quas eis iuxta ipsorum demerita duxerimus im-

Contra-
xerit cen-
suras.

Tarda de
ea experi-
ta vindic-
ta.

Illi socijs
que inter-
tate po-
niam Bo-
noniam
restituât.

Indicta
iudicij
dies.

Perduelli-
bus sub-
miserit au-
alia.

Monita
officij in
curiam
ca obdu-
ment.

Proditio-
ni abem
luciperit.

imponendas, ac nobis et eidem ecclesie pro iniurijs, offensis, et damnis illatis emendam et satisfactionem debitam prestituri, & alias facturi et recepturi quod suadebit iustitia, & nobis videbitur expedire; aperte predicantes eisdem, quod siue in predicto termino venerint, siue non, nos ad declarationem & inflictionem sententiarum & penarum huiusmodi, & alias contra eos, non obstante eorum absentia, exigente iustitia procedemus, &c. [Monet Mediolanenses, Reginenses, Parmenses, Mantuanos, Nouarienses, Bergomenses, Placentinos, Astenses, Albenses, Tondenses, Cremonenses, earumque urbium magistratus, proceres & populos, ac pagorum oppidorumque circumiacentium, ne vllum auxilium Ioanni & Galeatio in retinenda Bononia conferant: atque anathema & interdictum non parituris intentat, contrariae foedera dissoluit: denique Pepulos his verbis in iudicium vocat].

12 Quia praefati Iacobus & Ioannes de Pepulis, qui contra fidelitatem debitam & iuramenta per eos prestita, dum eis huiusmodi administrationem commisimus, vt praefertur, contra nos rebellionis spiritum assumpserunt, & (vt de perniciosis tractatibus & proditorijs actibus, quos cum inimicis eiusdem ecclesie contra nos & officiales nostros ipsos in Romandiola habuisse & exercuisse fidedigna habet relatio taceamus) occupationi predictae causam principaliter praestiterunt, ac contra aliqua comitatus & districtus predictorum, asseruntur iuxta conuentiones, illicite inter ipsos & praefatum archiepiscopum habitas, in vsus proprios retinere, & per hoc in penas & sententias in predictis contentas processibus & diuersas alias inciderunt, ad quarum declarationem & publicationem per eo, quod predicta sunt notoria, quod nulla possent simulatione vel tergiversatione celari, procedere possemus; attamen ad dictae sedis mansuetudinem solitam ostendendam, ac ipsorum malitiam conuincendam, per hoc publicum citationis edictum eisdem Iacobum & Ioannem peremptorie citamus, vt die vigesima mensis ianuarij proximo secuturi, quem eisdem pro termino peremptorio assignamus, coram nobis personaliter comparere procurent, visuri & audituri declarationem & publicationem penarum & sententiarum, in predicti predecessoris processibus contentarum.] Adiectis nonnullis, quibus iudiciorum intentatur seueritas, ac edictum pontificium publice affigendum decernitur, haec temporis nota apposita est: *Actum & datum Avin. in palatio nostro apostolico xiiii. kal. decembris pontificatus nostri anno ix.* Contempturus erat vir iniquus pontificia edicta, atque vis illius nisi vi frangi posse videbatur, quocirca Pontifex Ildebrandinum episcopum Parauinum Apostolicae sedis legatum creauit, munusque ei iniunxit, vt cum principibus Italis in Ioannem archiepiscopum Bononiae inuasorem coitiones iniret, tum quos posset Insuabres ad ecclesiae partes traduceret: atque Andream Dandalum ducem Venetorum & alios principes Italos b, interque alios Opizonem Atestinum (cui Ferrariensis praefectura ad aliud decennium extracta, imposito decem millium aureorum vectigali annuo) ad patrocinium ecclesiae suscipiendum concitare studuit. c

13 Redijt hoc anno Ludouici Gonzagae auspicijs Mantua ad ecclesiae obsequium, a quo iam ante Ludouici Bauari partes secuta, pressaque Raynaldi Passarini tyrannide descuerat: coacto enim in vrbis praetoriorum ordinum caetu ce-

leberrimo, ciues decreuere oratores ad Clementem, quos amplissimis mandatis ad petendam superioris ab ecclesia defectionis veniam, & censurarum, quibus erant impliciti, abrogationem; nec non ad apostolicam sententiam in controuersijs pontificij caesareique iuris, quas Gibellina factio mouerat, excipiendam instruxere. Extant ea de re prolixiora acta Mantuae edita a, quae nos, praetermissis leuandi tardij gratia pluribus vocum repetitionibus & formulis, quas tabelliones solent inferere, delibauimus: quae consentiunt pluribus documentis alias memoratis, ab alijs Italiae populis nomen Caesarem colentibus editis, reconditisque in molis Adrianae tabulario & passim in tomo II. monumentorum, quae Platina iussu Sixti IV. collegit, & in libro priuilegiorum Romanae ecclesiae reperiuntur.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Amen. Generale consilium communis & populi ciuitatis Mantuanae, & infra, ordinauerunt syndicos & procuratores & nuntios speciales Azonem de Manzis de Regio legum doctorem, & Ioannem quondam Agbinolfi de Aretio ciuem Mantuanum ad se praesentandum coram sanctissimo in Christo patre & domino domino Clemente Papa VI. diuina prouidentia sacrosanctae ac vniuersalis ecclesiae summo Pontifice, & reuerendissimorum patrum dominorum Cardinalium sacro collegio ad petendum, & infra, reuocationem a quibuscumque sententijs, penis, & processibus tam a iure quam ab homine latis, positis, seu inflicis, quos vel quas ipsi constituentes incurrerunt pro eo & ex eo, quod cum quondam Passarenus de Benacolis ab ecclesia de haeresi damnatus sua tyrannide subiugaret homines, populum, & ciuitatem predictam & districtum, ipsi populus obediuerunt eidem ante damnationem predictam & post; videlicet eius persona, sed non eius haeresi, cum ante damnationem per viginti annos in dicta ciuitate tyrannizaret. Item pro eo & ex eo, quod dictus Passarenus gentes quondam damnati Ludouici de Bauaria receperat, maxime dicto populo non valente resistere commode. Item pro eo & ex eo, quod dicti populus & vniuersitas eidem quondam Ludouico damnato paruerunt, auxilium eius persona, sed non eius haeresi prestando, dum prope ciuitatem Mantuae per quindecim milliaria Lombardia existeret cum eius exercitu copioso: maxime non valentes ei resistere commode. Nonnullisque interdictis de excipiendis apostolicis imperijs, subditur.

Item adiurandum nomine & in animas predictorum, quod ipsi constituentes & eorum quilibet credunt, quod ad Imperatorem non spectat Papam deponere & alium facere: sed hoc reputant erroneum & haeresim damnatam per ecclesiam, quam & ipsi constituentes & eorum quilibet, quantum in eis est, damnatam reputant omni iure diuino & humano. Item ad constituendum, quod vacante imperio dominus Papa habet administrationem, iurisdictionem, & regimen ipsius imperij vbique terrarum. Item ad iurandum nomine & in animas predictorum, quod ipsi constituentes non erunt cum sequacibus olim Ludouici de Bauaria damnati, nec cum alijs haeticis & schismaticis, nec cum sequacibus olim Petri de Corbaria, nec cum alijs quibuscumque per ecclesiam damnatis vel condemnandis; nec eis auxilium vel fauorem dabunt in futurum directe vel indirecte, publice vel occulte, donec reconciliati fuerint cum ecclesia: sed ecclesiae ac eidem domino summo Pontifici et successoribus eius canonice intrantibus fideles erunt. Item ad promittendum nomi-

Veriti Insuabres Vicecomitibus Insuabres.

Pepuli etiam iudicio proflati.

Decretus in Italia pontificij internuntius. a To. 9. ep. secr. pag. 180. b Ib. pag. 181. 182. 183.

d Clo. VI. an. 9. ep. secr. 236.

Mantua ad ecclesiam obsequium uerit.

a Extor. apud nos. 5. 1. l. 2. diuerso 421.

Publica coru. 23.

De Passarini peribus delentis veni. polcent.

Et Ludouici Bauari recepti imperij.

Mantua nam haec sin extorant.

Vacante imperij ad administrationem spectare ad Pont. agnoscit.

mine et in animas predictorum, quod ipsi non receptabunt in ciuitate Mantue, nec in eius comitatu vel districtu sequaces olim dicti Ludouici de Bauaria, vel aliquos alios, qui venient sub nomine Regis vel Imperatoris Roman. vel alterius tituli, vel eorum altero sine mandato dicti domini summi Pontificis vel successorum eius canonice intrantium, vel nisi essent per sedem Apostolicam approbati et confirmati: nec pro eis vel eorum aliquo mittent, nec per se vel alios publice vel occulte eis vel eorum alicui prestabunt vel dabunt auxilium, consilium, vel fauorem: sed erunt, stabunt, & perseuerabunt in rebellione dictorum olim sequacum Ludouici predicti & aliorum, qui venient sub nomine Imperatoris vel Regis Romanorum, vel alterius tituli, vel eorum altero, nisi ad mandatum sancte matris ecclesie & dicti domini summi Pontificis et successorum eius canonice intrantium, donec ad mandata sancte matris ecclesie venerint, vel per sedem Apostolicam approbati fuerint & confirmati. Item ad promittendum & iurandum nomine & in animas predictorum, quod ipsi de terris, que eorum administrationi subiunguntur & in posterum subiungentur, vniuersos hereticos ab ecclesia condemnatos & condemnandos pro viribus expellere & exterminare curabunt, &c. Ad duntur alia de pellendis ijs qui Petri Corbaria vitio ad sacerdotia irrepserunt, colendis interuentijs apostolicis, pendendis multa nomine duobus aureorum millibus, facienda honorum iactura, si a promissis descuerint. Quae acta hac loci & temporis formula consignata sunt: *Actum in curtiu ancianorum predicti communis Mantue die veneris v. mensis octobris MCCCL. quinta indictione.*

Fietus his mandatis Mantuanorum ac Ludouici Gonzagæ principis orator Ioannes Aghinolfus coram Clemente & Cardinalium cætu superiora omnia sacramento professus est a, & Clemens xvii. kal. decembris pontificatus anno vndecimo Mantuanos censuris omnibus liberauit ea lege, vt ad crimina expianda sacellum concederet, quod triginta aureorum annuo vectigali & necessario sacro ornatu locupletarent, vt in eo sacerdos sacris operaturus Deum placaret, de quibus cum ob præcipitem Clementis obitum diploma confectum non fuisset, Innocentius a prædecessore gesta confirmauit, & Mantuanos sedis Apostolicæ gratiæ restitutos promulgauit edito diplomate his verbis consignato. *Datum Auin. kal. martij pontificatus nostri anno i.* Quæ licet discreta sint temporibus, in hunc annum, quo geri cæpta congerenda visa sunt, ne eadem repetere cogemur.

13. Hoc anno verno tempore celebratum est Pataniij a Guidone tit. S. Cæcilie presbytero Cardinale A. S. L. concilium; de quo Ioannes archiepiscopus Mediolanensis graues suspiciones suscepit b, ne ille Carolo Romanorū Regi in Italiam munire viā pararet, cum Carolus in Italiam ad recuperanda imperij iura ingressum adonare, vt pluribus sparferat literis, videretur: metuebat vero Ioannes, ne a Carolo principatu Mediolanensi, quem ipsius pater ac fratres dissensionis ecclesiam inter ac Ludouicum Bauarum occasione inuaserant, depelleretur: seque ad tuendum illum munire armis constituit. Non leues etiam de eodem Carolo Rege suspiciones aduersas Pontifex concepit, cum nonnullos ecclesie subditos clientes imperij appellasset: præterea ingratum illi extiterat, Carolum Ludouico duci Bauariæ eidemque marchioni Brandeburgensi, antequam

censuris apostolicis solueretur, beneficiario iure terras, quas vi obtinebat, contulisse: ad id vero politica ars Carolum adegerat, vt se e grauissimo bello explicaret, de quo superiori anno egimus. Denique cum Carolus sedem Apostolicam de sua in Italiam expeditione certiore non fecisset, Clemens Guidonem Cardinalem quidquam in synodo Patauina decernere vetuit, præter illa, quæ ad diuina spectarent.

14. De celebrata a Guidone Cardinale synodo meminit Cortusiorum a historia his verbis: *Mense madij reuersus Paduam, ex Romana nimirum peregrinatione, de prelati sue legationis celebrauit consilium generale.* Quæ vero in eo statuta sunt prætermittit: sed illa ad perpoliendos cleri populique mores, ac splendorem religionis tuendum spectasse, colligitur e pontificijs literis. Ante hos episcoporum cætus alios etiam coactos ad sacra B. Antonij Vlyssipponensis Ispaña in locum honorificentiore solenni pompa transferenda, meminit eadem historia hisce verbis b: *Corpus B. Antonij confessoris translatum fuit die xlv. february. Tunc supra arcam eius dominus legatus missam celebrauit, presentibus domino patriarcho Aquileiensi, archiepiscopo Iadra, Aldrouandino episcopo Padua, episcopo Verona, & multis alijs episcopis & prelati.* Editas ad sepulchrum eiusdem viri sancti plures cælestes virtutes, meminit eadem historia, & ante annos quatuor patratum hoc miraculum refert c: *Quidam, inquit, nobilis Vicentinus, qui propter fracturam cruris claudicabat, & dolores sæpissime sustinebat, nec poterat liberari, in somnio admonitus corpus B. Antonij Padua solemniter visitauit: qui pristinam obtinuit sanitatem.* Paucique interiectis subdit: *Per B. Antonium Paduae sunt multa miracula, quibus visis, multa peccatrices ad poenitentiam sunt conuersæ.*

15. Hoc autem ipso anno post memorate translationis celebritatem, in quodam Poloni principis, qui Romam pietatis ergo profecturus Patauium accesserat, familiaris insigne miraculum editum est: cum enim is scommate B. Antonium perstrinxisset, mox diuina ultione percussus est, ac resipiscens pristinae valetudini restitutus d: *Cum, inquit, dux Polonia esset Padua Romam iturus, ante voluit beatorum Prosdocimi & Iustinae limina visitare. Hic miratus pulchritudinem templi B. Antonij confessoris, postulans didicit esse templum patris urbis. Quidam vero foetus ducts, deridendo sanctum: Est ne ille Antonius, cuius nomine porci portant campanella? Qui statim Dei iudicio iudicatur: nam manus cum brachio debilitatur intotum, quam in prolatione verbi ostendit contra templum, cuius os extenditur vsque ad aurem. Dux miratur tunc prodigij: querit causam. Filius ducis refert facti seriem. Dum dux mente agitat quid agat, cælesti lumine illustratus ait: Ille cum precibus imploretur, qui percussit. Qui statim peccatorem coram sepulchro B. Antonij confessoris personam praesentauit: qui effusis lacrymis orauit deuotissime; & in tantum, quod oratio B. Antonij transfuit in calum, cuius precibus & amore prædictus nobilis a Deo pristinam rehauiuit sanitatem. Dux miratur, & gaudet: cum eo iota ciuitas exultauit. Fit concursus etiuum, sanctus in orationibus & oblationibus collaudatur: cui honor in secula seculorum. Fuit hoc eodem anno, nimirum MCCCL. die x. aprilis.*

16. Agitatum etiam Patauij de ineunda inter Bertrandum patriarcham Aquileiensem & ducem

a Cortus.
hist. l. 10.
c. 1.

b Eod. cap.
Translatio reliquiarum B. Antonij.

c Lib. 9. c. 8. ad ann. 1346.

d Cælestes virtutes edux ad eius sepulchrum.

e Cortus.
hist. l. 10.
c. 2.

f Diuina visio in B. Antonio illudentem.

g Vt eiusdem sancti precibus pristinae fuerit valetudini reditus.

Goritia concordia sermonum interprete litisque arbitro Guidone Cardinale legato colloquium, referunt præter Curtios a Villanus b, Rebdorfius c, & alij; sed irritum exitu dissolutum, patriarcha nimirum ad iura ecclesiæ suo sanguine firmata parato, comite vero ad augendum principatum anhelante. In quo conuentu singularis modestiæ & obseruantia in legatum apostolicum exemplo fulsisse Bertrandum, obseruat eius vitæ auctor d: *Quanta, inquit, humilitate ac mansuetudine venerandus princeps irradiauerit, loquantur legati de latere concilium Padua celebraturi: qui cum multis & varijs laceberetur iniurijs, opprobrijsque diuersis tanquam mitis flebat humiliter.* Commendat eundem vt virum probum & sapientem. Cortusiorum historia e, additque cæsum ex infidijs: *Dominus patriarcha, inquit, equitavit Sacilum, iturus Vtinum, cum ducentis galeatis. Contra eum pugnaverunt eius rebelles cum gentibus de Goritia, & debellatus fuit dominus patriarcha. Capti fuerunt multi diuites & nobiles castellani, in quorum numero fuerunt Gerardus de Cucagna & Federicus de Sauorgnano. Ipse vero patriarcha captus fossus gladio a quodam de Villalta obijt statim. Fuit hoc MCCCL. die VII. mensis iunij.* Mirum est quod referunt f terram, quæ cruorem viri sancti haudit, nullius generis herbam posthac protulisse. Scripsit post eius mortem dum fulgebat miraculis, illius gesta g familiaris eiusdem patriarchæ capellanus, e quo nonnulla delibanda visa sunt, cum in eo integerrimi præsulis exemplar expressum sit: *Bertrandus, inquit, ex nobili genere oriundus de S. Genesio diocesis Caturcensis, viriisque iuris doctor, sacri palatii decem septem annis causarum auditor, continentissima vitæ, & sobrietas eximia, magna sollicitudinis & vigilia pro subditorum commodis noctes transibat insomnes: circa diuinum officium deuotus, ac fidelis minister erga sacra mysteria nullo labore poterat fatigari, potissime in ecclesiarum consecrationibus & ecclesiasticarum personarum ordinationibus; nefanda scelera Simonis & Iscariotis Iude nomine nuncupata semper abominando in consecrationibus & beneficiorum collationibus. Et infra: Ordinavit tempore suo circa septingentos sacerdotes, ad reliquos vero sacros & inferiores ordines duo millia & ultra: cultui diuino intentus, in ecclesiarum augmentationibus seriosus. Interiectis nonnullis de ecclesijs sacris ornamentis locupletatis, aucto diuino cultu, instructis rebus necessarijs monasterijs, & muneribus in aras congestis, subdit de bellis ab eo pegeftis.*

17 *Compellebatur frequenter pastor bonus pro ecclesia sua iuribus recuperandis aut etiam conseruandis expeditiones bellicas instruere contra hostes, in quibus interdum in hebdomada sancta quadragesima constitutus, & ab ecclesia sua modicum elongatus per totam noctem velociter equitavit sub armis, nulla eum hostium formidine aut aeris intemperie retrahente, vt feria quinta in cæna Domini posset in sede sua conficere sanctum ebrisma. Considerabat enim, quod spiritualia tanquam digniora & precipua erant magis acceptabilia apud Deum; vnde quoscumque alios spirituales actus in illis sacris diebus eum facere oportebat, cum mira deuotione & adificatione atque consolatione populi exercebat. In illis quoque diebus, signanter circa penitentium reconciliationem curam sollicitam cum omni diligentia impendebat: nam cum de sua diocesi non solum Sclauis, sed etiam Theutonici & Latini de diuersis partibus illo sancto tempore Aquileiam*

leiam properarent ad recipiendum penitentia remedium opportunum pro remouendis suorum grauaminibus peccatorum, providebat pastor sollicitus, qui super gregem suum oculos non claudebat, de quodam fratre Prædicatore literato ac conscientiato viro trium supradictarum linguarum plenarie erudito, qui auctoritate ipsius audiebat huiusmodi penitentes, ac eis imponebat penitentias salutes: vnde illud, quod per seipsum facere non valebat, per idoneos ministros exequi satagebat.

18 *Addit illum Cælestinis monasterium, & sanctimonialibus ædes condidisse ac locupletasse: concilium prouinciale Aquileiæ celebrasse, atque in eo contra sceneratores, bonorum ecclesiasticorum inuafores, tum ad mores excolendos leges tulisse: annis pene singulis synodos coegisse: maximum pietatis ardorem in habendis sacris concionibus, pascendo grege, diuina re festis diebus peragenda, fundendis noctu precibus, macerando lenili corpore, ducendis in templo concubia parasceues nocte vigilijs, explicuisse. De eleemosynis vero hæc addit: *Hic pater pauperum agnatos non ditauit, nec thesaurum ecclesiæ ad alienas partes transmisit: sed inter Christi pauperes sue diocesis, vt Laurentius diuisit, vt proprijs oculis vidi, misque manibus contrectauit. Quondam famis & penuria tempore duo millia pauperum singulis diebus alimonia refectioe sustentabat: continuo autem tempore quotidianis diebus suis proprijs manibus duodecim mendicantes ob honorem duodecim Apostolorum cibarijs, quibus illa die vesceretur reficiebat; demum benedictione facta eum deuota comitua potissime literatorum virorum discumbebat. Virgines complures Deo dedicauit, aliasque non paucas iugali matrimonio proprijs & ecclesiæ suæ facultatibus copulauit, vt a quodam eius penitentiario post ipsius mortem percepi. In his dispensauit ultra duodecim millia florenorū, quod tempore vitæ suæ sciri vetuit sicut homo qui, humane laudis fauore contempto, ad diuinam gloriam suas eleemosynas referebat.**

19 *De illius aduersus iuris ecclesiastici inuafores constantia, partisque insignibus victorijs, dum in media acie, suis pugnantibus, supplices ad cælum manus expandebat, hæc refert: *Imperialis princeps patriarchali dignitate insignitus in festo Apostolorum Simonis & Iudæ peruenit Aquileiam, currentibus dominicis annis mille trecentis quatuor & tricenis, contra gentes Venetorum in Istria, contra Rixardum comitem de Camino iuxta Sacilum, contra comitem Goritia iuxta Bragulinum pro defendendis ecclesiæ suæ iuribus pugnare coactus, Dei dextera mediante, ac eius precibus & orationibus suffragantibus, adeo viriliter egit, vt principis militia sua industria cooperante, gloriosum triumphum de inimicis mirifice reportauerit: quarum certationum descriptiones singulares Regum, Machabeorum, et Paralipomenon librorum narrationibus fere adæquari mererentur: Moyses enim vestigia sequebatur, dum bellum per milites indiceretur, signoque ad pugnam dato, nudis genibus in terramque deflexis, nudato capite, manibus ad cælum leuatis, orationibus insiltebat continuis, donec ad eum finis belli perueniret optatus. Ex his triumphis temporibus diuersis Venonum ecclesiæ suæ Aquileiensi diu occupatum, Cadubrium, & Caulolanum sub suo pacifico merito possedit dominio. Formauit mores ad antistitis tanti exemplum clerus, & piorum doctorumque virorum numero effloruit. Pendendis vero diuino Numini precibus adeo impigre vacauit, vt media nocte eas pie funderet; il-**

a *Mod. cap. b. Mattib. Vill. l. 1. c. 87. c. Rebdorf. in annal. Discussū irritū exitū colloquium. d. M. S. bib. Vallic.*

e *Gull. & Albriger. Cor. hist. l. 10. c. 10. Auilic. patriarcha cæsus.*

f *Bonif. hist. Tar. us. l. 10. g. Extans. M. S. bibl. Vallic.*

g *Illius patria virtutesque.*

h *Ve pro ecclesiæ iuribus bellicose pugnauit.*

i *Sacra summo studio administravit.*

Liberalitatem in religiosis ordinibus explicauit.

Opes ecclesiasticas non cōsanguineis, sed inopibus tradidit.

De inimicibus contra hostes ecclesiæ suæ victorijs.

In præliis ardore fundebat Deo precibus.

Eius pietas illustris.

lucescente vero die facris operaretur, ac dein diuinæ rei ab alijs sacerdotibus peragenda magno pietatis studio interesset. Foro iulienfes illius famæ detrahentes vicit clementia: apostolicos internuntios maximis prosequatur honoribus: in subditos perhumanus, in vestium cultu modestus aberat a pompatico luxu, vt inopes tegeter: nec minus a delictijs abhorrebat; quin potius corpus suum ieiunijs statis temporibus atterebat. Denique vt a tyrannis & deprædatoribus ecclesiasticarum opum, cum a prædicta Patauina synodo, a Guidone A. S. L. Cardinale celebrata rediret, trucidatus sit, describit memoratus auctor.

20 Rediens pater inclytus a concilio Padua celebrato annis dominicis decies centenis trecentis quinquaginta fluentibus, requiesci Patris diuini die iunij sexta sui spiritus vaticinio moram illo mane contrahens in Sacilo, per inusitatam viam nitebatur ad patriam: tandem militum suorum, timoris periculum exuere conantium, deuotus instantia alta voce verbum emisit: Vado immolari pro vobis. Quam veritatem hac habuerit propheta, testetur sui martyrij triumphalis victoria; licet enim dum in humanis ageret, sapissime assereret: Deum oro, & dissolui opto pro ecclesia mea iuribus conseruandis trophæo, quo gloriosus Thomas pro sua ecclesia iuribus militauit Altissimo, quem magnis venerabatur obsequijs, singulis autem matutinarum vesperarumque horis completis, ipsius gloriosi Thomæ commemorationem agebat deuotam: tamen cernens in spiritu sua proxima resolutionis euentum, ex humanitatis fragilitate agonizabat in mente. Demum gratia confortatus diuina, iam completis suis canonicis horis, missam celebrari iussit, eamque deuotissime audiuit: personaliter etiam ob gloriosa virginis Mariæ reuerentiam, humili confessione præcedente, missam celebravit. Elapso sabbato proximo die, præmissa sancta Crucis signaculo, equum ascendit, Christi nomine inuocato, pergens vsque ad nonam ad planitiem quandam a Sperrinbergo per quatuor miliaria distantem. Et infra: Inimici autem irruerunt in eos in fugam conuersos, aliquibus captiuatis, alijs ab eorum manibus liberis factis. Ipse vero captus ad victimum ductus fuit, quinque vulneribus lethiferis sauciatus non oleo & vino fosis, sed pluuia maxima madidatis. Quamdiu caro tenuit spiritum deuotissimis orationibus animum habebat intentum suisque carnificibus indulgendo pro eis Deum suppliciter exorauit. Tandem dicto: In manus tuas Domine spiritum meum commendo; ductore Deo migravit ad Christum hora quasi vespertina completorij verisimiliter suo rutilanti sanguine pro suis defendendis ecclesie iuribus Thomæ beato sociatus, cuius semper flagitabat martyrium imitari.

Elatum est illius cruentum corpus, ablutumque piorum lacrymis, ac solempni pompa funebri in templo Vtinensi sepulchro traditum: & quamuis nullis aromatibus conditum fuerit, flectente anno, cælesti monitu aperto sepulchro a successore Nicolao, repertum est a corruptionis labe immune: cumque multis miraculis ad eius nomen imploratum editis fulgeret illius gloria, iterum refoffum est sacrum corpus, ac post diuinam rem peractam maximo Italarum, Sclauorum, Vngarorum, Germanorumque concursu in ara collocatum integrum adeo, vt viuus stare magna omnium admiratione videretur, omnibus ostensum est. Adiecit eiusdem patriarchæ vitæ auctor libellum, in quo cælestes virtutes Bertrandi ope editæ narrantur publicis exceptæ ta-

bulis, grauissimorum virorum testimonijs, omnibusque loci, temporis, personarum circumstantijs confirmatæ: vbi narrantur varia morborum genera, quæ humanam opem respuebant, Bertrandi apud Deum suffragijs fuisse depulsa: atque inter alia cæcis oculorum vsum fuisse restitutum. Quibus tabulis alia publica documenta addita sunt recentioribus temporibus conscripta, quæ Francisci Barbari patriarchæ Aquileiensis sigillo exeunte decimosexto seculo corroborata sunt.

Audita Bertrandi cædis coram Albertus dux Austriæ, contracto raptim exercitu, Foro iulium subegit; de quo meminit Cortusiorum historia b, atque Aquileiam Vtinumque Austriaco se subdidisse refert: ducalis enim serinij præfectus ad patriarchatum anatebatur c, spe tamen irrita, cum Nicolaus Caroli Cæsaris frater ad illius ecclesie solium a Pontifice euectus d fuerit, a quoditio patriarchalis maxima ex parte recuperata, pænæque de prædecessoris interfectoribus repetita: e

21 Extremo anno Iacobus Carraria Patauij princeps inter medias epulas a Guillemo Carraria cæsus est, cuius necem Petrarcha, eleganti oratione deplorat f, atque e subito & insperato casu se ad humanæ felicitatis contemptum adduci testatur g: Quoties, inquit, rationis passibus ad altissimam illam arcem æthereæ mentis ascendo, vnde non minus quam e summis Olympi iugis nubes sub pedibus eernuntur, video qua hinc rerum caligine, qua errorum nube circumdusi quantis in tenebris ambulemus. Video nihil esse, quo passim gaudemus, aut dolemus in hac vita nihil quo tantopere cupimus vel horremus: nugæ meras, quibus angimur, larvas quas pueri senes expauescimus, auramque leuissimam, qua deijcitur aut leuamur, prorsus arundinea leuitate video eam ipsam, quæ mortalium felicitas dicitur: præter virtutem solidi nihil esse, eam solam beatos facere, quos amplebitur, miserosque quos deserit, &c.

22 In Neapolitano regno Ludouici Regis Vngariæ improviso aduentu, domesticis dissensionibus Ioannam Reginam eiusque virum Ludonicum Tarentinum, ac cæda Hugonis et Baucio productione in grauissimum publica res adducta discrimen pontificia sollicitudine demum, redintegratis inducijs, paulatim fuit restituta. Demanda primus est Guidoni tit. S. Cæcilie presbytero Cardinali ad Ludouicum Regem Vngariæ, qui e Dalmatia in Aprutium traiecerat, legatio: sed excussit ea vice impositum onus arduum Guido, quod Pontifex Anibaldo episcopo Tusculano A. S. L. imponere est meditatus h: a quo etiam de Beneuentani agri spectantis ad ditionem ecclesiasticam limitibus edoctus, eos designatis vicorum oppidorumque nominibus apostolica auctoritate, vt Clemens IV. antea cum Carolo primo erat pactus, circumscriptis edito subiecto diplomate i.

Clemens &c. ad perpetuam rei memoriam

Charissimam in Christo filiam nostram Ioannam Reginam Sicilia illustrem latere non potest, quod in præstatione iuramenti fidelitatis & homagij, nostro & ecclesie prædictæ nomine receptorum, ratione regni Sicilia per eam præstitorum, ipsa confessa est (prout prædecessores sui fecerant) recognouerat, & in illis partibus tanquam in publicam deductum notitiam notorium existit, quod felices recordationis Clemens IV. prædecessor noster in concessione per ipsum facta sub certis pactis, modis, & conditionibus clara

me-

a Marsh. Vill. l. 8. c. 87.
b Cortus. hist. l. 10. c. 3.
c To. 9. ep. Secr. pag. 27. l.
d Ibid.
e Marsh. Vill. super c. 87.

f Petrarch. Variar. l. 2. 21. Corr. hist. l. 10. c. 4. Bonif. hist. Tarn. l. 20. g End. ep. 21. Vt humana contēnda sint.

Anibaldus in Neap. regn. lega. tus mittitur.
h To. 9. ep. Secr. pag. 4. Beneuentani agri fines a Clem. circumscripti. i Ibid. sep. Secr. pag. 8. & in lib. papyraceo pag. 8.

Pontificiū de ea re diploma

memoriae Carolo comiti Prouinciae & Andegauiae de regno Siciliae & terris citra pharum vsque ad confinia terrarum Romanae ecclesiae supradictae expresse & nominatim excepit, & a praedicta concessione exclusit ciuitatem Beneuentanam, quam in signum directi & maioris dominij regni & terrarum praedictarum sibi & praefatae Rom. ecclesiae retinebat cum toto eius tenimento, districtibus, & pertinentijs suis, distinguendis & limitandis per Romanum Pontificem pro eius beneplacito voluntatis; cui distinctioni & limitationi, semel bona fide faciendis, ipse Carolus & successores sui stare deberent absque contradictione, & refragatione quacumque, prout ipsa distinctio per apostolicas literas appareret: quam ciuitatem Beneuentanam cum toto tenimento & districtu, vt praemittitur, distinguendo voluit solum & in solidum ad ius & proprietatem, & in dominio ac demanio Romanae ecclesiae remanere, vt nec Reges Siciliae, nec quicumque alij in dicta ciuitate & ipsius territorio & pertinentijs possent sibi ius aliquod quomodolibet vendicare, acquirere, recipere, vel habere seu etiam retinere, prout in literis apostolicis dictae concessionis super hoc confectis ac registratis, aurea bulla impressa typario communis dicti Caroli & omnium successorum suorum super receptione homagij & praestatione iuramenti fidelitatis, & vassallagij, in quibus tenor concessionis praedictae cum suis pactis, modis, & conditionibus inseritur, latius continetur.

23 Licet autem ecclesia Romana praedictam ciuitatem Beneuentanam pleno iure ex tunc inconcussè possederit pacifice & quiete; attamen propter diuersas occupationes, quae vndique Romanis Pontificibus occurrentes non sinunt accommodatae prouisionis remedium adhiberi, & conditionem regni & terrarum praedictorum, quae diuersis turbationibus saepius fluctuarunt, territorium, seu tenimentum, aut districtus huiusmodi per praedecessores nostros limitata non fuerunt, neque distincta (quamuis ipsorum aliqui ad distinctionem & limitationem territorij seu tenimenti & districtus eorundem procedere intendentes, informatione super limitibus huiusmodi rite recepta, morte praeventi non potuerunt ceptum negotium terminare) nosque olim attendentes, quod ex omissione limitationis ac distinctionis districtus & tenimenti seu territorij praedictorum multa ecclesiae praefatae ac ciuibus seu incolis ciuitatis subditis nostris incommoda euenerunt, & dubitantur verisimiliter ampliora in posterum euenire, si limitatio seu distinctio huiusmodi ulterius differretur; ac volentes, prout tenemur, periculis futuris occurrere, & ecclesiae praedictae sponse indemnitatibus prouidere; venerabili fratri nostro Bertrando episcopo Sabinensi, tunc tit. S. Marci presbytero Card. A. S. L. commissimus, vt de tenimento, territorio, & districtu praedictis & eorum finibus se diligentius informaret, & informatione recepta, fines territorij, tenimenti, & districtus praedictorum nomine & vice nostris distingueret, terminis euidentijs appositis in eisdem. Et licet dictus episcopus se per testes idoneos omni exceptione maiores de tenimento, territorijs, districtibus, & finibus praedictis diligenter informauerit, vocata ad hoc praedicta Regina legitime, & comparere per se vel idoneum non curante; tamen ipse legatus, infirmitate & alias legitime impeditus, fines praedictos distinguere non potuit, nec huiusmodi territorium terminare. Propter quod postmodum venerabili fratri nostro

Anibaldo episcopo Tusculano A. S. L. commissimus, vt super praedictis informatione recepta, auctoritate apostolica, & vice nostra fines, territorium, & districtus praedicta distinguere procuraret. Qui licet se diligenter informauerit, ad distinctionem & limitationes tamen huiusmodi procedere noluit nobis super hoc inconsultis: sed informationes per eum super ijs receptas nobis destinare curauit: ac nos, nolentes quod negotium praedictum tanto tempore periculose dilatum ulterius retardetur, informationes praecedentes per aliquos ex fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus videri & examinari fecimus diligenter; nihilominus nuntiantes eisdem, quod ex superabundanti se per testes idoneos, finium praedictorum habentes notitiam, de praedictis amplius informarent.

24 Facta itaque nobis per eos de praedictis informationibus relatione fideli, de fratrum nostrorum consilio ordinamus & declaramus, fines & limites, tenimentum & districtum seu territorium ciuitatis nostrae praedictae Beneuentanae existere & esse debere ex certa scientia limitata per modum & terminos infra scriptos. In primis castrum pontis inhabitatum, & inde ascendendo castrum Casalvani, castrum campi Lactarij, castrum Frangeti Monfortis, castrum Frangeti abbatis, castrum Montisleonis castrum S. Senerij, castrum S. Georgij molinarij, castrum S. Andreae de Molinaria, castrum Petram maioris, castrum Padule cum suo suburbio siue casali S. Archangeli, castrum Montisalmari, casale Timplani, castrum Apicij cum casalibus, castrum Merroni, castrum Venticanij, castrum Montismilitum, castrum Montisaperti, castrum Montisfuculi cum casalibus, castrum Rufi, castrum Altauille, castrum Capellan, castrum Petresturmini, castrum S. Martini, castrum Ceminarie castrum Montisfarculi, castrum Totij cum casalibus, castrum Terlicosi cum casali Papisij & alijs casalibus & locis ac alijs supradictis, ad ius & proprietatem Romanae ecclesiae pertineant pleno iure, hoc saluo, quod si aliqui nobiles vel alij in castris, casalibus, locis, & alijs praedictis, vel intra ea & ciuitatem praedictam aliquas proprietates habeant acquisitas legitime, per hoc eis non intendimus derogare. Nulli ergo, &c. *Dat. Auin. vii. kal. iunij pontificatus nostri anno ix.* Data est archiepiscopo Beneuentano prouincia, vt hoc decreuerit mandaret operi, aduersantesque nullo dignitatis discrimine habito censuris percelleret. Verum recruduit postea iterum lis haec de limitibus Beneuentani agri.

25 Quod vero ad Anibaldum Cardinalem attinet; cum iussus esset proficisci ad Ludouicum Regem Vngariae, vt eum ab expeditione Neapolitana abduceret, accinxissetque se itineri, in eo morte oppressus est, vt pontificiae testantur literae a pridie idus augusti exaratae. De quo Clementis vitae auctor haec narrat b: Eodem anno obiit dominus Anibaldus de Cecano episcopus Tusculanus Cardinalis, qui Romam per prius missus fuerat per dictum Papam legatus & vicarius, vt ibi loco & vice sui pro illo tempore praesideret, & ubi expediret peregrini ad ipsum pro suis necessitatibus recursum haberent. Dicitur autem, quod toxico interemptus est. Sublatum veneno vino infuso, consentiunt Matthaeus Villanus & et Nicolai Laurentij vitae scriptor, ex quo qui haustum sumpserit interierint. Addit d gestorum Clementis auctor de pijs Anibaldi operibus: Ipse dominus adificauerat locum de Gentiliaco iuxta

Vt pactus
sit Carol.
I. pontificis
decreto
se ad
hasurum.

Extracta
sunt ea limi-
tum defini-
tio.

Commissus
sit fratri
Bertrando
Card.
prouincia

Et An-
baldus
episcopus
Tusculano

Audi-
tione
sunt
instru-
tae
que
ad
publica

Deferi-
tio de-
cretorum
Beneuen-
tanorum
finium

Institu-
ta postea
eadem

a. 1. 8. 9.
ser. 26.
Anibaldus
Card.
mens.
& G. 1.
Clem.
4. 1. 1. 1.
Clem.
venen-
sublatum
& M. 1.
Villanus
88.
d. 1. 1. 1.
Clem.
4. 1. 1. 1.

pontem Sorgia et prope Auenionem, in quo constitue-
rat et fundauerat cœnobium fratrum Calestinorum,
pro quorum sustentatione concedenti tam in vineis,
pratib, molendinis, domibus, & censibus circum-
quaque, & etiam Auenioni existentibus multa acqui-
suerat, & ipsorum vsui perpetuo deputauerat de
bonis a Deo datis sibi pro suorum remissione peccato-
rum.

26 Interea, Auerfa deditioe capta, Ludouicus
Vngariæ Rex Neapolim castra promouit: cum-
que Neapolitanos deditioem pacisci meditados
duriore verbis corripuisset imprudenter, ea-
res Neapolitano populo significata, magnos in
ipsis irarum motus concitauit a deo, vt bello
prius decernere ac focos defendere armis consti-
tuerint. Augebat Neapolitanorum animos, con-
spectum esse Vngaricum exercitum admodum
fame, morbis, ac squalore deformatum, vt vix
equites harere in equis possent: in Auerfana
quippe obsidione, cum illa extraheretur, dira
fame attritus fuerat exercitus. Cumq; in his angu-
stijs res essent, Ludouicum ac Ioannam contendisse
a Clemente, vt legatos mitteret, qui Vngari Regi
impetus atque iras sua prudentia frangerent,
ad eosdem datæ literæ ostendunt b. Neque
ipso sua sefellit expectatio: Guido enim episcopus
Tusculanus, Anibaldi defuncti in ea dignitate
successor, & Guillelmus tit. S. Mariæ in Cos-
medin diaconus S. R. E. Cardinales cum orato-
ribus Regis Vngariæ conuentus habuere c, in
quibus de cœcordia agitataum est, ac nonnullæ
propositæ leges, partim a Pontifice, partim a Rege
Vngariæ, partim a Ludouico Tarentino & Ioan-
na Siciliæ Regibus implendæ: quæ admodum
gratæ & acceptæ Clementi cecidere; quæ
enim suarum erant partium in opus perducturum
Vngaro est pollicitus, ac suo exemplo ad seruanda
conuenta illum prouocauit d: Cum nos, inquit,
prout pertinet ad nos, articulos ipsos obseruare, ac
obseruari facere inuolabiliter intendamus; serenitatem
tuam instanter & attente rogamus, quatenus
quid in hac parte honesti conueniat, quidue hono-
ris tui debitum exigat, in debitam considerationem
adducens, sic ea quæ ordinata sunt obserues & im-
pleas, quod progenitorum tuorum imitanda vestigia
prosequaris, &c. Dat. Auin. 11. kal. ianuarij an-
no 10.

27 Quæ vero leges ad restituendam Siciliæ
citeriori pacem initæ, narrat Mattheus Villa-
nus e, & cum ijs consentiunt, quas in eunte hoc
anno agitata vidimus: sancitæ nimirum induciæ
ad kal. aprilis anni insequentis, quo regnum,
diuturno euastatum bello, leui hoc solatio re-
crearetur, constitutumque vt vocaretur in ius Re-
gina Ioanna de viri Andree Regis nece, ac si apo-
stolica sententia damnaretur, regnum Siculum
Vngaro Regi de manu Pontificis traderetur
(consensum quippe tum erat ad sedem Apostoli-
cam deuolutum, nec successione ad Ioannæ con-
iunctissimos sanguine spectare) si autem a crimine
absoluta pronuntiaretur, omnes regni arces &
vrbes, quas Vngarus in suam potestatem redege-
rat, vna cum alijs Regiæ restituerentur, restatis
ab ipsa Vngaro ob bellicos sumptus trecentis au-
reorum millibus: denique vt Ludouicus Vngarus
& Ludouicus Tarentinus ac Ioanna e citeriore
Sicilia digrederentur f. His constitutis Vnga-
rum Apulia abcessisse, ac primum Romam ad
Apostolorum limina & alia sacra Urbis loca lu-
stranda, promerendamque criminum expiationem,
deinde in Vngariam se contulisse, testantur
Annal. Eccl. Tom. XVI.

historici a. Restituti postea sunt libertati Sicule
regiæ principes. Attulit vero Roberto Impera-
tori diuturnitas carceris grauiora damna, Acha-
iam enim ac nonnullas Græciæ terras veteris impe-
rij tenues reliquias, quas obtinebat in oriente,
ac Tarentinum principatum nonnulli armis &
proditione affectarunt: ad quorum reprimendas
molitiones Pontifex Roberti ditionem in clientelam
apostolicam ascituit b. Ceterum Peloponnesum
a Manuele filio despota occupatam his tem-
poribus, restatur Cantacuzenus c, dum ciuilibus
dissensionibus ardebat, Turcæque eam barbaricis
populationibus scedabant.

28 Neque in Peloponnesum modo excursiones
hostiles agebant Turcæ, verum in Thraciam
quoque & alias Constantinopolitani imperij ter-
ras. Ad quos propulsandos cum pro ineundo
sociali bello oratores Ioannis Cantacuzeni Græ-
corum Imperatoris ad Apostolicam sedem supe-
riori anno, vt vidimus, venissent; eosque honorifice
exceptos habitosque Clemens in orientem
dimisisset, pollicitus pontificis legatos breui eorum
vestigia secuturos, hoc anno promissa perfecit,
missis Guillelmo Chiffimensi & Gasperto Ce-
netensi episcopis: quibus præcipuam iniunxit d
prouinciam, vt Græcos ad Romanæ ecclesiæ ob-
sequium reuocare studerent.

Venerabilibus fratribus Guillelmo Chiffimensi
& Gasperto Cenetensi episcopis Apostolicæ sedis
nuntijs.

Cum vos ad partes Romanæ pro negotijs
vniõnis Latinæ Græcæque ecclesiarum, auctore
Domino, promouendis principaliter transmittamus;
nos cupientes attentius negotium ipsum,
submotis impedimentis quibuslibet, feliciter
prosperari, in omnes & singulos eiusdem negotij
turbatores & impeditores censuram ecclesiasticam
(non obstante si eis aut eorum aliquibus commu-
niter vel diuisim a sede Apostolica sit indultum,
quod interdici, suspendi, vel excommunicari
non possint, per literas apostolicas non facientes
plenam & expressam, ac de verbo ad verbum
de indulto huiusmodi mentionem) exercendi vo-
bis & vtrique vestrum plenam concedimus tenore
præsentium potestatem. Dat. Auin. idib. feb. anno
VII. Apostolicas quoque de his literas e dedit ad
Græcorum patriarcham, hortatusque est vt studia
sua pro redintegrandâ ecclesiarum coniunctione
collocaret. Franciscum etiam e Pertuxo Gal-
lum genere diœcesis S. Flori, plurima in aula
Constantinopolitana pollentem gratia, quem
oratoris munere apud Pontificem perfunctum vi-
dimus, rogauit f vt suam pariter tantæ rei ope-
ram addiceret; atque Assanem Constantinopoli-
tanarum copiarum præfectum ad promouendum
optatissimum ecclesiarum scdus excitauit g,
proposita immortalis gloria, quam apud Deum &
homines colligeret.

Nobili viro Coloranno Assani capitaneo ciui-
tatis Constantinopolitane gratiam in præsen-
ti perducatur ad gloriam in futuro.

29 Si consideres, fili, quantum tibi in præsen-
ti accresceres ad famæ præconium, & in futuro
adiicies ad meritum & salutem; si negotium vniõ-
nis Latinæ & Græcæ ecclesiarum (quas antiquo
schismate introducto diuisionis caput & auctor
scandali, qui primum schisma suscitauit in celo,
non sine damnatione innumerabilium anima-
rum ab hæctenus separauit) illo summo lapide
angulari Christo Iesu, qui parietem verumque
connexuit, operationibus tuis infundente gratiam

a Matth. Vill. l. 1. c. 94. Bonfin dec. 2. l. 10. Baron. in notis ad hunc ann. b To. 8. ep. secr. pag. 187. Peloponnesus a Manuele despota occupata. c Cantac. l. 4. c. 13.

d To. 8. ep. secr. pag. 148.

Missi a Clem. C6. Constantino-
polim lega-
ti.

e Ead. l. 8. ep. secr. pag. 149a.

f l. 6. pag. 50. Constantinopol. proceres. ad coniu-
ctionem. Rom. ecclesiæ sa-
licitat. g Ead. pag.

& promotioni præstante virtutem, per tuæ directionis studium finem perfectionis attigerit, vt speramus; profecto ad felicem tam salutaris operis consummationem nullis excitatus precibus, nullis exhortationibus prouocatus, nullis præuentus monitis, sponte curres, operarias manus appones, sollicitus conuertes studia, impendes etiam & labores. Siquidem cum, euangelica veritate testante, maius gaudium sit Dei angelis super vno peccatore penitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, quibus penitentia non est opus, quantis illa cœlestis aula perfunderetur gaudijs, iucundabitur quanta lætitia, & quantis tripudijs exultabit, eisdem Græcis ad Romanæ ac vniuersalis & vnicæ sanctæ Dei ecclesiæ redeuntibus vnitatem, super conuersione tantæ multitudinis peccatorum? Cum autem, fili, pro ipsius promotione Deo grati negotij venerabiles fratres nostros Guillelmum Chiffimensem & Gaspertum Cenetensem episcopos Apostolicæ sedis nuntios exhibitores præsentium, viros vtique probatæ virtutis, eminentis scientiæ, & in quibus timor Domini sanctus permanet, ad Ioannem Cantacuzenum & Ioannem Palæologum Imperatores illustres & patriarcham Græcorum ipsorum sub spe diuini fauoris duxerimus destinandos; nobilitatem tuam monemus & hortamur in Domino, attentius deprecantes, tibi que in remissionem peccaminum expressius iniungentes, quatenus dictos nuntios vel eorum alterum pro nostra & dictæ sedis reuerentia benigne recipias, & eos circa huiusmodi eis commissum negotium promouendū feliciter consilij dirigas, auxilijs foueas, sibi que assistas fauoribus opportunis: ita quod præstante Deo negotium ipsum votiuum perducat ad exitum, tuque tanti princeps operis famę gloriam, & salutis præmia consequaris. *Dat. Auin. idib. february anno VIII.*

30 Prouocati simillimis literis ad conatus omnes, pro abrumpendis infelicibus schismatis vinculis contendendos plures viri imperatoriæ aulæ proceres a, tum Ioannes Palæologus b ac Ioannes Cantacuzenus c Imperatores certiores facti, Guillelmum ac Gaspertum episcopos ad ipsos & patriarcham mitti, quos hisce literis, in scriptis subiecta forma, Cantacuzeno commendauit. d

Ioanni Cantacuzeno Imperatori Græcorum illustri gratiam in presenti, qua perducatur ad gloriam in futuro.

Ad literas plures, quas nobis sublimitas tua misit, quas benigne recepimus, tibi per venerabiles fratres nostros Guillelmum Chiffimensem & Gaspertum Cenetensem episcopos Apostolicæ sedis nuntios exhibitores præsentium, viros vtique probatæ virtutis, eminentis scientiæ, & in quibus timor Domini sanctus manet, prouidimus respondendum; serenitatem tuam attentius rogantes, tibi que sinceris affectibus suadentes, quatenus quæ dicti nuncij vel alter eorum tibi super contentis in huiusmodi literis & ambassatis per tuos nuncios nobis factis, & illa tangentibus, pro parte nostra retulerint, credas indubie illa que sic, prout speramus & credimus, ad effectum debita prosecutionis adducas, quo tuæ subditorum que tuorum salutis consulas, prouideas & quieti. *Dat. Auin. idib. feb. anno VIII.* Habitum a se honorificentissime cultosque internuntios, refert Cantacuzenus e, atque horum alterum Guillelmum nomine ex ordine Minoritarum, Hugonem vero de Spert ex Prædicatorum familia fuisse, viros

quos virtuti deditissimos fatetur. Dum vero in profanis literis apprimè versatos ait, sacris vero excultos prætermittit, id schismatici hominis inuidia tribuendum est: theologica enim doctrina laude florentissimos ipsos extitisse necesse est, qui ad tantum opus designati: cum tunc maxime sacrarum literarum studium apud Latinos floureret, obsoleuissetque apud Græcos, vt ipsorum de Thaborio lumine impia ac imperita decreta ostendunt. Quæ vero apostolicorum internuntiorum ad Græcos de bello sacro Turcis inferendos, deque Græcis ad ecclesiæ catholicæ gremium reuocandis ad Imperatores, patriarcham, & Græcos habita fuerit oratio, ex Cantacuzeno accipiamus. a

31 *Quod de bello barbaris inferendo animum suum significarit, nimirum Cantacuzenus, & alij quidem ante ipsum Romanis episcopis fuisse id optatissimum: sibi tamen, Clementi scilicet, longè magis, crebroque ac multum super eo cum Italia dynastis egisse, omnesque hortatum communiter ad opus vnde Christianorum libertas a barbaris afferatur; & quod ad se attineat ad pecuniam & copias quantas maximas possit, omninoque ad sumptus non modicos pro sua parte conferendos paratum esse: nunc etiam amplius eius, nempe Cantacuzeni, legatorumque verbis exarsisse & gratias agere, cum se ad barbaros pro Christi fide libis expeditione lacessendos adeo propensum demonstraret. Quod si præter alia bona, qua Romanis, ita Græcos vocat, conciliare emittatur, etiam ecclesias concordia deuincire conetur, vt diuisa Christi membra per eum conglutinentur, non hominibus aumtaxat vniuersis, sed cœlestibus etiam potestantibus, ipsique Deo id magna voluptati futurum. Hactenus Papa per legatos episcopos. Ad hæc plura cumulat Ioannes Cantacuzenus, vt orientalis ecclesiæ a Romana disunctionis crimen extenuet: responditque apostolicis internuncijs non cohæsisse tentatam a Ioanne Palæologo Imperatore coniunctionem ecclesiarum, cum id imperiali tantum auctoritate enisus esset; nec Lugdunensi concilio orientalis ecclesiæ præfules, sed pauciores oratores interfuisent: celebrandam œcumenicam ex vtriusque ecclesiæ præfulibus synodum in Latini Græcique imperij confinibus videri, & quæ in ea fuerint de dogmatibus constituta, sancta ab vtrisque habitum iri; neque alia ratione populos de veteri sententia discessuros: Nec, mihi, subdit Cantacuzenus, aliquando persuaderi patiar, vt antequam congregata synodus œcumenica, qua secure credenda sint decernat, etiam ipse, nouitates consecrēt, & alios ad id cogat: idque non propter ecclesiam & vniuersitatem Christianorum modo, sed & propter me ipsum, etenim sic sum comparatus, vt credere velim omnia, qua commune episcoporum iudicium & sententia de fide constituerit. Extra hoc nulli me nouitati addicam, & cum episcopos omnes, tum alios ecclesiasticorum dogmatum defensores ac patronos hoc propensissimè facturos opinor; sin auctoritate imperiali compellantur, aures obturatos, vt nec primam vocem excipiant. Quamquam nec apud vos mihi fidem habitum iri puto, si ita leuiter nulloque examine dogmati vestros subscripsero: qui enim parum constantè inhaeret, & paratus est deserere, quæ maiores illi tradiderunt, & in quibus est educatus, quam quæso teneat de recentibus fidem? Quocirca necessarium arbitror, si idem vobis probabitur, super rebus adeo magni momenti orientalium occidentaliumque episcoporum conuentum œcumenicum celebrari.*

32 Subiecit Cantacuzenus de loco celebrandi concilij nullum videri opportuniorem, quam ma-

Proposita
totius ec-
clesiæ ex
eo effusa
exultatio.

Comme-
dati inter-
nuncij.

a Ead pag.
b Ib. pag.
149.
c Pag. 148

d Ibid.

De eod.
ad Can-
tacuz. li-
teræ.

e Cantac.
14. c. 9.
Vt legati
excepti
fuerint.

a Cantac.
14. c. 9.

Forum ad
Græcorum
oratio.

De bello
sacro in
Turcis.

In hæc
do ecclē-
siam in-
ferre.

Petitio-
nodum
œcumeni-
ca in Ca-
tacuzeni

maritimum in vtriusque imperij finibus, quo Pontifex cum occidentalibus præsulibus, patriarcha Græcorum cum orientalibus accederent. Expetita iam ante huiusmodi synodus fuerat a Benedicto XII. urgente Andronico Imperatore, vt vidimus a: neque eam laudarat Pontifex, cum plura incommoda oriri viderentur si Græci infæci hæresi & schismate in decidendo dogmate calculum ferrent; atque etiam decisa iam ab alijs concilij fidei capita reuocari in dubium viderentur: admissa autem est a Clemente cupidissimo abolendi veteris schismatis conditio, cum veritas orthodoxa non reuocanda in dubium esset a catholicis, sed exponenda schismaticis, argumentisque theologicis confirmanda. Non potuit huiusmodi synodus celebrari a Clemente, cum primum ob bella Italica extrahenda in aliud tempus fuerit b, deinde pium huiusmodi desiderium mors opprefferit. Post longa demum annorum curricula ab Eugenio IV. habita est, ac tamen Græci paulo post ad vomitum redire, de qua suo loco fufe agemus. Ad significanda Pontifici quæ apud Constantinopolim inter Imperatores, patriarcham, & internuncios apostolicos de cogenda synodo atque alijs agitata Cantacuzenus Bartholomeum Anconitanum oratorem ad Clementem legauit: cui rescripsit Pontifex, iam eam ob causam Ioannem Coronensem & Antonium Gaietanum episcopos missos, quibus arcana animi pandi posse significauit c.

Ioanni Cantacuzeno Imperatori Græcorum illustri gratiam in presenti, qua perducatur ad gloriam in futuro.

Venientem ad nos dilectum filium Leonardum Bartholomæi de Ancona ciuem Constantinopolitanum nuntium tuum, familiarem nostrum, exhibitorum præsentium, & literas tuas nobis exhibitas per eundem contemplatione tua benigne recepimus, & quæ ipse pro parte magnitudinis tuæ nobis exposuit viua voce, audiimus & intelleximus diligenter. Super quibus eidem magnitudini respondemus, quod nos iam dudum venerabiles fratres nostros Ioannem Coronensem & Antonium Gaietanum episcopos Apostolicæ sedis nuntios & Leonardum prædictos, sicut præmittitur, ad te duximus destinandos; quibus tuum se cure aperire animum, & per quos tuam nobis significare fiducialiter poteris voluntatem. *Dat. Auinion. 10. kalend.*

Julij anno 1x. Conceptæ sunt eadem verborum forma aliæ literæ ad Mattheum Cantacuzeni maiorem natu filium, Andronicum Assanem, Ioannem et Manuelem huius filios auctoritate in Græcorum imperio florentissimos, data d.

33 Inter hæc autem ad retundendos Turcarum impetus, ne in Europam copias traicerent, ac Smyrnæ in ora Asiæ defendendam, dum ad eosdem barbaros maiori virium mole inuadendos cum Græcis fœdus tractabatur, nouam armorum societatem pro sustentanda in Ægæo mari atque Helleponto classe redintegrandam censuit Clemens ad decennium cum Andrea Dandalo duce Venetorum, Hugone Rege Cypri, ac Rhodij equitibus: constitutumque est, vt Veneti triremes tres, Rhodij totidem, Cyprius duas instruktas egregie tenerent: quem numerum nonnullis alijs Pontificem vt sacri auctorem belli aucturum fuisse, haud dubium videri debet: de quibus hæc ad Hugonem Cyprium Clemens scripsit e.

Clemens, &c. Hugoni Regi Cypri illustri.

Conuenientibus tuis, fili charissime, & dilecti

flij magistri & conuentus hospitalis S. Ioannis Ierofolymitani, ac nobilis viri ducis Venetorum nuntijs & ambassatoribus pro negotio vnionis inter te ac illos faciendæ inuicem coram nobis; & tandem post tractatus varios, super hoc habitos, eis volentibus & consentientibus, sub infra scripta forma per nos vnione facta, quod tu duas & magister & conuentus tres, ac dux prædictus alias tres galeas gentibus & armis bene munitas, quæ infra kal. ianuarij proximo futuri apud insulam Nigripontis conueniant inuicem per decennium continuum, ex tunc in antea computandum, pro custodia & defensione fidelium orientalium partium & repressione Turcorum infidelium tenere debetis; nos desiderantes attentius, quod negotium vnionis huiusmodi felicem haberet, Deo iuuante, progressum venerabilem fratrem nostrum Raimundum episcopum Morinensem Apostolicæ S. L. ad partes illas commissio sibi plenæ legationis officio duximus destinandum, indulgentias & remissiones, alias transfretantibus in terrâ sanctæ subsidium concedi solitas, pro felici eiusdem prosecutione negotij concedere disponentes, &c. *Datum Auin. x. kal. septembris anno 1x.* Rogauit a eundem Regem vt ad Smyrnæ præsidarios milites sustentandos quartam sumptuum partem conferret: cum que fama dissensionis inter ipsum ac Petrum filium comitem Tripolitanum exortæ ad Pontificem peruenisset, ad illam diligentissime sopiendam eum hortatus est b: tum flagitanti, vt regio nomine, triremes aduersus infideles conduceret, nauaturum se operam esse pollicitus c: *In conductione, inquit, galearum tuo nomine ad partes infidelium, faciendâ, petitioni tuæ duximus annuendum; parati, quantum cum Deo possumus, ad alia qualibet conuenientia votis tuis. Caterum munera tua per eundem Perciuallem benigne recepimus, & prouide sermitati tuæ tanto obteriores gratias agimus, quanto per illa deuotionis, quam ad nos & Romanam geris ecclesiam, affectionem cognouimus ampliorum, &c. Dat. Auin. xviii. kal. septembris anno 1x.*

34 Deriuatas in sacri illius belli sumptus multas pecuniarias, quæ ob iniustis artibus partas opes pœnitentibus infligebantur, ostendant literæ ad Andream priorem S. Pauli A. S. N. scriptæ d, cui data prouincia est, vt Etruscos ac Ligures, qui in vetito taxillorum ludo lucra quæsierant, aliqua pecuniæ vi in bello Turcico collocanda multatos absolueret: & Andreas Dandalus Venetorum dux vim auri ingentem, quam Bertrando olim patriarchæ Aquileiensi soluere obstrictus erat, in sacri belli sumptus iussus e conuertere. De triremibus vero instruendis in Turcas, Smyrneni præsidio suppeditanda quarta stipendiorum parte, designato in orientem legato, ad eundem Venetorum ducem ac Rhodiorum equitum magistrum extant literæ f. Demandata itaque est orientalis legationis prouincia Raimundo Morinorum episcopo g. In diplomate vero apostolico de legatione in oriente obeunda ingentem sacri in Turcas belli necessitatem exponit, cum Turcæ calamitates suis excursionibus Christianis intulerint, atque ita repressi sint barbarorum conatus, vt nisi in ceptas egregia incumbant fideles, maiorum malorum terror ab illorum favore impendat. In quibus vero regnis legati munus sit Raimundo impostum, his verbis Clemens designat h: *Tibi in toto regno Cypri, & in Cretensi, Patracensi, Atheniensi, Thebano, Corinthiensi, Colof-*

Compara-
râdæ clas-
sis desi-
gnata ra-
tio.

a Eod. 10.9
ep. Secr.
pag. 117.

b Ib. pag.
76.

c Ib. pag.
78.

Missa a
Cyprio
Pontifici
munera.

Male par-
ta in sacri
bellum
deriuata.

d To. 8. ep.
secre. pag.
215.

e To. 9. ep.
secre. pag.
141.

f Ib. pag.
117.
Raimud,
Moriner.
episc. crea-
ris orientis
legatus.
g Ib. pag.
76.

h Ib. pag.
38.

Fidelibus
contra
impios
opem fer-
re iussus

ensis, Nixiensi, Corpbieni, Duracensi, Neopafensi, & Neopatria archiepiscopatibus, & eorum prouincijs antedictis, & alias in toto patriarchatu Constantinopolitano predicto pro subsidio fidelium & pontium earundem plena legationis officium auctoritate apostolica committimus per presentes: vt ibidem, auctore Domino, recta regens, & dirigens indirecta, & aspera conuertens in plana, sicut diligens cultor edifices & plantas, euellas & destruas, dissipet & disperdas que pro promotione dicti negotij, morum, & ecclesiarum, ac ecclesiasticarum personarum regni & prouinciarum predictarum reformatione ac statu, et alias ad legati officium pertinent, & sicut tibi Dominus ministrabit. Dat. Auin. vi. kal. iulij anno ix. Commendatitiae sunt de eodem legato ad eorum regnoru ac prouinciarum praesules scriptae litterae, quibus stipendij nomine, vt decem aureos indies singulos suppeditarent, data imperia. Alligere ad sacrum memoratum foedus in Turcas conatus est Pontifex Genuenses, ac Ioannem Valentem eorum ducem excitauit, vt quem fidei amplificanda pium ardorem conceperat, explicaret; paratos enim Andreae Dandali oratores ad societatem armorum cum ipsis ineundam: Nouimus, inquit, filii testimonio fidedigno multorum, quam magnam ad exaltationem catholicae fidei, & repressionem ac exterminium infidelium, & specialiter Turcorum, qui aduersus eandem fidem & fideles Christicolae conatus suos indefinenter exercent, habeas voluntatem: propter quod te ad hac promptiorem inuenire confidimus & speramus. Cum itaque ambassiatores dilecti filij ducis Venetorum, qui apud sedem Apostolicam morantur ad praesens, de vnione facienda vel instauranda contra Turcos eosdem potestatem inter caetera se habere dicant; nos desiderantes attente, quod huiusmodi vnio instauratur; & sperantes, quod tu, prout tua quoque interest, cum nostra circa hoc voluntate concurras, nobilitatem tuam attente rogamus, quatenus velit aliquos nuntios sufficienti potestate suffultos ad vnionem tractandam & instaurandam huiusmodi huc transmittere, vel nuncijs tuis apud sedem Apostolicam constitutis eandem illam tractandi & faciendi plenam tribuas potestatem, &c. Dat. Auin. non. maij anno viii.

Sollicitati
Genuenses
ad socian-
das cum
Venetis
vires in-
Turca.

Horridus
Christia-
norum se
mutuo la-
niantium
furor.

e Lnc. 16.

35 Lugeant ac discant Christiani, quanta ipsis exitia mutuae afferant discordiae: intercedebant Genuensibus odia cum Tartaris Ponti Euxini accolis, Venetis vero cum Turcis Asiaticis, neque ambo aduersus hos infideles auxilia sibi inuicem, vt par erat, communicarunt: sed Turcae Tartarique ad utrosque ex oriente depellendos foedera firmissima inter se coierunt; vt Christi oraculum e verissimum eniteat: *Filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt.* Immo ij, vt se mutuo impellerent in exitium, barbaros infuror, & Christianorum carnificinae societatem exciuerunt, vt suis locis desebimus. Horret vero animus cruenti belli, quo vterque attritus populus, pessumdata religio, & ceptum in Turcas a Pontifice bellum dissolutum est (quod quidem a Christi vicario non sine diuino impulsu agitatum, ob ipsum intermissum tot amplissima Christiana regna a barbaris subacta ostendunt) meminisse funesta initia, quae hoc anno, insectantibus aperto bello Genuenses Venetis, eruperunt iussu Andreae Dandali ducis, de quo Petrarca acerrimo necessitudinis vinculo coniunctus, ac belli dissuasor vehementissimus, enumeratis virtutibus addit d: *Vno tantum offendeat, quod belli studio, in Genuenses nimirum xmulos, ardentior erat, quam*

Belli inter
Venetos
& Genuenses exordia.

d Petrarca
lib. var.
ep. 18.

nature & suis moribus conueniret. Sed nec minus Ioannes Valentius Genuensium praefectus censura dignus, qui cum potuisset belli causas praedecere, pontificia sequi monita neglexit; unde laud dignitate arcano Dei iudicio ob rem male gestam deturbatum referunt: rogatus enim ineunte vere, vt oratores ad sedem Apostolicam legaret ad componendas cum Venetis controuersias, ineundumque in Turcas foedus, cum ad id Veneti parati essent, contempnit; quare iterum kal. aug. Clemens Valentium ipsum, ac senatum & populum Genuensem, propositis ob oculos rei Christianae excidijs, his precibus pulsauit, vt oratores mitterent: Attendentes, inquit, quatenus ex vestra & ipsorum ducis & communis Venetorum periculosa discordia dispendia mala & pericula, quae aueruat Dominus, nascentur & praesertim Christianis fidelibus transmarinis; & prouideat ex specialis charitatis zelo, quo ad vos & illos afficimur, summopere cupientes, quod inter vos & illos, sublatam qualibet occasione discordiae, pax & vnitas perseverent; ac sperantes, quod vos in his pro utilitate communi debeatis promptioribus studijs consentire; vniuersitatem vestram requirimus & hortamur, attente deprecantes, quatenus aliquos nuncios & ambassiatores vestros ad hac, auctore Deo, complenda feliciter habentes plenariam potestatem ad nos sine dilationis studio destinetis. Dat. Auin. kal. augusti anno ix.

36 Interea in orientali mari Venetae triremes in alias Genuenses onustas mercibus incurrere. Idque funestum aperti belli fuit initium, cum antea tacitum aperti belli fuit initium, cum a senatu populoque gereretur, ac Pontifex ne erumperet haecenus obstinisset. Cur vero Veneti bellum Genuensibus, quos oratores ad sedem Apostolicam pro controuersia sedanda mittere ditulisse vidimus, intulerint enarrat Cantacuzenus Imperator b repetitis primis illius excidijs, litis causam eam fuisse, cum Genuenses arcerent Venetos Tanæ emporio commercioque cum Scythia, a quibus grauem acceperant iniuriam apud Tanam ex rixa cum Saracenis oborta, ac dein grauissimo bello, quo Cassam oppugnaram vidimus, petiti fuerant; de quo haec habet Cortusiorum historia c: *Inter eos cepit discordia mcccc. negantibus Ianuensibus Venetos debere nauigare per mare magnum rationibus & causis, de quibus coram Papa fuit disputatum: sed propter eorum superbiam nihil potuit expediri.* Tribuit etiam eius belli causam superbiae Bizarrus d. Vt vero accensae primae belli faces fuerint, describunt Cortusij: *Mense septembris quadraginta galeae Venetorum contra quatuordecim Ianuensium pugnaverunt; decem capiuntur, quatuor fugiunt, multi nobiles & plebei carcerantur in ponte nigro. Post hoc exercitus Venetorum ducitur contra Peram Ianuensium. Post hanc victoriam Ianuenses armauerunt quatuor galeas cum probis vasis. Hi cum signis Venetorum incogniti Nigropontem intrauerunt furtiue, qui fractis carceribus liberarunt suos captiuos, & post magnam praedam omnia combusserunt mense nouembris.*

37 Ex secutis inde cladibus; non modo Graecia Turcico furori prostituta, sed Armenia exposita Babylonij: a quibus oppressus Constantinus Rex crebris eiulatibus occidentalium opem implorabat. Neque vero Armeni diuinæ iustitiae in ipsos exercendae vltionis leuem occasionem dederant, cum religionis acceptae a maioribus puritatem nouis erroribus infecissent. Ad quos ex-

Dux Venetus
neque
iras pro-
ptior.
Genuenses
suspensa
culpa in
vacuum
Sperant
inire
cum
neque
uerbis
Turcas
a To. 9. ep.
secr. pag.
89.

Rogati
Pont. Ge-
nuenses
vt diffusi
causas pro-
cidant.

Naumachia
Genuenses
nunen. &
Venetos
in oriente

b Cantacuzenus
l. 4. c. 16.
Marti.
Vill. l. 1.
c. 83.
Causa de
scordia.

c Cortusij
lib. 1. 10.
c. 7.
Superbia
vtriusque
populi
ons
uerbis
d Bizarrus
de bello
Veneti
Genuenses
trientes
capte a
Veneti
Genuenses
dis-
puit Cla-
cidem
suos libe-
rant.

purgandos Pontifex, vt celesti gratia conciliata barbarorum impetus fortius retunderet, inter nuncios apostolicos miserat: qui licet strenuam nauarint operam, haud tamen penitus pristinum religionis splendorem restituere potuerunt, nonnullis erroribus nondum euulsis, quos Pontifex a Constantino Rege atque Armenis damnari iussit; opemque exposcentibus nonnulla pecuniaria subsidia ex arario apostolico ab Odone episcopo Paphensio suppeditari iussit: Nicosiensisque archiepiscopo iniuncta prouincia est a, vt eos errores eiurandos ab Armenis, hosque stipendijs in Babylonios militaribus leuandos curaret.

Clemens, &c. venerabili fratri Philippo archiepiscopo Nicosiensi.

Constantinus Rex illustris & catholicos Armenorum, iam dudum nobis per suas literas supplicauerunt, vt aduersus insultus & persecutiones paganice feritatis, quibus se ac populum suum indefinenter opprimi asserabant, prouidere sibi de alicuius subuentionis auxilio dignemur. Nos autem memoratis Regi & catholicon ac populo, quos inuolutos multis erroribus aliqui asserabant, spiritualiter primo subuenire volentes, venerabilem fratrem nostrum Ioannem archiepiscopum Pisanum; tunc electum Mothoniensem & bonae memoriae Antonium episcopum Gaetanum Apostolicae sedis legatos, viros sicut experientia didicisti profundae scientiae, commisso eis plenae legationis officio, ad eisdem Regem & catholicon & populum duximus destinandos, vt ipsi Rex & catholicos salutaribus eorundem legatorum monitis ab erroribus ad viam rectitudinis reuocati, & adiuncti catholicae vnitati potentis eisdem paganis resisterent, & nos eis opem salutaris auxilij fauorabiliter praeremus. Cumque dicti legati se ad partes illas personaliter contulissent, & praefatus archiepiscopus eodem Antonio interim, sicut Domino placuit, sublato de medio, ad nos successu temporis redisset, relatione sua comperimus, quod dicti Rex, catholicos, & populus adhuc in multis a veritate catholicae fidei aberrabant. Sed quamuis ex tunc ab eorum erroribus iisdem Rex, catholicos, & populus minime respulsisse dicantur, sicut per quasdam literas missas & scripturam exhibitam nobis luculenter apparet; ipsis tamen adiicientibus prioribus supplicationibus iteratae supplicationis instantiam; nos pie compatiens eisdem, & sperantes quod ille Pater luminum, qui via, veritas est, & vita, ipsis spiraculum inspirabit, vt diabolicae fraudis confutatis erroribus, ad viam perueniant veritatis, fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus eidem Regi populoque, cum ipse ac dicti catholicos & populus aliquas recognitiones super aliquibus, quibus ab eiusdem fidei discrepant veritate, fecerint iuxta formam, quam tibi per proprios nuncios seu nuncium, auctore Domino, transmittemus, per venerabilem fratrem nostrum Odonem episcopum Paphensem Apostolicae sedis nuntium, sex millia florenorum auri de pecunijs camerae nostrae tradi & assignari facere non omittas; nos enim dicto episcopo damus per alias nostras literas in mandatis, vt adquisitionem tuam dicta sex millia florenorum eidem Regi tradere & assignare procurer. *Dat. xv. kal. octobris anno Inc.*

38 Leuia erant haec contra immanem Babyloniam, Aegypti, Syriaeque soldani potentiam auxilia: atque ideo maiora Armenis comparare omnino studio annitebatur Pontifex, Anglorum nimirum

& Francorum arma conuertere in barbaros. Cum itaque anno superiori Constantinus Rex Constantium ad sedem Apostolicam ac Reges misisset, Clemens hoc inueniente Eduardum Anglorum Regem, quem Gallos ab expeditione Asiatica coniungendisque cum Armenis, Cypris, ac Rhodijs in Babylonios retardasse vidimus, hortatus est a, vt Armeni oratoris postalatis facilem se impertiret: *Dilectus, inquit, filius nobilis vir Constantius miles & nuncius charissimi in Christo filij nostri Constantini Regis Armenia illustris, labor praesentium, super calamitatibus & angustijs plurimis, quibus in illis partibus pressus est & premitur grauiter sub iugo Babyloniae tyrannidis residuus & pusillus populus Christianus, quas seriose nobis explicuit, ad praesentiam tuam venit. Quocirca serenitatem tuam rogamus & hortamur in Domino, quatenus eundem nuncium pro diuina maiestatis reuerentia & nostrae interuentionis obtentu ac tua quoque consideratione salutis benigne recipias, & de innata culmini regio pietate honestis petitionibus eius circa haec fauorabilem, quantum cum Deo poteris, impartiaris assensum.* *Dat. Auin. xv. id. ianuarij anno v. m. l. i.* Non Anglum modo adibat Constantius, sed Philippum etiam Francorum Regem: cui pariter eadem preces a Clemente porrectae b.

Cumque ex Anglica & Gallica aula rediret in Armeniam orator, Pontifex ad Constantium Regem scripsit c, ipsum a Constantio accepturum quae studia a se essent posita, vt ille votorum compos fieret, auxiliaque in Armeniam compararentur. Defudatum ob id summa contentione fuit a Clemente, vt Eduardum ac Philippum conciliaret: dataque x. kal. aprilis Guillelmo Bracharensi & Ioanni Brundusino archiepiscopis prouincia d, vt pacis foedera inter Reges tractarent. Visus est Eduardus ad concordiam propendere, vt ex eius literis colligebat Pontifex: qua ex re perfusus gaudio iisdem archiepiscopis significauit e, vt magnis animis ad tractandum foedus incumberent, de quo suis etiam Eduardus imperia daret. Graues porro Philippi & Eduardi Regum controuersia hoc colloquio dirimi non potuere: sed biennales induciae pactae f, constitutumque est, vt excurrentibus inducijs Reges ad sedem Apostolicam pro foedere coeundo oratores mitterent.

39 Verum inter haec Philippus e viuis est creptus g, de quo haec Clementis vitae scriptor h: *Philippus recepit in uxorem Blancam filiam Regis Navarra, Philippi nimirum defuncti, cum qua modico tempore mansit: nam infra annum a tempore contractus, videlicet anno m. ccc. moruus est. dicta Blanca grauida remanente. Cui successit in regno Ioannes dux Normannia suus filius primogenitus.* Delinire illius de morte patris conceptum dolorem nisus est Pontifex consolatorijs hisce literis i, atque ad regias virtutes amplectendas prouocauit.

Charissimo in Christo filio Ioanni Regi Francia illustri.

Amaricauit nos, fili charissime, ac turbauit in intimis, clara memoriae Philippi Regis Franciae patris tui de hac luce transitus, quem tua nobis littere reserarunt: memores enim quanto nos ille in minoribus constitutos charitatis affectione dilexit, & quanta, postquam diuina gratia ad gerendum officium apostolicae seruitutis euexit, deuotionis fuit sinceritate reueritus, dolemus nec immerito vehementer. Sed & tibi quoque, fili charissime, quem in tanti tamque teneritiae te amantis patris occubitu immensi doloris

Missus a Constantio Rege ad occidendas orator.

a To. 8. ep. f. cr. pag. 125.

Rogatus Eduardus vt uendisset fidei sacra ret arma.

b Ead. pag.

promissa a Pontio Armenis auxilia.

c To. 9. ep. f. cr. pag. 138.

d To. 8. ep. f. cr. pag. 134.

e To. 9. ep. f. cr. pag. 25.

f Paul. Aemil. in lo. Reg. Franc.

g Inductioe Gallos inter & Anglos inita Regis Franc.

h mors.

i To. 9. ep. f. cr. pag. 97.

M. S. bibl. Vat. sign. n. 2040.

Matth. Vill. l. 1. c. 75.

Succedit Io. filius.

h Gesta Clem. VI. apud Bosq.

Franc. hist. l. 1.

Paul.

Aemil. in Phil. VI.

i To. 9. ep. f. cr. pag. 100.

Consolatoris ad eum Pontificis litera.

scimus acerbitate conuersum, ex paternæ charitatis officio condolemus. Verumtamen quoniam amaræ mortis immitti sententiæ iuuenes parere compelluntur & fenes, nos attendentes, quod ex recisa vite fructuosi palmite Domino concedente supersunt; quodque idem Rex velut princeps catholicus antecessorum more suorum, in timore Domini laudabiliter viuens, laudabiliter in illius etiam timore deceffit, postquam dolenti, quantum licuit, ex humanitate indulgimus, in eo, qui dedit & abtulit, consolamur sperantes, quod ipse post curas & sollicitudines, post tædia & labores, quæ in vitæ huius militiâ, vel in agone quodam, expertus est, susceptus inter choros & agmina angelorum, & in Abraham sinum deductus, æternæ felicitatis gaudijs fruatur, & quietis perpetuæ munere glorietur. Quapropter serenitatem tuam hortamur in Domino, attentius deprecantes, quatenus hæc & alia, quæ consideratio tua indiscussa non præterit, intuens; & considerans etiam, quod fastigium regum, ad quod te successio paternæ hereditatis admisit, sicut multorum bonorum fascibus illustratur, sic laborum plurium pondera sustinet, & curarum mœorem abijcias, dolorem pellas, & mœstitiam quamlibet omnino deponas, ac virilem animum, ut principem decet, assumens, regni tui primordia in iustitiâ & æquitate stabilias, thronum tuum clementia roboret & pietate confirmes, ecclesias & personas ecclesiasticas honores, earum iura custodias, immunitates serues, & augeas libertates: subditorum tuorum, & præcipue pauperum, grauamina horreas, iniurias detesteris; & sic in omnibus strenue ac virtuose te Regem exhibeas, quod omnia salubriter & prouide regens & dirigens, operibus impleas nomen Regis, quatenus & in præserti prosperis successibus affluas, & in futuro perpetuæ beatitudinis gaudijs, præstare Domino, cum sanctis & electis suis perfrui merearis. *Dat. Auin. xv. non. sept. anno ix.* Fuisse Philippum in cogendis pecunijs versutissimū, refert Matthæus Villanus a: moheras sapiens immutasse, decimas quinquenales expeditionis Asiaticæ specie inuasisse, nobiles Gallos redegeisse ad inopiam, atque in tantis bellicis sumptibus abundasse auro, ut dum parte alia Anglus i: si plura eriperet, plura ipse regno adijceret; Montem enim Pessulanum, coemisse vidimus, ac delphinatum Viennensem Vmberti principis dono comparasse; quem quidem principatum ut sibi assereret Ioannes successor, antea Normanniæ dux, perfecit ut delphinus, qui inter Prædicatores vitæ religiosæ post reditum ab expeditione Turcica in glorius reuersus se ad dixerat, sacris ordinibus hoc extremo anno a Pontifice initiaretur, Rhemensique ecclesiæ præficeretur, ut narrat Clementis vitæ scriptor anonymus. b

40 Deo sic permittente nihil proficere potuit, sed vacuus rediens, deliberauit mundum relinquere & statum mutare, elegitque in habitu regulari Domino deseruire: prius tamen disposuit & ordinauit de suo delphinatu modo subsequenti: videlicet, quod eo ipsum relinquente sibi in eo succederet Rex Franciæ et sui perpetuo in regno successores, hac adiecta etiam conditione; quod semper remaneret in manibus & regimine Regis vel filij sui primogeniti, qui erit vel sperabitur esse in regno successurus. Facta autem huiusmodi ordinatione, religiosus effectus est, & habitum Prædicatorum assumpsit. Dicitur vero Papa demum ipso instante & procurante Ioanne Rege Franciæ memorato iam suo successore effecto, fecit

patriarcham Alexandrinum & ecclesiam Rhemensem sibi perpetuo commendauit: & causa ipsum magis honorandi, ne forte a præmissis in posterum possit resiliere, in propria nocte natalis Domini ipsum ad omnes sacros ordines vno contextu ordinauit. His consentanea referuntur in M.S. Vaticano, a Discrepat ab ijs Henricus Rebdorfius b, dum patriarcham Antiochenum ait creatum. Seruatum vero in eo sacris initiando ordinem ita distinguit: Papa ipsum fecit patriarcham Antiochenum, & in prædicto festo natiuitatis Domini, quod fuit in sabbato, ipsum promouit ad tres sacros ordines: in prima missa galli cantus ordinat ipsum in subdiaconum, in secunda missa ortus diei ordinat ipsum in diaconum, in summa missa in sacerdotem, & eodem die ipse delphinus missam celebravit, & post octo dies Papa ipsum episcopum consecrauit. Agunt de eodem delphino Matthæus Villanus c, Albertus Argentinensis d, & alij: quem iniuria vilis ingenij nota ob principatum abiectum aspergunt, quæ vero ingentibus potius animis ad tantas opes contemnendas opus non fuit, ac non sit admiratione dignius, acceptum principatum virtutis amore reliquisse, quam si virtute bellica sibi peperisset. Illo vero sacrato patriarcha Rex delphinatus Gallico regno sine vilo mutationis metu cohesit. Delibutum Rhemis balsamo regio Ioannem mox a patris obitu refert Clementis vitæ auctor, ne scilicet Eduardus ex intempestiua mora regnum turbaret; multum profuit ad constabiliendam solium numerosa proles e, quatuor enim filios ac tres filias suscepit. Arreptis ita Gallicæ rei gubernaculis a Ioanne Rege, Pontifex tuendarum inter Francos & Anglos induciarum cupidus, ne ob nouam rerum conuersionem vetus bellum, seruesceret, internuntios apostolicos ad vtrumque Regem legauit: qui pontificijs votis assensere g: induciæque inter ipsos sunt confirmatæ & extractæ, Eduardus tamen, quamquam rogatus a Pontifice h, ut ad sedem Apostolicam proincedendo scedere cum Ioanne oratore insigni auctoritate mitteret, excusauit i: liberi commætae syngrapha Regis Francorum sidentium non videri, cum iam ante Anglicus fecialis obrunctus esset: sed inter Bononiam atque Itrium locum colloquij designandum.

Inter ea celebratam ingenti pompa in Anglia S. Thomæ Herefordensis episcopi translationem, refert Vualsinghamus his verbis l: *Eodem anno cum magna veneratione facta est translatio S. Thomæ Herefordensis episcopi, Rege presente cum nonnullis ecclesiæ Anglicanæ prælatis regni que nobilibus, & alijs plebeis in multitudine copiosa.* Traditidem auctor initum hoc anno ab Eduardo maritimum prælium dubiæ diu & æncipiti victoriæ cum Hispanis Cantabris. Causa belli fuit, Hispanos infestasse Anglicas naues in mari Aquitanico, damnaque grauissima intulisse. Quam vlturū iniuriam Eduardus in Hispaniæ oram cum instructa classe cõtendit: cuius aduentu cognito Hispani ad bellum se impigre compararunt. Atrox fuit & diuturnum prælium, ac demum Eduardus cruentam victoriam retulit quarto kal. septembris. Confirmantur hæc a Matthæo Villano m eius temporis auctore: quoniamquam Meyerus, victoriam Hispanis tribuit. Quæ quidem clades sub Petri noui Regis initijs contigit.

41 Reliquerat magnum sui desiderium & luctum Alfonso Castellæ & Legionis Rex mense martio n, cui si vita longior superuisset, Ma-

Adhortatio ad gerendum probe regnum.

a Matth. Vill. super c. 75. Philip. in exigendis populis opibus versatissimus. Monte m. p. stul. & Delphinatu regno adiunxit.

b Gesta Clem. VI. apud Bosq.

Qua lege traditus Gallo is principatus.

Ut delphinus Prædicatorum ordinis ad dixerit.

Crear. patriarchæ & archiepiscopi.

M. S. Vat. n. 3765. Clem. VI. in an. Tres ordines eodem die consecravit.

c Matth. Vill. l. 1. c. 26. d Albert. Arg. in chron.

Ioannes Rhemius inuadit. e Matth. Vill. l. 1. c. 26.

d Albert. Arg. in chron.

Ioannes Rhemius inuadit. e Matth. Vill. l. 1. c. 26.

apud Bosq. in chron. Paul.

Arm. l. 1. c. 105. Missi a Pont. internuntii pro concilianda pace.

Translatio S. Thomæ Herefordensis episcopi.

l. 1. c. 105. Missi a Pont. internuntii pro concilianda pace.

Translatio S. Thomæ Herefordensis episcopi.

l. 1. c. 105. Missi a Pont. internuntii pro concilianda pace.

Translatio S. Thomæ Herefordensis episcopi.

l. 1. c. 105. Missi a Pont. internuntii pro concilianda pace.

Translatio S. Thomæ Herefordensis episcopi.

l. 1. c. 105. Missi a Pont. internuntii pro concilianda pace.

Translatio S. Thomæ Herefordensis episcopi.

humeticam superstitionem e Granatenſi regno eius virtute exciſum iri, ſpes ingens piſos omnes manebat. Premebat tum obſidione Heracleam arcem munitiſſimam, illiusque potiſſimae expectatione bellum vrgebat; cum lues caſtra inuaſit crexitque obſeſſos Saracenos. Suadebant Ioannes Lara, ac Ferdinandus Emanuel cedendum. inopinata calamitati ac diſſoluendum exercitum: at recuperanda arcis quam ipſo Rege amiſſam vidimus, fideique propaganda ſtudio Alſonſum incendebat, ac praterita felicitatis memoria nitendum contra aduerſa, ſtrenuis viris reſpondit: nullibi honeſtius, quam in caſtris pro fide pugnantis moriendum occurrere. Corruptus igitur lue paulo poſt maxima rei Chriſtiana iactura, e viuis ſubtractus eſt: de quo hac Mariana a.

Hunc ergo vita ſinem Alſonſus Caſtella Rex eo nomine xi. Octauo & trigefimo atatis anno habuit, ſi vita longior contigiſſet, Maurorum reliquias exciſurus in Hiſpania, magniſque principibus comparandus rerum geſtarum magnitudine, ſcientia militari, ciuili prudentia. Vna domeſtica incontinentia ad reliquarum virtutum iniuriam non leuem acceſſit. Vindicis nomen inſtitia amor ad populum conciliauit, aliquando fortasſe nimius. Extinxi Regis corpus, obſidione ſoluta, Hiſpalim relatum, & in Regum ſacello conditum; inde Corduba, vti moriens teſtamento cauerat. Eodem etiam cauſa ſe, vt vetera Templariorum bona, quae Hoſpitalarijs equitibus addicta ab ipſo partim regiae gazae partim chariſſimis aulicis aſcripta fuerant, reſtituerentur religioſis equitibus, quo animam eo onere leuaret, narrat Boſius b: verum ſucceſſores eorum bonorū dulcedine delinquit, praedam e manibus nō dimiſiſſe: quamquā ipſis ira diuini Numinis intentata fuerit. Deſuncto tanto Rege, Chriſtiano exercitui animus concidit, ſoluta; eſt Heracleae obſidio. Sparſa vero Alſonſi obitus fama, nō illam Hiſpani modo, ſed vniuerſi fideles luxere, ac praeter ceteris iure merito Chriſti vicarius immaturam mortem deſcendit, vt ſubiecta litera conſolatoria ad Mariam Regina vidua data teſtantur. c
Clemens, &c. chariſſima in Chriſto ſiſta Maria Regina Caſtella ac Legionis illuſtri.

42 Non miramur, chariſſima ſiſta, ſi clarae memoriae Alſonſi Regis Caſtella ac Legionis viri tui de hac luce tranſiſtis praematurus tuum conſiderauiſſes animum, turbauit mentem; & viſcera quaeque morore conſperſit: cum & nos etiam in ſubtractione tanti & tam clari filij, tamque vtilis athletae fidei Chriſtiana, quantum ſciuit, ſuperbā maieſtatis voluntate ſeruata, doluerimus vehementer. Quis enim fidei zelator ipſius in eiſdem principis caſu non doleat? quis in illius oculoſu non triſtetur? quis oculos compelleſcet a lacrymis? quis a morore poterit continere? Ipſe namque inſatigabilis pugil fidei, memoratae pro illius exaltatione ab annis teneris aduerſus hoſtes eius & amulos tam ſtrenue, quam vtiliter dimicauit: ipſe, de inimicis eius conculcatis & domitis triumphum nobilem in Dei virtute reportans, dum ad eorum exterminium accinctus robore virtutis & animi ſolite laboraret; & laboribus ſuis ſpes quaſi certa fructum polliceretur optatum, ſaccifera tela vitae, quam nondum annoſa aetas longiore veruſſimiliter promittebat, auarā mortis ſeuero iudicio, quod nulla proſus appellatio ſuſpenderit, parere compulſus eſt. In cuius obitu etſi doleamus, immenſius dolenti tibi, quaſi ex ſubtracta tibi altera tui parte, totique populo Chriſtiano condolere charitas nos compellat; atten-

dentes tamen, quod ille miſericordiarum pater, & totius conſolationis Deus, ex abducto patre, tibi ex vtero tuo filium, qui ſub eodem viro tuo compoſuit virtutes & mores, quibus credita ſibi regna & populos regat & dirigat ad ſalutem, in eo qui dedit & abſtulit conſolamur.

Quapropter ſeruitatem tuam rogamus & obſecramus in Domino, quatenus praemiſſa in examen debita conſiderationis adducens, & ad ſinem vniuerſae carnis & mortalitatis legem, indictam generi humano communiter, reſtorquens aciem tuae mentis, abijce lacrymas, compelleſce ſuſpiria, mororem proſus omiſſe, ſperans quod retributor bonorum omnium, cui nunquam ſine remuneratione ſeruitur, eidem viro tuo pro ſeruiturum impendijs ſtipendia digna rependens ipſum poſt labores & anguſtias, quos in eius obſequijs prompta voluntate ac ſincera deuotione ſubiuit, ad aeterna quietis & felicitatis gaudia, introduxit, ac inter ſanctos & electos ſuos in ſinu patriarchae ſui Abrahae collocauit. Vt autem idem natus tuus, ſicut in regio folio, ſic in virtutum exercitio dicti viri tui ſucceſſor laudabilis praediceatur; & ille Rex Regum, per quem datur regnare principibus, thronum tuum roborat & confirmet, ipſum maternis & ſalutaribus monitis exhorteris, quod ipſe regni ſui primordia in iuſtitia & aequitate ſtabiliat, eccleſias & perſonas eccleſiaſticas honoribus ampliet, fauoribus proſequatur, & earum cuſtodiat libertates: ſubditorum grauaſina releuet, bonos promoueat, malos exterminet, pietatem & clementiam amplectatur. Nos enim, ad honoris eiſdem nati tui incrementa ex paternae charitatis debito habentes affectionem & animum promptiores, in his & tuis, ac eius quibuſcumque beneplacitis, qua apoſtolico fauore proſequi Deo iuuante proponimus, per dilectum filium nobilem virum Raimundum de ſancto Michaelae ſeruientem armorum noſtrum exhibitorum praefentiam, & quoties opportunitas exiget, requirere poteris fiducia filiali. Dat. Avin. vi. kal. iunij anno ix.

43 Solatus etiam eſt alijs literis a Clemens parum a ſuperioribus verbis ſententijsque discrepantibus nouum Regem Petrum, & ad virtutes regias ſeclandus eſt adhortatus. Verum ipſe, prima regni ſui auſpicia a crudelitate duxit, ſenſuque cepit in fratres ſpurios b. Odiorum cauſa fuit nimis illorum opes ac potentia, quae ſuſpicionem afferrebant. Et quidem ſuſceptum olim a Luſtania Rege in Alſonſum Regem Caſtella bellum vidimus, cum de his ſpurijs ad regnum euicendis eſſet agitata. Guſmania pellex, eorum malorum cauſa, vt nunquam diuturna eſt prava felicitas, in carcere caſa e. Adhaeſit facinoris inuidia Mariae Reginae viduae, dolorem zelotypiae ex impuro diuturnoque viri contubernio vlciscenti: inde orta bella ciuilia, omiſſaque Granatenſi expeditione, Hiſpani in mutuas caedes ſerum exacuerunt.

44 In Luſtania ius eccleſiaſticum non parum violatum eſt Regis regionumque adminiſtrorum iniuſta vi: contempta enim ab ijs eſt anathematis ſententia inuſſa ad aſerenda eccleſiarum iura, atque in eos, qui edicta pontificia aſſerebant, carcere vel exilio ſentitum. De quibus grauiffime Pontifex quaerit eſt apud Alſonſum a, ac monuit, ne acceptam a maioribus deſenſuris eccleſiaſtici gloriam labefaſcarent.

Clemens, &c. Alſonſo Regi Portugalliae illuſtri.
Quanto deuotionis affectu erga Deum &

trinitatis
Aloisii
E. ex. li.
ex. mil. lib.
cauſa
iob. 2. 1.

Succedit
illi in re-
gno Petr.
filius.

a Eod. to.
pag. 6.

b Mariana.
l. 15. c. 17.
A crude-
litate re-
gnum au-
ſpicatur.

c Eod. lib.
c. 16.

ius eccle-
ſiaſticum
in Luſta-
nia labefa-
ſcaturum.
d Te. 9. 2.
ſec. pag.
81.

Ro.

Heraclea
obſidione
Alſonſi
Rege
Corruptus
Chri-
ſtianus
excitatus.

Mariana
vid.
Alphon-
ſi ex-
trictus.

Templa-
riorum
bona he-
reditaria
reſtitui
Hoſpitala-
rijs equi-
tibus.
Boſius. l. 2.
Hoſp.
leg. 6.

Deſera-
to omni-
bus Chri-
ſtianiſ-
ſimis
moribus.
Te. 9. 2.
ſec. pag. 5.

Conſola-
torie ad
Reginam
vniuſam
uerz.

De inſi-
gnibus il-
lus. triu-
pho.

Romanam ecclesiam matrem tuam progenitores tui recordationis inclytæ Reges Portugallia claruerunt grata memoria recensentes, & attendentes quanta tu, fili charissime, illis sicut in regni folio, sic in virtutum operatione succedens, nos & eandem ecclesiam es puritate fidei & deuotionis sinceritate reueritus & continue reuereris, speramus indubie, & probabiliter certi sumus, quod in regno tuo libertatem ecclesiasticam, quam sicut princeps catholicus defendere teneris, opprimi sub tuo præsertim nomine sicut titulo non permittes; & quod, si quid aduersus eam in eodem regno aliqui minus prouide fieri tentauerunt, prouisionis tuæ remedio celeriter & fauorabiliter corrigetur. Habet siquidem insinuatio fide digna multorum, quod dum in aliquos subditos tuos pro eiusdem ecclesiæ recuperatione iurium excommunicationis sententia rite quantumcumque profertur, statim cum in vocem licet friuolæ appellationis erumpitur, per literas regias expresse mandatur, quod nullus sic excommunicatos pro excommunicatis habeat, aut tanquam excommunicatos euitet; & quod clerici, qui nunciorum nostrorum literas super hoc exequentur, aut ab eodem regno exulent, aut experiantur angustias carcerales: & alia multa sunt, quæ relinquimus ad præsens silentio; ex quibus libertati ecclesiæ non modicum derogatur. Et quamuis hæc* verisimiliter credimus præter conscientiam tuam fiant; quia tamen nomine tuo fieri asseruntur, decet magnitudinem tuam tanto corrigere illa celeriter, quanto (si vera sunt) honori tuo derogant potius & saluti, &c. *Dat. Auin. xxi. kal. septembris anno 1x.* Repetitæ sunt eadem querelæ 111. non. septembris, atque Alfonso tanto mederi malo iussus.

45 In Aragonia etiam Casaraugustæ atroci facto ecclesiastica dignitas est labefacta: cum enim internuntius pontificius regios ministros sacras opes inique extorquentes defixisset anathemate, ac vocatus a Petro Rege constanti animo gesta rescindere detrectasset, contumelijs proficissus a Rege ac grauissimis pœnis iniquissime affectus est. Ob quam impietatem Pontifex Petrum, intentata cœlesti ira, admonuit vt administratorum grassationes coerceret.

Clemens, &c. Petro Regi Aragonum illustri spiritum consilij sanioris.

In regnis & terris tuis, Dei timore postposito & canonum reuerentia vilipensa, opprimuntur ecclesiæ ecclesiasticæque personæ, iura vsurpantur earum, & libertas ecclesiastica conculcatur: etenim cum aliqui rescripta sedis Apostolicæ contra quosuis tibi subditos laicos ad ecclesiasticos iudices in dictis regnis & terris impetrent (sicut eis licet in multis casibus de iure communi & consuetudine approbata) officiales tui iuris ordinem subuertentes, impetantes rescriptis yti huiusmodi, & iudices impetratos eosdem ipsorum rescriptorum vigore procedere non permittunt: & dum pridem dilectus filius Bernardus Alanhani canonicus Valentinus A. S. N. contra quosdam laicos subditos tuos pro eo, quod sibi nomine cameræ per eosdem soluere contumaciter contemebant, excommunicationis sententiam protulerat, & quosdam processus alios fecerat, prout in forma dictarum litterarum poterat contra eos; tu præfatum Bernardum, missis ad eum nuntio & literis regijs, ad tuam præsentiam accersitum, & in conspectu regio

constitutum post iniurias, contumelias, & opprobria, quibus transgressus limites modestiæ regis ipsum, sed nos potius, ad quem respectum habere debueras (cum honorem & iniuriam, qui deferuntur missis, certum sit mittentibus irrogari, sicut ipsa Veritas, quæ Apostolos, id est nuntios suos euangelium omni creaturæ prædicare, transmittens: *Omnis, inquit, qui vos recipit, me recipit, attestatur*) lapsa nimis licentia lacecessisti, ad reuocationem huiusmodi processuum grauium incusione minarum & terrorum atrocium induxisti [subditque] dum ipse minarum & terrorum illatione huiusmodi ad eorundem processuum reuocationem sedæ nequiret, sicut non debebat; tu lenitatem regia grauitatis rigore leuitatis exasperans, & mansuetudinem conuertens in iram, gladium quem tibi ad vindictam malorum, laudem vero bonorum diuina potentia portare concessit, vt eundem Bernardum perimeres, non metuens tremendam illam sententiam, quam per euangelicam vocem Dominus comminatur: *Omnis qui ferit gladio, peribit gladio*; exemisti: cumque iracundiam tuam expleri, & circumstantes aut (quod verisimiliter credimus) ipsa modestia prohiberent, tu adhuc tui contra Deum & iustitiam arbitrij profecutor præfatum Bernardum, pœnas eorundam canonum sententiasque non veritus, mandasti teterimo carceri mancipari, vbi velut multorum criminum reus ignominiose detentus, tandem de illius ergastulo non concedenda sibi libertatis gratia, sed vt parata sibi grauia inhumaniter tormenta sentiret vel subiret, mortis supplicium, nisi in huiusmodi reuocatione desorens homini contra Deum tuis iussionibus pareret, eductus; cum ille virtutis constantiæ robore communitus, post sumenda de patre suo & ipso quoque opprobriose ac dira mortis supplicia, quæ ministrorum tuorum immanis furor comminabatur, eidem inflexibilem ad id inclinari animû nullatenus pateretur, ministri iidem, affectionem tuam super hoc sentientes, illum ad cuiusdam eminentioris turris præcipitium adduxerunt (ad cuius etiam turris pedem stare compulsus idem miserabilis pater infelicem filij sui casum, quem anxius & consternatus animo expectabat) vestimentis post hæc Bernardus idem clericalibus denudatus est, & grauioribus terroribus vtpote vicinæ mortis exactus, vt processus habitos reuocaret; ac illo firmo adhuc proposito assensum præbere importunis & tremendis iussionibus recusante, præfati ministri tui, sed crudelitatis detestanda potius, eum deflexo capite pedibus retinentes, extraurrim eandem impie demiserunt; vbi aliquandiu pendens immaniter post viscerum euacuationem & intolerabilem vomitum quodammodo factus exanimis, metu, qui in constantem vtique cecidit de facto, eum de iure non posset, processus huiusmodi reuocavit, sicque ministri ipsi eum vitam superstitem seruauerunt; sed libertatis beneficium nec pater nec filius iidem potuerunt consequi, nisi prius ab eodem patre (qui licet innoxius contra Dei præceptum dicentis: *Pater iniquitatem filij non portabit*; propter filium, iubente te, tenebantur in vinculis) quoad præfatus Bernardus omnes processus, quos auctoritate apostolica fecerat, reuocaret; & nihilominus illos tibi traderet infra mensem tunc proxime secururum.

[Exprobrare pergit alia impie ab ipso contra libertatem ecclesiasticam patrata; incussas atroces minas episcopo Valentino, ne apostolica

Monitus Alfonso Rex, vt illud suo reuocaret splendore.

Insignis regiorum administratorum corruptela.

* vt

ibid. pag. 105. Rex Aragoni grauius ecclesiasticum laedit

Eccl. 10. 9. ep. sc. pag. 169.

Eiusdem in pontificium internuntium atrocissimus.

Crudelitas in eisdem patre tem inflexibilem

imperia capefferet, viros ecclesiasticos ad secularia tribunalia rapi iussos, duos clericos ab ipsius ministris Casaraugustæ extremo supplicio affectos, atque alia, quæ ipse dissimulatione præterit. Denique inuehitur acerrime ob spretas censuras ecclesiasticas, quibus ob non solum Sardinia & Corsica vestigial se irretierat.]

Tu insuper, vt assertio monstrauit eadem, clausæ ecclesiæ, quibus salutis via infidelibus clauditur & fidelibus aperitur, perperam vilipendens (quamquã propter neglectam aut, quod absit, contemptam solutionem annui census, in quo nobis & ecclesiæ Romanæ præfatæ pro regno Sardinia & Corsica, quæ a nobis & ecclesia ipsa tenes in feudum, & pro quibus, nobis & illi subditus & ligius vassallus existis teneris, vt nosti, ac propter commissionem & assensum tam grauium excessum prædictorum, si, vt præmittitur, excessus huiusmodi veri sint, sis diuersis excommunicationum sententijs innodatus) coram te facis diuina solemniter, non sine iniuria catholicæ fidei, officia profanari: cum tamen tanto quisque debeat abstinere a licitis, quanto se meminit illicita perpetrasse, donec reconciliatus Deo, dignos penitentia fructus afferens, capax gratiæ sis effectus. [Ex his colligitur, Petrum Regem, qui diu ob intermissum tribus annis præteritis Sardinia & Corsica censum duorum millium marcharum pendi Romanæ ecclesiæ solutum, censuris deuinctus fuerat, & iv. kal. februarij solutus a nexibus anathematis ea lege, vt recurrentibus singulis annis sex proximis mille marcas vna cum alijs duobus ex fiduciarijs tabulis constitutis persolueret; promissorum fidem hoc ipso anno violasse. Pergit Clemens.]

46 Nullus te blandis sermonibus in tuorum successuum prosperitate sustollat: quinimmo in conspectu Dei tui, tanto humilior semper appareas, quanto ille te benigniori prospexit intuitu, quantoque processus tuos felicioribus successibus fecundauit: memor, quod ille Nabuchodonosor princeps magnus sit commutatus in belluam, quia nimia felicitate successuum in superbiam eleuatus nullum suæ potentia posse resistere inaniter cogitauit. Deus enim humillimus superbiorum, quibus resistit, corda non incolit: sed apud humiles, quibus suam largitur gratiam, suam elegit mansionem: & quamuis misericors legatur & patiens, describitur tamen Deus zelotes, & dominus ultionum. Noli ergo, noli aduersariorum ecclesiæ contra illam prauis assentire consilijs: noli sub conseruandorum tuorum iurium confecto prætextu pati ecclesiarum iura discerpi, & libertatem ecclesiasticam conculcari: noli in membris suis sustinere ipsius persecutionem ecclesiæ, quoniam omnipotens Dominus, qui cuncta largitur, ex alto prospiciens, facit vt plerumque proprijs careat, qui concupiscit indebite aliena; & Pharaonem illum, persequentem diebus illis ecclesiam, id est congregationem, tunc fidelium Iudæorum, cum exercitu suo excussit in mare. Redemptor etiam noster aduersus eandem ecclesiam, quam solus ipse fundauit & consecrauit cruore proprio, qui que regit, gubernat, & protegit, portas inferi, id est abusum secularium potestatum, præualere non finit. Quinimmo, virgam suæ virtutis emittens, scabellum pedum suorum ipsius posuit inimicos: nam in fundamento solido angularis lapidis, qui missus est Christus, eadem ecclesia firma consistens, & si quatitur, non conteritur turbini-

bus potestatum: quinimmo, conuassatis in terra multorum capitibus superbiorum ceruicem erigentium contra eam, confurgit, quotidie fortior, velut acies inuicta castrorum. Quapropter serenitatem tuam monemus, requiritimus, & hortamur in Domino attentius obsecrantes, tibique tuæ salutis intuitu iniungentes, quatenus præmissa omnia si, vt præmittitur, vera sunt, pro diuinæ maiestatis reuerentia, nostræ interuentionis obtentu, & ipsius tuæ consideratione salutis emendans prudenter, & corrigens studiose, ab his & eis similibus abstinens; & officiales ac ministros ipsos aliosque subditos tuos omnino compescens ecclesijs & personis eisdem pro iniurijs & offensis huiusmodi eis, sed & nobis etiam (vt præfertur) illatis, emendam & satisfactionem debitas exhibeas, & facias exhiberi, &c. *Dat. Auin. vi. kal. decembris anno 1x.* Correptus apostolica censura Petrus Rex Aragonum oratores ad poscendam veniam proximo anno ad sedem Apostolicam, decreuit a.

47 Aucum b est hoc anno a Clemente Cardinalium collegium, de quo vitæ illius scriptor: *Diēto, inquit, anno, scilicet quinquagesimo, præfatus Papa fecit creationem duodecim Cardinalium, videlicet decem presbyterorum & duorum diaconorum, & hoc die decima septima mensis decembris, quæ fuit feria sexta quatuor temporum. Presbyteri autem fuerunt isti: dominus Egidius Aluari Hispanus, tunc archiepiscopus Toletanus: dominus frater Paslor de Sareluduo diocesis Viuariensis ordinis Minorum, tunc archiepiscopus Ebreduensis: dominus Raimundus de Canibaco diocesis Mimatensis canonicus regularis ordinis sancti Augustini, tunc archiepiscopus Tolosanus: dominus Pietausus de Montesquiuo Vasco, tunc episcopus Albiensis: dominus Nicolaus de Caporia Romanus, tunc episcopus Urgellensis; dominus Petrus de Croffo diocesis Lemouicensis, tunc episcopus Antiffiodorensis: dominus Pontius de Villamuro Vasco canonicus ordinis S. Augustini, tunc episcopus Appamiarum: dominus Guillelmus de Agnisolio monachus S. Benedicti, tunc electus Casaraugustanus, consanguineus & cubicularius ipsius Papæ: dominus Egidius Rigaudi, tunc abbas S. Dionysij prope Parisios ordinis S. Benedicti, & dominus frater Ioannes de Molendino diocesis Lemouicensis, tunc generalis magister ordinis Prædicatorum. Diaconi vero fuerunt, dominus Raynaldus de Vrsinis Romanus, tunc sedis Apostolicæ notarius, & dominus Ioannes filius vicecomitis de Caramanno nepos Ioannis Papæ vigesimi secundi, tunc sedis Apostolicæ notarius. Sunt in regeſto pontificio literæ, extremo anno datæ ad Amaluinum, quæ in Pietauinum ab auctore, Portauinum in codice regio appellatum vidimus, Albiensem episcopum, quibus ipsum de adepta vna cum alijs Cardinalitia dignitate certiore factum, ad aulam pontificiam iubet accedere c: *Inter quas, inquit, nimirum viros electos ex millibus assumptos ad adiuuandum Pontificem in gubernatione nauis, quæ est ecclesia, te, quem tuarum manile virtutum idoneum tanto ministerio nostris presentat obtutibus numerantes, ad Cardinalatus honorem duximus promouendum. Festina itaque fili, festina, & suauis iugo, leuique oneri Domini colla submissurus accede, vt sicut honoris factus es particeps, sic oneris & mercedis participium merearis. Dat. Auin. xiv. kal. ianuarij anno 1x.**

48 Conceptæ sunt eadem verborum forma literæ ad Petrum episcopum Antiffiodorensis,

a Lib. prim
Rom. sccl.
10. 3. pag.
122.
b M. S. bibl
Vat. sign.
n 2040. 12.
Clem. VI.
& gesta.
Clem. VI.
apud B. sq.
Cardina-
les hoc an-
no creati
a Clem.

* C. R. Per
e. uinus de
Montesqui-
no

* apud
Contelo-
rium legi-
tur Arual-
dus.

a To 9. ep.
secr. pag.
187.

d Reg. pag.
ram. 4. ep.

Arnaldum episcopum Appamiatum, Ioannem supremum ordinis Prædicatorij magistrum, atque Egidium monasterij S. Dionysij Parisiensis diocesis abbatem. Cum vero huius postremi opera Francorum Rex egeret, Clemens singulari beneficio pileum rubeum illi tradendum Parisiensi, Laudunensi, & Carnotensi episcopis transmisit quo argumento sequenti anno tum ad hos episcopos, tum ad Egidium ipsum scriptæ b sunt literæ: *Licet, inquit, imitanda seruarit antiquitas, vt ad honorem cardinalatus euectus non prius capello rubeo uteretur, quam illum de manu Romani Pontificis suscepisset: attendentes tamen, quod tu, quem ad honorem huiusmodi duximus assumendum, quique assumptionis tempore de Romana curia absens eras, habes percertis negotijs arduis sbarissimi in Christo filij nostri Ioannis Regis Francorum illustris, in quibus idem Rex presentia tua indigere se dixit, diebus aliquibus in partibus ipsis de nostra licentia remanere; eiusdem Regis supplicationibus inclinati, capellum huiusmodi per dilectum filium nobilem virum Nicolaum Iudicis domicellum dominum de Launeria sancti Pontij Thomeriarum diocesis, nepotem nostrum, venerabilibus fratribus nostris Parisiensi & Laudunensi & Carnotensi episcopis, exhibendum tibi per eos vel alium eorundem, prouidimus destinandum. Dat. apud Villamnouam Auin. dioc. xviii. kal. aprilis anno ix.*

Egidio pileum rubeum tradendum Parisiensi, Laudunensi, & Carnotensi episcopis.

a Esd. 10.9 sp. ser. pag. 260. *b* Ibid. pag. 261.

IESV CHRISTI

Annus 1351.

CLEMENTIS PP. VI. CAROLI IV. ROM. REG. 6.
annus IO. IO. PAL. II. & IO. CAN. 5. IMPP.

Susccepta superioribus annis in reuocanda ad fidei puritatem Armenorum ecclesia, discutiendis erroribus, quos offuderat Dioscorus, Erischartus, Iacobus, Rastus, ac Vartan insignis impietate hæresiarcha, qui ad euertendam Romanæ ecclesiæ doctrinam plures sacrilegos commentarios scripserat, curas apostolicas urgere Clemens VI. perstitit anno Christi millesimo trecentesimo quinquagesimo primo indictione quarta. Sensisse quidem male Armenos de processione Spiritus sancti ex Patre Filioque, de peccato originali ex primis parentibus contracto, de essentia diuinæ intuitiua visione, qua animæ ab omni labe liberæ segregata qua corporibus potiuntur, de animarum in peccato lethali pereuntiū in inferno supplicijs, de virtute baptismi delentis origine & actu suscepta peccata, de non destructo a Christo infimo inferno; grauem suspicionem iniecerant, cum ea fidei capita ex transmissa a Pontifice formula vna cum alijs nonnullis expunxisset patriarcha, ac profiteri etiam subterfugisset, malignos spiritus non natura sed prauo liberi arbitrij vsu ab ea dignitate, in qua boni erant creati, descivisse: criminum maculis iusto animalium cruore non deleri: ieiunia esu piscium & olei non violari: baptismum non repetendum: infantes ante octauum diem baptismi posse abluui, neque illum alio liquore quam aqua elementari conferendum: in eucharistia Christi corpus idem numero, quod e Virgine natum affixumque in cruce existere: neminem nisi sacerdotio initiatum, quantouis sanctitatis fastigio conspicuum, Christi corpus conficere posse: sacram exhomologesim omnium peccatorum lethaliū ad salutem adipiscendam necessariam. Ad plura etiam alia a Pontifice proposita fidei orthodoxæ capita, nimi-

Hæresiarcharum exortum apud Armenos.

Præcipuorum errorum.

rum B. Petri erga alios Apostolos auctoritatem, eiusque successorum in omnes ecclesias primatum ex processionem Spiritus sancti: Patre Filioque: duas in Christo voluntates ac naturas, personæque vnitatem; atque alia ad superiora spectantia, obscuris sententijs responderat patriarcha siue suo fidei interpretum vitio. Vt itaque; missis ambagibus, fidei veritatem puram in luce collocaret, multis interrogationibus apud illum instandum circa singula putauit a, vt mentem clare expromeret, tum illa fidei capita, quæ ex transmissa formula omiserat, profiteri iussit Pontifex.

Venerabili fratri Consolatori dicto catholicon Armenorum.

2 Super quibusdam capitulis, quæ pleniori eruditione tua & ecclesiæ Armenorum in fide recta & vera sanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ, quæ fauente Domino (qui eam fundauit, rexit, & regit, quique vt fides eius non deficeret exorauit) per veritatis viam impolluto calle incessit & graditur, dudum per venerabilem fratrem nostrum Ioannem archiepiscopum Pisanum, tunc electum Coronensem, & bonæ memoriæ Antonium episcopum Gaieranum (quos ad partes ipsas, commisso eis in illis plenæ legationis officio, signanter propterea missimus) responsiones tuas & ecclesiæ minoris Armeniæ, per eundem Ioannem archiepiscopum, præfato Antonio episcopo in sui prosecutione itineris, iubente Deo, naturæ debitum exsoluente, sub certis capitulis comprehensas benigne recepimus, & super eis, cum venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus, & nonnullis patriarchis, archiepiscopis, & episcopis, alijsque prælatis ecclesiasticis, ac sacræ theologiæ magistris & decretorum doctoribus habita deliberatione matura, non potuimus nec possumus ex responsionibus huiusmodi quo ad plura elicere, quid tu & eadem ecclesia minoris Armeniæ sincere & pure credatis, ac etiam teneatis. Et ideo, quia confessio sanctæ & catholicæ fidei simplex esse debet & clara, sicut Saluator & redemptor noster nos edocens: *Qui facit, inquit, veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo facta sunt.* Et e contra: *Qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt fiant eius opera manifesta;* nos de tua cæterorumque Armenorum, sicut aliorum quoque fidelium, quorum curam prouidentia nobis diuina commisit, ex paternæ charitatis affectu attente solliciti, vt nostrum in hac parte debitum impleamus, quibusdam ex ipsis tuis & eiusdem ecclesiæ minoris Armeniæ responsionibus, ex quarum aliquibus conditionata, ex quibusdam vero diminuta vel imperfecta, & ex nonnullis, forsitan scriptoris vel interpretis vitio, minus vera confessio manifeste colligitur, interrogationes prouidimus salubriter subnectendas, vt tu & eadem Armeniæ ecclesia non in tenebris, sed in luce, ad illas pure & simpliciter respondentes, effecti lucis filij, illius luminis veri de lumine, quod indeficiens perferuerans, omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, in æternæ beatitudinis patriæ felici visione perfrui valeatis.

3 In primo igitur capitulo responsionis tuæ, in quo pro fundamento ipsius catholicæ fidei præmittis, quod tu & ecclesia Armenorum, quæ tibi obedit, creditis & tenetis, promittitis tenere, & dicitis tu & tota ecclesia Armenorum tibi obedientium, quod eadem ecclesia Romana, cuius summus Pontifex est Papa Romanus, est sola catho-

Venerabili fratri Consolatori dicto catholicon Armenorum.

Monetur patriarcham non ride confessionem fidei etc.

De primatu Romano ecclesiæ Armeniæ.

tholica, & in ea sola est vera salus, & vna vera fides, & vnum verum baptisma, & vera remissio peccatorum; quærimus. Primo, si creditis tu & ecclesia Armenorum, quæ tibi obedit, omnes illos, qui in baptismo eandem fidem catholicam receperunt, & postmodum a communione fidei eiusdem ecclesiæ Romanæ, quæ vna sola catholica est, recesserunt vel recedent in futurum, esse schismaticos & hereticos, si pertinaciter diuisi a fide ipsius Romanæ ecclesiæ perseuerent. Secundo petimus, si creditis tu & Armeni tibi obediens, quod nullus homo viatorum extra fidem ipsius ecclesiæ, & obedientiam Pontificum Romanorum, poterit finaliter saluus esse.

In secundo vero capitulo dicis te credere & tenere, quod solus Pontifex Romanus habet plenitudinem potestatis, quam beatus Petrus Apostolus habebat, & quod ipse Pontifex Romanus solus est vniuersalis Christi vicarius; & quod tu catholicon Armenorum es & esse debes obediens Pontifici Romano, propter hanc tamen obedientiam non vis te vel tuam ecclesiam aliquo minore vel perdere, nec diminuere gratias, libertates, curas, dioceses, iura, & potestatem iubendi omnibus Armenis, quæ tui prædecessores & ecclesia Armenorum receperunt & tenuerunt ab ipsa Romana ecclesia; immo deprecaris, quod tibi & ecclesiæ tuæ prædictis remanentibus, nos qui sumus Romanus Pontifex accrescere faciamus libertates & iura tua & tuæ ecclesiæ, quantum secundum Deum fieri potest, ad nostri memoriam sempiternam. Iterum dicis, te credere & tenere, quod antistites de catholica, & apostolica ecclesia debent esse obediens Romano Pontifici, quia Christus plenitudinem potestatis dedit beato Petro pro se & pro locumtenentibus eius. Item dicis, te credere, quod quilibet Pontifex Romanus, qui summus est, præteritus, præsens, & futurus, erat, est, & erit locumtenens beati Petri; quia, fuit & est & erit immediate vniuersalis Christi vicarius. Item promittis quod, quantum in te erit, facere curabis omnes subditos tuos ecclesiasticos & seculares prædicta omnia & singula firmiter credere & tenere: super his ergo quærimus. Primo, si credidisti, credis, vel credere es paratus cum ecclesia Armenorum, quæ tibi obedit, quod beatus Petrus plenissimam potestatem iurisdictionis acceperit super omnes fideles Christianos a domino Iesu Christo: & quod omnis potestas iurisdictionis, quam in certis terris & prouincijs, & diuersis partibus orbis specialiter & particulariter habuerunt Iudas Thadæus & cæteri Apostoli, subiecta fuerit plenissime auctoritati & potestati, quam super quoscunque in Christum credentes in omnibus partibus orbis beatus Petrus ab ipso domino Iesu Christo accepit; & quod nullus Apostolus, vel quicumque alius super omnes Christianos, nisi solus Petrus plenissimam potestatem accepit. Secundo si credidisti, tenuisti, vel credere ac tenere paratus es cum Armenis tibi subiectis, quod omnes Romani Pontifices, qui beato Petto succedentes canonicè intrauerunt & canonicè intrabunt, ipsi beato Petto Romano Pontifici successerint & succedent in eadem plenitudine, iurisdictione, potestatis, quam ipse beatus Petrus accepit a domino Iesu Christo super totum & vniuersum corpus ecclesiæ militantis. Tertio si credidistis & creditis tu & Armeni tibi subiecti, Romanos Pontifices, qui fuerunt, & nos qui sumus Pontifex

Romanus, ac illos qui in posterum successerint, tanquam legitimos & potestate plenissimos Christi vicarios, omnem potestatiuam iurisdictionem, quam Christus vt caput conformem in humana vita habuit, immediate ab ipso Christo super totum ac vniuersum corpus militantis ecclesiæ accepisse. Quarto si credidisti & credis, quod omnes Romani Pontifices qui fuerunt, nos qui sumus, & alij qui erunt in posterum, ex plenitudine potestatis & auctoritatis præmissa potuerunt, possumus, & poterunt immediate per nos & eos de omnibus tanquam de iurisdictioni nostræ ac eorum subditis iudicare, & ad iudicandum quoscunque voluerimus ecclesiasticos iudices constituitere & delegare. Quinto si credidisti & credis, quod in tantum fuerit, sit, & erit suprema & præminens auctoritas & iuridica potestas Romanorum Pontificum qui fuerunt, nostri qui sumus, & illorum qui in posterum erunt, vt a nemine iudicari potuerint, potuerimus, neque in posterum poterunt; sed soli Deo iudicandi seruati fuerint, seruemur, & seruabuntur: & quod a sententijs & iudicijs nostris non potuerit, neque possit, nec poterit ad aliquem iudicem alium appellari. Sexto si credidisti & adhuc credis, plenitudinem potestatis Romani Pontificis se extendere in tantum, quod patriarchas, catholicon, archiepiscopos, episcopos; abbates, & quoscunque prælatos alios de dignitatibus, in quibus fuerint constituti, possit ad alias dignitates maioris vel minoris iurisdictionis transferre, vel exigentibus eorum criminibus, ipsos degradare & deponere, excommunicare & sathana tradere. Septimo, si credidisti & adhuc credis, pontificalem auctoritatem non posse nec debere subijci cuiquamque imperiali & regali, aut alteri seculari potestati, quantum ad institutionem iudicalem, correctionem, vel destitutionem. Octauo si credidisti & credis, Romanum Pontificem solum posse sacros generales canones condere, plenissimam indulgentiam dare visitantibus limina Apostolorum Petri & Pauli, vel ad terram sanctam accedentibus, aut quibuscunque fidelibus vere & plene penitentibus & confessis. Nonno si credidisti & credis, omnes qui se contra fidem Romanæ ecclesiæ erexerunt & in finali impoenitentia mortui fuerunt, damnatos fuisse, & ad perpetua infernorum supplicia descendisse. Decimo si credidisti & adhuc credis, Romanum Pontificem circa administrationem sacramentorum ecclesiæ, saluis semper illis, quæ sunt de integritate & necessitate sacramentorum, posse diuersos ritus ecclesiarum Christi tolerare, & etiam concedere, vt seruentur. Vndecimo si credidisti & credis, Armenos, qui Romano Pontifici in diuersis partibus orbis obediunt, & formas & ritus Romanæ ecclesiæ in administratione sacramentorum, & in ecclesiasticis officijs, ieiunijs, & alijs caeremonijs studiose & cum deuotione obseruant, bene agere, & illa agendo vitam æternam mereri. Duodecimo, si credidisti & credis, neminem de dignitate episcopali ad archiepiscopalem, patriarchalem, vel catholicon posse transferri auctoritate propria, nec etiam auctoritate cuiuscunque principis secularis, siue Rex fuerit, siue Imperator, vel quicumque alius sultus quicumque potestate & dignitate terrena. Tertio decimo si credidisti & adhuc credis, solum Romanum Pontificem, dubijs emergentibus circa fidem catholicam, posse per determinationem autenticam, cui sit inuolabiliter adhaerendum, finem

De omnibus Christianis iudicare potest.

A nemine potest iudicari.

Patriarchas & præfules alios transferre & exautorare potest.

Canones condere & plenarias indulgentias dare.

Damnati sunt omnes qui in oppugnatione fidei crimine moriuntur.

Potest Papa, saluis essentialibus, varios ritus in sacramentis permittere.

Postunt Armeni alijque ritus ecclesiæ Rom. amplecti.

Solus Pontifex dubijs in fide dirimere potest.

finem imponere, & esse verum & catholicum. quicquid ipse auctoritate clauium sibi traditarum a Christo determinat esse verum: & quod determinat esse falsum & hæreticum, sit censendum. Quartodecimo si credidisti & credis nouum & vetus testamentum in omnibus libris, quos Romana ecclesia nobis tradidit auctoritas, veritatem indubiam per omnia continere.

Respondendo vero ad articulos etiam minoris Armeniae ecclesia, per nos missos, præmittis quod quæ dicturus es, sunt de doctrina veteris & noui testamenti, Thadæi & Bartholomæi Apostolorum, & vniuersalis consilij sanctæ catholicæ & apostolicæ ecclesiæ tradita, vt credenda & tenenda ecclesiæ Armenorum, &c. Super quo a te quærimus, quæ sequuntur. Primo si credidisti, quod doctrina noui & veteris testamenti a beatis Apostolis Thadæo & Bartholomæo fuerit edita, vel solis illis prædicantibus ecclesiæ catholicæ per eos manifestata. Secundo, si credidisti & credis Thadæum Iudam, & Bartholomæum Andreæ, Iacobo maiori & minori, Ioanni Euangelistæ, ac cæteris a Petro Apostolis præfuisse, vel maioris auctoritatis fuisse.

Secundo capitulo scribis, te & Armenos tibi obediens credere, quod Spiritus sanctus procedit a Patre & Filio, & quod vsque nunc particulariter tu & Armeni tibi obediens dixistis, sed deinceps quantum poteris, facies hoc generaliter dici. Circa quod capitulum per te ad sequentiolum volumus responderi. Primo si credidisti & tenuisti, esse de necessitate salutis credere, quod Spiritus sanctus non a solo Patre, sed etiam a Filio ab æterno procedit. Secundo si illos, qui expresse negabant Spiritum sanctum a Filio procedere, pro schismaticis & hæreticis habuisti, habes, & es semper in posterum habiturus. Tertio si in officio missæ diebus, quibus secundum consuetudinem Romanæ ecclesiæ cantatur primum symbolum es paratus & promptus cantare, & coram populo profiteri, quod Spiritus sanctus a Patre Filioque procedit, prout in dicto symbolo continetur. Quarto si credidisti & credis, Spiritum sanctum procedere a Patre & Filio tanquam ab vno principio per vnâ spirationem, communem Patri & Filio existentem, prout docent Romana ecclesia, concilium generale, & doctores catholici, quos eadem ecclesia veneratur vt sanctos. Quinto si credidisti & credis, Spiritum sanctum cum Patre & Filio esse vnum Deum, & eis per omnia esse æqualem potestate, voluntate, immensitate, & in omni perfectione: non inferiorem gradu, nec tempore posteriore, sed eadem æternitate æternum. Sexto, quia scribis, quod vsque nunc particulariter dixisti, Spiritum sanctum procedere a Patre & Filio, sed deinceps quantum poteris, facies generaliter dici; quærimus a te, si per particulariter intelligis, quod ad partem & non in publico dicebas: vel quod aliqui ex Armenis, licet particulares & pauci, credebant & dicebant Spiritum sanctum procedere a Patre & Filio; generaliter tamen Armeniae minoris communitas, quod a Filio Spiritus sanctus procederet, non credebat, nec dicebat, neque videtur ad dicendum parata facilliter; quia tu scribis, quod quantum poteris, facies generaliter dici.

4 Secundo capitulo scribis, te credere & tenere, quod in vna sola persona Christi sunt due nature, humana scilicet & diuina vnita. Super quo scire volumus si credis, vel credere es para-

tus tu & Armeni, qui tibi obediunt, in Christo solam personam æternam esse Dei filij, in duabus perfectis & integris naturis; diuina siquidem, quam æternaliter habuit, & humana quam ex tempore de virginali vtero beatæ Mariæ matris suæ assumpsit. Secundo si reputas omnes illos hæreticos, qui credunt & credent in futurum, quod in Christo non manet nisi vna natura, quemadmodum in eo non est nisi vna sola persona: & si tu & Armeni, qui tibi obediunt, detestamini Eutychem & Dioscorum, ac cæteros eorum, complices hæreticos, Christi carnem & diuinam essentiam in vnâ confundentes naturam; vel dicentes, Christum nihil maternæ substantiæ suscepisse, sed tantum Dei naturam sub habitu latere humano, quemadmodum latet homo sub indumento: & beatum Leonem, sub quo celebratum est Chalcedonense concilium, & prædictam hæresim & dictos hæreticos condemnauit, firmiter creditis, diuinam essentiam inter sanctos alios clare videre, & beatifice ea frui. Tertio si credidisti vel credere es paratus, Macarium Antiochenum episcopum & eius complices socios, qui vnâ voluntatem & operationem, astruebant in Christo, per Romanum Pontificem Agathonem in sexta Constantinopolitana synodo cum eorum hæresi iuste & catholice condemnatos, & anathematizatos fuisse. Quarto si credidisti & creditis tu & Armeni, qui tibi obediunt, Vartem, quem (prout nobis a pluribus est relatum & assertum) Armeni pro speciali doctore habuerunt, & qui multos de Armenia minori labæ hæresis infecit, docens & scribens, quod Spiritus sanctus non procedit a Filio sed a solo Patre, & quod Christus non habet nisi vnâ solam naturam, & quod non dedit ipse Christus maiorem potestatem Petro quam alijs Apostolis, & quod Romana ecclesia non habet iurisdictionem nec aliquam potestatem super ecclesiam Armenorum, & quod spiritus omnium hominum fuerint insimul a Deo creati, & quod animæ salutandæ & damnandæ vsque ad diem iudicij manent extra paradisum & extra infernum, nec sanctæ animæ Deum per essentiam beatifice videbunt, neque fruuntur eo vsque ad diem iudicij; nec illæ, quæ cum peccato mortali a suis corporibus recesserunt, vsque ad prædictam diem finalis iudicij cruciabuntur in inferno: & quod pro animabus beatæ Virginis, beatorum Petri & Pauli Apostolorum, & omnium sanctorum martyrum, & illorum, qui decesserunt sine culpa quacunque, & absque omni obligatione ad purgatorij penas, ab ecclesia catholica est orandum: & quod Christus secundum humanitatem est æqualis Deo Patri; & sic de multis alijs erroribus, quibus est vnus magnus liber, quem dictus Vartan composuisse aduersus fidem sanctæ Romanæ ecclesiæ dicitur, per totum respersus, fuisse hæreticum & heresiarcham pessimum, ac ipsum cum dictis hæresibus & alijs quibuscunque in libro illo, vel in alijs scripturis, aut doctrinis eiusdem contentis, in quantum scripturæ illæ, aut quæcunque eius doctrinæ, vel dictæ contraria sunt scripturæ & doctrinæ fidei Iesu Christi, quam Romana docet & tenet ecclesia; & omnia Armenorum concilia, vbicunque & per quoscunque fuerint congregata contra fidem Romanæ ecclesiæ & articulos fidei Christianæ, quos docet & tenet Romana ecclesia reputaris, creditis, & tenetis fuisse congregationes hæreticorum, & aduersariorum fidei domini nostri Iesu Christi; & si eos, qui talia docuerunt, here-

Quæstiones circa Apostolos Thadæum & Bartholomæum.

Est de necessitate salutis credere, Spiritum sanctum non a solo Patre, sed etiam a Filio procedere.

Est vnus vnus Deus cum Patre & Filio.

In vna sola persona Christi sunt due nature.

Hereticus sunt vnâ naturam sub habitu latere humano.

Macarium hæreticum, qui vnâ voluntatem & operationem, astruebant in Christo.

Vartem hæreticum, qui multos de Armenia minori labæ hæresis infecit.

Tenuit in terris orandum esse pro sanctis.

Et Christus vnus vnus Deus cum Patre.

hereticos & eorum doctrinam vt hereticam anathematizatis, & detestamini vt fidei Iesu Christi venenum.

5 In tertio capitulo dicitis, vos credere, quod nati & nascituri ex viro & muliere contrahunt originale peccatum, prater peccata personalia, quae primi parentes, comedendo de fructu ligni vetito contra praecipuum eis datum a Domino, contraxerunt. Circa quod capitulum a te & ab Armenis, qui tibi obediunt, scire volumus. Primo si creditis, quod actualia primorum parentum peccata nati & nascituri ex eis contraxerunt; & contrahent in futurum, quemadmodum ab ipsis contrahunt originale peccatum. Secundo si creditis, quod propter omnia actualia peccata primorum parentum contrahatur originale peccatum. Tertio si creditis, quod circa aperitionem regni caelorum tantum operaretur circumcisio ante institutionem baptismi, & omnium hominum per propagationem a primis parentibus descendendum in vtroque sexu obligationem ad ipsam, quantum ex tunc operatur baptismus.

6 Sexto capitulo dicitis, te cum Armenis tibi obedientibus credere, quod omnes animae defunctorum ex toto purgatae a peccatis post passionem Christi statim vadunt ad regnum caelorum, vbi Deum manifeste vident & animae decedentium in peccato mortali vadunt in infernum damnationis, vbi nunquam Deum videbunt; sed sensuali purgatione ibidem puniuntur. Circa quod scire volumus a te. Primo si credis, vel credere es paratus, quod post passionem & ascensionem domini Iesu Christi animae eorum, qui decesserunt in Christi gratia, & in quibus nihil fuit purgabile quando decesserunt, ascendant in caelorum regnum & paradisi caelestem, & cum Christo & sanctorum angelorum consortio congregatae, diuinam essentiam videant visione faciali, sicut est ipsa diuina essentia, se immediate nude, clare, & aperte eis ostendente. Secundo si credidisti vel credere es paratus, quod eadem fruuntur essentia animae nihil habentes purgabile a suis corporibus separatae: & quod ex visione & fruitione diuiniae essentiae sint vere beatae: & quod huiusmodi intuitiva & facialis, clara, & aperta visio & fruitio in eisdem animabus sine aliqua intercisione seu euacuatione continuata existit, & continuabitur vsque ad finale iudicium, & ex tunc vsque in sempiternum. Tertio si credis vel credere es paratus, quod animae decedentium in actuali mortali peccato mox post mortem suam ad inferna descendunt, vbi poenis infernalibus cruciantur sine remedio & sine extinctione ignis cum perpetua poena carentiae visionis & fruitionis beatae.

7 Septimo capitulo dicitis, te cum Armenis tibi obedientibus credere, quod vera felicitas stat in visione Dei; & non in visione alicuius alterius rei. Circa quod volumus a te scire. Primo si credidisti & credis, quod vera felicitas non consistit in visione Dei per speculum in enigmate; sed in visione, qua facie ad faciem Deus sicuti est videtur. Secundo si credidisti & credis, quod vera felicitas sine dilacione * correspondente faciali Dei visioni * non habetur.

8 Circa octauum capitulum quaerimus. Primo si credidisti & credis, quod Christus secundum humanitatem non excedit infinita perfectione omnem creaturam, nec beatitudo creata, qua eius anima est; beata, infinita perfectione

excedit beatitudinem angelorum, vel beatuarum animarum. Secundo, si credidisti & credis, Christum secundum humanitatem, qua minor est Patre, excedi in infinitum & sine termino a perfectione, quam habet secundum diuinitatem, in qua Patri & sancto Spiritui est aequalis.

Circa decimum capitulum quaerimus, si credidisti, & credis, purgatorium esse, ad quod descendunt animae decedentium in gratia, quae nondum per completam poenitentiam de suis satisfecerunt peccatis. Item si credidisti & credis, quod igne crucientur ad tempus, & quod mox purgatae etiam citra diem iudicij ad veram & aeternam beatitudinem perueniant, quae in faciali Dei visione & dilectione consistit.

In XII. capitulo, dicitis, quod baptismus secundum formam ecclesiae receptus sine simulatione delet omnia peccata illorum, qui semel baptizantur, siue originalia sint, siue actualia: sed cum aliqui baptizantur bis in eodem baptismo, non delentur peccata illorum; immo potius adduntur, & committuntur per secundum baptismum. Circa quod primo volumus a te scire, si credis, quod baptismus susceptus secundum formam Romanae ecclesiae, quae est: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*; in illis, qui non simulate nec fide suscipiunt, delet omnia originalia, & actualia, si insunt illis, peccata. Secundo si credis, praedictam formam, qua Romana ecclesia vtitur, Christum instituisse & tradidisse Apostolis, & ipsam a Christo & per Apostolos fuisse impositam catholicae ecclesiae, quae Romana est, ad seruandum. Tertio si credis, quod a quocunque mortali homine, habente fidem sacramenti, etiam non sacerdote vel clerico, sed laico vel muliere baptismus conferatur in forma, qua vtitur Romana ecclesia; verum, baptismus esse, nec posse scienter iterari ab aliquo ministro, nec suscipi ab illo, qui in dicta forma Romanae ecclesiae semel fuerit baptizatus, sine mortali peccato. Quarto si credis, posito quod licitum esset inter prolationem verborum formae baptismi & lotionem cum aqua baptismali euangelium vel aliquas orationes interponere, quod multo melius, & magis ordinate fiat si, quando proferuntur verba baptismi, lotio simul fiat cum aqua baptismali illius, qui baptizatur. Quinto si credis vlla auctoritate, cui a catholico sit adhaerendum, aut efficaci ratione posse probari, quod forma, qua vtitur Romana ecclesia baptizando, sit dubia & incerta; & quod Apostoli ea vti non fuerint baptizantes. Quod pro tanto a te scire volumus, quia misisti quasdam rationes debiliter concludentes pro eo quam maxime, quod supponis in omnibus illis rationibus, quae deberes probare.

9 Circa XVII. capitulum in quo dicitis, te credere, quod matrimonium est sacramentum ecclesiae, & quod actus matrimonialis, si congruo modo fiat, est meritorius; volumus a te scire, si credis, matrimonij sacramentum perfectum & per carnalem copulam consummatum, nunquam posse dissolui quantum ad vinculum aliter, quam per mortem alterius coniugis vel amborum, dicente Domino: *Quos Deus coniunxit, homo non separet*. Secundo si credis, quod vxore mortua, qui fuit vir eius, possit nubere cum secunda, & illa mortua cum tertia, & sic deinceps quamdiu placuerit sibi, & fuerit coniugio aptus: & quod simili modo vxor, suo primo viro mortuo, possit secundo nubere, & tertio mortuo

Christus secundum humanitatem infinite abest a perfectione quam habet secundum diuinitatem.

De purgatorio igne

De Baptismo.

Iterari non debet.

Forma eius non est dubia.

De matrimonio.

Indissolubile est.

De originali peccato.

Peccata originale primorum parentum non contrahuntur.

Anima defunctorum diuinam essentiam inueniunt.

Nulla est illius felicitatis interruptio.

Anima in infernali non decedunt iterum.

Vera felicitas fita in visione Dei.

correspondens max

similiter, & sic de alijs mortuis viris primis, Circa xxiii. capitulum, in quo dicitur credere, quod natura humana assumpta a Verbo, est substantialiter vnita Verbo in vnitatem personarum; querimus a te, si credis vnitatem naturarum humanarum & diuinarum in Verbo non esse substantialem, sed personalem: nec naturas diuinam & humanam vnitas esse substantialiter, sed suppositaliter in vnitatem personarum.

Circa xxiiii. capitulum, in quo dicitur & promittis, quod curabis facere, vt subditi tui non recipiant manuum impositionem nisi ab ijs, qui obediunt tibi, sicut & tu ecclesie Romanae; querimus primo a te, si credis, quod illi, qui Romanae ecclesie & tibi obediunt, a Romano Pontifice vel ab alijs episcopis auctoritate Romani Pontificis possunt recipere manuum impositionem. Secundo si credis, quod omnes, qui tibi obediunt, teneantur immediatius & principalius, quam tibi, Romano Pontifici obedire.

10 Circa xxx. & xxxi. capitula, in quibus dicitur primo, quod carnes animalium, quae occiduntur pro sepulturis defunctorum, vt adiuuentur per elemosynas, & quod distinctio de mundis, & immundis animalibus quantum ad esum, quae praecipiebantur in lege veteri, cessauit & euacuata est per aduentum Christi; querimus a te, si credis, quod huiusmodi elemosynae, quae fiunt de carnibus prohibitis in lege, profunt animabus defunctorum plusquam si fierent de non prohibitis, & quam proficerent eis, si de pane, vino, vel panno, seu rebus alijs, quibus sacerdotes & alij pauperes tantum, vel amplius indigerent.

Circa xxxii. capitulum, in quo scribis, non esse de consuetudine Armenorum, pisces & oleum comedere in diebus ieiuniorum, immo per mandatum ecclesie Armenorum prohibitum est comedere pisces & oleum, & quod laudatis illos, qui vna comestione contenti sunt in diebus ieiuniorum; querimus primo a te, si credis, non esse mandatum ecclesie catholicae, quod in diebus ieiuniorum, omnes ieiunantes abstineant a piscibus & oleo, nec quod talis abstinentia sit de necessitate ieiunij a sanctis patribus instituta. Secundo si credis, quod qui pluribus vicibus in die quam vna comedunt, violant ieiunium a Romana ecclesia & sanctis patribus institutum.

In capitulo xxxix. dicitur quod rite baptizati in ecclesia catholica & apostolica nullo modo sunt iterum baptizandi. Circa quod querimus a te, si per ecclesiam catholicam & apostolicam intelligis ecclesiam Romanam. Secundo, si in symbolo, vbi nos habemus: *In vnam sanctam catholicam; tu & Armeni qui tibi obediunt habetis: Et in hanc sanctam catholicam*; & si estis parati dicere: *Et in vnam*, vt Romana ecclesia dicit.

11 In xlii. capitulo dicitur te credere & tenere, quod corpus Christi natum de Virgine, & mortuum in cruce, quod nunc est in caelo viuum, post verba consecrationis panis, quae sunt: *Hoc est corpus meum*; est in sacramento altaris sub specie & similitudine panis; ex quo querimus a te. Primo si credis, quod panis transubstantietur in corpus Christi. Secundo si post illa verba, *Hoc est corpus meum*, sacerdotes in ecclesia Armenorum vtuntur orationibus, per quas videantur orare, quod panis conuertatur, & transeat in corpus Christi, vel quod fiat in corpus Christi: & si huiusmodi orationes es tu, & Armeni qui tibi obediunt, paratus omnino & ex toto dimittere,

vel saltem corrigere quantum ad hoc, quod optando oratur, vt corpus Christi fiat in altari, postquam per verba consecrationis, vere et realiter in ipso sacramento est corpus Christi. Tertio querimus a te, quibus verbis vtuntur sacerdotes Armenorum in consecratione sanguinis Iesu Christi. Et pro conclusione eorum, quae scripsisti in capitulis lxxii. volumus a te scire, si omnia scripta per te submissa correctioni nostrae, tanquam veri vicarij Iesu Christi, et successoris beati Petri principis Apostolorum in plenissima potestate super omnes, qui innocant nomen domini nostri Iesu Christi; et correctioni etiam successorum nostrorum, ac Romanae ecclesie, quae nunquam potest deficere in credendis.

12 Rursus circa responsiones tuas ad instructiones datas tibi, et Armenis qui tibi obediunt, per predictos Ioannem archiepiscopum et Antonium episcopum, responsiones dedisti, quae nos inducunt, vt a te sequentia requiramus. Primo de consecratione chrismatism, si credis, quod per nullum sacerdotem, qui non est episcopus, chrisma potest rite, et debite consecrari. Secundo si credis, quod sacramentum confirmationis per alium, quam per episcopum, non potest ex officio ordinarie ministrari. Tertio si credis, quod solum per Romanum Pontificem, plenitudinem potestatis habentem, possit dispensatio sacramenti confirmationis presbyteris, qui non sunt episcopi, committi. Quarto si credis, quod chrismati per quoscumque sacerdotes, qui non sunt episcopi, neque a Romano Pontifice super hoc commissionem seu concessionem aliquam receperunt, iterum per episcopum vel episcopos sint chrismandi.

Circa instructionem secundam, quod paruulis, quando baptizantur, non debet dari corpus Christi, nec poni in ore eorum; respondes, quod dabitur solummodo illis, qui in aetate adulta baptizantur. Circa quam responsionem querimus, si credis, quod ante usum rationis, nulli ministranda sit hostia consecrata. Secundo si aetatem adultam, in qua nullus sit idoneus recipere corpus et sanguinem Iesu Christi, non credis vsquequo saltem compleuerit septimum annum.

Circa quartam instructionem, in qua agitur de sacramento extremae vntionis; si credis, quod omnis homo mortalis adultus in eo solo casu, quo grauius est infirmus, et in mortali periculo constitutus, debet deuote et fideliter semel dumtaxat in eadem infirmitate sacramentum extremae vntionis requirere et suscipere: quod si non habens fidem huiusmodi sacramenti omitteret, vel sacerdos ex eadem causa administrare nollet, peccarent ambo grauius, & errarent in fide.

Circa instructionem nonam, quae erat, quod Armeni, qui rationabiliter dubitabant, vtrum veraciter in forma, qua Armeni baptizant, fuerint baptizati, non prohibeantur baptizari secundum formam ecclesie Romanae conditionaliter; respondisti, quod rite baptizati in ecclesia Armenorum, a quocumque baptizantur, nullo modo iterato baptizandi sunt; sed qui dubitabant rationabiliter, debent dubitationem suam deserere ad sapientes prelatos ecclesie Armenorum, qui si opus fuerit, baptizabunt eos secundum formam Armenorum: circa quam responsionem primo querimus a te, in casu, quo baptizati in forma Armenorum dubitarent, an essent baptizati vel non, & pro dubitatione amputanda de cordibus eorum ad Romanam ecclesiam re-

De natura a Verbo assumpta.

Subditi quibuslibet patriarchis a Papa ordines possunt suscipere. Potius Papa quam patriarchis obedire tenetur.

Armeni pisces & oleum diebus ieiunij non comedunt.

De vnitatem ecclesie.

De Eucharia.

In ea fit transubstantiatio.

Christus non potest per simplicem sacerdotem rite & debite consecrari.

Confirmatio solum per Romanum Pontificem presbyteris committi potest.

Extrema vntio solum in eadem infirmitate conferenda.

Forma baptismi Armenorum dubiosa adducitur.

currerent, si paratus es credere verum esse, quod Romana determinaret ecclesia. Secundo si Armeni, dubitantes de forma baptismi, in qua baptizatur ecclesia Armenorum, ad sapientes prelatos ecclesie Armenorum suam dubitationem deferrent: volumus a te scire, utrum tales benigne & charitative suscipiant, & dubitationi eorum per sacre scripturæ instructionem satisfacerent; vel potius dubios flagellent, incarcerent, & occiderent, sicut nobis relatum est, quod fecerunt de illis Armenis, qui secundum formam Romanæ ecclesie per dictos nostros nuncios sub conditione baptizati fuerunt.

13. Circa instructionem xi. quæ est, ut Armeni festiuitates celebrent in diebus per Romanam ecclesiam institutis; respondes, quod capitales festiuitates ita celebratis, sicut Romana ecclesia: alias autem festiuitates celebratis secundum Kalendarium Armenorum. Circa quam responsionem querimus, si es paratus tu & Armeni tibi subditi celebrare festiuitates sanctorum, quos honorat & veneratur vbique Romana ecclesia: & si kalendarium, quo vitur Romana ecclesia, estis parati recipere, ut utamini eo in venerando & honorando sanctos, quos veneratur & honorat Romana ecclesia diebus ad hoc per Romanam ecclesiam institutis.

In sextadecima instructione respondes, quod illos sanctos, quos catholica & apostolica ecclesia iam acceptauit & honorauit, tu & Armeni acceptatis & honoratis similiter: & sanctos, quos acceptat & honorat ecclesia Romana, acceptatis & honoratis, & de cætero, cum acceptabitis & honorabitis sicut sanctum, facietis de voluntate, & scitu ecclesie Romanæ. Circa quam responsionem primo querimus a te, si credis catholicam et apostolicam ecclesiam esse eandem vel aliam, quam Romanam ecclesiam: quod pro tanto cogimur querere, quia in responsione immediate præmissa, sanctam catholicam ecclesiam videris distinguere a Romana, ac si crederes ecclesiam Romanam non esse catholicam. Secundo si credis, hæreticos et hæresiarchas; sicut dicuntur fuisse Dioscorus, Eriscartus, Iacobus, et Rassus, et plures alij, non esse per ecclesiam catholicam honorandos et venerandos ut sanctos; sed potius anathematizandos et detestandos.

14. Circa instructionem xix. de illegitimè natis; quod non promoquantur ad sacros ordines sine dispensatione Romani Pontificis; respondes quod catholicon Armenorum vsque nunc dispensauit, et vis, quod de cætero ita fiat, quamuis raro cum talibus dispensetur. Circa quam responsionem volumus a te scire, cum dispensatio cum illegitimè natis, ut ad sacros ordines valeant promoueri, sit casus inter alios specialiter Romano Pontifici reseruatus, si tu vis, ut cæteri episcopi obedientes Romano Pontifici in prædicto casu non possint dispensare sine speciali priuilegio et concessione Pontificis Romani.

Circa instructionem xx. quæ est de libris, quibus vitur ecclesia Armenorum; respondes, quod in illis non sunt errores, sed laudes et gloria Dei, et in quibus necesse esset eos corrigere, corrigerentur. Circa quam responsionem querimus a te, quare libros, quibus in officijs missarum et horarum, et ordinationum et consecrationum episcoporum vitur ecclesia Armenorum, non exhibuisti, nec etiam ad legendum exhibere voluisti interpreti archiepiscopi et episcopi prædictorum. Secundo volumus a te scire, si fide-

ter et integre es paratus eos exhibere nostris nuncijs, cum per eos fueris requisitus. Tertio tu non respondes de libris illorum, quos apud Armenos reputas doctores, in quibus, ut nobis delatum est, sunt multi errores et hæreses contra eandem fidem catholicam, quam tenet et docet sancta mater ecclesia. Volumus igitur a te scire, si es paratus ad mandatum nostrum, quando ad te peruenerit, libros huiusmodi exhibere.

15. Post prædicta omnia, mirari cogimur vehementer, quod in quadam epistola, quæ incipit, *Honorabilibus in Christo patribus*, subtrahis de lxxi. primis capitulis capitula, xvi. Primum, quod Spiritus sanctus procedit a Patre et Filio. Tertium, quod paruuli ex primis parentibus contrahunt originale peccatum. Sextum, quod animæ ex toto purgata separata a suis corporibus manifeste Deum vident. Nonum, quod animæ decedentium in mortali peccato in infernum descendant. Duodecimum, quod baptismus deleat originale et actuale peccatum. xiii. quod Christus non destruxit, descendendo ad inferos, inferiorem infernum. xv. quod angeli a Deo fuerunt creati boni. xxx. quod effusio sanguinis animalium nullam operatur remissionem peccatorum. xxxi. quod non iudicent comestores piscium et olei in diebus ieiuniorum. xxxix. quod in ecclesia catholica baptizati, si efficiantur infideles et postmodum conuertantur, non sunt iterum baptizandi. xl. quod paruuli ante octauum diem possunt baptizari, et quod baptismus non potest esse in liquore alio, quam in vera aqua. xli. quod corpus Christi post verba consecrationis sit idem numero, quod corpus natum de Virgine et immolatum in cruce. xlv. quod nullus, etiam sanctus, corpus Christi potest conficere, nisi sit sacerdos. xlvii. quod est de necessitate salutis, confiteri proprio sacerdoti, vel de licentia eius, omnia peccata mortalia perfecte et distincte. [Quis autem proprius sacerdos intelligendus sit, iam in superiori tomo contra errorem Ioannis e Poliaco demonstratum est, nimirum non parochum modo, sed episcopum et summum Pontificem et eos, qui vel ab episcopo et maxime qui a sede Apostolica fuerint ea auctoritate instructi, censendos proprios sacerdotes id est, iurisdictionem habentes; et non alienos, scilicet nullo noxarum penitentis soluendarum iure præditos.] Quia igitur verba illius epistolæ, in qua scribis, quod diminuisti xvi. capitula de lxxi. capitulis per dictos archiepiscopum et episcopum tibi exhibitis, et ad singula per te illis in scriptis responsionibus datis, intricata sunt et obscura; ideo volumus clare & sine velamine a te scire, si prædicta xvi. capitula diminuisti de lxxi. pro eo, quod non credis ea esse vera, neque catholica; vel ex qua causa ipsa capitula diminuisti.

16. Item in scriptis rogasti archiepiscopum & episcopum antefatos, ut esset inter eos & te verborum finis: & quod amplius non laboraretis in verbis instructionis, ad quem laborem ijdem archiepiscopus & episcopus per Romanam sedem fuerant ad te missi. Et cum tuæ responsiones in pluribus sint dubiæ, cauillosa, obscuræ, & suspectæ, scias quod non possemus nos, qui salutem tuam & Armenorum ipsorum, sicut tenemur, ardenti desiderio sitimus, sinem imponere, nec a labore & fatigatione cessare, nisi prius pure, clare, perfecte, & integre tu & Armeni de tua obedientia fidem illam receperitis, quam ipsa Romana tenet & docet ecclesia, quæ cunctorum

Capitula ad quæ non respōsum est a patriarcha Armenorū.

a Ann. Chr. 1322 n. 20.

Alia respōsa obscura & ambigua.

Ad solum
Pont. sper-
stat cui-
piam san-
ctor. cul-
tum de-
cernere.

fidelium mater est & magistra, Adhuc cum can-
onizationes sanctorum, & promotiones illegiti-
morum ad sacros ordines sint casus, qui inter
alios tantummodo Romano Pontifici referuntur
& ad nullum alium prælaturum ecclesiæ pertinen-
tes, nisi ipse Romanus Pontifex specialiter aliqui-
bus duxerit committendos; miramur, quod te-
dicis prædictos duos casus, auctoritate propria,
velle penes te retinere; quod nullum signum est
obedientiæ & reuerentiæ, quas ad Romanum
Pontificem in præmissis capitulis te prætendis ha-
bere. Quapropter ad hoc cogimur te requirere,
vt nobis in scriptis respondeas, si vis traditiones
orthodoxorum Patrum, ac decretales seu consti-
tutiones sanctæ & apostolicæ ac Romanæ sedis re-
uerenter suscipere, docere, atque seruare.

Promissa a
patriar-
chis Ar-
menis nõ
seruata.

17 Cæterum, quia fidedignorum plurimum,
& quorundam etiam Armenorum relatio fre-
quenter nostris auribus instillauit, quod tu &
antecessores tui catholicon Armenorum, ac tibi
& eis obediens Armeni ea, quæ circa ipsius
fidei nostræ cultum nobis & prædecessoribus no-
stris Romanis Pontificibus tuis & eorum literis
descripsistis, & promissistis etiam vos facturos, in-
nullo penitus obseruatis; immo (quod est dete-
stabilis, & nos amplius deploramus) nunciorum
& legatorum dictæ sedis, quos ad te ac illos sedes
ipsa de tua & illorum salute anxie curiositate
solicita destinauit, salubria monita, & sanam
catholicamque doctrinam per eosdem legatos &
nuncios tibi & tuis anteessoribus, ac obedi-
entibus tibi & eis Armenis eisdem communicata &
tradita contempsistis, & abiectis omnino, ac
fidem ipsius ecclesiæ Romanæ, extra quam nulli
est gratia, nulli salus, habuistis damnabiliter in-
deserisum.

Exactum,
vt dicta
sacramen-
to confir-
ment.

Et ideo fraternitatem tuam monemus, re-
quirimus, & hortamur attente, tibi tuæ salutis
intuitu sanis consilijs suadentes, quatenus respon-
siones per te ad interrogationes nostras faciendas
& omnia, quæ tu & iidem obediens tibi, vt præ-
fertur, Armeni circa ipsius fidei nostræ negotium
promittetis & dicetis, vos credere ac tenere
(quâquam speremus indubie quod simplicia ver-
ba tua & Armenorum ipsorum pura & vera tua
& eorum conscientia quicquid illi vel illi conen-
tur asserere comitetur) tactis sacrosanctis euangelijs,
iuramentis solemnibus robores: & nihilominus sub iuramentis similibus promittatis,
quod nobis & successoribus nostris Romanis Pon-
tificibus, canonicè intransibus, & eidem eccle-
siæ Romanæ, ac nostris & eorum præceptis & ius-
sionibus, sicut vere obediens, parebitis cum
effectu, vt ora de te et Armenis eisdem sic graui-
ter sicque notabiliter obloquentium obstruas; et
Armenia clerici et populi pastor bonus fidei salutis
ducatur et pascua præparet, quod dum
tempus resolutionis aduenerit, ad sancta sanctorum
purificatis cum ipsis introire mentibus me-
rearis: nosq; laborum nostrorum, quos cum tanta
cordis affectione ac sinceritate subiuiimus et subi-
mus, fructus vtilis et diu ac anxie concupitos,
præstante domino nostro Iesu Christo, qui est
caput ecclesiæ, colligamus: sciturus pro certo,
quod præter salutis æternæ præmia, et famæ titu-
los, quæ prouide consequeris, dabit tibi Deus,
ille omnium opulentissimus retributor vnde in
præsentis quoque seculo gratijs et beneficijs af-
fluas; et nos, licet insufficientibus meritis, digna-
tione sua eius in terris vicarius, qui honori et
statui ecclesiæ sedisque tuæ non detrudere, quin-

immo adijcere tuis, vt speramus, exigentibus
meritis, Deo fauente proponimus, magnis et am-
plioribus priuilegijs, gratijs, et libertatibus te ac
ipsam tuam ecclesiam honorare. *Dat. apud V. il-
lanouam Auinionensis diocesis. 111. kal. Octobris
anno x.*

18 Ex his animaduerti potest in quantos,
quamque fædos errores prolabantur facile, qui
se a Romanæ ecclesiæ coniunctione segregarunt.
Nec possunt nouatores iure gloriari de suarum
hereseon antiquitate, iactareque ad imperitos
subornandos, Armenos aliosque orientales cum
ipsis sentire; licet enim aliquos ex his erroribus
tueantur, non tamen omnes admittunt, atque in-
grauissimis capitibus discrepant. Diuina vero
potius iustitia suspicienda, quæ his erroribus in-
fectos Armenos redigi passâ sit in barbarorum serui-
tutem. Quam vt auerteret calamitatem Clemens,
omne studium pro instauranda illis in regnis reli-
gione contulit, Constantinumque Regem occi-
dentalium auxilia implorantem excitauit a, vt
patriarcham ac præsules Armenos ad orthodoxam
fidem, quam Romana ecclesiæ colit, et omnes am-
bages, quas error dum videri erubescit aucupatur,
amputandas adduceret.

*Clemens, &c. Constantino Regi Armenia il-
lustrari gratiam in præsentis, qua perducatur ad gloriam
in futuro.*

Dei, cuius perfecta sunt opera, fiducia robo-
rati et freti auxilio, nolentes imperfectum deserere,
quod pro tot tantorumque salute dedit diuina
bonitas inchoari, ad huiusmodi responsiones ip-
sius catholicon qualdam interrogationes salubriter
et cum magna deliberatione formari fecimus,
et eidem catholicon per alias nostras literas desti-
nauimus, ad quas singulis singulas, cum sint in-
ipsius fidei veritate firmatæ, per eundem catholi-
cõ nõ sub obscuritatis nube aut duplicitatis pallio,
vel subincertitudinis vel imperfectionis cuiuspiam
detrimento; sed nude, clare, pure, et aperte vo-
lumus responderi, vt zelus suus ad eandem fidem
non obliquus sed rectus appareat: et sic ipse,
inoffenso vestigio et recto calle similiter gradiens,
æternæ lucis, quæ Christus est, splendore lustra-
tus erroris cuiuslibet se gaudeat amisisse caligi-
nem; ac tandem, Armenorum populo parans
salutis pabulum et ducatum, vna cum eis ad san-
cta sanctorum mentibus purificatis introeat, æter-
næ beatitudinis indeficientibus gaudijs perenniter
potiturus.

Quapropter serenitatem tuam monemus,
requirimus, et hortamur in Domino, tuæ salutis
obtentu attentius obsecrantes, quatenus pru-
denter attendens, quod catholicorum princi-
pum opus est, pro augmento Christianæ religio-
nis et fidei labores amplecti, curas suscipere,
solicitudines non vitare; apud eundem catholi-
cõ, quod salutaribus monitis et exhortationibus
nostris obtemperans, non in corde et corde, sed
pure et simpliciter et secundum exigentiam catho-
licæ veritatis eisdem interrogationibus respon-
deat, et responsiones suas iurifurandi adiectio-
ne confirmet, pro diuinæ maiestatis reuerentia,
nostræ interuentionis obtentu, et tuæ insuper
consideratione salutis efficaciter et solerter insi-
stas: vt eo cum vniuerso Armenorum clero et
populo tuo felici tempore huiusmodi reaggrega-
tis vnitati ecclesiæ memoratæ, obstruantur ora
obloquentium plurimum catholicorum etiam Ar-
menorum, qui catholicon ipsum et Armenos
alios non in veritatis simplicitate, sed fictione
qua-

Fallo-
stant no-
uatores
cum ip-
sentire
Armenis

At 101
scr. pag.
81. & col.
M. S. ar.
Vat. de
reb. pag.
95.

Constan-
tinus Rex
solicite
vt catho-
licon ad
fidem in-
tende expo-
nendam
adiga.

Curet vt
primiti-
conu-
tio eccle-
siarum
itaueat.

quadam ipsius fidei negotiū prosequi; immo (quod detestabilius est et amplius deploramus) cōmunitatā eis per legatos eiusdem sedis salutarē doctrinam ipsius fidei in contemptum et derisum habuisse, firmiter asseuerant: tuque tanti boni procurator & auctor claris attollaris ubique præconijs, & solum regni tui in terris itabilis robores, & cum tempus resolutionis aduenerit, ad participium æternæ gloriæ in regno cælesti cum sanctis & electis Dei ab eo, per quem regni sceptrā suscepisse ac gerere nosceris, admittaris; pro certo sciturus, quod nos qui salutem tuam & tui subditi populi in hac parte prosequimur & simpliciter quarimus, te regnumque tuum non solum spiritualibus gratijs, sed etiam temporalibus fauoribus atque subsidijs disponimus, præstante Domino, multipliciter conseruere. Quod ut ex nunc aequaliter sentias, de pecunijs apostolicæ cameræ sex millia florenorum in regno Cyprī tibi seu procuratori tuo mandauimus exhiberi. *Dat. apud Villam nouam Auinionensis diocesis xviii. kal. octobris anno x.*

19 Ad hæc perducenda ad optatum finem Guillelmo patriarcha Ierosolymitano, Philippo archiepiscopo Nicosensi, Odoni Paphensi & Leodegario Nimotiensi episcopis apostolico pro imperio iniunxit, ut sapientem virum catholicæ fidei studio inflammatum ad Armenorum catholicum, abiecta omni mora, transmitterent e Cypro: *Qui, inquit, ab illo citæ, qua decet, grauitate prudenter & prouide responsiones exigat ad huiusmodi articulos non circumfusas velamine; sed lucidas & apertas, ut qualis sit eius ad catholicam fidem zelus, an scilicet obliquus an rectus, documentis manifestioribus cognoscamus: et ubi, sicut de dignatione diuina confidimus, ille pater luminam Christus Iesus, lucernam ponens dicti catholicon pedibus uerbum suum, sic eum gratiæ suæ dono repleuerit, quod ipse catholicon nostris salutaribus monitis excitatus, errorum tenebras respiciens & uidens clare, mentis intuitu lumen uita ad articulos ipsos responderit clare, aperte, & lucide, prout expedit & speramus. Quia non spiritualibus modo, sed & temporalibus quoque auxilijs catholicon ipsum et Armenos alios ipsius fidei nostræ robore confirmatos intendimus, Deo propitio, conseruere &c. *Dat. apud Villam nouam Auinionensis diocesis x. kal. octob. anno x.**

Affuisse hoc tempore egregias spes reuocandæ ad fidem catholicam uniuersæ Armenorum ecclesiæ, scribit Bosius a: atque Deodatum Gosonium supremum equestris Hospitaliariorum ordinis magistrum a Pontifice excitatum, ut eos magnis auxilijs aduersus Saracenos intrueret, quo maioribus officijs Romanæ ecclesiæ deuinceret. Extant eæ in regeſto pontificio ad Gosonium literæ b, quibus se optime de Armenorum conuersione sperare, Pontifex indicat. Ac non Rhodij modo, uerum Smyrnenſis quoque præfectus & Hugo Cyprī Rex c sollicitati, ut opem Armeniæ laboranti ferrent. Vt uero intestinum a Cypro bellum auerteret, cuius metus grauis ob Petri regni heredis cum patre Hugone diſſenſiones imminēbat, omne studium ad eos conciliandos addidit, ac Regi egit gratias d, filium e uinculis liberasse, summisque contendit precibus, ut mutuum cum filio amorem aleret; tum demuneribus ad sedem Apostolicam Nicosiensis ecclesiæ quæſtoris opera transmissis e: rogauitque ut Nicosensem archiepiscopum ad aulam pontificiam accederē permitteret. f

20 Ceterum non modo excindendis Arme-

norum erroribus nauata a Clemente apostolica opera, sed etiam ad Græcorum schismaticorum hæreses, quæ in Sernia, Macedonia, & Dalmatia grassabantur, comprimendas studium conuersum est: nonnulli enim veterem de processione Spiritus sancti ex solo Patre errorem tuebantur. Tum liuore in Latium nomen efferati effutiebant, sacram Eucharistiam in azymo non confici, baptismi & confirmationis sacramenta Latino ritu collata non ualere; atque anabaptistarum deliria sectabantur. Nonnulli etiam præfules in conferendis ordinibus soluendaque lege de coniugijs disciplinam ecclesiasticam labefactabant: nec deerant pseudomonachi emungendarum pecuniarum artifices, qui legationis apostolicæ splendorem sibi arrogarent, ac simplices circumuenirent. Quos sectarios Clemens a Dyrachino ac Ragusino archiepiscopis, & ab episcopo Traguriensi coarctati, fidemque orthodoxam de processione Spiritus sancti, illum nimirum ex Patre Filioque tanquam unico principio & spiratore unica inspiratione procedere; nec non alia sacra dogmata promulgari, discutique errorum tenebras iussit, dato subiecto diplomate. a

Clemens, & c. venerabilibus fratribus Antonio Duracensi & Elia Ragusino archiepiscopis, ac Bartholomæo episcopo Traguriensi.

Inter cetera, quæ apostolatus officio, cui quamquam immeriti disponēte Domino præsidemus, imminent peragenda, illud potissime humeris nostris incumbit, ut contra schismaticorum & hæreticorum uenena pestifera, quibus catholica fidei puritatem conantur inficere, per nos & alios, prout locorum & temporum qualitas exigit, partes apostolicæ sollicitudinis apponamus. Nuper siquidem rumor infestus ad nostram non sine graui mentis turbatione perduxit auditum, quod nonnulli iniquitatis filij, se Christianos sola nomine profitentes, fidei Christianæ prorsus aduersi, in nonnullis regni Rassiæ, Albanæ, & Sclauoniæ, & alijs circumadiacentibus partibus inconfutilem tunicam Domini nostri diuidere & lacerare conantes, ac pernicioſa schismata suscitantes, nouas inducunt sectas, variosque seminare moluntur errores: ex quibus, ut aliquos recitemus, falso pertinaciter asserunt, Spiritum sanctum non a Filio, sed a solo Patre procedere: non attendentes, quod sicut sacrosancta Romana ecclesia mater fidelium omnium & magistra tenet & docet, ac orthodoxorum patrum atque doctorum Latinorum pariter & Græcorum habet incommutabilis & uera sententia, sacrique concilij declarat auctoritas, idem Spiritus sanctus æternaliter ex Patre & Filio tanquam ex uno principio unica inspiratione procedit. Item mendaciter asserunt cōtra ea, quæ præfata Romana tenet & docet ecclesia, corpus Christi non in azymo, sed in fermentato pane confici debere, & quod in azymo confectum est, esse denegant corpus Christi: illudque in suæ damnationis cumulum blasphemijs inclamare, deturpare manibus, & (quod sceleratius est) conculcare pedibus non uerentur. Dicunt etiam formam baptismatis & confirmationis iuxta ritum, quem præfata Romana seruat ecclesia, flamen fore; ac ipsos uero baptismate baptizatos baptismati & confirmationi, secundum ritum præfatum susceptis, damnabiliter renuntiare & rebaptizari compellunt. Præterea damnabili detestatione dicuntur asserere, eandem Romanam ecclesiam, cui uniuersæ Christianæ fidei professores subesse, noscuntur, eiusque tenentur insistentia seruari.

Ex uno principio & unica inspiratione procedit. Eucharistia, confecta in azymo conculcata a schismaticis. Iteratus baptismus. Asperse Rom. ecclesiæ calumnia.

Data ex-tinguedis Græcorū hæresibus opera.

Missi act Rascios Albanos Sclaus internuntij.

Ann. 2. l. 2. p. 1. ep. cur. 2. & M. S. arch. Vall. de rebuz Tarrator. Armeor. & Schism. pag. 97.

Hæresis aduersus processionem Spiritus S. damnata.

Ex uno principio & unica inspiratione procedit. Eucharistia, confecta in azymo conculcata a schismaticis.

Iteratus baptismus.

Asperse Rom. ecclesiæ calumnia.

in plerisque alijs, quæ præsentibus exprimere non curamus, a veræ fidei tramite deuiare.

Intelleximus etiam, quod nonnulli archiepiscopi & episcopi partium earundem sacros ordines indecenter & contra sanctorum canonum instituta conferunt, & super matrimonijs contrahendis in gradibus prohibitis dispensare contra instituta præfata propria temeritate præsumunt: quodque religiosi quamplures mendicantium ordinum, commissum sibi fore ab Apostolica sede in eisdem partibus legationis officium minus veraciter asserunt, eoque prætextu nonnulla illicita temere attentare præsumunt in suorum & aliorum animarum periculum & scandalum plurimorum.

21 Cupientes igitur huiusmodi eiusdem orthodoxæ fidei & animarum periculis, prout ex debito præmissi tenemur officij, opportunis & efficacibus studijs obuiare, ac de vestræ circumspeditionis industria gerentes in his & alijs fiduciam in Domino specialem; fraternitati vestræ per apostolica scripta committimus, & mandamus, quatenus vos vel duo aut vnus vestrum ad loca dictarum partium, de quibus vobis magis expedire videbitur, vos personaliter conferentes, & contra euntes, præsumptores & attentatores huiusmodi pro ecclesiâ sanctâ Dei vos defensionis murum viriliter opponentes, præmissa schismata dissipare, sectas dissoluere, errores euellere, excessus corrigere, deformata informare, & errantes ipsos ad veram ipsius catholicæ fidei vnitatem, dictæque Romanæ ecclesiæ ritus & mores reducere, quantum vobis inspirabit Altissimus, auctoritate nostra fideliter studeatis, innocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis; contradictores quoslibet & rebelles, cuiuscumque præminentia, status, ordinis, vel conditionis existant, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Quæcumque vero in præmissis duxeritis facienda, & quæ nobis alias circa ea videantur agenda, nobis fideliter & solerter intimare curetis, vt super ipsis providere salubriter, auctore Domino, valeamus. *Dat. Avin. kal. septembris anno x.* Infectos ijs erroribus nō Seruios modo & Macedones, sed alios etiam Græcos confirmat Aluarus a Pelagius, qui eodem errore in Græcicarum hæresum catalogo recenset.

Ardebat pio studio Clemens Græcos, deversa veteri caligine, orthodoxæ veritatis luce collustrandi reuocandique ad sinum ecclesiæ: sed illud cum Cantacuzeno Imperatore ceptum colloquium ob secutas discordias consenuit, vergerique in exitum res Christiana cæpit.

Adducta est per hoc tempus in graue periculum Smyrna b, ne à fidei hostibus, quibus plurimo Christiano cruore crepta fuerat, expugnaretur, archiepiscopi Smyrnensis maximo vitio, in quem Pontifex exercendæ quæstionis prouinciâ Raimundo episcopo Morinorum A.S.L. dedit c: *Licet, inquit, aduersus pontificali dignitate præditos grauitas & reuerentia canonum accusationes facile non admittant; quia tamen loci & temporum conditio exigat, vt cautius hæc negotia disponantur, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus per te vel alium seu alios Deum timentes descendas ad locum: & si ea, quæ clamor, qui de archiepiscopo ipso ad nos vsque peruenit insinuauitque, te in vicino positum latere non possunt, vera compereris, tanto studeas super hoc celerius providere, aliquem virum probum, fidelem & strenuum, prout*

neccessitas exigat, capitaneum deputando ad eiusdem custodiam ciuitatis, quanto perniciosi viri, si (vt præmittitur) veritas sit comes relativus, actus & opera grauiora pericula Christi fidelibus illarum partium comminantur. Dat. Avin. id. ianuarij anno ix.

22 Contenderat Raimundus legatus in orientem, vt classi sociali pro defendenda Smyrna Turcisque reprimendis præesset, sed pontificia consilia turbauit lugenda Genuensium ac Venetorum dissensio: Andreas enim Dandalus Venetiarum dux, qui ad triremes numero tres egregie ad pugnam instructas mittendas se obstinuerat, metuens ne a Genuensibus inuaderentur, se de seruandis promissis excusauit apud Pontificem. Qui repetitis literis ipsum vsit a, ne præclare ceptis desisteret: se paci cum Genuensibus redintegrandæ operam daturum: tum quartam stipendiorum partem pro alendo Smyrnensi præsidio suppeditaret. Qua etiam de re ad Hugonem Cypri Regem initi in Turcæ fœderis socium scripsit b incuntes anno, rogauitque vt vna cum Rhodijs equitibus triremes, de quibus constitutum erat, mitteret. Andreas porro Dandalus adduci non potuit ad triremes ex fœderis legibus submitteudas, quod Genuense bellum arderet, atque hostes maximas vires contraherent. Dissolutum itaque est c sacrum in Turcæ fœdus, quo Pontifex, Hugo Rex, Andreas Dandalus, & equites Rhodij illorum victorias represserant: de quo grauissime conquestus Pontifex infelicem casum Christianorum peccatis ascripsit. Cum itaque iurata societas, implicitis nouo bello Venetis, exitu careret, equites Rhodij a triremibus instruendis in bello liberi vi. id. septembris pronuntiati d sunt; tum antea idibus maij admoniti, ne ad Venetorum Genuensiumue partes inclinarent e. Concepisse de Rhodijs Venetos aduersas suspiciones, ne Genuensibus studerent, refert Bosius f: ac Deodatum Gosonium respondisse, in neutram partem se propendere: sed cum equester ordo ex pluribus nationibus conflatus esset, Ligures suorum partes tueri, neque id mirum, cum Veneti generis equites suos etiam defenderent.

Quod attinet ad exitiale Venetos inter ac Genuenses humani generis hostis afflatu anno superiori accensum bellum, quo res Christiana conflagrauit, atque innumera mala ad secuturas ætates emanarunt; execrabantur illud boni omnes ac prudentes viri, e quibus Petrarcha doctrinæ laude florentissimus in literis ad Andream Dandalum ducem Venetorum datis vtrumque populum ad mutuam concordiam irasque vertendas aduersus infideles ita hortabatur g.

Franciscus Petrarca Andrea Dandulo Venetorum duci S.

Moueor, vir illustris, & valde permoueor; & si proprium affectus mei nomen exigit, permoueo frementes in circuitu procellas, & quos vndique cernimus rerum motus. Sed vt totius humani generis lamenta præteream, Italicus homo ad italicam querelam venio. Surgitis nunc ad arma duo potentissimi populi, duæ florentissimæ vrbes (duo vt dicam breuiter) Italiæ lumina, quæ, vt mihi quidem videtur, peropportune adeo hinc illinc circum Ausonij orbis claustra distribuit natura parens, vt vobis ad arcton & ad ortum solis, illis ad meridiem & ad occasum versis vobis superum, illis inferum mare frænantibus post debilitatum inclinatumque iam, ne dicam profstratum profus & extinctum, Romanum imperium

Sacri ordines indigne colati.

Leges de gradibus confanguin. perperam soluta.

Ad hos emendandos in renuntij iussi inchoare.

a Aluar. Pelag. in collyr. aduersus hæres. M.S. bibl. Vat. sign. n. 1139.

b Oppugnata ab infidelibus Smyrna, & 20.9. ep. ser. pag. 198. c Ead. ep.

d Postulat iudicio Smyrnensis archiepiscopus.

Venetis ac Genuensium dissensio.

a To. 9. ep. ser. pag. 199.

b Ead. ep. ser. pag. 198.

d Dissolutum armatum fœdus in Turcæ. c To. 10. ep. ser. pag. 55.

d Ead. ep.

e To. 9. ep. ser. pag. 276. f Bos. Hist. Hospital. l. 2.

g Petrarca variat. l. 1. ep. 1.

Petrarcha hortatur ut licet ad mutuum pacem.

rium adhuc Reginam Italiam quadripartitus orbis agnosceret. De qua te, etsi quarundam forte gentium superbia in tertis litem factura videatur, in alio certe nullius unquam impudentia, controuersiam mouebit. Ceterum si in uolmetipfos, quod nedum spectare sed ominari horreo, uictoria nunc arma conuertitis, haud dubie uestris proprijs manibus faucij perimus, uestris proprijs manibus spoliati & nomen & multis questum laboribus imperium maris amittimus: ita tamen, ut quod saepe alias malorum solamen habuimus, non perdamus: calamitatibus enim nostris gaudere poterunt hostes, sed minime gloriari. Inter cuncta nimirum, quibus angor aut terreor, nil magis quam intractabiles, & consilia iuuenem pauesco. *Et infra*: Nemo, quorsu, vos fallat, cum asperrima atque inuidissima, & quod tristius dico, cum Italica gente bellum geritis. Utinam inimicae uerbes uobis essent Damascus aut Susis: utinam Memphis potius aut Smyrna, quam Ianua: utinam aduersus Persas aut Arabes: utinam aduersus Thracas aut Illyricos pugnaretis. Nunc uero quid agitis? Si quae Latini nominis reuerentia est, quos delere molimini, fratres sunt. Et, heu, non tantum apud Thebas fraternae acies, sed per Italiam instruuntur, amicis flebile, laetum hostibus spectaculum. Quis autem belli finis? Vbi seu uictores fueritis, seu uicti? anceps est enim alea fortunae: necesse est ut alterum e duobus Italiae luminibus extingatur, obscuretur alterum. De tanto enim hoste incruentam sperare uictoriam, uide ne non tam generosa fiducia, quam incuriosae dementiae signum sit.

Sane vos uideritis, uiri magnanimi & praepotentes populi: quod enim uui dico, dictum ambobus intelligo, nisi quia, ut ad te potissimum haec scripta perueniant, & de uota familiaritas, quae mihi cum uirtutibus tuis est, & ipsa locorum uicinitas causam praebere: vos (inquam) uideritis, quorsum pergatis animo, quis sit irarum modus, quis terminus odiorum, quid de salute propria, quid denique, cuius non parua portio pendet ex uobis, de statu publico cogitatis. Modo ne illud excidat, quod nisi gliscientis belli ardor fonte aliquo pietatis extinguitur, de uulneribus, quae parantur, non Numaninus aut Poenus, sed Italicus sanguis fluet, & eorum, qui si qua repentina, sed ingruat, aut si qua barbaries, quod interdum, uis nunquam gratis ausa est, fines nostros irrumpat, primi uobiscum arma pro communium fortunarum defensione suscipient, qui simul pectora sua morti atque hostilibus telis obijcient, qui & uestris tegentur, & uos clypeis & corporibus suis tegent, qui profugos hostes classibus prosequentur, pariter uident, pariter morientur, pariter pugnabunt, pariter triumphabunt. *Et infra*: Quanto autem cum dolore (ne quid omnino tibi subtraham) audisse me putas, recens uobis cum Aragonum Rege foedus initum? Ergo ne ab Italis ad Italos euertendos barbarorum Regum poscuntur auxilia? Unde infelix opem speret Italia, si parum est, quod certatim a filiis mater colenda discerpitur, nisi ad publicum patricidium alienigenae concitentur?

Dicer aliquis, idem mali genus prius ab hoste tentatum. Iam dixi, & si unum alloquor, utrunque redarguo. Quanto dignius fuerat, irarum deterfa rubigine, a qua non uilius amicitiae sinceritas, non fraternus amor, non suprema de-

num parentis ac natorum pietas profus immunis est, Venetos cum Ianuensibus unum fieri, quam formosum corpus Italiae lacerari: uobis occidentalium, illis ut audio dextris orientalium, tyrannorum in partem furoris implicantibus? O ferales & superuacuas cautelas! O maleuolentiae genus ultimum, quod manu propria non possis, ad id circumspicere quod irrites, & argumentum odij praebente uicinia, uicinos scelerum subrogare! Atqui multarum hinc iniuriarum fluxere primordia, dum indigno, & nescio unde, prodeunte fastidio nostrarum rerum; in admirationes rapimur externarum, & iam pridem consuetudine pestifera Italicam fidem barbaricae perfidia posthabemus. Insani, qui in uenalibus animis fidem quaerimus, quam in proprijs fratribus desperamus. Quo effectum est, ut iure optimo in has calamitates inciderimus, quas sero iam & ineffaciter lamentamur, postquam alpes & maria, quibus nos mœnibus natura uallauerat, & interiectas obseratasque diuino munere claustrorum ualua liuoris auaritia superbiaeque clauibus aperiendas duximus Cymbris, Hunnis, Pannonijs, Gallis, Teutonibus, Hispanis. *Et infra*.

Hoc unum in finem coram duorum populorum ducibus affusus & lachrymosus obsecro. Infesta manibus arma proijcite, date dextras, miscete oscula, animos animis, signis signa coniungite. Sic nauigantibus oceanus, & Euxini maris ostia patebunt, nullusque Regum aut populorum, nisi uenerabundus, occurret. Sic uos Indus, sic Britannus, Aethiopsque permetuet. Sic Taprobanem, sic Fortunatas insulas, famosamque sed incognitam Thylem, & omnem australem atque hyperboream plagam securus uester nauta transfiliet: modo inuicem tuti sitis, nil aliunde trepidandum est. Vale ducum ac uirorum optime. *Patauij xv. kal. aprilis M. CCC. LI.* Rescriptit a Petrarchae dux multisque uerbis suscepta se belli culpam amouere studuit, additis in literarum calce his sententijs: *Bellum ita suscepimus, ut nihil aliud, quam pacem honorabilem patriae, qua uita nostra nobis est charior, quaerere uideamur, & quemadmodum superbe ac uolenter nos * agere, si * spernemur placatum cedentemque hostem; sic nunc eum prope contractum resistentem ac tergierantem traxerimus, nulla uerecundia sumus obstricti, si bella hos contra permittimus, qui pacem pati minime potuerunt. Venetij XXI. maij M. CCC. LI.*

23. Mulcere Andreae Dandali animum, quem uehementi ira in Genuenses percitum indicant eius literae, nitebatur Pontifex: ac pridie non iulias Iustinopolitano episcopo, ad eum transmissa, obsecrauit b ut ad pacem conficiendam se compararet. Miserat e iam is in Graciam uiginti triremes; cum Genuenses, quos prope contactos putarat, ostentanda suae potentiae gratia sexaginta quatuor triremium classem, praefecto Paganino Auria, adornarunt. In quo tanto apparatu id lugendum occurrit, eos qui antea repudiarant in Turcas foedera, atque ad uiciscendas Christi domini iniurias, unam uel duas triremes instruere detrectarant, tantum maritimum exercitum ad suas uindicandas conuulsa. Ingressi Adriaticum mare Genuenses multa Venetia damna intulere: indeque flexo in orientem cursu uiginti triremes Venetas sunt infectati. Territa classis Veneta impar potentia, tribus in altum fuga lapsis, in Cretae portum se subduxit, quam classis Genuensis ad insulam appulsa terra mari- que

Orientalis a Genuensibus in foedus alleci.

Quae bene ex Venetorum Genuensiumque coniunctione erit cura.

Dux Venetus bellum necessitate susceptum excusat. a Apud Petrarch. ib. ep. 2. * ageramus * spernemur.

b To. 20. ep. 26. Validissima classis instructa Genuensibus. c Matth. Vill. l. 2. 29.

que, egregie defendentibus se Venetis, obsidione cinxit.

Dum tanto conatu, atque armorum fragore a Venetis ac Genuensibus bellum geritur, profertur Turcis victorias, ac reliquo orbe Christiano bellis quassato, Pontifex profusus lacrymis, vt saepe antea, orientis exitium planxit.

Clemens, &c. venerabili fratri Fortanerio patriarchae Gradenfi A. S. N.

Gravis inter dilectos filios nobiles viros duces Venetiarum & gubernatorem Ianuensium, nec non Ianuensis civitatis & Venetiarum communia, procurante pacis æmulo, suborta dissensio amaricat graviter mentem nostram, pungit animum, & viscera quæque conturbat. In eam namque particularia dissidentium partium damna dispendiaque dessemus: in ea communia catholicae fidei detrimenta: in ea Christiani populi, maxime partium orientis, pericula deploramus. Quis enim zelator Christiani nominis & honoris non desinat eos invicem dissidere, ac per dissensionis huiusmodi periculosa ac dispendiosa discrimina debiliores effici, quos ad exaltationem & tutelam fidei & populi prædictorum gratiosos pugiles patenter aspexit? Quis non univiersalia detrimenta & pericula eorundem fidei & populi desinat, in quos pagana gens, captata hinc opportunitate nocendi, velut effrenis sauit immanius, furit licentius, & liberius debacchatur? [Vt a bello hos populos reuocaret Clemens Fortanerium patriarcham Gradensem, quem e ad eam ecclesiam ex Rauennate paucis antemensibus permissa eiusdem Rauennatis administratione traduxerat, 1x. kal. nouembris ad Genuenses ac Venetos legauit e, cui hæc data imperia.]

Merito itaque ad ipsam perniciosam suppurgandam discordiam, & radices ipsius, ne venenosis ex ea succrescentibus succulis priora detrimenta restauraret, funditus euellendas, & pacem propagatricem, & matrem bonorum omnium reformandam inducimur, & ab intimis præcordijs excitamur, vt dissidentes iidem pace mutua gaudeant, & ipsa pagana gente a persecutionis impetu refrænata, idem populus Christianus ab angustijs & pressuris eis per usum veteribus, & per augmentum nouis vt cunq; respiret. Ideoque fraternitati tuæ, de qua in magnis & arduis multa experientia, et claris operum titulis approbata, plenam in Domino fiduciam gerimus, per apostolica scripta mandamus, quatenus ad partes illas sub spe illius, qui concordiam in sublimibus suis parat, et ad cuius nutum stat spiritus procellarum, te personaliter conferens, studeas salutaribus monitis, et salubribus inductionibus tuis iuxta datam tibi a Domino gratiam et virtutem succidere huiusmodi pestilentem, omnino discordiam, ac radices illius extirpare, funditus studeas, discordes ipsos ad concordiam, sollicitè reuocare, etc. *Dat. apud Villanouam Aui-nionensis diocesis 1x. kal. nouemb. anno x.* Instruxit quoq; patriarcham auctoritate, vt pacem componeret, inducias promulgaret, coitiones contrarias (tractos enim in belli societatem Reges, et Imperatores visuri sumus) rescinderet, dissolueret armorum fœdera, ac discordiarum incentores censuris reprimeret.

24 Grauiissimis etiam literis Andream Dandalum Venetorum ac Ioannem g Valentium Genuensium duces in mutuam adducere concordiam, ne ex eorum futuris cladibus

trophæa infideles statuerent, rannistis effluuiis *Clemens, etc.* Sic vos et dicti dux et cõmuner opãtate quietis et pacis dulcedine perfrui valeatis, vt ex vnitate et cõcordia vestra Christianus populus partium orientis, quæ ex vestra et dictorum ducis et communis dissensione opportunitate captata, immanius persequitur et affligit durius furor pagana feritatis, latati respirent; et in eorum oportunitatibus ac necessitatibus multis præsidia vestra solita sentientes, persequentium dolos et machinamenta confutent ac nomen vestrum fama celebre minorationis detrimenta non sentiat; sed felicibus successibus semper ad auctum sit eidem dictarum partium orientis pusillo vtique populo gloria et tutela sit, et persequentibus illos terro. *Dat. apud Villanouam Aui. die: 1x. kal. nouemb. anno x.* Adhibiti præterea Nicolaus episcopus Castellanus a apud Dandalum, Bertrandus archiepiscopus Genuensis b apud Ioannem Valentem, vt pacis consilia promouerent. Vtinam saluberrimis Christi vicarij monitis horum populorum principes obtemperassent: quanto felicius sibi ac nomini Christiano prospexissent?

Certior factus Andreas Dandalus de validissima Genuensium classe, de Eubœa insula oppugnata, suorumque periculo, armorum fœdera cum Petro Rege Aragonum infenso Genuensibus ob exagitatam Sardiniam pepigit, qua de re hæc in Cortusiorum historia leguntur: *Fit societas Regis Aragonum & Venetorum contra Ianuam: armantur per hos nonaginta galeæ: vix unquam in mari tales & tanta copia conuenerunt.* Meminit Matthæus Villanus d de instructa ab Andrea Dandalo duce maxima classe, deque alijs trimibus, quas in Cataloniã milite vacuas, exhausta ob præteritã luem viris Veneta ditio, deducijusserat. Quibus omnibus apud insulam Sicilia iunctis mense nouembri, spretis temere procellis, in orientem contendit classis funesto quidem cursu, cum septem Venetæ ac duæ Catalanæ triremes fluctibus haustæ fuerint.

25 At Genuenses cum Eubœæ portum frustra tentassent, ac tempus se consumere agnouissent, sollicitati ab Anna Imperatrice Sabaudi generis, vt filium Ioannem Palæologum Imperatorem, qui vna cum ipsa Thessalonica agebat, ne a Cantacuzeno inuasore propagandi in filium Matthæum imperij ambitione veneno tolleretur, Cõstantinopolitano imperio (quod tyrannus administrabat) restituerent, imminente classe Veneta contendere Thessalonicam, vt Palæologum classe exciperent, atque Cõstantinopolim ipsi amicorum opera subijcerent: quo facto & stipendia amplissima se recepturos, & amplificaturos vires sperabant. At adolescens Imperator prioris consilij pertasus, exterorum potestati se committere pertimuit, recusauitque. Quam ob rem indignati Genuenses, inuecti in Tenedum insulam, improviso eam aduentu oppressere, prædæque ex Græcis agere cœperunt. Veneta vero classis in Turciam mense decembri ad Altumlocum & Palatium contendit, ijsque in portibus hyberna duxit. Confluxere eo aliz triremes, atque ad septuaginta recentisæ sunt e. Nullum ipsos cum Turcis inijsse fœdus, ac barbaros spreuisse, refert Cantacuzenus f, ex quo indignatus Orchanes Ianuensibus socium se adiunxit: sed de his postea, ne luctus tristis ante tempus accersamus.

Quis non desinat Christianorum stuporem ac furem tanto apparatu in mutuas cades iruisse, & crudeles Saracenorum iniurias, quæ uniuersis

Ed. lib. 6, 26.

To. 10. ep. sec. pag. 106.

Deplorat Pontifex funestum hoc bellum.

Patriarcha Gradenfis ad illud scripiendum missus. An 10. 1. 2. pag. 329 d. Eod. an. 10. 1. 1. pag. 321. e. Eod. an. 10. ep. sect. pag. 106.

Instructur auctoritate ad coitiones dissoluendas. f. Eod. 10. 10. ep. sec. pag. 106. g. Eod. 10. pag. 105.

27. 10. ep. sec. pag. 106. b. lib. Non dicitur Genuensibus reuocari a Venetis Pontificis prece. e. Cortusiorum historia. d. Matthæus Villanus. 27. Eod. an. 17. 2. 1. Venetæ Aragoni classibus exciperent. e. Cantacuzenus. f. Cantacuzenus. g. Cantacuzenus.

so nomini Christiano hoc ipso anno illata sunt, dissimulasse? Præfectus Damasci opprimendæ religionis, atque opum cumularum furore periclitus, immane hoc anno facinus patrauit. Subiici faces vrbi iussit a in duabus regionibus, ac mox Christianos ad tormenta rapuit, quasi eius sceleris auctores, vt Damascum in suam redigerent potestatem. Ida nonnullis ex doloris impatientsia extorsit: mox omnes crucis supplicio damnat, vel ad Mahometum deficere iubet. Plurimi munerum magnitudine tyranni ferociam permulserunt: alij fidem Christianam infeliciter eiuraverunt, viginti duo, qui superfuere, crucibus affixi. Hos ante parentum & filiorum ora tyrannus adduci iussit, vt constantiam eorum labefactaret: sed tantum potuit diuina gratia, vt pater filij lachrymas sperneret, filius patrem apostatam argueret inconstantia, ob pœnas corporis a vera religione descivisse, vocaretque hostem, qui sibi eripere aternitatis præmia niteretur. Suffixi in crucem tribus diebus a Christianis & Saracenis magno constantiæ exemplo mortem oppetere conspecti sunt. At tyrannus breui dignas scelerum pœnas sensit: soldani enim iussu, patefacta Christianorum innocentia, medius dissectus est. Hastenus de orientalibus rebus: nunc ad occidentales sermonem traducimus.

26 Correptus superiori anno Petrus Rex Aragonum de tyrannide in Bernardum pontificium internuntium exercita, deque iure ecclesiastico violato, nec soluto Sardico vectigali, Pontificis gratiam demisse expetiit interpretibus concordantiæ nonnullis Cardinalibus & regij consilij sanctioris participibus viris, quos ad sedem Apostolicam oratores decrevit, pollicitus sanctissime inflictam a Pontifice pœnam se suscepturum, censumq; Sardinia liberalitate apostolica acceptæ ergo perfoluturum: de quibus subiecta publica documenta a conscripta fuere.

Sit cunctis notum, quod in mei notarij & testium subscriptorum presentia serenissimus ac magnificus princeps & dominus dominus Petrus, Dei gratia Rex Aragonum, Valentia, Maioricarum, Sardinia, & Corsica, comesque Barcinonia, Rossionis, & Ceritania attendens, vt dixit, quod super controuersia exorta inter dominum Papam ex vna parte, & ipsum dominum Regem ex altera, per nonnullos reuerendos dominos Cardinales & quosdam de consilio domini Regis prædicti de voluntate dicti domini Papæ & ipsius domini Regis fuisse tractata & concordata capitula, quæ sequuntur. Tangitur retenta deliberatione domini nostri, quod dominus Rex Aragonum, seu ambaxator suus eius nomine, & cum sufficienti mandato promittet, quod non impediet nec impedire faciet, seu permittet in regno & terris sibi subditis iurisdictionem ecclesiasticam, ad ecclesiam de iure vel consuetudine pertinentem, quominus libere exerceatur ibidem per iudices ecclesiasticos competentes, nec etiam collectores & officiales domini Papæ. Item quod dictus Rex, asserens quod illa, quæ facta sunt contra collectorem in Perpiniaco, non fuerunt facta in dicti domini nostri vituperium seu contemptum, humiliter petet absolutionis beneficium, paratus recipere omnem penitentiam imponendam eidem. De absolutione vero & penitentia suorum officialium & familiarium fiet quod dominus Papa duxerit ordinandum. Item quod dominus noster ad necessitates regni & terrarum eiusdem Regis, præsertim regni Sardinia & Corsica, quod ab ecclesia Romana tenet in feudum, gratiose concedat, quod prælati pro se & subditis

suis, ac etiam alijs viri ecclesiastici dictorum regni & terrarum possint eidem Regi de aliquo temporali subsidio subuenire, & ratum habeant subsidium, si quod sibi per ipsos ad certum tempus iam factum est vel concessum. Item quod super censu pro præterito tempore debito ratione dicti regni Sardinia & Corsica concordatum asseritur a reuerendo patre domino Tusculano: quam concordiam paratus erit Rex prædictus, facto super hoc sufficienti procuratorio, inuoluntabiliter obseruare. Per prædicta autem non intendit dominus noster, quod detrabatur iuri suo & ecclesie Romanæ, seu Regis prædicti. Supplicatur autem pro parte dicti Regis, quod pro utilitate ecclesiarum & consolatione suorum fœdum, qui propter defectum prælatorum absentium in spiritualibus incommoda innumerabilia & animarum pericula patiuntur, prælatos in curia existentes dignetur sanctitas domini nostri ad ecclesias suas remittere, & eos cogere ad faciendum in dictis suis ecclesijs residentiam personalem: quodque de prælatis & beneficijs ecclesiasticis regni & terrarum suarum dignetur personis idoneis illarum partium, quod summe esset gratum regnicolis, prouidere.

Idcirco dictus dominus de fide, industria, & legalitate venerabilis & religiosi fratris Hugonis abbatis monasterij Rumpullordis S. Benedicti, nobilis viri B. de Capraris, & Lupi de Gorrea camerarij minoris militum, Bernardi de Vlzimillis legum doctoris thesaurarij consiliatorum suorum plene confidens, tenore butus publici instrumenti ipse & de certa conscientia fecit, constituit, & ordinauit certos & indubitatos procuratores suos ac nuntias speciales dictos venerabilem abbatem & nobilem B. de Capraria, Lupum de Gorrea, & Bernardum de Vlzimillis, & quemlibet ipsorum in solidum, ita quod occupantis conditio potior non existat, ad promittendum pro ipso domino Rege dicto domino summo Pontifici, seu cui ipse voluerit, quod idem dominus Rex non impediet, seu impediri faciet seu permittet in regno & terris sibi subditis iurisdictionem ecclesiasticam, ad ecclesiam de iure seu consuetudine pertinentem, quominus (vt prætangitur) libere exerceatur ibidem per iudices ecclesiasticos competentes, nec etiam collectores & officiales domini summi Pontificis memorati: & etiam ad obtinendum a dicto domino summo Pontifice, vel alio quocumque ab eo potestatem habente, de & super sententia excommunicationis, si quam dictus dominus Rex aut officiales vel gentes sue ratione eorum, quæ facta fuerunt apud Perpiniacum contra Bertrandum de Alayano collectorem dicti domini Papæ, incurrerunt, absolutionis beneficium ad cautelam: & alias & etiam ad obtinendum absolutionis beneficium ab eodem domino Papa, vel alio ab eo potestatem habente, de & super sententia excommunicationis, quam dictus dominus Rex prætextu taxatarum solutionum census seu tributi, quod sancta ecclesie annis singulis dare tenetur pro dicto Sardinia & Corsica regno incurrit: nec non ad impetrandum & obtinendum a dicto domino Papa & sacro collegio Cardinalium remissionem & gratiam eius, quod per ipsum dominum Regem debetur ex tributo iam dicto, seu ex parte eiusdem: & etiam ad faciendum solutionem & solutiones dicti tributi & pro soluendo eo, quod ad soluendum restat ex eodem tributo, dictum dominum Regem & eius bona efficaciter obligandum, & super eo pacta, promissiones, obligationes faciendum, & recipiendum ab eodem domino Papa & quibusuis alijs, ab ipso potestatem habentibus, super contentis in capitulis memoratis: & nihilominus ad supplicandum dicta do-

domino Papa, ut contenta in dictis capitulis cum efficacia exequatur, dando & concedendo eisdem procuratoribus suis, & cuilibet ipsorum in solidum plenariam potestatem super predictis omnibus & singulis, eorundem promissiones, pacta, contumelias, & obligationes faciendi & recipiendi, & inde firmandi & recipiendi publica instrumenta & alia rescripta papalia, & alias scripturas predictis necessarias, seu etiam opportunas: & absolutionum beneficia obtinendi, & pro solutione dicti tributi seu parisi eiusdem dictum dominum Regem & eius bona obligandi: nec non iurandi in animam ipsius domini Regis de parendo mandata sanctæ matris ecclesiæ ac ipsius domini Papa vel deputandi ab eos & subeundi super predictis & eorum singulis cuiuslibet alterius generis iuramentum: nihilominus promittendi & iurandi in animam ipsius Regis, quod idem dominus Rex satisfactionem & penitentiam faciet & complebit, quas idem dominus Papa, vel deputandus ab eo ipsi domino Regi duxerit imponendas: & omnia alia faciendi, gerendi, & explicandi in & super predictis, quæ pro obtentu predictorum & singulorum eorundem necessaria fuerint seu etiam opportuna, etiam si talia essent, quæ mandatum exigerent speciale: & si etiam maiora essent superius expressatis. Et promittit idem dominus Rex se gratum & firmum perpetuo habiturum quacumque in predictis & circa predicta, per dictos procuratores suos vel eorum quemlibet acta, gesta fuerint, seu etiam procurata, etiam nullo tempore reuocare. Et idem dominus Rex huic instrumento publico suæ maiestatis sigillum in pendentem iussit apponi in testimonium premissorum.

*Gerunda Actum & datum * Gunde vigesima quarta die mensis septembris anno a natiuitate Domini MCCCL. I. Signum Petri Dei gratia Regis Aragonum, Valentie, Maiorice, Sardinie & Corsicæ, comitisque Barcinonie, Rossilonis, & Ceritanie, qui hæc concessit & firmavit.

De Io. archiepiscopo Mediolanensi

a To. 9. ep. Secr. pag. 210.

Ingratus illius in ecclesiam animus,

27 Præfractionem Aragonæ se præbuit Ioannes archiepiscopus Mediolanensis, qui Bononiæ tyrannidi suæ subiecerat; quare in eum distringenda fuit iudiciorum seueritas: cuius ingratum animum ac scelus summus Pontifex ita deplorat: *Præfatus archiepiscopus, quem ecclesia ipsa de luto facis, cui dudum impudenter inbaserat, erigens magnis euexit honoribus, dignitatibus extulit, & beneficijs ampliauit; ea omnia ingrati tudinis nota præteriens, & fidelitatis debite iuramentum præstitum per eum eidem ecclesiæ infidelitatis labe maculando, se violare non verens, lac quod suxerat, ex eiusdem ecclesiæ matris uerberibus, in eiusdem matris opprobrijs admodum euouit offensam. Cum enim ecclesiam ipsam iuuare ad recuperationem ciuitatis debuisset ipsius, id est Bononiæ, & memorato rectori, scilicet Astorgio e Duroforti Æmilie præfidi, pro eadem ecclesia circa id assistere auxilijs & fauoribus opportunis; aduersarijs & rebellibus eius, nimirum Pepulis, patenter adbasit: & missa per eum dictis Iacobo & Ioanni ad eorum defendendam & sustinendam rebellionem & ecclesiæ predictæ offensam armatorum multitudine copiosa, recuperationem & reductionem ciuitatis & comitatus predictorum auxilio huiusmodi & fraudulentum consilio impedit. Cumque bis ad notitiam nostram deductis, archiepiscopo frequenter scripsissemus eidem, ipsam salutaribus monitis & paternis exhortationibus inducendo, quod memor honorum & beneficiorum, quibus eum eadem ecclesia fuerat, sicut præmittitur, prosecuta: & fidelitatis, qua illi iuramenti interueniendo vinculo tenebatur, gentem armigeram, quam in dictorum Iacobi et Ioannis auxilium miserat re-*

uocaret, & ipsi in ecclesiæ predictæ tam grande præiudicium nullum daret auxilium, consilium, vel fauorem; ipse velut a spīs surda monita auribus obturatis obaudiens, & pertinacia obstinata contemnens, non solum continuauit temerarie & impudenter incepta, sed etiam ad deteriora suæ malitiæ telam & profanos conatus extendere non expauens, ipse qui prius fautor & adiutor fuerat rebellium ecclesiæ sepefata, postquam eidem scripsimus, patenter ipsius hostem se constituit principalem, ciuitatem predictam cum eius districtu (habitis cum dictis Iacobo & Ioanne illicitis commercijs, quasi diuisis sibi eiusdem ecclesiæ vestimentis) per Galeatium de Vicecomitibus de Mediolano nepotem suum grandi stipatum exercitu tyrannice occupando: quam adhuc detinere dignoscitur occupatam.

28 Subiungit alias illius artes, quibus sedem Apostolicam delusit, misisse nimirum oratores, ut de reuocanda ad Romanæ ecclesiæ ditionem Bononia consilium agerent; dumque vna cum Cardinalibus, quibus ea prouincia data erat, rem tractarent, ad prodicionem repente prorupisse: ac licet patrato scelere in archiepiscopum, Galeatium, aliosque eius coniurationis socios legū seueritas exerceri posset, se apostolica usum mansuetudine edixisse, ut dierum quadraginta flexu Bononiam aliasque comitatus vrbes, oppida, ac municipia ecclesiæ Romanæ restituerent: ni parerent, anathema & alias pœnas intendisse: tum archiepiscopum & Galeatium die vigesima imminentis mensis Ianuarii nunc elapsi ad tribunal apostolicum accersisse, ut iuri parerent: mouisse etiam Mediolani, Rhegij, Parmæ, Mantuæ, Nouariæ, Bergomi, Placentiæ, Astæ, Albæ, Terdonæ, Cremonæ, aliarumque urbium & locorum præfectos, magistratus, ac viros auctoritate spectatissimos, ne archiepiscopo ac Galeatio in Bononiensi comitatu detinendo quoquo modo studerent: qui si imperia apostolica respicerent, censuras ecclesiasticas contraherent. Cum vero archiepiscopus & Galeatius, lapsis diebus quadraginta, occupata ecclesiæ restituere detrectarint, & archiepiscopi orator Ludouicus e Gufano factus sit, archiepiscopi nomine Bononiam occupatam asserendi ecclesiæ iuris studio, ne prauo exemplo alij inficeretur, pronuntiasse Ioannem, Galeatium Vicecomites, Iacobum ac Ioannem Pepulos, & alios coniurationis illius participes anathema, ac latas a Ioanne Papa in iurium Romanæ ecclesiæ inuafores pœnas incurrisse. Subdit denique.

Verum quia crescente contumacia, crescere debet & pœna, Ioannem archiepiscopum memoratum suspensum fore ab administratione spiritualium & temporalium ecclesiæ ac archiepiscopatus Mediolanensis, de dictorum fratrum consilio auctoritate decernimus antedicta: ipsumque, nec non Galeatium, ac Ioannem & Iacobum de Pepulis antedictos, ac omnes & singulos, cuiuscumque status, gradus, ordinis, dignitatis, & præminentie fuerint, qui per se vel alium seualios directe vel indirecte, publice vel occulte, dictis archiepiscopo & Galeatio in premissis dederunt auxilium, consilium, vel fauorem, presente hac fidelium multitudine copiosa citamus per huius publicæ citationis edictum, octaua die mensis aprilis proxime futuri, quam eis pro preemptorio termino assignamus, archiepiscopum legitime, ac predicti alij omnes & singuli personaliter compareant coram nobis, visuri, audituri, & recepturi, archiepiscopus videlicet depositionis ab archiepiscopali & quacumque alia ecclesiastica

Missa
necnon
sententiam
cum
suis
palmis
habeant
profecti
est.

Simul
ab eodem
reconciliatio
profecti
ret.

Dicta
dies ad
dem

Promulgare
eum
statuta
Ioannis
sanctissimus
bus

Instant
in
ac
los
ad
iudicia

Inter
ex
ratio.

dignitate, & clerici priuationis dignitatum, personarum, officiorum, & beneficiorum ecclesiasticorum aliorum; ac tam archiepiscopus & clerici quam predicti alij aliarum pœnarum infirmitatem, quas eis (nisi archiepiscopus & Galeatus ciuitatem Bononiensem eandem cum dictis eius comitatu, territorio, & districtu, nobis & ecclesia Romana, seu rectori predictis, aut alij vel alijs deputato vel deputandis ab ipso nostro & ecclesia Romana nomine, libere ac realiter restituerint; & predicti alij ab omni auxilio & fauore, per se vel alium seu alios directe vel indirecte, publice vel occulte, quouis titulo, pallio seu colore quesito, dictis archiepiscopo & Galeatio aut quibusuis alijs eorum, aut alicuius eorum aut cuiusuis alterius nomine ciuitatem Bononiensem, comitatum, territorium, & districtum, aut eorum aut alicuius eorum partem, quocunque modo, titulo, colore, pallio, occasione, vel causa, detinentibus occupata destiterint cum effectu) duxerimus instigandas; ac alias facturi & recepturi quod iustitia suadebit; comparant coram nobis. Alioquin contra archiepiscopum & Galeatum, ac Ioannem & Iacobum, & alios citatos eosdem clericos & laicos, omnes & singulos ad infirmitatem pœnarum huiusmodi, prout iustum fuerit & nobis expedire videbitur, procedemus eorum absentia, seu contumacia non obstante, &c. Actum & datum Auinione, in palatio nostro apostolico II. non. februarii anno IX.

29 Cum legibus pariturus non videretur archiepiscopus tyrannus, nisi armata essent, commouebat Pontifex episcopi Ferrariensis Apostolicæ sedis internuntij opera Italicos principes a, vt armorum societatem ad illum comprimendum, conflarent: initaque erant oratorum comitia, cum Perusinarum rem extrahentium culpa, audita Mastini Scaligeri, qui illud sociale bellum maxime promouebat, morte sunt dissoluta: ex qua quidem maximo dolore affectum Pontificem testantur eius literæ consolatoriae ad filios Veronensis principatus successores Canemgrandem & Canemsignorium datæ b. Cæterum nõ æquarunt hi principes paterna Mastini in Pontificem studia. Contrahebat vero Ioannes maximas copias, non vt Bononiam modo tueretur, sed Etruriam etiam sibi subijceret, ferendæ opis specie oppressis Pratenfisibus c & Pistoriensibus d, quos Florentini in suam potestatem redegerant; asserendæque libertatis fucata ostentatione parabat Etruscis iugum seruitutis. Cuius tamen dolos conatusque euauisse, meminit M. S. Vaticanus auctor e in Clemente VI. his verbis: *Huius tempore archiepiscopus Mediolanensis tyrannus transmisit circa quinque millia barbutas, & tantundem pedites cum consensu & adiutorio nobiliorum Gibellinorum de Tuscia ad occupandum ciuitatem & loca Tuscia, quæ erant in communi: sed ultimo modicum releuauit, & dicta communitates pacem cum dicto archiepiscopo habuerunt.* Describit Leonardus Aretinus f, cui Matthæus Villanus horum spectator consentit g, singula eo bello gesta, vt plures Gibellini proceres in Florentinos coniurarint, consiliumque inierit hostis de Pisanis, quibus cum Florentinis pax intercedebat, concitandis h ad bellum. Sed dolos aperuit i Francischinus Gambacurta ea oratione, quam S. Antoninus assertit l, populumque in concordia cum Florentinis constantia continuit: *Addidit, inquit, rationem irrefragabilem, videlicet quia, si non praualeret tyrannus, (quod impossibile non erat, cum variis sit belli euen-*

tus) perpetuos hostes habituri essent Florentinos eorum vicinos; & iuste quidem fide violata. Sed & si vincat præsul, & sibi subijciat Florentinos, nunquid ipsi postea liberi a seruitute remanerent, cum cupiditas & ambitio dominandi sit tyrannis immensa?

Dicescere Pisis non leui indignatione perciti oratores Mediolanenses, ac Ioannes archiepiscopus graues iras, cum meditata non succederent consilia, concepit. Pontifex vero datis ad Pisanos literis, eorum prudentiam ornauit a laudibus: delulsisse illorum artes, qui ex ipsorum bellis ac dissensionibus suarum rerum amplificationem aucuparentur, magnoque ob seruatum cum Florentinis fœdus gaudio se cumulatum significauit. Coiere etiam cum Florentinis tyranni metu fœdera alij finitimi populi, atque oratores ad Pontificem misere b, vt ipsum ad armorum societatem pro retundendo hoste concitarent. Vt vero cum ijs se gesserit Clemens, describit ex Leonardo Aretino c S. Antoninus hisce verbis: *Demum Romanus Pontifex Clemens VI. ab oratoribus Florentinorum & aliarum Etruria ciuitatum, quæ erant in fœdere, assidua prope flagitatione pulsatus, tria ijs proposuit; videlicet societatem Romanæ ecclesiæ: transitum in Italiam Caroli ad imperium delicti: pacem cum præfule Mediolanensi. Horum trium quod mallent oratores eligere: se se eorum voluntatem & electionem secuturum. Legati vero inter se cogitare tandem præstare astimarunt ad arbitrium eius totum referre. Quod cum fecissent, suscepta optione Pontifex, mitissimam innocentissimamque partem sibi placere dixit: esse vero eam pacem dare: neque enim aliud Romanum Pontificem, si optio illi detur, eligere decere: itaque daturum se operam vt pax probabilis habeatur.*

30 Optabat Carolus in Italiam descendere, vt imperij iura a tyrannis diuturno interregno occupata recuperaret, atque imperiali diademate in Vrbe de more ornaretur: miseratque ad Pontificem oratores, qui suscepta ab ipso consilia aperirent. Quibus Clemens, cum metueret, ne eius aduentus Italiam magis commoueret, graues difficultates exposuerat, ac Senenses, Florentinos, Perusinos, aliosque plures populos de Caroli Regis votis certiores factos monuerat d, vt oratores ad sedem Apostolicam mitterent. Quo argumento hæc datæ ad Senenses literæ e.

Clemens, &c. dilectis filijs regimimbus, consilio, & communi ciuitatis Senensis.

Venientes nuper ad nostram præsentiam, ambassiatores solemnes charissimi in Christo filij nostri Caroli Regis Romanorum illustris, inter cætera quæ coram nobis proponere curauerunt ex ipsius parte, dixerunt quod præfatus Rex proponebat intrare Italiam, inde ad Urbem, pro recipiendo Romani imperij diademate, profecturus. Nos autem, propositis per ipsos plenius intellectis, attendentes quod, licet ipsius Regis ad partes illas accessus vobis isto præsertim tempore non placeret, attamen ambassiatoribus ipsis firmam ipsius Regis, ad id asserentibus voluntatem; & attendentes, quod accessum ipsum nec prohibere nec expresse dissuadere ex honestatis debito poteramus; & timentes verisimiliter, si rigide responderemus eisdem, quod idem Rex ad fauorem (quod absit) hostis Dei & ecclesiæ suæ sanctæ archiepiscopi Mediolanensis inclinari se forsitan pateretur; ambassiato-

Francischi- ni Gambacurta oratio ad Pisanos.

Pisani Mediolanense fœdus respuunt.

Gratulatur ipsis Pontifex. a To. 10. ep. fecer pag. 88.

Etruscorum ad Pontificem legatio. b Math. VIII. l. 2. c. 52.

Responsu Pont. c Leonard. Aret. l. 7. Ans. 3. p. tit. 21. c. 8. §. 10. Etrusci optionem belli pacificæ Pontifici permittunt.

Pax Clemente anrelata: quamuis noxia.

Italica iura Romanorum Rex recuperare meditari.

d To. 9. ep. fecer. pag. 268. 269. e Ead. pag. 268.

Mittit oratores ad Clementem.

to-

toribus ipsis seriosius ostendimus, quod idem Rex grande negocium & non carens periculo, nisi aliter esset disposita materia, assumebat. Et cum dicti ambassiatores adijcerent, quod ipse Rex cum ciuitatibus & terris Guelfis, de quibus maius dubium & verisimilius poterat periculum imminere, iuxta voluntatis nostrae arbitrium, seruandum inuiolabiliter concordaret; nos eisdem respondimus, quod ciuitatibus alijs Tusciae scriberemus, vt sine mora dispendio ad nostram praesentiam ambassiatores super his mitteretis. Cum igitur dicti ambassiatores ad Regem sepefatum redierint, breuiter cum pleno & sufficienti mandato super his ad Romanam curiam reuersuri, honori vestro credimus conuenire, quod deliberato per vos prudenter, quid in tam arduo negocio sit agendum, ambassiatores vestros, plene instructos & informatos de intentione vestra, ad Romanam curiam curetis quantocius destinare, &c. *Dat. apud Villamnouam Auinionensis dioecesis vi. kal. aprilis anno ix.* Reuersi autem ex pontificia aula oratores Senensium ac Florentinorum indignati Ioannem archiepiscopum Mediolanensem latius tyrannidem proferre, ad eam coercendam arcana consilia de euocando in Italiam Carolo Rege Romanorum cum imperialis scribij praefecto agitarunt.

31 Nec mora: Ioannes archiepiscopus Mediolanensis nepotesque Vicecomites difficillima in ipsos confari bella suspicati, vt imminenti discrimini se subducerent, illatarum Romanae ecclesiae iniuriarum veniam poposcerunt, professi Bononiam iuris esse pontificij, ac damna quae fecerant resarcituros: oratoresque vt conciliarentur ecclesiae, misere amplissimis mandatis fretos, vt subiecta publica monumenta & aliaque his omnino consentientia nepotum Ioannis iussu confecta, docent.

In nomine Domini. Amen. Anno natiuitatis eiusdem M.C.C.LII. indictione v. die sabbati xxiv. mensis septembris reuerendus in Christo pater & dominus dominus Ioannes Vicecomes de Mediolano, Dei & Apostolicae sedis gratia sanctae Mediolanensis ecclesiae archiepiscopus, ac eiusdem ciuitatis & plurimum aliarum ciuitatum in partibus Lombardia gubernator generalis, suo proprio nomine fecit, creauit, constituit, & ordinauit discretos viros dominum Guillelmum de Arimondis de Parma legum doctorem, & Ioannem de Silua de S. Miniato Lucanae dioecesis cancellarium suum, & infra, ad comparandum pro eo & eius nomine cum omni plenitudine deuotionis & reuerentia coram sanctissimo patre & domino nostro domino Clemente, digna Dei prouidentia sanctae Romanae ac vniuersalis ecclesiae dignissimo summo Pontifice, & coram sacro collegio reuerendissimorum patrum & dominorum eiusdem sanctae Romanae ecclesiae Cardinalium, & coram quibuscumque alijs dominis auditoribus, iudicibus, commissarijs, & alijs, qui per praefatum dominum summum Pontificem, seu per praefatos reuerendissimos dominos Cardinales super negotijs infra scriptis fuerint deputati. Et ad sponte recognoscendum & humiliter constendum nomine quo supra, quod merum & mixtum imperium, & omnimoda iurisdictio temporalis in ciuitate Bononiae & eius districtu, dioecesi, & comitatu, ac dominium eorundem cum omnibus iuribus & pertinentijs ab antiquo pertinuerunt, & nunc pertinent, et pertinere debent in solidum ad sanctam Romanam ecclesiam et praefatum sanctissimum patrem dominum Clementem VI. et omnes Romanos Pontifices successores

suos canonice intrantes esse veros dominos pleno iure praedictorum ciuitatis Bononiae, et suorum comitatus, territorij, et districtus. Et ad constendum et recognoscendum ore et corde contrito humiliter et deuote omnes excessus, et omnia delicta ac iniurias, offensas, rebelliones, et inobedientias contra praefatos dominum summum Pontificem, dominos Cardinales, et sanctam Romanam ecclesiam, Et infra: Et ad recipiendum humiliter, et receptam realiter peragendum omnem poenitentiam et poenam, quam idem dominus Papa ipsi domino Ioanni archiepiscopo pro praedictis duxerit imponendam.

Item ad libere et realiter offerendum, restituendum, et resignandum eidem sanctissimo patri et ecclesiae memoratae, vel cui seu quibus idem sanctissimus pater mandauerit praedictam ciuitatem Bononiensem et suum comitatum, territorium, et districtum, per ipsum dominum archiepiscopum seu eius nomine occupata et detenta. Et ad redintegrandum pure, simpliciter, et absolute et absque aliqua conditione praefatum dominum summum Pontificem et Romanam ecclesiam ad plenam, integram, et pacificam possessionem et quasi praedictae ciuitatis Bononiae et suorum comitatus, territorij, et districtus etiam in Romana curia per assignationem et traditionem clauium ciuitatis praedictae, tradendarum in signum huiusmodi traditionis, restitutionis, et redintegrationis praedictae corporalis possessionis vel quasi. Et ad promittendum solemniter et iurandum nomine et in animam praedicti domini Ioannis archiepiscopi constituentis, quod praefatus dominus Ioannes Vicecomes et archiepiscopus illi vel illis, quem vel quos praedictus dominus Papa nomine ipsius et Romanae ecclesiae deputauerit ad recipiendum realem et corporalem possessionem praedictae ciuitatis Bononiae et suorum, comitatus, territorij, et districtus, cum omnibus iuribus et pertinentijs suis; pure, libere, simpliciter, et absolute, et realiter cum effectu, et absque aliqua conditione restituet, et dimittet quaecumque fuerit ex parte domini Papa vel Romanae ecclesiae requisitus, seu infra tempus, quod ipse dominus Papa ad hoc duxerit ordinandum.

32 Et ad promittendum solemniter nomine ipsius domini Ioannis archiepiscopi, quod ipse dominus Ioannes archiepiscopus exercitum, quem habet, vel cum eius fauore seu auxilio habetur circa ciuitatem Imolae, ad Romanam ecclesiam pleno iure spectantem, faciet realiter amoueri; et gentem armigeram in obsidione dictae ciuitatis existentem faciet totaliter vocari: et si (quod absit) ciuitas ipsa Imolensis interim capta esset, seu alias quomolibet occupata, seu aliqua conuentiones vel pacta super statu dictae ciuitatis facta forent, ipse dominus archiepiscopus ciuitatem praedictam Imolensem cum comitatu Imolae, de quo multa castra occupauit, et omnia et singula occupata per ipsum dominum archiepiscopum, vel eius nomine et fauore, dicto domino Papa et Romanae ecclesiae plene et libere et integre restituet seu restitui faciet; ac possessionem, detentionem, et tenutam dictorum ciuitatis et comitatus dimittet, seu dimittit pacifice et cum effectu faciet ecclesiae supra dictae; et pactis quocumque modo factis renuntiabit per omnia cum effectu: et quod etiam castrum Lugii libere et expedite restituet archiepiscopo Rauennati seu gubernatori ecclesiae Rauennatis infra tempus, quod idem dominus Papa duxerit ordinandum. Et ad promittendum solemniter et bona fide dando et solueno pro satisfactione omnium expensarum factarum per dominum Papam pro recuperanda ciuitate Bononiensi, nec non damnorum et interesse, quae dominus Papa et ecclesiae Romanae occa-

Responsu Pontificis
 Itali de his admo. niti.

a Mastb. Vill. l. 2. c. 68. An. 3. p. 21. c. 8. 9. 10. Carole me tu Vicecomites pacem expetunt.

Ex. apud Clem. VI. an. 10. l. 3. p. 2. op. diuersorum. 713. Publica ea de re tabula.

Bononia iuris esse Pontificij agnoscit Ioannes.

Parati se ad reliqui di esse.

Reuerendissimus dominus ecclesiae Imolensis iudicatus.

fontem favorum & impedimentorum, occupationum, defensionum, & aliarum offensarum, iniuriarum, inobedientiarum, delictorum, & excessuum predictorum pertulerunt: ac iniuriarum, offensarum, & aliorum omnium premissorum emenda predicto domino Papa & camera apostolica omni exceptione remota in Romana curia, ubicumque fuerint, predicti domini archiepiscopi periculis & expensis centum millia florenorum boni auri & legalis ponderis de Florentia in duobus terminis infra menses proxime futuros, & aliam medietatem infra annum proxime secuturum. Et ad petendum humiliter & reuerenter, ac impetrandum & obtinendum pro prefato domino Ioanne archiepiscopo plenam & integram absolutionem, cum sententiarum & excommunicationum, suspensionum & interdictorum, priuationis bonorum & inhabilitatis personae & omnium sententiarum latorum & impositarum tam per dicti domini summum Pontificem, quam per felices recordationis dominum Ioannem Papam XXII. & per suos predecessores. Et infra: Et ad promittendum & iurandum in animam ipsius domini Ioannis archiepiscopi de conseruando statum & honorem domini summi Pontificis, dominorum Cardinalium, & sanctae Romanae ecclesiae, & de non occupando, inuadendo, seu damnificando terras sanctae Romanae ecclesiae mediate vel immediate subiectas, & incolas earum; & de non dando inuadentibus, occupantibus, vel damnificantibus, & inuadere, occupare, & damnificare volentibus ipsas terras & subditos ipsius ecclesiae, consilium, auxilium, vel fauorem. Et ad promittendum & se obligandum efficaciter de abstinento ab omnibus ipsorum domini summi Pontificis & dominorum Cardinalium & sanctae Romanae ecclesiae iniurijs, damnis molestijs, & offensis. Et infra: Et ad consentiendum nomine ipsius domini archiepiscopi, & pro eo quod in huiusmodi concordia & reconciliatione includantur pro parte ecclesiae illi de la Scala & marchio Eufensis, & pro parte dicti domini archiepiscopi includantur illi de Gonzaga de Mantua, & illi de Populis de Bononia, & c. J Interiectis pluribus, quibus Ioannes Vicecomes gesta ab oratoribus rata se habituram spondet, publica quoque documenta ea de re quadrimestri habente traditurum, loci in quo data haec mandata fuerunt, nota apponitur: Actum Mediolani in curia habitationis prefati domini Ioannis archiepiscopi Mediolanensis, & c. Ut porro Mediolanenses oratores in publico Cardinalium senatu profecerint haec imperia, pepigerintque pacem, proximo anno dicetur. Nunc ad res Neapolitanas sermone conuertimus.

Fluctuabat Sicilia citerior nouorum malorum impendentium terrore: licet enim induciae superiori anno pontificia opera in ita tenerent, regia tamen Neapolitana domesticis dissensionibus laborabat: Ad quas componendas, tum ad solemnes ordinum regni conuentus pro expediendis in rebus arduis saluberrimis consilijs cogendis, Clemens Ioannem archiepiscopum Brundusinum legauit, tum Elisabetham Reginam Vngariae, vt filium a bello Neapolitano reuocaret, adduxit. Instruebat ille interea iudiciali actionem, vt iam ante conuentum erat, de Ioanna Regina, vt fontem damnaret, infontemue absolueret, nec constituto tempore de prompta est sententia. Cumque extracta libertas maior inuidia Ioannae conflaretur, eam demum infontem pronuntiatam refert Mattheus Villanus. Vt vero illa ecclesiae improbam, nauata con-

flando schismati atrocissimo nefaria opera, gratiam ac demum iusta supplicia retulerit, dicitur suo loco. Caterum assensit pontificijs decretis Ludouicus Vngariae Rex (adeo insignis illius in Clementem obseruantia fuit) atque regiae Siciliae principes libertati, regnoque Neapolitano pacem a se restitutum iri est pollicitus. Cui Pontifex ob tanta amoris & studij signa gratias egit, & ipsumque rogauit, vt oratorem ad reliquam controuersiam componendam mitteret: hortatus est ad arma in Tartaros, vt meditabatur vertenda, atque Vngaricas copias, quae plures vrbes & arces obtinebant, in Sicilia citeriore, ne vlla interrent populis damna, regijs iussis comprimendas.

33 Adduci se passus est facilius Vngarus ad Siciliam dimittendam, cum multorum in barbaros bellorum moles ei incumberet: Casimirus enim Poloniae Rex, qui in regiam Vngaricam sceptrum Polonicum transfudere decreuerat, a Lithuanis appetitus bello Vngarorum auxilia implorabat: quippe Lithuanij, excitis Tartaris ac Rhutenis, late ferrum flammamque per Poloniae provincias circumferebant, ac Belzensem, Vvaladimirensem, Chelmensem, & Brestensem agros Polonico imperio eripuerant. Contraeitis itaque copijs propulsati hostes & in Lithuaniam signa promota sunt, atque in Keystutum ducem Lithuanum dimicatum. Haec enim refert Michouias, qui rem hoc anno consignat de Casimiro Rege Poloniae: Vvaladimirensem terram, castrumque conquirit etiam Keystutonem, ducem Lithuaniam in quodam particulari certamine, cassi Lithuanis cepit. Qui cum omnibus fratribus Lithuaniae ducibus et suis terris fidem se Christi suscepturam iureiurando promittens, a Regibus comiter et honeste detentus est. Sed Reges deludens nocte effugit. In eo discrepat a Michouia & Dlugosco Cromerus, dum non Keystutum, sed fratrem Lubartum captum ait, Cuius belli fremitu excitatus Pontifex ad arcendos Christiani imperij limitibus infideles, tum ob singularem clientelam, qua Polonia Romanae ecclesiae addicta est, religiosam militiam non in Polonia modo, verum in Vngaria & Boemia promulgari, ac fideles quos ad sacra arma corripienda propositis caelestibus premijs allexit, crucis symbolo triumphali distingui iussit, dato sequenti anno hoc diplomate.

Clemens, & c. venerabilibus fratribus archiepiscopo Gnesnensi & Cracouiensi & Vvatislaviensi episcopis. Nuper charissimus in Christo filius noster, Casimirus Rex Poloniae illustris per literas & nuntios suos nostro apostolatu patefecit, quod gens perfida Tartarorum in tenebris ambulans, carensque lumine catholicae veritatis, profana cogitatione considerans, quod regnum Poloniae, quod a fidelibus habitatum, est in vltimis Christianorum finibus constitutum; & quod propterea ad impugnationem regni prefati eisdem Tartaris absque catholicorum principum & aliorum fidelium obice iuxta profanos conceptus ipsorum facilius via patet; dictum regnum & Christianos habitatores ipsius inuadere praesumpserunt, ad desolationem fidelium habitantium in eodem & religionem catholicam ibi profanandam conflatis potentia suae viribus hostiliter intendentes: propter quod prefatus Rex, attendens quod regnum est ecclesiae Romanae immediate subiectum & etiam censuale, & quod tam ipsi, quam habitatores regni predicti sunt eiusdem ecclesiae pecu-

Vngarus Neapolitanum regnum dimittit.

To. 10. ep. fecr. pag. 44.

Excitus a Polonis Vngarus contra Tartaros.

Michou. l. 4. c. 19. Cromer. l. 2. in Casimiro. c. Id. ibid.

Michou. super c. 19. Dux caprus spon dec. Baptisma suscepturum.

Cromer. super l. 2.

Amto. h. 6. p. 2. ep. diuer. par. 1. forma. 640.

De eorū excursibus.

Responde. dos sum. ptus belli. cos.

Obligand. dam in. pontificiū. obsequiū. idem.

Neapol. rana res. dissensionibus. cur. h. d. a. To. 9. 4. p. 116. l. 16. pag. 233. c. 134. p. 197. c. 134. Vill. 2. c.

haeres filij & fideles, & quod ex impugnatione ipsorum non solum dictum regnum eiusque incolae, quinimmo fideles ceteri dicto regno tam proximi quam remoti proculdubio diris aduersitatibus laederentur, nostrum in hac parte & per nos promptum fidelium aliorum subsidium humiliter implorauit. Nos igitur attendentes, quod in huiusmodi defensione & tuitione non solum dictorum Regis & regni, sed aliorum fidelium vicinorum & etiam, vt praemittitur, remotorum salubriter agitur, & securitas procuratur, & barbaricae feritatis audacia facilius Deo propitio in suis poterit refrnari & collidi principijs, quam si nullo parato resistentiae obice permitteretur liberius in Christianum sanguinem defaure; considerantes etiam urgentem & probabilem eiusdem Regis supplicationis instantiam, votis eius super praemissis eo libentius annuendum fore, prouidimus, quo illa apostolici fauoris fulcenda & iuuanda praesidijs magis vtile & expediens existimamus.

Praemissis igitur attentata meditatione pensatis, supplicationem eiusdem Regis in hac parte benignius admittentes, vt idem Rex versus eisdem Tartaros, qui dudum, sicut infanda experientia docuit, dictum regnum & nonnullas alias terras fidelium & personas eorum per crudelis impugnationis & expugnationis excidium destruxerunt, diuino (vt speramus) fretus auxilio, & aliorum fidelium crucis Christi signaculo munitorum praesidio communitus, defensionem eiusdem regni & incolarum ipsius contra dictam barbaricam nationem potenter assumere valeat, & feliciter exercere; praedicationem crucis in Regis & regni praedictorum auxilium per nostras literas duximus concedenda. Quocirca fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus vos & quilibet vestrum per vos & alias personas ecclesiasticas seculares & regulares ordinum quorumcumque, quas ad hoc idoneas esse noueritis, in eodem Poloniae & Vngariae ac Boemiae regnis contra praefatos Tartaros & quoscumque alios infideles inuadentes, seu offendentes praedictum Regem & regnum Poloniae & habitatores ipsius, proponatis iuxta datam vobis a Deo prudentiam verbum crucis, & venerabile signum eius tam eiusdem Regis, quam aliorum fidelium incolarum regnorum praedictorum, illa deuote suscipere volentium, humeris affigatis, eosdem vestris exhortationibus & instantijs inducentes, vt praedictum negotium contra Tartaros & infideles praefatos feruenter assumant & viriliter prosequantur. Et vt ipsi fideles tento feruentius ac libentius prosequi praemissa studeant, quanto ex suis laboribus potiore gratiam se nouerint percepturos, nos de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum auctoritate confisi, &c.] sacrarum indulgentiarum praemij eos afficit, qui indicta excurrente triennio a Polono Rege expeditione eius signa fuerint secuti. Dat. apud Villamnouam Auinionensis diocesis idibus maij anno x.

34 Quatiebant etiam ad septentrionem catholicam ecclesiam Rutheni infideles, qui odio in religionem nostram efferati Careleos & In-

gros, qui in euangelij libertatem se afferuerant, Magnique Regis Sueciae clientelam sibi asseruerant, repentina irruptione oppressere, atque in Sueones & Gothos, qui pro neophytis defendendis excubabant, immanem carnificinam exercere: neophytos vero ad exuendam religionem, compulere. In quos cum pararet expeditionem Suecus Rex, Dei vicarius fideles ad eam obeundam sacris indulgentijs excitari, et cruce insigniri iussit.

Clemens, etc. archiepiscopo Vpsalensi eiusque suffraganeis.

Quia sicut charissimus in Christo filius noster Magnus Rex Sueciae illustris per suos speciales nuncios et literas intimauit, quaedam gentes, quae Kareli et Ingridi nuncupantur, regno suo vicini, immo ex vna parte contigui, recognito suae infidelitatis errore, dicto Rege, quem pro suscipienda fide Christiana in eorum auxilium specialiter inuocarunt, ipsos ab insultibus et oppressionibus, quibus Rutheni catholicae fidei inimici eos frequentius affligebant, manu valida protegente, eandem fidem susceperant et baptismum; isdem Rutheni ex hoc ad eorum exterminium aspirantes, et post eiusdem Regis ab inde recessum ex inopinato in eos ac alios Christianos partium earundem, pro dictae nouellae plantationis defensione de ipsius Regis mandato inibi consistentes, crudeliter saeuientes, alios eorum gladijs, alios suspensos ad arbores, alios vero canum moribus laceratos, et alios eorum incredibilibus tormentorum generibus occiderunt, et reliquos Careleos et Ingros superstites in crudelem et horrendam seruitutem redactos redire ad erroris caecitatem pristinam compulerunt; idemque Rex propter nimiam mortalitatis pestem, quae in illis partibus his temporibus superuenit, adeo est hominibus destitutus, quod ad propulsandum eorundem inimicorum molimina non sufficit per seipsum. Cum igitur contra huiusmodi fidei inimicos tanto efficacius sit a viris Deum timentibus insurgendum, quanto maioribus ecclesiam Dei damnis affligere cupiunt, qui fidem eandem confundere tam detestabili crudelitate nituntur; nos, ipsius Regis supplicationibus inclinati, fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus viros catholicos in regno praedicto et vicinis insulis postos, vt contra eosdem infideles crucis signaculum assumentes ipsos viriliter et potenter expugnent, exhortationibus salutaribus inducat; nos enim attendentes, quod tanto gratior est defensio fidei, quanto ceteris virtutibus animae fides debet pretiosior reputari, de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, illam ob id assumentibus signum crucis concedimus veniam peccatorum, & ipsos ea volumus immunitate gaudere, quam habituri essent; si in terra sancta subsidium personaliter transferrent. Dat. Avin. 11. id. martij anno 12. Data eadem imperia Nidrosiensi b & Lundenfi c archiepiscopo, eorumque suffraganeis episcopis, vt e Norvvegia & Dania cruce signati exercitus subsidiarij ad restituendam rem Christianam educerentur, cum Suecia ab epidemia sauitiam viris exhausta esset.

35 Grassatam in septentrionalibus oris hoc anno pestem, refert etiam Albertus Crantzius d, atque apud Praedicatorum Lubicenses quodam phantasmate morituro virorum religiosorum numerum praedictum narrat: An-

Indicta in eos in tribus regnis religiosa milita.

In Li. huanam sublata signa.

a Magreb. Vall. l. 2. c. 72. Septentrio vexatus ab infidelibus.

Aug. 1. p. 2. ep. d. herfar. formpop.

Vt Careli & Ingridi fide Christianam susceperint.

A Ruthenis oppressi sunt.

Expediti a Mage Rege pificium auxilium.

Indicta Clemente re cruce taxo expeditio.

Propositio venit ipsam inta ru.

b 16. 4. 910. c 16. 4. 911. Norvvegia & Dania ad idem genda ma conuata.

d Crantz. Vol. 1. c. 19. Pestis morituro depaia.

An-

nata, inquit, erat quinquagesimus primus post mille trecentos, cum grandis ubique per Germaniam seniret epidemia. Lubica tum prasagium mirabile ferunt moriturorum extitisse in conuentu Prædicatorum: quod nouitate sua narrationem a nobis impetravit. Audiuit frater ex conuentis, qui curam haberet præ ceteris coquina, nocte una subter se, cum in strato esset, in hospitali domo strepitum, & interea vocem loquentis ad fenestram coquina: Coque para cibum abituris fratribus. Et ille desinit: Quot sunt transituri? Tum ille: triginta sex de conuentu, & duo aduena cum illis profecturi. Miratus ille frater de intempesta noctis cibo, & quod illi talium rerum curam habenti nihil tale esset a priore infinuatum, cepit cum horrore cogitare esse phantasticam rem, que gereretur. Tum curiositate ductus, de que lecto surgens, intuetur per foramen, quod visum admittobat in domum hospitalem. Videt affidere mense in albis numerum fratrum, quem audierat, velatis frontibus, ut fieri solet iam tumuladis. Horrens de visionis forma, redit in stratum, nec erat cui rem detegeret: sed cum euentus omnia probasset, funeratis triginta sex de conuentu fratribus & duobus, qui de Hamburgo venerant, iam palam edixit que ante vidisset.

36 Admiratione etiam dignam est, quod Ioannes a Leydis Carmelita refert a apud Delphos conspectum prodigium, ex quo commendatam hominibus Deiparæ venerationem colligitur: Eodem, inquit, anno frater Suicon Col, & alius Ioannes filius Andreæ famulus cuiusdam pellifici in oppido Delfensi ambulantes pariter in foro campo eiusdem oppidi, cernebant quandam pulchram ecclesiam in sublimitate aeris super locum illum, in quo nunc stat noua ecclesia in Delft. Ista visio per triginta annos circa festum purificationis B. Mariæ semper in aere apparuit. Tandem fabricata est ibidem lignea ecclesia in honorem B. Mariæ virginis, & imago eiusdem B. Mariæ virginis per miraculum inuenta ponitur in eadem ecclesia.

Tradit idem auctor b, apud Vvalachriam insulam Hollandiæ obiacentem maritimo & cruento prælio certatum inter Margaritam comitissam Hannoniæ, atque eius filium Vvillum Hollandiæ comitem, in quo filium mater deleuit: aduersæ enim Hollandorum factiones impulerant, vt naturæ leges violarent. Inflammavit ea clades victos, vt vltionem expetitur maiori furore bellum instaurant: paulo enim post apud Mosam iterum collata signa c, tantaque pertinacia animorum, vt mutux maxime strages sint editæ. Vvillimus demum alternante victoria Margaritam matrem profligavit, quæ in Angliam ad Philippam Reginam sororem fuga se contulit. Tantus vero Christianus sanguis in hoc funesto prælio effusus est, vt tribus diebus Mosam in æstu ac recessu cruentus fluxisse conspectus feratur. Dum vero aduersæ commissæ essent acies, certamen beatæ Gertrudi diuinitus significatum, atque eius precibus partam Vvillimo victoriam refert subiectis verbis vitæ illius auctor d: Anno salutis millesimo trecentesimo quinquagesimo primo Imperatrici, nimirum Ludouici Bauari vidua, cum filio suo duce Vvillimo in Mosam prælium commisit. Sentiens autem Gertrudis in spiritu periculum, quod iam imminabat (erat vero per id tempus cum sororibus in urbis templo) toto corpore se prosternens, hortabatur sorores, vt orarent: Iam enim, inquit, prælium ad Mosam committitur, & orandi tempus est. Paulo post, commisso prælio, ait ad Beginas: Laudemus Dominum, sorores meæ, nostris enim

cessit victoria. Agunt de hoc bello præter Batauos scriptores, Albertus Argentinensis a, Henricus Rebdorfius b, & alij c: e quibus Meyerus addit d, tumultus graues Leodij concitatos, ciuibus aduersus Engilbertum episcopum principem rebellionem mouentibus: sed victos prælio ad obsequium compulsos.

Exortum etiam graue bellum in Vvestrania inter Mariam ducissam Lotharingiæ, & Iolandam comitissam Barrensem huiusque federatos Metenses: quod cum plures alios principes quadam contagione correpturum videretur, Pontifex vt malis imminetibus mederetur, Guillelmum Puichon Mogontinæ ecclesiæ præpositum apostolicum internuntium creauit & ad sopiendamque discordiam xv. non. decembris iussit incumbere.

37 Adhibuit etiam Christi vicarius apostolicos conatus ad pacem Anglos inter & Francos conciliandam. Sed dum pacis rationes omnes explorat Pontifex, induciæ antea initæ ab Anglo violatæ sunt f, Guisnarum arce dolo occupata. Ex quo noua controuersia recruduit, quæ in pontificis curia agitata est.

Nec minus asserendæ in Gallijs religioni, quam restituendæ paci studuit Clemens. Florebat pius mos, quem S. Ludouicus clarissimum Regum exemplar a Romano Pontifice induci curauerat, vt censores fidei ad subscentes hæreses euellendæ & Gallijs excubarent. Cuius propagandi moris ergo, cum apud Andegauenses in terminis fuisset, Clemens causarum fidei in Gallia cognitori Dominicanæ familiæ religioso viro ius contulit, g vt Andegauis, quemadmodum in finitimis prouincijs censuram fidei exerceret: quod diploma a nobis asserendum visum est, ad obstruenda eorum ora, qui temere effatiunt, inquisitionis sacra tribunalia nunquam in Gallijs posita fuisse.

Clemens, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Nuper pro parte dilecti filij prioris fratrum ordinis Prædicatorum prouincialis prouinciæ Franciæ iuxta morem dicti ordinis nobis extitit intimatum, quod licet . . prior dicti ordinis eiusdem prouinciæ Franciæ, qui est pro tempore ab antiquo, potuisset (prout potest) per specialia priuilegia sedis Apostolicæ ordini prædicto concessa certum numerum fratrum dicti ordinis ad exercendum in regno Franciæ inquisitionis officium deputare; quia tamen postmodum felicitis recordationis Nicolaus Papa IV. prædecessor noster fratribus dicti ordinis inquisitoribus prauitatis eiusdem, tunc in dicto regno deputatis auctoritate apostolica & ex tunc in posterum deputatis, huiusmodi officium inquisitionis committens, comitatus & terras claræ memoriæ Caroli Regis Siciliæ tunc viuentis excepit; dilecti filij inquisitores prauitatis eiusdem per dictum priorem, tunc, & qui fuerunt in posterum ad huiusmodi inquisitionis officium in dicto regno vigore priuilegiorum huiusmodi deputati in Andegauia & Cenomanensi comitatibus atque terris in dicto regno consistentibus, qui tunc eiusdem Regis existere noscebantur, etiam postquam dictus Rex & ipse in regno Siciliæ heredes habere desierunt dictos comitatus & terras, præfatum inquisitionis officium dabiturunt & dubitant in dictis terris & comitatibus exercere: propter quod in eis errores & hæreses possent multipliciter pullulare.

Nos igitur, attendentes quod plurimum.

a Alb. Arg in chron. b Rebdorf. in annal. c Meyer hist. Flan. l. 13. Trishem. chron. Sponhem. & alij. Bella in Vvestrania d Meyer. super lib.

e To. 10. ep. sect. pag. 11. Nauata. opera pro redintegranda. Anglos inter & Gallos pace. f Mart. Vill. l. 2. c. 49. Frossar. hist. l. 1. Paul. Admil. & alij.

g An. 10. l. 2. p. 2. d. uersam for. mar. 206.

In Gallijs posita adue. sus hæreticos tribuna. lia.

Offensus prodigio moriturorum Prædicatorum numerus.

1. 1. a. Lyd. l. 29. 110.

Offensum apud Delphenes.

1. 1. c. 11.

Hollandi inuestiois duffensio. nibus Te. laniane. 1. 1. 19.

1. 1. d. 7. 110.

Parta Vvillimo S. Gertrudis precibus victoria.

periculosum existeret, si huiusmodi prauitate reserpsi (quod absit) in eorum pertinacia locum refugij inuenirent, dilectis filijs Guillelmo militis dicti ordinis professori & in sacra theologia magistro, ac alijs fratribus dicti ordinis inquisitoribus prauitatis eiusdem in regno Franciæ, qui nunc sunt, & quos in posterum vigore priuilegiorum huiusmodi deputari contigerit, vt præfertur, qui in dictis comitatibus atque terris dictum inquisitionis officium contra hæreticos præmissis nequaquam obstantibus, seruatim tamen Viennensis concilij & alijs constitutionibus apostolicis super hoc editis, exercere valeant, prout in vicinis terris, Turoniæ videlicet & Pictauis, per priuilegium ipsius prædecessoris est fieri consuetum; plenam & liberam auctoritate apostolica tenore præsentium licentiam elargimur. Nulli ergo, &c. *Datum apud Villamnouam Aauionensis diocesis vi. kal. octobris anno x.* Dum viguit cenforum fidei auctoritas, religionis splendor ab hæreticis obscurari non potuit: at vbi politicorum vitio spargendarum hæreson licentia permissa est, maduit suorum cruore Gallia, innumeræq; simplices animæ erroribus irretitæ, quotidie tristes inferorum exuuiæ fiunt. Accendat Deus pristino pietatis ardore eos, qui sacrum veterem morem in Gallias reuocare, immortalesque ex eo triumphos sibi comparare possunt. Sed ad institutam historiæ seriem redeamus.

38 Vergente anno Clemens correptus grauius morbo, parto ex maligno humore, quo suffusa facies admodum intumuit, & in discrimen salutis adductus, ex quo tamen euasit, vt felicius ad piam mortem se compararet, exemplo Ioannis XXII. edito diplomate promulgauit a, a se omnia, si quæ forsitan ante adeptum pontificatum vel eo gesto non consentientia cum fide catholica ex lingua præcipitis lapsu protulisset, reuocari.

Clemens, &c. Ad futuram rei memoriam.

Quamuis ille pius omnium Conditor & redemptor in se sperantium informet & dirigat actiones, & mentis nostræ tenebras luce suæ veritatis illustrans, eas ab inuio præseruet erroris; quia tamen quandiu carnis hoc velamine tegimur, antiqui hostis, cum quo nobis assidua pugna est, dolos & artes sic confutare non possumus, quin interdum ex carnis fragilitate peccemus, cum infans, cuius vnus diei super terram vita est, peccati labem vitare non possit; nos qui inter peccatores peccator viximus, infirmitatem nostram penitentia passibus metientes, si quæ dudum in minoribus constituti, & postquam ad fastigium apostolicæ dignitatis diuina bonitas dignanter potius quam digne prouexit, nos disputando, legendo, prædicando, aut alias catholicam veritatem & fidem, vel bonos mores ex lapsu linguæ præcipitanter forte protulimus, reuocamus & volumus pro reuocatis haberi: & ea omnia sedis Apostolicæ auctoritati supponimus & submittimus corrigenda. Nulli ergo, &c. *Dat. Aui. vii. id. decembris anno x.* Neque ex hoc obganniendi occasionem sumant nouatores, Pontificem eiusdem testimonio errare posse: vt priuatos enim, cum suam promunt sententiam ex imbecillitate humani intellectus eos falli posse non repugnat, vt iam dictum est: nullatenus vero errare posse, cum decretoria fidei sententiam, ab vniuersa tenendam ecclesia proferunt, ob singulare Spiritus sancti præsidium, quod a Christo Petro eiusque successoribus promissum est, de quo pluribus theologi,

39 Consulturus etiam tam futuri successoris electioni celebranda, constitutionis a Gregorio X. late vigorem temperauit, sanxitque a ad Cardinalium gratiam, vt in conclau famulum haberent, atque eorum mensæ vnum ferculum carniū vel piscium apponeretur; qua de re hæc eiusdem Pontificis vitæ auctor: *Præfatus insuper Papa laxauit, seu verius mutauit constitutionem Gregorij Papa X. Vbi manus de elect. libro sexto editam super illis, qua Cardinales habent obseruare, quando sunt inclusi in conclau pro electione Romani Pontificis celebranda, &c.* Recensere pergit auctor præcipua capita illius constitutionis, quam ex pontificio regeſto adducimus b.

Clemens, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Licet in constitutione a felicitis recordationis Gregorio Papa X. prædecessore nostro, super electione Romani Pontificis edita in concilio Lugdunensi, inter cætera caueatur expresse, quod si eundem Pontificem in ciuitate, in qua cum sua curia residebat, diem claudere contingat extremum, Cardinales in palatio, in quo idem Pontifex habitabat, omnes conueniant, & in eo singuli singulis tantummodo (nisi illi quibus ex patenti necessitate duo permittuntur) huiusmodi contenti seruientibus clericis vel laicis, prout elegerint, vnum conclauē, nullo intermedio pariete vel alio velamine, inhabitent in communi, & quod diebus certis non facta prouisione de pastore decursis, panis, vinum, & aqua tantummodo eidem Cardinalibus, donec subſequatur prouisio, ministrentur; quia tamen, sicut frequenti multorum assertionē, & in Cardinalatu constituti percepimus, nonnulli ex Cardinalibus ipsis in obseruatione constitutionis ipsius grauari alias nimium extiterunt, multique ex ipsis duos in dicto conclaui habuerunt seruientes non absque scrupulo conscientia propter ambiguitatem dictorum verborum, videlicet quibus ex patenti necessitate duo permittuntur haberi, in dicta constitutione, vt præmittitur, contentorum; nos prouidere super ijs cupientes, ex his & certis alijs causis rationabilibus, quæ nostrum in id animum induxerunt, rigorem constitutionis ipsius, & etiam ad fratrum nostrorum supplicationem in his prouidimus temperandum; auctoritate apostolica, statuentes, quod Cardinales postquam conclauē huiusmodi seu clausuram pro dicta celebranda, electione intrauerint, singuli duos seruientes tantum clericos vel laicos, prout duxerint eligendos, ac insuper singulis diebus præter panem, vinum, & aquam in prandio vnum & in cœna vnum dumtaxat ferculum carniū vnus speciei tantum, aut piscium seu ouorum cum vno potagio de carnis vel piscibus principaliter non confectis, & decentibus salsamentis habere valeant, vltra carnes salitas & herbas crudas ac caseum, fructus seu electuaria, ex quibus tamen nullum specialiter ferculum conficiatur, nisi ad condimentum fieret vel saporem. Nullus vero eorum de alterius ferculo vesci possit. Liceat etiam eis ex decencia honestatis habere in clausura huiusmodi, cum in lectis causa quiescenti vel dormiendi esse voluerint, dumtaxat intermedia, seu velamina simplicium solummodo cortinarum, prædicta felicitis recordationis Clementis Papæ V. prædecessoris nostri & alijs constitutionibus apostolicis contrarijs, quibus per hoc in alijs derogari nolumus, non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo, &c. *Datum Aui vii. idus decembris anno x.*

Gregorij X. lex de conclau temperata. a Gesta Clem. VI. apud Bosq.

Sto. 10. 19. sac. pag. 124. G. M. S. cri. mon. Vat. fig. n. 4737. in bullar. in Clem. VI. cons. Quædam illa fuerit.

Mitiga. de illi. causa.

Exercen. de in hæreticos inquisitionis necessitas.

Clemens graui morbo tentatus.

Sto. 10. 19. sac. pag. 123.

Dicta sua omnia ecclesie decretis submittit.

40 Migravit in caelos hoc anno B. Conradus Placentinus, qui vitam eremiticam in nemore apud Netinam Siciliae urbem diu coluit, ubi magnis miraculis ac sanctitatis apud omnes opinione claruit: cuius gesta ad Cardinalem Baronium ex Netinae ecclesiae monumentis subiecta forma concepta transmissa sunt: *Beatus Conradus heros Placentinus apud Netum urbem Siciliae celeberrima natura cessit undecimo martii anno a Christi natali MCCCLI. Cuius vita a rebus gestis fuit vehementer admirabilis. Innotescere coeperunt sua virtutis primordia, cum seipsum prodens, innocentem virum servavit a laqueo, qui metu quaestionis incendij crimen a Conrado commissi confessus traheretur ad necem. Ut primum vero damnatum passis iura persolvit, ita cum uxore egit, ut in monasterio dimissa, caterisque rerum temporalium curis abiectis, pie peregrinationi se accinxerit. Panormum primam Siciliae urbem appulsus, auditoque Netinos multarum virtutum gloria praeceteris commendari, apud hos sibi vivendum duxit, & in arduam eremum extra moenia ad tertium lapidem se contulit; videri aut Netum aut Hiberniam tibi emendicandi gratia prodibat. Multos ibi annos, humi cubans, ieiunio, oratione, aliisque corporis & spiritus exercitationibus adeo profecit, ut nutritus pane caelesti non oportuerit amplius exire. Nec desuere mirabilissimae virtutis signa, & acquisita divina gratiae effectus, dum varias demonum tentationes, & carnis oblectamenta fortiter exuperat atque domat. Plurima longe abdita praesensit, praedixitque: morbo gravatos mirabiliter sanavit, esurientes panibus angelico ministerio formati refecit, et ab inimicis certa cladis periculis suos devotos subduxit. Et ubi mortali vita fines impendere praenovit, Neti Eucharistia desumpta, confessorium suum rogavit, ut perendie in eremum se conferret: quod ubi effecit, detegit illi Conradus imminere sua mortis horam, aperuitque funeris consilium, futurum enim erat, ut Hiberniae & Netini, intra quorum fines fuerat commoratus, de corpore apud se sepeliendo contenderent, moneretque quomodo certamen ad arma progressum sua prudentia dirimeret: seque velle, offerri, ut Neti in divi Nicolai ipsius urbis patroni tumulo mandaretur.*

Dum haec colloquuntur, praesentens horam, vidit in antrum suum, & coram Crucifixi imagine totum se Deo commendat. Tum, mirabili splendore locum illustrante, animam Deo reddidit. Perterritus autem presbyter accessit, diuinoque genuflexum, ac si adhuc orationi instaret, reliquo vero corpore erectum comperit, gravique luctu afflictus tanti viri iacturam deplorabat. Interim Neti & Hiberniae campanae, nullo pulsante, crebro concursu defunctum lugebant. Netinos inde ac Hibernenses, qui campanarum ex sese sonantium strepitu perciti accurrerant, & de cadaueris possessione dimicabant, nec tamen ulla sanguinis effusione laduntur Conradum precibus, ut antea praedixerat, presbyter verbo & opere sedavit. Cumque Netum gestaretur, plures agros etiam ab hermia laborantes beati viri operam implorantes pristinam receperunt valetudinem: multoque maiora edita sunt miracula, cum Iacobus Humana episcopus Scutarensis Leonis X. Pontificis scripta, quo concessum est divi Conradi reliquias posse coli, & per urbem circumduci, & festum celebrari, dato Roma XI. iulij anno salutis MDXV. primum festum instituit. Nec cessat quotidie divinae virtutis operatio huius beati merita patefacere, praesertim cum XI. kal. martij per urbem Netinam circumducitur; unde vel extra Syracusanam dioccesim

eius festum, ut aliorum beatorum, quos nondum in sanctorum numerum ecclesia retulerit, posse celebrari & venerari, Paulus III. mandavit. Datum est diploma anno salutis MDXLIV. kalend. novembris. Fuit Conradus statura procerus, forma elegantissimus, aspectu magnanimus, sermone gravis et facundus. Eius corpus in argentea arca reconditum apud Netinos in ornatissimo tumulo et sacello conservatur, ubi quotidie divinae virtutis signa experimur. Et infra: Pro veritatis certitudine et informatione illustrissimi et reverendissimi domini Caesaris Baronij S. R. E. Cardinalis praesens summarium vitae et mortis et miraculorum beati Conradi transcribit, et urbis Neti sigillo communiri fecimus. Datum Neti diocesis Syracusanae die XXI. mensis ianuarij 10. indicti. MDLVI. Propagata est annorum flexu B. Conradi gloria innumeris beneficiis eius ope populis ad illius reliquiarum venerationem confluentibus collatis: quas cum Guillelmus Syracusanus & Iacobus Scutarensis episcopi, sepulchro referato ex data ipsis a Leone X. provincia, inspexissent circumfusa cleri populique multitudine, illius corpus corruptionis expertum inuentum, atque ex eo fragrantissimum odorem halasse publicis documentis a testati sunt: Cum clero, inquit, & populo processionaliter ad capsam, in qua corpus ipsius Conradi supra centesimum & sexagesimum annum repositum fuerat accedentes, capsam ipsam aperiri iussimus: qua referata, tanta odoris fragrantia per totum templum illud diffusa est, ut omnium aromatum odora ibi recondita viderentur. Vidimus & manibus nostris contrectavimus caput & brachium unum dumtaxat a corpore separatam (quod quidem brachium thesa argentea coopertum in eius honorem populo ostendi religiose consueverat) reliquum vero corpus cum ceteris membris suis integris ad invicem coherentibus & annexis carne vestitum a die depositionis & obitus ipsius Conradi supra centesimum & sexagesimum annum, ut superius dictum est. Has itaque beatas reliquias in eadem capsula iterum reconditas cum clero & omni populo processionaliter efferré iussimus, et honorifice conduci ad templum sacratissimi Crucifixi, ubi salvator noster Iesus Christus miracula evidentissima ostendere dignatus est: nam nonnullos, qui fracturas et viscerum dissolutiones in inguine patiebantur, sub capsula reliquiarum devote orantes statim sanitatum beneficia receperunt. Nos itaque apostolica auctoritate, qua in hac parte fungimur, tam ipsi habitatoribus praelibata civitatis Neti, quam omnibus quibuscumque alijs Christianis utriusque sexus, ut eundem B. Conradum, prout ceteros beatos confessores nondum canonizatos venerari, illiusque festum die XXI. mensis februarj, in quo die migravit hinc ad Dominum, per nos deputatum celebrare, et omnia et singula alia in praemissis et circa praemissa necessaria seu quomodolibet opportuna, facere libere et licite possint et valeant, licentiam, et facultatem perpetuo concessimus: ac etiam, quod dictum beatum corpus efferré et processionaliter per civitatem ipsam Neti conduci possit, etc. Dat. Neti xxv. die mensis augusti 111. indiction. MCCCXXV. etc.

Extant apud v. v. d. 10. 4. m. 1351. n. 31 Eius reliquiae suavitissimum odorem spirant.

Reverentia pluribus agris valectudo.

IESV CHRISTI

Annus 1352.

CLEMENTIS PP. VI. CAROLI IV. ROM. REG. 7.
annus II. IO. PAL. 12. & IO. CAN. 6. IMPP.

I Neunte anno a virgineo partu quinquagesimo secundo supra millesimum trecentessimum quinta indictione conciliata est in pontificia aula Clementis VI. studio pax inter Ludouicum & Ioannam coniuges Siciliae, ac Ludouicum Vngariae Reges ijs pactionibus, vt Regina Vngaro trecenta aureorum millia ob sumptus in bello factos refunderet, Vngarus vero omnes vrbes & arces, quas etiam tum in citeriore Sicilia obtinebat, pontificiae fidei committeret, praesidiariasque copias e regno euocaret: ac tam Robertus princeps Tarentinus & Philippus frater, quam Ludouicus & Robertus Dyrrachini in libertatem vindicarentur: quae leges ratae habitae a Clemente, atque apostolica auctoritate confirmatae. Quibus compositis, praeter omnium expectationem Ludouicus Vngariae Rex magnifice regiam liberalitatem explicuit: illius enim oratores ex arcanis imperijs regio nomine sunt professi, Vngariae Regem non auri cupiditate, sed iustissimae vindictae de Andreae fratris nece petendae voluntate ad bellum concitatum; iraque iam placata, & bello abfistere, ac sibi pacta trecenta aureorum millia repudiare: ex qua magnificentia magnum apud omnes decus collegit. Recensentur haec fusius a Matthaeo Villano a, pontificiisque ad Ludouicum Regem ac Ioannam Reginam Siciliae literis kal. februaryi datis confirmantur, quibus restitutam inquieto regno serenitatem, ac Regis Vngariae liberalitatem, tum Bracharensem archiepiscopum & Petrum e S. Martiale ad recipiendas in pontificiam fidem arces, quas Vngari praesidio militari occuparent, missos significauit b.

Clemens, &c. Ludouico Regi & Ioanna Regina Siciliae illustribus.

Miserator Dominus, qui misericordias suas etiam cum iratus fuerit continere nescit, sollicitudinibus & curis innumeris, quas inter vos & charissimum in Christo filium nostrum Ludouicum Regem Vngariae illustrem exorta commotio nobis indixit, & calamitatibus, quibus occasione commotionis huiusmodi regnum nostrum miserabiliter fluctuauit, hucusque terminum posuit, & ipsius Regis Vngariae animum inclinauit ad pacem, ipsumque nostris beneplacitis conformauit, quod priori tractatu, cuius vobis formam & copiam misimus, non obstante, omnem summam pecuniae, quae vel pro parte sua petita vel sibi oblata fuerat, pro nostra & Apostolica sedis reuerentia repudiavit omnino: & per venerabilem fratrem nostrum Ioannem episcopum Vesprimiensem ac nobilem virum Vlticum de Vvolford comitem Caltriferrei nuntios & procuratores suos, quos cum sufficienti & speciali mandato ad infrascripta omnia peragenda ad nos & sedem Apostolicam destinauit, promisit nobis, quod ipse ciuitates, castra, fortalitia, & loca qualibet alia dicti regni, quae per eiusdem Regis stipendarios & gentes, aut quosuis alios suo nomine inibi detinentur, cum munitionibus existentibus in eisdem in manibus nostris seu venerabilis fratris nostri Guillelmi archiepiscopi Bracharensis & dilecti filij nobilis viri Petri domini de S. Martiale mili-

tis Lemouicensis diocesis, quos ad hoc duximus deputandos, vel alterius eorum recipientium, nomine nostro expedite ponet ad faciendum, disponendum, & ordinandum de illis libere pro nostrae arbitrio voluntatis; & quod bona fide curabit & faciet cum effectu, quod stipendiarij Vngari & alij equites & pedites, ac gentes huiusmodi & quicumque alij in eodem regno, praesati Regis nomine commorantes, de dicto regno & qualibet eius parte recedent infra tres menses a data literarum nostrarum super hac confectarum materia computandos; quodque dilectos filios nobiles viros regalis domus vestrae, quos ipse detinet, & quos dicti episcopus & comes procuratorio nomine praesati Regis ex tunc verbo libertatis beneficio donauerunt, plenarie ac effectualiter pristinae restituet libertati, &c. *Dat. Avin. kal. februaryi anno x.*

2 Adiecta ea caeteris foederis legibus fuerat, vt Pontifex censuras omnes dissolueret, quibus Ludouicus Rex Vngariae, illato bello Siciliae regno sedis Apostolicae beneficiario contemptis pontificijs contrarijs edictis, se irretierat: quam legem Clemens implere non distulit; datoque mox diplomate, omnes iniurias ecclesiae rei Siciliae causa inflictas remisit: ac tum Vngariae Regem, tum omnes illius sequaces censurarum nexu solutos pristinis iuribus restituit a; addiditque daturum se operam, vt Ludouicus Siciliae Rex & Ioanna Regina omnes iniurias ijs remitterent, qui partes Vngariae Regis essent amplexi: ac vicissim Vngarum sollicitauit, vt Ludouicum Regem Siciliae vt sanguine coniunctissimum, quae par erat beneuolentia, complecteretur b. Tentarant Vngari duces c, qui arces praesidio militari infederant, ac proceres Neapolitani regni, qui Vngaricis partibus se addixerant, Ludouici animum ab inito foedere abducere: verum ille pontificijs vris et monitis morem gessit; de quo acta illi a Clemente gratia a conuersaque apostolicae curae fuerunt ad restituendum Siciliae pristinum splendorem. Reuocata in primis Pontificis edicto ad regios apices e iura, quae a Ludouico & Ioanna fuerant alienata: adacti iterum sacramento in Ioanna verba regni ordines f; & Guillelmus archiepiscopus Bracharensis Apostolicae sedis internuntius solemniter ritu Ludouicum et Ioannam sacro linire balsamo ac regia corona redimire iussus g.

3 Ad praefocanda vero in ipso fomite ciuiliu bellorum semina, quae ex ambiguis iuribus oboriri possent, promulgatum ab eodem internuntio, successione hereditariae ordinem pactionibus cum Carolo I. initis constitutum non confundendum, nullaque Ludouico ex regia inunctione noua iura comparatum iri. Tum sancitum a Clemente, si Reginam sine liberis praemori contingeret, sceptrum ad Mariam et liberos transmittendum: exactum etiam a Ludouico, vt ante regia sacra suscepta profiteretur, nunquam a se, si quid humanitas Ioanna Reginae accideret, Franciscam filiam, aut Mariam, aut liberorum iura labefacturum iri: de quibus omnibus apostolicum hoc decretum editum est.

Clemens, &c. Guillelmo episcopo Bracharensi A. S. N.

In primis declaramus, quod non est intentionis nostrae, quod per concessionem tituli et coronationis regiae dignitatis, ac inunctionis et frater, vel dictum archiepiscopum Beneuentanum

Restituta Neapolitano regno pax, & quibus legibus.

Vngarus pactam auri vim remittit.

a Matth. Vill. l. 2. c. 65.

b To. 10. ep. secr. pag. 851.

Spodet se ex arcib' praesidia educaturu.

Soluti iuris eorum Siciliae inuadit
a 114
b 114
c 114
d 114
e 114
f 114
g 114
exc-

executioni mandandam, ac per obtentam et habitam per dictum Ludouicum regie dignitatis denominationem, inunctionem, et coronationem, qua liberaliter et benigne per nos conceduntur eidem, aliquod ius sibi in regno et terris predictis in dominio, proprietate, seu possessione aliquo modo propterea acquiratur: immo volumus et declaramus expresse, quod ius et modus succedendi in regno et terris eisdem in eodem statu, quantum ad dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Franciscam Regis et Reginae filiam, et quousvis ex ipsis Rege et Reginae liberos nascituros, quorum causam seu iura in successione regni ipsius iuxta formam conventionum constituerit potiora, ipsum Regem, ac dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Mariam sororem Reginae predictae, liberos suos, seu quousvis alios remaneant, et in omnibus et per omnia perseuerent, in quo et sicut essent iuxta pacta et conventiones inter ecclesiam et dictum Carolum Regem Siciliae habita, ac si concessio predictorum per nos facta minime extitisset, et dictus Ludouicus inunctus et coronatus per concessionem nostram huiusmodi non fuisset.

Item ordinamus & volumus, quod si contingat supradictam Reginam sine liberis ipso Ludouico superstitite decedere, & regnum & terras eadem ad predictam Mariam, liberos suos, seu quousvis alios debere iuxta pacta & conventiones predicta vel alias quomodolibet peruenire, dictus Ludouicus se tunc de regno Siciliae & terris predictis directe vel indirecte per se vel alios nullatenus intromittat, nec virtute seu preterito inunctionis & coronationis predictae se Regem Siciliae verbo vel literis nominet, vel faciat per alios nominari: saluis tamen eidem Ludouico iuribus in terris suis, seu de iure hereditario vel alias debite & legitime acquisitis, & alijs quae ipsum iustis titulis in dictis regno & terris acquirere legitime contingeret in futurum. Ferimus etiam in ipsum Ludouicum excommunicationis sententiam, & imponimus eidem poenam priuationis omnium, quae habet & est habiturus infra regnum & terras predicta, si in casu illo se de regno & terris eisdem intromiserit, vel se Regem Siciliae nominauerit, vel fecerit nominari. Mandamus insuper omnibus venerabilibus fratribus nostris archiepiscopis, episcopis, & ceteris ecclesiarum praelatis & personis ecclesiasticis, ac dilectis filiis principibus, ducibus, comitibus, & baronibus, & alijs singularibus personis sub excommunicationis; nec non vniuersitatibus ciuitatum, castrorum, & aliorum locorum regni & terrarum predictorum sub interdicti penis, quas eos & eas, qui & quae contrarium fecerint, incurrere volumus ipso facto, vt in casum illum dicto Ludouico tanquam Regi directe vel indirecte, publice vel occulte, non obediunt, pareant, vel intendant, vel eum pro Rege Siciliae facto, scripto, vel verbo habeant, teneant, vel nomen quoquo modo.

4. Item volumus & ordinamus, quod dictus Ludouicus, antequam inungatur & coronetur, sub publico instrumento sigillo tuo regio sigillato constiteatur & recognoscat, quod ipse, qui ex benignitate nostra & sedis Apostolicae assequitur & obtinet denominationem & titulum regie dignitatis, & inunctionem & coronationem predictas, virtute inunctionis & coronationis huiusmodi non intendit aliquod ius sibi propterea in eisdem regno & terris acquirere: & vult

quod ius successione ipsorum regni & terrarum in illo statu, quantum ad predictas Franciscam & liberos ex ipso & dicta Regina in posterum nascituros, & Mariam, liberos suos, & quousvis alios remaneat, & per omnia perseueret, in quo erat antequam predicta concessa fuissent, & ipse Ludouicus inunctus & coronatus auctoritate sedis Apostolicae extitisset. Et ulterius ipse Ludouicus se obliget efficaciter, iuramento praestito, ad obseruationem predictorum. Et nihilominus ad perditionem omnium, quae habet & est habiturus infra regnum & terras predicta, sententiam excommunicationis in se recipiat, si in casum, quo eo superstitite dicta Regina sine liberis decederet, & ad saepesatam Mariam, liberos suos, seu quousvis alios eadem regnum & terras secundum pacta & conventiones, vt praedictum, facta & habita, vel alias contingeret deuenire, de regno vel terris ipsis aliquo modo intromitteret, vel se Regem Siciliae nominaret, vel ab alijs se faceret nominari, &c. Dat. Auin. kal. februarij anno x.

5. Vt horum libertati ac iuribus Pontifex consultum voluit ad praefocanda bellorum semina, ita ipsius Ludouici alia iura non laxum iri sanxit: pronuntiauitque Ludouicum filijs Ioanna Reginae superstitibus sine prole obeuntibus in regno successurum: Si continget, inquit, dictam Reginam praefata Franciscam vel alijs liberis relictis se superstitite tolli de medio, ipsique Francisca seu alij liberi sine prole legitima more ventur, successio in dictis regno et terris iuxta tenorem dictorum patrum & conventionum ad te tanquam ad proximorem debeat pertinere. Dat. Auin. xii. kal. februarij anno x.

Nec defuit tuendis ecclesiae iuribus Pontifex: Ludouicum enim Regem ac Ioannam Reginam obstrinxit, vt in regie inunctionis celebritate sacramento sponderent, eade seruaturus, quae ipse de limitibus Beneuentis definiendis, vt in pactationum cum Carolo I. tabulis cautum erat, constituisset: ac Guillelmo Bracharensi & Petro Beneuentano archiepiscopis munus demandatum, vt id sacramentum exigerent. Perfectam porro solemnem ritu regiam inunctionem Neapoli vigesimo septimo maij die, narrat Matthaeus Villanus: ac vergente anno dimissos ex Vngarico carcere principes, quod etiam Clementis successoris litera ostendunt. Fide, inquit, digna nobis insinuatio patefecit, quod charissimus in Christo filius noster Robertus Imperator Constantinopolitanus illustris, et dilecti filij nobiles viri Philippus de Tarento germani, et Ludouicus ac Robertus de Duratio consanguinei germani tui a carceralibus angustijs, quas innocentes sine causa diutius passi sunt per gratiam Dei, et interpositionem Romanae ecclesiae matris tuae liberi cito in regnum tuum sunt, praestante Domino, redituri. Datum Auinion. undecimo kalendas ianuarij anno primo.

6. Quod ad Ludouicum Regem Vngariae attinet; licet superiori saeculo praetensa antea in Siciliae regnum iura, quod e Carolo Martello Caroli II. maiore natu filio genus traheret, dimiserit; is tamen Salernitanum principatum, & Honorem montis S. Angeli, quem auns ac pater, tum etiam ipse gesserant, retinuit: quod etiam eius oratores sunt contestati coram Clemente Papa: qua de re diploma diuulgatum est. Expedire autem se e Siculo bello voluit, cum arma aduersus infideles & schismaticos maiori emolumento ventere, ac

Handwritten marginal notes in the right margin, including names and dates.

Eod. 10. ep. sec. pag. 147.

Ludouic & Ioanna ad constituta de limite Beneuentani agrada mittenda obstriti. b. Ead. pag. 148.

d. Matib. Vill. l. 3. c. 8. Summ. hist. Neap. l. 3. e. Matib. Vill. l. 3. c. 49. f. Lun. 2. ep. cur. pag. 6.

Reuentus ab Vngaro Salernitanus principatus.

To. 10. ep. sec. pag. 184.

Ludouico inunctionem regiam in casu non profuturam detenti.

Obstriti ad id profuturum Ludouico.

Dei hostes potius quam sibi coniunctissimos vexare finitimas prouincias Vngaricæ ditioni adiungere quam disunctum mari ac longo terrarum tractu regnum sibi subijcere, meditare-
 tur a. Laceffuerant etiam ipsum Tartari b, quorum conatus erant retundendi: atrox enim, fames ipsos coegerat, vt refert Matthæus Villanus b pristinas sedes abijcere, atq; in Proscelauiam magno terrore bellico irruerant: qui ne interiores terras penetrarent, vocatus in auxilium a Proscelauo Rege infideli cliente Vngaricæ regis Ludouicus, quadraginta equitum millia subsidia-
 ria misit, confertoque cum barbaris prælio, adeo acriter certatum, vt in cædendis Tartaris & vires militi, & arcubus sagittæ, & acies ferro defuerint: ob innumeram tamen Tartarorum multitudinem, non sine mutua clade, abscedendum fuit, vt maiores copiæ contraherentur. Tartari ob penuriam commeatus cæforum carnibus sustentarunt famem: cumque Reges Proscelauæ & Vngariæ maximo cum exercitu irruere pararent in Tartariam illi signa reflexerunt: cuius certaminis famam, Florentiæ mense aprili huius anni percubuisse, scribit idem Villanus. Et quidem in Tartaros bellum hoc tempore adornasse Ludouicum Vngariæ Regem, e pontificijs literis colligitur: cum is a Clemente flagitarit, vt quas vrbes ac prouincias infidelibus eriperet, Vngarico adiiciendis imperio, apostolica auctoritate confirmaret. Cuius votis Clemens annuit e ealege, vt nulli principes catholici aliqua in eam ditionem, ab ipso demandam armis, iura obtinerent.

*Clemens, etc. charissimo in Christo filio
 Ludouico Regi Vngariæ
 illustri.*

Ad ampliationem Christianæ fidei, catholicorum principum, ex quibus trahis originem, sequens imitanda vestigia, sic prout habet fidedignorum assertio, accendis & excitas zelum tuum, vt diuinæ potentie fretus auxilio, ad propellendum schismaticos & infideles alios regno tuo finitimos (ex quorum præsumptuosa nequitia, frequenter regnum ipsum, & habitatores eius passi sunt detrimenta) in manu forti proponas exurgere, & ad eorum elata cornua conterenda, tuam potentiam exercere. Nos igitur huiusmodi tuum laudandum in hac parte propositum, multipliciter in Domino commendantes, illudque fauoribus & rependijs apostolicis prosequentes, omnia & singula prouincias, ciuitates, castra, villas, fortalitia, & alia qualibet loca, quæ (præstante Deo) de manibus schismaticorum & infidelium eorundem potentia & manibus eripere, & potestati tuæ subijcere, fauente tibi dextera Domini, te continget, dummodo ex largitione apostolica vel alias in eis non sit alicui specialiter ius quæsitum, tibi ac heredibus & successoribus tuis auctoritate apostolica concedimus & donamus. Nulli ergo &c. *Dat. Auin. id. iulij anno XI.*

7 Occupato ita felicioribus bellis Vngariæ Rege, quieuit Sicilia citerior. At Pedemontio incubabat a Ioannes Vicecomes, Prouinciamque quætiebat e: ob Bononiam vero ereptam ecclesiæ sacris eiectus sedis apostolicæ gratiam ambebat f, vt Caroli Romanorum Regis Italica iura recuperaturi sociorumque Etruscorum impetus eluderet; tum inuasa flagitio: pactiois specioso titulo sibi vendicaret; de quo traduntur hæc ab anonymo M.S. Vaticanæ auctore g: *Huius tempore, inquit nimirum Clementis VI. dominus Lucinius de*

Vicecomitibus tyrannus Mediolani pene omnes ciuitates et terras Pedimontis occupauit: paulo post moritur. Dominus Ioannes suus germanus archiepiscopus Mediolanensis efficitur dominus Mediolani et omnium terrarum occupatarum per suas tyrannides. Hic Papa ipsum archiepiscopum et nepotes excommunicauit propter occupationem factam per ipsos de ciuitate et comitatu Bononiensi et Pedimontis: et postea pro pecunia ipsos absoluit. Refusa Pontifici centum aureorum millia ob sumptus in bello pro recuperanda Bononia factos, tradit Matthæus Villanus a quod pontificia syngrapha de ijs acceptis a Clemente Ioanni tradita, confirmat b, & ad stipulantur plures eius literæ c.

Subdit vero M.S. Vaticanum de Clemente: *Nec non concessit eis dictam ciuitatem pro duodecim annis futuris, dominium, et regimen nomine ecclesiæ, soluendo duodecim millia florenorum in anno quolibet camera Romana ecclesiæ.* De petita demisse a Ioanne archiepiscopo Mediolanensi patrati flagitij venia extant plura diplomata pontificia d, ex quibus præcipuum illud e est, quo rei gestæ series fusc describitur, vtque orator Mediolanensis mandata omnia superiori anno a Vicecomitibus ipsi data impleuerit: nimirum in publico Cardinalium senatu prouolutus in genua, Ioannis & nepotum illius Matthæi, Bernabonis, & Galeatij nomine de commissio in occupata Bononia, tentataque Imola crimine veniam flagitarit: exercitum ab Imolæ obsidione reuocare, Bononiam pontificijs præfectis tradere sponderit, inque redditæ possessionis speciem clauis portarum Bononiæ consignarit ea ferme verborum formula, quibus concepta mandata a Ioanne oratoribus data superiori anno attulimus: extantque alia Galeatij, Matthæi, & Bernabonis his omnino consentanea f. Ea vero officiorum significatione flexus Clemens censuras, quibus Vicecomites se occupata Bononia irretierant dissoluit: & eorum clientes & sequaces venia donatos sacrorum communioni restituit. Cæterum superiori diplomati hæc loci & temporis nota, adiecta est. *Datum Auin. v. kal. maij pontificatus nostri anno x.*

8 Vt rite etiam patrata facinora expiaret Ioannes archiepiscopus, cum ecclesiasticum ordinem attriuisset, exfluxissetque illius opes, quibus summo sacrorum antistiti bellum contra dignitatis suæ decus & officium iafferret; iussus est g a Clemente rapta flagitio eidem sacerdotibus restituere. Soluti ita censuris Vicecomites, oratoris opera a Clemente præfecturam Bononiensē sunt eblanditi ad annos duodecim, polliciti nummarium h & militare vestigal: nec non ad tuenda iura ecclesiastica singulare studium & constantiam: confectæque sunt plures aliæ pactiones, quas ex prolixiore diplomate pontificio de ijs conscripto i decerpemus, cum ex his plurima lux historiz ob secuta bella conuersionesque rerum, aspergenda sit.

Clemens, etc. venerabili fratri Ioanni archiepiscopo Mediolanensi nostro et ecclesiæ Romane in ciuitate Bononiensi eiusque comitatu et districtu ad eandem ecclesiā immediate spectantibus vicario, ac dilectis filijs nobilibus viris Matthæo, Bernaboni, et Galeatio de Vicecomitibus fratribus militibus Mediolanensibus.

In primis præfato nomine [nimirum Vicecomitum] nobis obtulerunt & efficaciter promiserunt, ac in vestras animas ad sancta Dei euangelia manu tacta corporaliter iurauerunt, quod pro vica-

a To. 11. ep
 Secr. pag.
 18.

b Matth.
 Vill. l. 2. c.
 72.

Tartari finitimas
 Vngariæ prouincias
 infestant.

Magna strage cæ-
 rorum
 carnibus
 vescuntur.

e To. 11. ep
 Secr. pag.
 18.

Prouincie eripiente ecclesiæ hostibus traditæ Vngaro.

d M.S. bib.
 Var. sign.
 n. 2040.
 e To. 11. ep
 Secr. pag.
 90. & 91.
 f Matth.
 Vill. l. 3. c.
 2. & 3.
 g Super
 M. S. bibl.
 Var. sign.
 n. 2040.

Mediolanensis archiepiscopum et nepotes excommunicauit propter occupationem factam per ipsos de ciuitate et comitatu Bononiensi et Pedimontis: et postea pro pecunia ipsos absoluit.

Præcipuum illud e est, quo rei gestæ series fusc describitur, vtque orator Mediolanensis mandata omnia superiori anno a Vicecomitibus ipsi data impleuerit: nimirum in publico Cardinalium senatu prouolutus in genua, Ioannis & nepotum illius Matthæi, Bernabonis, & Galeatij nomine de commissio in occupata Bononia, tentataque Imola crimine veniam flagitarit: exercitum ab Imolæ obsidione reuocare, Bononiam pontificijs præfectis tradere sponderit, inque redditæ possessionis speciem clauis portarum Bononiæ consignarit ea ferme verborum formula, quibus concepta mandata a Ioanne oratoribus data superiori anno attulimus: extantque alia Galeatij, Matthæi, & Bernabonis his omnino consentanea f. Ea vero officiorum significatione flexus Clemens censuras, quibus Vicecomites se occupata Bononia irretierant dissoluit: & eorum clientes & sequaces venia donatos sacrorum communioni restituit. Cæterum superiori diplomati hæc loci & temporis nota, adiecta est.

d To. 11. ep
 Secr. pag.
 227. &
 229. &
 10. l. 3. c.
 2. & 3.
 e To. 11. ep
 Secr. pag.
 90. & 91.
 f Matth.
 Vill. l. 3. c.
 2. & 3.
 g Super
 M. S. bibl.
 Var. sign.
 n. 2040.

f To. 11. ep
 Secr. pag.
 227. &
 229. &
 10. l. 3. c.
 2. & 3.
 h Super
 M. S. bibl.
 Var. sign.
 n. 2040.

Erepta Bononia, archiepiscopus Mediolanensis, cum ecclesiasticum ordinem attriuisset, exfluxissetque illius opes, quibus summo sacrorum antistiti bellum contra dignitatis suæ decus & officium iafferret; iussus est a Clemente rapta flagitio eidem sacerdotibus restituere. Soluti ita censuris Vicecomites, oratoris opera a Clemente præfecturam Bononiensē sunt eblanditi ad annos duodecim, polliciti nummarium h & militare vestigal: nec non ad tuenda iura ecclesiastica singulare studium & constantiam: confectæque sunt plures aliæ pactiones, quas ex prolixiore diplomate pontificio de ijs conscripto i decerpemus, cum ex his plurima lux historiz ob secuta bella conuersionesque rerum, aspergenda sit.

Pactio ab ijs iurata manu tacta corporaliter iurauerunt, quod pro vica-

vicariatu, regimine, seu rectoria, administra-
 none, & gubernatione predictis, si ea vobis, vt
 pramittitur, duxerimus committenda; ac pro
 emolumentis & prouentibus predictorum ciui-
 tatis, comitatus, & districtus, quæ ad eandem
 Romanam ecclesiam pertinent per te, archiepi-
 scopæ, aut illos vel illum, qui ex vobis nepotibus
 seu heredibus supradictis dictum vicariatum seu
 regimen pro tempore exercebunt per idem tem-
 pus habendis & percipiendis, tu archiepiscopæ
 seu iidem exercentes vel exercens pro tempore
 vicariatum & regimen supradictum, singulis an-
 nis vicariatus, regiminis, gubernationis, &
 administrationis huiusmodi realiter dabitur & sol-
 uentis, seu dabunt & soluent pro censu & census
 nomine nobis & ecclesie Romanæ prefate ac
 collegio eorundem fratrum nostrorum, nec
 non dicta sede vacante apostolica camera &
 collegio prelibatis duodecim millia florenorum
 boni auri & legalis ponderis de Florentia in
 Romana curia, vbicumque fuerit, singulis annis
 dictorum duodecim annorum tuis, archiepisco-
 pæ, seu existentis vel existentium vicariatuum
 huiusmodi predictorum periculis & expensis, me-
 dietatem videlicet in beatorum Apostolorum
 Petri & Pauli, & reliquam medietatem in natiui-
 tatis Domini festiuitatibus soluendorum. Pro-
 miserunt etiam solemniter & expresse dicti pro-
 curatores & nuntij nomine tuo, archiepiscopæ,
 ac in tuam animam etiam iurauerunt, quod cum
 pro tempore, quo ciuitatem, comitatum, &
 districtum Bononiensem predictos, vt pramitti-
 tur, tenuisti & etiam pro futuro tempore, quo
 illos vsque ad festum dictorum Apostolorum
 Petri & Pauli proxime secuturum tenebis, duo-
 decim millia; & nihilominus in ipso festo Apo-
 stolorum pro prima solutione medietatis huius-
 modi census primi anni illius temporis tunc futuri,
 pro quo vicariatuum, regimen, gubernationem, &
 administrationem predicta tibi, archiepiscopæ,
 vobisque nepotibus & heredibus supradictis da-
 ximus committenda, sex millia florenorum
 auri dabis & solves seu dari & solui facies reali-
 ter cum effectu nobis, ecclesie, & collegio, &
 in curia prelibatis tuis, archiepiscopæ, periculis &
 expensis.

Præterea procuratores & nuntij sepedicti
 prefato nomine nobis sponte obtulerunt & so-
 lemniter promiserunt, ac in vestras nihilomi-
 nus animas similiter iurauerunt, quod pro defen-
 sione infrascriptarum terrarum, videlicet Ro-
 mandiolæ, ciuitatis Ferrariæ, marchie Anconi-
 tana, Massæ Trabariæ, ducatus Spoletani, pa-
 trimonij B. Petri in Tuscia, Romæ, Campaniæ,
 & Maritimæ & comitatus Venaynsini, quæ ad
 nos & prefatam Romanam ecclesiam vna cum
 diuersis alijs terris & prouincijs pertinere no-
 scuntur, ac terrarum totius etiam patrimonij
 eiusdem ecclesie & ipsi ecclesie immediate subie-
 ctarum; & pro illarum etiam recuperatione, vbi
 ecclesia ipsa ad hoc cum potentia armorum
 intenderet, et infra, dabitur trecentos equites
 bene armatos, qui nobis & eidem ecclesie seruire
 debeant quacuoq; mensibus singulorum anno-
 rum, quibus mensibus vicariatus, regimen, & ad-
 ministratio huiusmodi perdurabunt. Et infra.

9 Rursus procuratores & nuntij prelibati
 dicto nomine nobis solemniter promiserunt, ac
 in vestras etiam animas tactis corporaliter euan-
 gelij iurauerunt, quod contra nos, ecclesiam, &
 collegium prelibata non eritis, sed nobiscum &

cum eisdem ecclesia & collegio fideliter eritis, &
 nobis & ipsis ecclesie & collegio pro posse vestro
 fideliter adharebitis, ac statum & honorem
 nostrum ecclesie & collegij predictorum bona-
 fide inuolabiliter curabitur conseruare, quodque
 terras eiusdem Romanæ, seu aliarum in terris
 ipsius Romanæ consistentium ecclesiarum, seu
 eidem Romanæ ecclesie immediate vel mediate
 subiectas, & specialiter regnum Sicilia & terras
 citra pharum, quæ ad ipsam ecclesiam iure dicti
 dominij pertinere noscuntur, & earum incolæ
 non inuadentis, nec etiam damnificabitur, nec
 ipsas terras occupabitur, nec illas vel illa inua-
 dere seu damnificare aut occupare attentanti-
 bus seu nitentibus quoquo modo dabitur seu præ-
 stabitur auxilium, consilium, vel fauorem.

Promiserunt quoque nobis solemniter &
 expresse dicti procuratores & nuntij nomine
 sepedicto, & in animas vestras similiter iurau-
 erunt, quod vos nullam coniurationem, con-
 spirationem, seu ligam contra nos & eandem
 Romanam ecclesiam, nec ad nostrum & eiusdem
 ecclesie dampnum directe vel indirecte facietis
 cum quibuscumque rebellibus, inobedientibus,
 seu inimicis nostris & Romanæ ecclesie
 supradictæ, seu damnatis ab ea; nec eis seu eor-
 um complicitibus, sequacibus, seu fautoribus
 adharebitis, neque prestabitis auxilium, con-
 silium, vel fauorem contra nos & Romanam
 ecclesiam supradictam: quodque vniuersos here-
 ticos, de hæc est ab eadem denotatos seu deno-
 tandos ecclesia, quamcito requisiti vel certifica-
 ti fueritis de eisdem, quantum in vobis erit,
 bona fide exterminare studebitis posse vestro.
 Promiserunt etiam nobis solemniter dicti pro-
 curatores & nuntij nomine antedicto, ac in
 vestras animas ad sancta Dei euangelia tacta
 corporaliter iurauerunt, quod vos libertatem
 ecclesiasticam pro posse vestro vbicumque pote-
 ritur fideli studio conseruabitis: quodque eccle-
 sias & personas ecclesiasticas, earumque res &
 bona quæcumque tam in ciuitate, comitatu, &
 districtu Bononiensi sepedictis, quam in alijs
 ciuitatibus, terris, & locis, quas & quæ simul vel
 diuisim regitis seu gubernatis, & quas seu qua-
 per vos regi vel gubernari contigerit in futu-
 rum, fauorabiliter tractabitis, & tractari etiam
 facietis, eaque in sua libertate restituetis & etiam
 dimittetis, ac restitui facietis etiam & dimitti:
 ipsasque ecclesias & personas ecclesiasticas suis bo-
 nis & iuribus gaudere libere permittetis, & eas
 non impedietis, nec impediri permittetis, quo-
 minus gaudere possint priuilegijs, libertatibus,
 beneficijs, redditibus, bonis, iuribus, & prou-
 entibus eorundem; nec aliquas exactiones dire-
 ctæ vel indirecte quouis quasito colore eis impo-
 netis, nec petetis vel exigetis ab eis, &c. [Non
 nullis interiectis de legatis & internuntijs pon-
 tificijs honorifice Bononiæ excipiendis, subdi-
 tur hæc conuentio ob secutas conuersiones
 rerum insignis.]

Voluerunt quoque ac consenserunt ex-
 presse dicti procuratores & nuntij nomine sa-
 pedicto, quod propter pramissum censum duo-
 decim millium florenorum, vel propter hu-
 iusmodi adiutorijs trecentorum equitum præ-
 stationem, vel propter aliquod pramissorum
 nos & Romana ecclesia siue collegium sepedicta
 non teneamus nostris & ecclesie seu collegij præ-
 dictorum sumptibus vel expensis ciuitatem, comi-
 tatum, & districtum Bononiensem predictos de-
 seu.

Nullis ad-
 uersus eam
 molitioni-
 bus con-
 stantis.

Colendo
 sacerdotæ
 iordina.

Solucus
 Pontifex
 cura asse-
 rendæ Vi-
 ce comitis
 bus Bono-
 niensis
 prefectu-
 ra.

fendere aut vobis quodcumque corporale adiutorium exhibere : nec teneamur vel intelligamur in eisdem in vos vel aliquem vestrum aliquid ius transferre ultra vel aliter, quam supra de vicariatu, regimine, administratione, & gubernatione prædictis vobis commissis contineatur ; nec vobis in alijs quomodolibet obligari, quam superius sit expressum.

Præterea nuncij & procuratores præfati quo supra nomine promiserunt nobis solemniter & expresse, quod vos in ciuitatem, comitatum, & districtum Bononiensem præfatos nullum principem, seu notabilis præeminentia, potentia, seu potestatis personam, de quo seu qua possit verisimiliter dubitari seu præsumi mutatio status, vel occupatio ciuitatis, comitatus, & districtus prædictorum, recipietis sine Apostolica sedis licentia speciali, &c.] Additæ aliæ pactiones de restituendis patriæ exulibus, asserendis legibus, non imperandis acerbis vestigalibus : tum ab ipsidem Vicecomitum oratoribus conuentum, vt si qua in memoratarum pactionum interpretatione ambiguitas oboriretur, ea pontificio decreto soluenda esset. Quæ conuenta sancita a Clemente fuerunt, præscriptaque ab eodem formula sacramenti, quod Vicecomites ob susceptam Bononiensem præfecturam nuncupaturi erant : deinde censuræ aliæq; pœnæ intentatæ, si promissa non seruassent. Præterea documenta publica mense septembri superioris anni tum a Ioanne a, tum a Matthæo b, tum a Bernabone c & a Galeatio d Vicecomitibus confecta, quibus oratores Mediolanenses ad superiora pacificenda oratissimis mandatis fulti fuerant, inserta sunt diplomati pontificio ; quod demum hac loci & temporis nota consignatum est : *Datum apud Villannouam Auinionensis diocesis xv. kal. maij pontificatus nostri anno x.*

10 Inita ita pax hæc fuit a Clemente, vt Regis Romanorum iuribus, quæ in Insubriam, imperij fiduciarium obtendebat, nil detractum, Carolo rescripserit e. At discussa armorum societate, quæ Pontificem inter Cæsaremque aduersis Vicecomites agitata f fuerat, vt quisque ab ijs sua repeteret, solutus metu Ioannes archiepiscopus aperte illudit Pontifici : tantum enim aberat, vt fidem datam ecclesiæ colere, & elapso annorum duodecim spatio restituere Bononiam constitueret, vt confirmata potius audacia, ad reliquam ditionem ecclesiasticam sibi subiiciendam vna cum nepotibus insigni perfidia aspiraret : paucis enim post mensibus in patrimonio B. Petri Vrbeueterem Bistoniumque in ducatu Spoletano occupauit g. Tum Perusinorum agros, immisso exercitu, vallauit h, tentauitque Tifernum i. Ex quo Pontificum securorum æquitas in vindicanda ex Bernabonis manibus Bononia nondum annis illis duodecim euolutis enitescit. Interea Clemens, tanta iniuria a Ioanne archiepiscopo laceratus, internuntios apostolicos ad ipsum a perfidia reuocandum legauit, quos etiam instruxit auctoritate l, vt Mediolanensem archiepiscopum ac nepotes si redirent ad officium censuris, quibus se iterum deuinxerant, exoluerent.

11 Non profuere aliter pontificia pro recuperanda Vrbeueteris studia, quam quod seruitutis genus ea vrbs mutauit : neque enim ecclesiæ redita est, sed Ioannis e Vico tyrannidi subiecta m. Inuaserat is iam ante Viterbium & Tuscanam, latiusque iniustum imperium proferebat ; parique

scelere Ordelaßus & Manfredi pontificum principatum laniabant. Quos omnes Clemens athenitate defixit a.

Clemens, &c. ad futuram rei memoriam.

Cum Ioannes de Vico, qui se præfectum Urbis appellat, iamdudum ciuitatem Viterbiensem, & Tuscanensem & alias terras in Patrimonio beati Petri in Tuscia existentes, & ad nos & Romanam ecclesiam pleno iure spectantes, ausu temerario occupauerit, & adhuc eas tyrannice detineat occupatas ; & ob hoc sententias excommunicationis, & vniuersas alias, per felicis recordationis Ioannem Papam XXII. prædecessorem nostrum contra occupatores & detentores terrarum ad præfatam ecclesiam Romanam spectantium generaliter latas, notorie incurrisse noscatur, prout in processibus eiusdem prædecessoris, per nos approbatis, confirmatis, & etiam innovatis, ac in illis partibus publicatis, latius continetur, quas sententias per sex annos & ultra, contemnendo clauis ecclesiæ, animo sustinuit pertinaci ; & propterea idem Ioannes tanquam de fide suspectus auctoritate nostra citatus fuerit, vt coram nobis certa die, super causa fidei responsurus, personaliter compareret ; qui contumaciter comparere contempsit, & etiam mala malis accumulans, multa postea terras & loca, ad nos & eandem ecclesiam Romanam pleno iure spectantia, temerarie occupauit, & adhuc detinet occupata ; nos, ex prædictis & alijs causis prædictum Ioannem de fide merito suspectum habentes, pridem in die cœna Domini, videlicet quinta die mensis aprilis proxime præterito, in publico, præsentem prælatorum & aliorum fidelium multitudine copiosa, eundem Ioannem peremptorie citauimus, vt infra trium mensium spatium coram nobis personaliter compareret, responsurus de fide, & alias facturus & recepturus, quod iustitia suaderet. Et quia prædictus Ioannes in termino & infra terminum huiusmodi comparere contumaciter recusauit, nec adhuc, de gratia expectatus, comparere procurat ; ideo nos attendentes, quod contumacia in causa fidei suspicionem præsumptionem adiicit vehementem, & expectare ulterius, salua conscientia non valentes ; ipsum Ioannem de Vico, vt præmittitur, in causa fidei personaliter citatum, & non comparentem, præsentem hac fidelium multitudine copiosa reputamus exigentem iustitia contumacem, & tanquam contumacem in causa fidei excommunicationis sententia innotamus.

Item quia Franciscus de Ordelaßis de Forlino ciuitates Forliuensem, Cæsenatem, & Foropoliensem in prouincia Romandiole existetes, & ad nos & Romanam ecclesiam pleno iure spectantes, primo & subsequenter castra insignia Bretonorij, Meldulæ, & Castricari, & nonnulla alia eiusdem prouinciæ, ad nos & eandem ecclesiam pertinentia, ausu temerario occupauit, & detinet occupata ; & quia etiam Ioannes & Guillelmus filij quondam Richardi de Manfredis de Fauentia ciuitatem Fauentiam, & alia loca ad dictam Romanam ecclesiam spectantia ausu simili occupauerunt, & adhuc tyrannice detinent occupata, sententiam excommunicationis, per præfatum prædecessorem nostrum & nos in occupatores ciuitatum, castrorum, & terrarum, ad dictam Romanam ecclesiam pertinentium, vt præmittitur, latas notorie incurrendo ; quas sententias per plus

Ne quem Vicecomites præfati eiant, qui res noue possent.

Pactionum ambiguitas illi stranda a Pontifice.

a Exr. in super. ep. pag. 176.
b In ead. ep. pag. 179.
c In ead. ep. pag. 182.
d In ead. ep. pag. 184.

e Ib. pag. 231.
f Marsh. Vill. l. 3. c. 3.

Archiepiscopi Mediolanensis perfidia.
g Lib. 11. pag. 46.
h Marsh. Vill. l. 3. c. 17.
i Cap. 34. l. 10. 12. ep. sec. pag. 46.

m Marsh. Vill. l. 3. c. 32.

res annos sustinuerunt animo pertinaci; ideo nos eisdem Franciscum, Ioannem, & Guillelmum, sic clauas ecclesie contemnentis, merito de fide suspectos habentes, predicta die cene domini peremptorie citare curauimus, vt infra trium mensium spatium coram nobis responsuri de fide, & alias facturi & recepturi, quod iustitia suaderet, personaliter comparerent: & quia in termino & infra terminum huiusmodi compare contumaciter recusarunt, nec adhuc, de gratia expectati, comparere procurant, ideo nos predictos hactenus expectare amplius, salua conscientia, non valentes, eosdem Franciscum de Ordellasis, ac Ioannem & Guillelmum de Manfredis, vt pramittitur, in causa fidei personaliter citatos & non comparentes, presente hac fidelium multitudine copiosa, reputamus, exigente iustitia, contumaces; & tanquam contumaces in causa fidei, excommunicationis sententia inodamus. Nulli ergo &c. *Actum & datum Auin. in palatio nostro apostolico vi. id. iulij pontificatus nostri anno undecimo.*

12. Quod ad reliquas res Italicas spectat; Veneti ac Genuenses: mutuo bellum inter se gerebant; instructaque validissimas classes in orientem superiori anno miserant. Et quidem Veneti a Petro Regem Aragonum ob Corsicam occupatam a Genuensibus, tum Græcorum Imperatorem ob Galatarum potentiam infestis; Genuenses vero, vt potentissimis hostibus pares essent, Turcas, sibi adiungere. Ex quo bello cum religio in periculum adduceretur in oriente, Pontifex ducem Venetorum summo conatu ad bellum incumbentem ad pacis consilia traducere, misso oratore ac literis, est conatus.

Clemens, &c. dilecto filio nobili viro Andrea Dandolo duci Venetiarum.

Cupientes irreparabilibus damnis & iacturis grauibus, quæ orta inter te & dilectos filios tuum ac Ianuensem communia grauis & amara discordia non solum partibus illis, sed vniuersaliter toti Christiano populo cõminatur, remediabiliter obuiare; ac sperantes, quod tu votis nostris, sicut filius benedictionis, & gratia in omnibus te conformas in tua & eorum communium concordia, tanto scilicet bono fidei Christianæ, a nostris non debeas beneplacitis discrepare; nobilitatem tuam attente rogamus, per viscera misericordie Dei affectuosius obsecrantes, quatenus animum tuum ad pacem habitans, aliquem nuntium tuum ad charissimum in Christo filium nostrum Petrum Regem Aragonum illustrem, cum quo fœdus dixeris iniuisse, transmittas; vt ipse tanto bono, quantum ex huiusmodi concordia speratur, auctore Domino, nascitarum velit pietatis intuitu consentire; & nos etiam mittendo per te nuntios nostros, auctore Domino, adiungemus, vt eo prestante damnis & iacturis huiusmodi occurratur. Et speramus in eo, in cuius sunt manibus corda Regum, quod ipse prafati Regis animum sic disponet, quod in hac parte nostris & communibus fidelium Christi votis per desideratam concordiam satisfiet: super quo dilectus filius nobilis vir Guillelmus Caracij familiaris noster lator presentium, cui locuti sumus, tibi nostram aperiet plenius voluntatem. *Dat. Auin. 10. kal. martij anno x.*

13. Respondere Veneti, propensos se quidem ad pacem animos gerere; verum ob sanctum eorum Rege Aragonum armorum fœdus eo inconsulto de ea tractare non posse. Genuenses pa-

riter de ea postulati, pronos ad pacem præ se tulere. Vertit itaque Clemens studia ad Aragonum flectendum ad concordiam: quantaque malorum moles ex eo bello orienti incumberet, exposuit.

Clemens, &c. charissima in Christo filio Petro Regi Aragonum illustri.

Cum apud dilectos filios Ianuensem & Venetorum communia instarem pro reformatione pacis, quam inter eos, peccatis exigentibus, non sine grauibus periculis Christi fidelium, præsertim orientalium partium pacis æmulus vulnerauit; vtramque partem satis inuenimus ad beneplacita nostra promptam. Sed dicti commune Venetiarum, asserentes se tibi specialis vnionis fœdere iunctos esse, responderunt sine te super huiusmodi negotio aliquid deliberare non posse: propter quod idem negotium (quod dolenter referimus, & ferimus dupliciter) remansit & remanet in suspenso. Sed nos in tam utili & necessario fidelibus ipsis negotio sperantes, te velut Regem pacificum promptum & conformem nostris desiderijs inuenire, serenitatem tuam attente rogamus, per viscera misericordie Dei ac asperionem ipsius pretiosi sanguinis attentius obsecrantes, quatenus quantum eisdem fidelibus ipsarum præcipue orientalium partium fauor decrederet, quantumque aduersus eos & fidem catholicam feruor accenderetur hostilis, si (quod auertat Dominus) ipsis inuicem congregantibus partibus contingeret alteram succumbere alteri, intra pietatis tuæ claustra reuoluens, tantis malis, quanta ex ipsa nascitura timentur amara discordia, pro diuina maiestatis reuerentia suæ consideratione salutis, ac nostra interuentio- nis obtentu studiosius occurras; & tanto bono, quantum ex concordia ipsa proueniet, quod ex te solum dependere noscitur, non solum consentiens faueas; quinimmo, vt ad ipsius tuæ salutis adicias meritum, & vt fama clarioris titulis attollaris, illius te constituas promotorem. Super quo nobis per dilectum filium Raterium Rogerij feruientem armorum & familiarem nostrum latorem presentium, quem ad te signanter propterea mittimus, voluntatem tuam, quam cum nostra speramus & tenemus indubie affectione concurrere, velit tua rescribere celsitudo. *Dat. apud Villanouam Auinionensis diocesis 11. kal. aprilis anno x.*

Adhibitis itaque apud Aragonium pro instauranda concordia apostolicis curis, Clemens tum Fortanerium & patriarcham Gradensem, apud Andream Dandalum ac senatū Venetum, ac Bertrandum archiepiscopum Genuensem, apud Ioannem Valentem ducem, vt vtrumque populū reuocarent in concordiam incumbere, tum ab ijs explorare iussit, an indicias apostolica auctoritate inducias admitterent; tam ipsos ad mittendos ad sedem Apostolicam oratores auctoritate vel ad pacem cõficiendam, vel inducias, intentata fœdistras grauiore mulcta, firmandas instructos permouerent. Coniungebat etiam cum Pontifice ad Genuenses ac Venetos inter se conciliandos Ioannes Francorum Rex studia regia, ac Ioannem e Millonio equitem & consiliarium suum ad Andream Dandalum & Ioannem Valentem duces pacem suasurum misit; quem Clemens tum Fortanerio patriarchæ Gradensi, tum Bertrando archiepiscopo Genuensi enixe commendauit, vt suam illi operam in vtroque senatu explicarent.

14. Verum dum Christi vicarius ac Francorum Rex pari studio, vt consulerent orienti, Venetos ac Genuenses adducere in concordiam nitebantur, missi superiori anno ab ijs naualium exercituum duces impatientes pugna maximo rei Christianae damno, gaudique infidelium, nondum exacta hyeme, non procellarum veriti pericula, cruentissimo inter se praelio Constantinopolim & Chalcedonem inter decertarunt. Quod breuiter appendix historiae Andree Dandali perstringit his verbis b: *Vnione cum Petro Aragonum Rege inita, nauale praelium apud Constantinopolim cum Ianuensibus committitur adeo durissimum, quod saluo vtriusque partis vexillo neutra partium victoriam obtinuit: sed nonnulli probissimi viri viriliter pugnantes strage mutua perierunt. Capitaneus tunc Venetorum erat Nicolaus Pisani.*

At Genuenses historici c inclinasse ad ipsos victoriam tradunt. Et quidem Pagauinus Auliac, qui foedus cum Turcis aduersus Gracos inierat, acceptis ab Orchane barbarorum Rege sexaginta nauibus auxiliariis, Constantinopolim adortus est d: desitutusque Venetorum & Catalanorum ope Cantacuzenus sexta maij die foedus cum Ianuensibus ijs legibus percussit, vt Veneti, qui tunc versabantur Constantinopoli, saluis rebus dimitterentur, neque ipsis aut Catalanis in posterum aditus pateret; liber vero ac tutus Genuensibus esset, adiecta vestigalium immunitate. Quibus perfectis Genuenses redierunt seu victores, seu victis simillimi: licet enim ex his Genuense nomen admodum increbresceret, maxima tamen Genuensium multitudo funesto eo bello aut ferro, aut mari, aut peste absumpta est: vnde non latitia, sed planctu Genua ex cruenta & funebri victoria completa est. Agit de his Cantacuzenus e, sed qui suos victoriam retulisse mentitur; qui tamen pugnam callide detestatur. Vnde colligas quae fides auctori, vbi de suis rebus vel de schismate agit, adhibenda sit. Ceterum ex eo conflictu Christiana res in oriente admodum prostrata, atque ex fidelium mutuis eladibus aucta Turcica potentia.

Perlato ad Apostolicam sedem miseranda cladis tristi nuncio, Clemens Papa ac Ioannes Francorum Rex ad pacem inter Venetos & Ligures redintegrandam maiori contentione incubuerunt; commeantibusque hinc inde apostolicis & regijs internuntijs agitatum est, vt sacro B. Virginis natalitio die Regis Aragonum & ducis Venetorum oratores in aula pontificia pro agitanda pace cum Genuensibus conuenirent: de quibus Ioannem Valentem Pontifex certiore fecit, vtque paci adeo rei Christianae pernecessariae animum accommodare, mitteretque oratores, est adhortatus. f

Clemens, &c. dilectis filijs nobili viro Ioanni de Valente gubernatori, & consilio ciuitatis Ianuensis.

Quia huiusmodi negotium, damna, dispendia, & pericula graua, quibus occasione discordiae vestrae ac Regis & ducis praedictorum subiaceret populus Christianus, & praecipue orientalium partium attendentes; & memores quam grauius populum ipsum in congressu partium Dominus, peccatis exigentibus, diebus proximo praeteritis flagellauit, gerimus summo cordi apud vos & memoratum Regem & ducem pro huiusmodi reformatione concordiae prouidimus denuo insistendum, sperantes quod ille, qui mari

& ventis imperat, & cessare facit spiritum tempestatis, vestra & Regis & ducis praedictorum corda, gratiae suae liquore mollificans, disponet ad pacem, & ad concordiam praeparabit. Et ideo vniuersitatem vestram monemus, requirimus, & hortamur, attente rogantes, ac per viscera misericordiae Dei & asperionem ipsius pretiosi sanguinis attentius obsecrantes, quatenus ea, quae compendiose praemisimus, ex quibus plurima circumspectio vestra potest elicere, intra claustra vestrorum pectorum reuoluentes; & considerantes quam gratum praestabit obsequium in huiusmodi concordia Deo vestro, & quam grauius offenderetis eundem, si (quod absit) bonum pacis occasione vestra contingeret impediri, aliquos viros probos, zelum Dei eiusque timorem habentes, cum pleno & sufficienti mandato ad tractandum ordinandum, & opportunis firmitatibus roborandum huiusmodi concordiam super omnibus, quae occasione discordiae praestiterunt, ad nos mittere procuretis; ita quod in festo natiuitatis B. Mariae virginis futuro proximo infallibiliter hic intersint, vt ipsis vestris ac praedictorum Regis & ducis nuncijs, quos ad idem festum ad nos per speciales literas & nuntios similiter euocamus, conuenientibus inuicem coram nobis huiusmodi negotium, praestante pacis auctore, feliciter terminetur. Ceterum quia memoratus Rex Aragonum non solum occasione vnionis & confederationis factae cum eodem duce, sed occasione occupationis factae, vt asserit, per vos de regno Corsicae & certis locis regni Sardiniae, ac alias contra vos querelam deducit, velitis nuncijs vestris eisdem super his omnibus concordandi cum praefato Rege dare similem potestatem, vt nulla superfit occasio, quae bonum pacis valeat impedire: super quo vobis per Guillelmum de Languillia, quem ad vos signanter propterea mittimus, celeriter rescribatis. *Dat. A. in. id. iulij anno xi.* Non admissarum pontificiarum precum poenas Io. Valentem amisso dignitatis gradu dedisse, visuri sumus.

Inciatus etiam Fortanerus Gradensis patriarcha a, vt Venetos ad oratores condita die mittendos, belloque lamentabili ponendum modum stimularer: tum Petrus Rex Aragonum b pluribus literis, quibus expositae atrocis huius discordiae calamitates, rogatus ne suis partibus desisset. De misso Rogerio pontificio oratore ad Petrum Regem Aragonum pro concilianda ipsam inter ac Genuenses pace meminit Surita c. Denique post multos adhibitos a pontifice irritos conatu labores: pax conciliari non potuit; accusatque aduersarum partium arrogantiam, quam a Deo vindice atterendam Clementem praedixisse, refert subiectis verbis Cortusiorum historia d

Anno Domini mccc. lxxi. mense february parum longe a ciuitate veteris Constantini validis simi exercitibus pugnaverunt: fuit ex vtraque parte occisorum tanta clades, quod nullus victoriam reportauit. Hoc pato Dei iudicium, qui humanum genus vixtrauit mortalitibus inauditis: paruo tempore iam elapso. Videns vero eos sauire, nec flagellis recipere disciplinam, iratus iuste gladio voluit partium superbiam castigare. Beatus homo, qui cito recipit disciplinam: dilectus Dei est & flagella iustitiae non timebit; scriptum est enim: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis; vnde conuersus ad Deum quarat pacem & iustitiam; ut sic brauium virtutum accipiat, & coronam. Coram Pa-

ib. pag. 217. 218.

Append. Andr. Dandal. in Andr. Dandal.

Polies. l. 7 Bizar. l. 2. de bell. Venet. Turcae se jungunt Genuensibus. d. Martib. Vill. l. 2. c. 75. Obfessa Constantinopolis.

Funesta victoriis ipsa victoria. Cantac. l. 4. c. 30.

Turcarum vires auer.

Pro redintegrandam pace defudat Clemens.

ad Cim

f. To. 11. ep. fecr. pag. 31.

Ad Genuensium duces hortatorie litterae.

Papa legati partium litigant in simul, conqueruntur se pariter accusantes: sed nihil potuit terminari, quia contradicabat Rex Aragonum, qui tunc pugnat pro Venetis. Papa vero consideravit partiam superbiam, & ait eorum legatis: Deposuit Deus potentes de sede, & exaltauit humiles. Ite nunc & renunciate quae vidistis & audistis, & secundum quod scitis facite: iam enim opus laudat artificem. Forsan creditis & speratis in vanum contra Dei iustitiam & stimulum calcitrare; scriptum est enim: Quis se humiliat exaltabitur. Sic admoniti legati de curia redierunt.

Discussit illud de pace Venetos inter & Ligures ineunda colloquium Petrus Aragonius, cum superioris consilij tenax Genuenses vrgeret, vt ab affectando Sardiniae Corsicaeque imperio abstinerent: quare sequenti anno belli moles in Sardinia incubuit insigni rei Genuensis clade, nec obscura Dei vindicta ob spretas ipsius vicarij preces. Pontifex vero in Sardica controuersia studebat obaequitatem causae Aragonio: cumque antea biennales decimae Regi Petro essent concessae ea lege, vt tertij anni decimae ad ecclesiae leuanda onera deriuarentur; sumptuum tamen in bello Sardiniae tuendae causa collocandorum grauitatem conque- renti, media tertij anni decumarum pars donata est a Quibus addimus pensitatum ab eodem Rege Aragonum duorum millium marcharum sterlingorum censum Romano Pontifici: In decem millibus, vt ait c, & trescentis triginta tribus florenis & tertia parte vnus floreni auri boni ponderis, qualibet marcharum ipsarum pro quinque florenis auri & duobus grossis Turonensibus argenti, et vnoquoque florenorum ipsorum pro duodecim grossis Turonensibus argenti etiam computatis.

16 Delapsi sumus ad res Hispanicas, in quibus id praeterendum non videtur, Alfonso Castellae Regem iam ante defunctum codicillo cauise, vt erepta ecclesiae Compostellanae in Compostellam iura restituerentur: quae mandata cum se- gniter perficerentur, Pontifex asserenda illius ecclesiae dignitatis gratia Petrum nouum Regem, vt patriae voluntati obsequeretur, est adhortatus d: Licet, inquit, olim apud clara memoria Alfonso Regem Castelle et Legionis genitorem tuum, tunc in humanis agentem, institissemus precibus, vt ciuitatem Compostellanam, qua dicebatur Compostellanam ecclesiam, ad quam ciuitas ipsa pleno iure pertinere ferretur, ad suggestionem quorundam amulorum ipsius ecclesiae spoliasse, restitueret ecclesiae, memorata, ipseque Rex, velut princeps catholicus nostris in hac parte precibus annuens, ciuitatem eandem praedictae restitui ecclesiae praecipisset; tamen sicut accepimus, quia mandatum huiusmodi obfistibus eisdem amulis, a debita fuit executione suspensum, antefatus Rex in vltimis constitutus in quodam codicillo inter caetera voluit & mandauit, quod ciuitatem eandem plene, libere, ac effectualiter ecclesiae restitueret antefata. Et ideo quamuis credamus et teneamus indubie, te ad eiusdem genitoris tui voluntatem et mandatum exequenda huiusmodi monitis et exhortationibus non egere; quia tamen te velut filium praedilectum libenter ad ea dirigimus, quae diuina sunt placita voluntati, et quae te ipsumque genitorem tuum ad salutis aeternae gaudia introducant, serenitatem tuam attente rogamus, quatenus eandem ciuitatem eiusque dominiuum ecclesiae memorata pro diuina maiestatis reuerentia premissorum consideratione, ac nostrae interuentionis obtentu mandes, et facias libere ac effectualiter restitui et

dimitti. Dat. Auin. kal. septembris anno xi.

17 Defudatum pariter est a Clemente pro- tuenda in Anglia libertate ecclesiastica: inuasert enim Eduardus futilibus pretextibus Cardinalium atque aliorum, qui aberant, sacerdotia eorumque vectigalia in suos vsus, ad furorem nimirum exercendum in Gallos deriuabat. Cumque a Benedicto XII. & Clemente saepius ad- monitus in scelere obdureret, in eum demum censura districta sunt. Quibus ille stimulis exci- tatus, atque ad saniora reuocatus consilia, veniam postulauit, ac se ad faciendam iniuriam paratum est professus. Poenitentem expanso sinu excepit Pontifex, paternaque beneuolentia comple- xus coeptum in eum iudiciorum ordinem inter- misit, ac seueritatem hoc diplomase tempera- uit a.

Clemens, etc. ad futuram rei memoriam.

Dudum fidedigna relatione concepto, & per diuersa mundi climata communi notitia diulgato, quod charissimus in Christo filius nos- ter Eduardus Rex Angliae illustris, transgressus terminos regiae honestatis, fructus omnium di- gnitatum, personatum, officiorum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, quae nonnulli ex- fratris familiaris nostri, & alij qui studiorum, seu alijs rationabilibus causis a personali residen- tia facienda in ecclesijs, in quibus dignitates, personatus, & officia, ac beneficia consistunt huiusmodi, excusabantur, prout etiam excusan- tur, in regno Angliae obtinebant, prout obti- nent, per officiales & ministros suos occupauit, & detinebat tunc temporis occupatos, Cardinales & officiales, nec non familiares & alios supradictos, seu procuratores eorum huius- modi dignitatum, personatum, officiorum, & beneficiorum gaudere fructibus non permittens; nos de occupatione ac detentione huiusmodi tanquam notorijs certiores effecti, eisdem Car- dinalibus, officialibus, familiaribus, & alijs ini- iustitia deesse nolentes, eundem Regem monui- mus, hortati fuimus, & obsecrauimus, sibique subexcommunicationis poena districtae praeci- pius, vt infra quatuor menses, ex tunc in antea numerandos, Cardinales & omnes alios, seu procuratores eorum praedictos dignitatibus, per- sonatibus, officijs, & beneficijs huiusmodi, ac eorum fructibus & prouentibus plene, pure, libere, ac pacifice bona fide gaudere faceret & permetteret, nec eis seu eorum procuratoribus in administratione libera dignitatum, persona- rum, officiorum, & beneficiorum praedicto- rum, & perceptione fructuum, reddituum, pro- uentuum eorundem ex tunc in antea vllam vio- lentiam, molestiam, sine iniuriam, vllumque impedimentum praestaret seu per alios praestari faceret, sustineret sine permitteret; man- um suam a praedictis dignitatibus, personatibus, officijs, & beneficijs, ac eorum domibus, pos- sessionibus, fructibus, & alijs iuribus realiter & effectualiter amouendo, & quamcunque pro- hibitionem, constitutionem & ordinationem circa occupationem, perceptionem, detentio- nem, seu quamcunque aliam dispositionem fru- ctuum, & prouentuum praedictorum, vel de- pendentia ex eisdem quomodolibet facta, totaliter reuocando: & nihilominus infra huiusmodi quatuor mensium spatium de omnibus & singulis fructibus, redditibus, & prouentibus huiusmo- di per eum vel alios eius mandato, voluntate,

Anglus li- bertatem ecclesia- sticam op- primit.

a Rod. so. 11 ep fecer pag. 70.

Ve sacer- dorum ius- tis de cau- sis absen- tium vec- tigalia inuasert.

Monicus siue ma- nus ab ijs tempera- ret

seu permissione, sine ratihabitione, ut præmittitur, occupatis & perceptis, et qui percipi poterunt, eisdem Cardinalibus, nec non superstitibus et heredibus ac successoribus et executoribus illorum Cardinalium, qui a tempore occupationis huiusmodi tunc usque decesserant, pro tempore, quo huiusmodi beneficia tenuerant, ac personis alijs supradictis integre et cum effectu satisfacere procuraret.

18 Monuimus insuper vniuersos, et singulos thesaurarios, collectores, commissarios, procuratores, negociorum gestores, et administratores Regis ipsius, quocumque nomine censerentur, ac alios omnes et singulos de dicto regno oriundos, et alienigenas vndecunque forent, cuiuscunque status, ordinis, vel conditionis existerent, etiam si pontificali vel quavis alia dignitate fulgerent, eis sub eadem excommunicationis pœna districte mandantes, ut thesaurarii, collectores, commissarii, procuratores, negociorum gestores, et administratores prædicti per se vel alium seu alios huiusmodi beneficiorum fructus, redditus, et prouentus nomine dicti Regis, vel alias petere, exigere, recipere, leuare, colligere, aut occupare nequaquam præsumerent; nec alij, quicumque forent, eosdem fructus, redditus, et prouentus a Rege seu thesaurarijs, collectoribus, commissarijs, procuratoribus, negociorum gestoribus, et administratoribus supradictis, aut alijs quibuscunque officialibus dicti Regis, quocumque nomine vocarentur, emerent, aut ad firmam reciperent seu conducerent, nec eos colligerent, leuarent, aut reciperent Regis nomine antefati; nec ipsi Regi in eorum occupatione, collectione, leuatione, & detentione præstarent auxilium, consilium, vel fauorem. Alioquin in præfatum Regem ac thesaurarios, collectores, curatores, negociorum gestores, administratores, emptores, & conductores prædictos, ac alios quoscunque culpabiles quomodolibet in præmissis, cuiuscunque status, ordinis, vel conditionis existerent, etiam si pontificali vel alia quacunque dignitate fulgerent, si huiusmodi nostris monitionibus & mandatis non curarent effectualiter obedire, huiusmodi monitione præmissa, excommunicationis sententiam duximus promulgandam; eidem Regi prædicentes expresse, quod si monitionibus & mandatis nostris huiusmodi obedire effectualiter non curaret, contra eum procederemus ad interdictum in dictum Regnum proferendum, & pœnas alias, de quibus nobis expediens videretur, prout in literis nostris inde confectis plenius continetur.

19 Sperantes igitur quod memoratus Rex, sicut nobis per nuncios suos, ad nos & sedem Apostolicam propterea destinatos, significare curauit, reatum suum in hac parte saniori consilio persuasus agnoscent, mandatis & monitionibus nostris huiusmodi in hac parte deuote parebit; & propterea volentes mitius & gratiosius agere cum eodem, huiusmodi terminum usque ad primam diem consistorialem, festum ascensionis Domini proxime futurum immediate sequentem, inclusive, apostolica auctoritate suspendimus, ac etiam prorogamus. Volumus autem, quod huiusmodi festo ascensionis elapso, nisi interim memoratus Rex monitis & mandatis nostris eisdem paruerit (ut præfertur) Rex, thesaurarij, collectores, commissarij, procuratores, negociorum gestores, & administratores prædicti, & quicumque alij culpabiles in præmissis,

excommunicationis incurrant sententiam ipso facto, Nulli ergo omnino hominum, &c. *Dat. Auin. id. octobris anno xi.* De exceptis Eduardi Anglorum Regis oratoribus, dimissisque honorifice extant datæ IV. non. nouembris litteræ a ad Eduardum, qui cum etiam oratores pro agitando pace missurus esset, Pontifex a Francorum Rege Ioanne contendit b IV. non. octobris, ut incolumitatis & liberi comæatus sacramentum ijs præstaret.

De bello inter Anglos & Francos gesto narrat Matthæus Villanus c, Gallos Guinenis arcis interceptæ ab Anglis recuperandæ cupidos illam valida obsidione cinxisse: traductas autem clam ex Anglia Caletum copias noctu in Gallorum castra irruisse tanto impetu, ut territi inopino casu Galli obsidionem soluerint: præfectam deinde coniurationem ab Anglo in Ioannem compositam, cuius formidine is confesso satellitio regium latus munuit. Missum vero Guidonem Cardinalem ad redigendos in concordiam Reges, sed irrito exitu rediisse, meminit M. S. Vaticanæ d: *Anno, inquit, Domini MCCCLII. dominus Boloniensis Cardinalis mittitur legatus in Franciam: sed tunc non proficiens, & interim mortuo domino Clemente, post creationem domini Innocentij VI. Papa reuersus Auinionem, satis cito iterum reuersus est pacem reformare cupiens inter Reges.* Interea demandatæ e sunt Philippo Ferrariensi & Francisco Clusino episcopis Apostolicæ sedis internuntijs partes, ut Carolum delphinum Viennensem Ioannis Regis Francorum filium, inter atque Amedeum Sabaudia comitem subortum bellum sopirent; cuius imminentes clades deplorat Clement.

20 Repullulabat f in Ebredunensi provincia Vvaldensis hæresis: cum Pontifex ad eam abolendam curas apostolicas defixit, & Caroli delphi Viennensis ac Ludouici Regis & Ioannæ Reginae Sicilia, tum procerum pium ardorem excitauit g, ut fidei censoribus opem ad eam luem extinguendam porrigerent. Emerisse quoque circa hunc annum obseruat Pigna in notis ad Nicolaum Eymericum fœdissimum hæresiarcham in Hispania Gundisaluum nomine, qui inter cæteras blasphemias & insanas hæreses, Spiritum sanctum carnem humanam induturum mentiebatur, nouæque legis conditorem futurum iactabat: quam hæresim cum Nicolaus Calaber in Catalonia diffeminare esset ausus, a dicto Eymericoh i fidei censore, ac vicario episcopi Barchinonensis damnatus est, cuius errores ab eodem Eymericoin directorio ita recensentur: *Primus error, quem posuit, est quod quidam Hispanus & hæresiarcha magnus vocatus Gondisaluus, de episcopatu Conxensi * oriundus, erat Dei filius in calis aternaliter generatus, licet videretur patrem & matrem in terris habuisse. Secundus error, quod dictus Gondisaluus nusquam moreretur, sed vixeret in aeternum. Tertius error, quod Spiritus sanctus debebat futuris temporibus incarnari. & tunc ipse Gondisaluus totam mundum conuerteret. Quartus error, quod in die iudicij Gondisaluus ille oraret pro omnibus mortuis in peccato mortali & damnatis in inferno, & eius precibus liberarentur & saluarentur. Quintus error, quod in homine sunt tria, animam quam formauit Deus pater, corpus quod formauit Deus filius, & spiritus quem creauit Spiritus sanctus, adducens illud: Formauit Deus hominem de limo terra, & spirauit spiraculum vita, & factus est in animam viuentem.*

Monij etiam regij quæ flores, ne ea inuaderent,

Intentatâ ipsi, ni pareret, anathema.

Pœna ab Anglo venia.

Intermissa iudiciorum seu ritus.

tem. Quamplura alia posuit hereticalia erronea falsa, temeraria, & periculosa: propter qua ut relapsus traditus est brachio seculari.

Pratermissis hereticorum delictis, consignandum historix arbitramur quod circa ritus Romanæ ecclesiæ hoc anno a Clemente institutum refert veteris ceremonialis scriptor a: Anno, inquit, a natiuitate Domini mccccl. ii. in die festi cathedrae S. Petri, qua fuit prima dies quadragesima, dominus Clemens Papa VI. pontificatus sui anno x. Auinionem in capella magna, qua est in palatio apostolico, ad perpetuam rei memoriam constituit & mandari fecit in sermone per illum, qui illa die sermocinabatur coram dicto domino Papa, Cardinalibus, & alijs praelatis, quod quocumque festum veniat ipsa prima die quadragesima, quod huiusmodi festum ad sequentem diem transferatur.

21 Vergente hoc eodem anno Clemens cum apostolicum solium annos decem, menses septem tenuisset, præcipiti morbo ex humanis ereptus est, ut traditur in M.S. Vaticano his verbis b: Pauco tempore languens in sermone obiit decembris die vi. anno Domini mccccl. ii. pontificatus sui anno xi. in palatio apostolico Auinionensi. Præter alios c, inter quos Matthæus Villanus prænuntiatam illius mortem cometæ atrii conspectu putat d. consentit eiusdem Pontificis vitæ scriptor e, eiusque pietatem in extremo vitæ actu commendat: Infirmirate, inquit, grauatus humiliter poenitens de commissis, deuoteque receptis ecclesiasticis sacramentis, in veritate & sinceritate fidei, ac unitate sanctæ matris ecclesiæ se ipsam domino commendauit anno Domini mccccl. ii. die vi. mensis decembris pontificatus sui anno xi. Ornat Clementem pluribus elogijs idem scriptor, ex quo nonnulla illius gesta decerpemus. Occurrunt nobis primum, quæ de insignibus ædificijs ab eodem Pontifice excitatis, Auinionensi nimirum palatio aucto, consistorio picturis eleganter adornato, ac monasterij Casæ dei sacris ædibus ab eo magnifice extructis refert his verbis: Ipse, inquit, palatium Auinionis ampliauit recte de media parte, cum per prius per Benedictum Papam XII. prædecessorem suum licet solempne factum fuisset de duobus angulis, ipse tamen ipsum persciendo fecit quadrangulare, rotam plateam muris altis & turribus alijs primis æqualibus claudendo & circuiendo. In hac autem parte licet omnia ædificata sint seu constituta admodum solempnia & aspectui valde decora; tria sunt tamen, quæ reliqua valde specialiter excedunt, videlicet capella maior, audientia, & terraciæ superiores; cum quoad id, pro quo constituta & ordinata sunt, forte non est in mundo palatium, in quo non dicam solempniores, immo nec pares existant; attendita tamen eorum contiguitate, cum de una ad aliam sine medio ascensus vel transitus facilis existat. Consistorium insuper in alia parte per dictum prædecessorem suum multum solempniter ædificatum, quia remanserat quasi tabula rasa, in qua nihil depictum erat, miris picturis decorauit, & scripturis mirabilioribus adornauit: in quo considerationem habendo, quod locus ille solum ad iustitiam postendam & reddendam deditus & ordinatus extitit, in pingendo per pictorem hunc ordinem voluit & in propria descripsit obseruari, videlicet quod diuina maiestate in supremo throno depicta, circumquaque lateraliter effigies sanctorum & sanctarum ac aliorum, qui in veteri testamento aliqua notabiliter in iudicio, iure, iustitia, et æquitate, aut veritate scripsissent vel dixissent leguntur, pingerentur; & sub cuiuslibet effigie seu figura, aut in rotulis, quos suis gestare

videntur in manibus, sua dicta seu scripta super præmissis, aut altero eorundem literis grossis & illegibilibus scriberentur, libros & capitula, in quibus continentur, rubris literis designando: quæ omnia, videlicet & legentibus non modicum proficerent, eosque allicere debent, ut ab ipsis non deiciant; sed potius ad eorum obseruationem intendant. Ipse præterea monasterium Casæ Dei, in quo a principio professus extiterat, multis & magnis dotaui honoribus, & priuilegijs decorauit, ac presentibus ampliauit, eiusque ecclesiam, quia vetustate consumptam ac satis ruina proximam, a solo ædificauit, tamen in multo solempniori statu quam prius. Nonnullaque interiectis de Auenione ab ipso magna auri vi empta a, quæ ad Ioannam Reginam pertinebat, utque Carolus Rex Romanorum, confirmata emptione, supremi in eam urbem dominatus iura in ecclesiam transfuderit, de Clementis studio in publica concordia inter Reges principesque concilianda subijcit.

Hic summus Pontifex toto tempore suo valde fuit intentus ad procurandum statum pacificum & tranquillum suorum omnium subditorum, & præsertim Regum & principum, & aliorum potentium ex quorum discordijs inferiores habent commoueri & turbari: quod satis demonstrauit in quasi assidua missione legatorum & nunciorum suorum, de qua supra fecimus mentionem. Nec curauit se cum alijs in guerris inuoluere, aut aliter dissensionibus intricare, nisi in quantum conseruatio iuris & honoris ecclesiæ sibi commisse ipsam præcise arctarunt quandoque ad propositum, & adhuc tunc per viam iustitiæ processit, factum postetenus euitando: propter quod satis quiete & pacifice vixit cum omnibus, considerata tunc temporis vrgenti qualitate; & ob hoc liberius vacauit, & perfectius intendit ad actus papales exercendos. In his enim multum solempniter se habuit, utpote consistoria & concilia debitis temporibus * inde faciliter tenendo, diuina officia celebrando, sermones & collationes excellentissime etiam sæpe faciendo: in quibus etiam si retroactis temporibus forte quandoque habuerit sibi pares, excedentes vero raro, prout talium tenor adhuc penes plures permanens indicat manifeste.

22 Subdit auctor in signe manufactudinis exemplum in veterem inimicum, a quo atrocibus iniurijs olim affectus fuerat: de quo non modo vindictam expetiit, sed beneficijs ornauit, ut non frustra Petrarcha eccinerit in carmine ad Ioannem Cardinalem Columnam b.

Nulli maior inest clementia, nomen ab ipse dignum rebus habet.

Fuit insuper, verba sunt vitæ scriptoris, sicut nomine, ita & re Clemens, misericors, & benignus: non enim inuenitur contra aliquem pro interesse proprio, quantumcumque sibi inimicus aut contrarius extiterit, aliquam vltionem exercuisse, aut expetiisse vindictam. In cuius rei exemplum est hoc notabiliter inserendum, quod vnus, qui per prius eo in minoribus existenti sibi aliquas iniurias irrogauerat etiam personales, qui æstimans ipsum alijs varijs magnis occupatum de ipso aut iniurijs non recordari, sibi quadam die supplicationem vnã porrexit, in qua petijt aliqua pro se ipso. Qui licet supplicationem huiusmodi benigne in propria recepit, tamen in suo secreto existens, dum eam perlegisset, super vindicta de ipso assumenda per petitionis denegationem, aut alias quodammodo tentatus, ipsam proiecit ad terram pedibusque conculcauit: quam demum iam sumit, & sero primo famillime fecit, & ea postremo reassumpta, sibi ipsi loquenda, audienti

Monasterium Casæ Dei ab eodem restitutum auctumque.

a An. Cbr 1348 n. 12.

Quanta cura Pacis studia ab eodem promoti.

* C. R. in defectibus

b Petrarch. in poem. ad Io. Card. Col. Clementia ab eodem curata.

Inimicij, quo olim male habitus fuerat beneficio profectus.

M. S. Bibl. Vat. sign. 6. 1375. in 146 b.

Clementis obitus.

Tempora sedis. M. S. Bibl. Vat. sign. 6. 1375. in 146 b. Clam. VI. et aliud M. S. sign. 6. 1375. in 146 b. Hist. l. 10. c. 8. d. Matth. Vill. l. 3. c. 43. et Gesta Clem. VI. quod 1375.

Ædificia Clementis condita.

Consistorio sacris picturis adornato.

bus tamen aliquibus suis cubicularijs ibi astantibus, dixit: *Vade diabole, quod hodie facere non poteris, quod me vindicem de quocumque: & hos dicto, supplicationem praedictam illico ut petebatur signavit, nec aliam unquam molestiam intulit ipsam offerenti. Habuit praeterea hanc humanitatem, pietatem, seu benignitatem, ac liberalitatem generaliter ad omnes ad ipsum recurrentes, seu suum praesidium, seu iuamen implorantes, quod nunquam vel raro aliquem a se emisit sine consolatione reali aut verbali; sepius tamen ad rem, quam ad verba intendens. Pauperum & egenorum, praesertim illorum qui alias abundauerant, & mendicare erubescabant, necessitatibus largitus subuenit, considerans in ijs omnibus, quod beati mites & beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur: quam pie sperandum est ipsum iam consecutum, vel consecuturum in futurum, si humana fragilitate ipsum adhuc impellente, in eo aliquid culpabile extiterit.*

23 Insignem rem silentio non praetermittendam de illius memoria tenacitate narrat subiectis verbis Petrarcha a: *Clemens VI. egregius nuno Romulei regis pastor, tam potentis & inuicta memoria traditur, ut quidquid vel semel legerit obliuisci, etiam si cupiat, non possit. Hoc sibi & studiorum nutrix alma Parisius & orbis vniuersus tribuit. Ego enim, & si saepe ante pedes eius fuerim, tamen de hac re nihil praeter famam habeo, cui facilius accedo, recolens id sibi non nouiter tributum, sed ante diu, quam hoc fortuna culmen ascenderet, in quod euentu circumstrepentibus adulantium turbis vera laudis iudicium amiserunt. Illud additur miraculo, hanc tantum sibi memoriam magno quondam capitis ictu (cuius adhuc testis extat ingens supremo vertice cicatrix) peruenisse. Memorabilis casus si modo verus: hoc enim habet inter multa clarorum admiratio: viam fabulis aperire solet. His addit Massonus b: *Fuisse excellentis memorabilisque memoria Clementem, testatur Bernardus Dominicus, in eius vita, & alij annalium scriptores: id vero nouum non est. talem enim fuisse simplicium libro quarto de anima tradit Augustinus. Neque praetereandum encomium infigne, quo auctor, qui ad Bernardum Guidonem appendicem adiecit, Clementem exornat, dum ipsum vocat clemenciam speculum, charitatis hospitem, misericordiae patrem, pietatis alumnum, liberalitatis ministrum, iustitiae pugilem, aequitatis athletam, concordiae latorem, pacis amatorem, modestiae normam, religionis exemplar, amicitiae fomitem, spei anchoram, fidei basim, complacentiae morem, eloquentiae florem, honoris generis, & patriae decus.**

24 Id etiam ex Cantacuzeni d Graecorum Imperatoris testimonio summa laudi dandum est, ipsum abolendi Graecorum schismatis cupidissimum oecumenicam synodum in confinibus vtriusque imperij, ad quam Graeci & Latini episcopi confluerent, celebrare constituisse, cum diceret Cantacuzenus, Graecos, ni id fieret, nunquam ad conianctionem ecclesiarum adducendos, neque acceptam olim a Palaeologo conianctionem ob illud coalescere potuisse. Postulata iam ante a Benedicto huiusmodi synodus fuerat, sed negata, ne fidei nostrae articuli in concilijs oecumenicis definiti in controuersiam vocarentur: censebat vero Clemens Graecos ad disceptationem admittendos, non quod catholici de ijs ambigerent, sed errantes edocerent: ob bella vero Italica extracta synodus in tempus commodius ob Clementis mortem cogi non potuit, ut ait Cantacuzenus e: *Dum, inquit, in his tempus voluitur, Clemens Papa,*

viuere desinit, & cura de synodo in nihilum recidit. Agitatum quidem postea ab Innocentio cum Cantacuzeno de ecclesiarum conianctione visatum: cumque hoc deiecto, gener Palaeologus ad Urbani obsequium accedens huiusmodi synodum, ad quam Graeci cum Latinis conuenirent, congregandam posceret, negauit Urbanus iisdem de causis, quibus Benedictus petita repulerat. Denique reuersi iterum ad vomitum Graeci, cum ab Eugenio synodum flagitarent, is ipse secutus meditata Clementis consilia, Florentiae eam celebravit: de quibus suo loco. Nunc de Clementis exequis addemus ea, quae M. S. Vaticani auctor anonymus mandat historiae: *Corpus portatum fuit ad ecclesiam B. Mariae virginis cathedralem, ubi stetit usque ad estatem; & deinde asportatum ad monasterium casei Dei, ubi pridem fuit monachus, quinque Cardinalibus comitantibus ipsum, in capella ab ipso constructa depositum & tumulatum: cuius anima requiescat.* Curauit autem successor illud funus erogatis anno insequenti aureorum quinque millibus, ut illius cadauer ad idem monasterium, in quo Clemens religiosa olim disciplina ex cultus sepeliri optauerat, transferretur. Extat b enim de ijs acceptis ab Innocentio Hugonis tit. S. Laurentij in Damaso, Guillelmi tit. S. Mariae trans Tyberim presbyterorum, Guillelmi S. Mariae in Cosmedin, & Nicolai S. Mariae nouae diaconorum Cardinalium syngrapha, mensis martio anni proximi pontificatus Innocentij anno primo consignata; fuereque hi, ut ait vita Innocentij auctor c: *Frater, tres nepotes, & vnus consanguineus sui: quos ipse consortio Cardinalium aggregauerat, dum vivebat. De translatio hoc funere consentientia tradit Massonus d, additque monachos Casei Dei, ut acceptorum a Clemente beneficiorum memores se esse testarentur, sex rosas suis insignibus permiscere consueuisse: violatum deinde ab haereticis Caluinianis lapsis duobus post seculis illius sepulchrum, ac religionis odio corpus flammis iniectum: *Monasterium, inquit, ipsam, nimirum Casei Dei Aruernorum gentis Vellaunis populis vicinam, anno millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, cum obsideretur Anicium Vellaunorum, capitur a Monioe sororio Blasionis Allobrogis, cuius milites plusquam barbari templum diripiunt, statuam eius marmoream confringunt, sepulchrum violant atque diruunt, ubi Clemens ipse pene formidabilis iacebat: armati enim hominis statuam exhibere videbatur, quia singula corporis partes plumbo tecta erant. Caduere igitur nudato, nihil praeter ossa & cineres repererunt, eaque in flammis misere militari ioco clamantes: *An te putas, magne Pontifex, plumbeis armis cacodemonem victurum. At ea impiorum ludibria Clementis vertuntur gloriae.***

25 Sublato porro Clemente conclave ingressi Cardinales, dum vna de creando nouo Pontifice vota conferrent, tantoque muneri vir insignis probitate admoendus quaereretur, illam de Ioanne Birellio, qui Carthusianis praerat, ac tum magnae sanctitatis opinione florebat, ut pontificatu summo dignissimo mentionem, refert Carthusiensium historia, sed Talayrandum Cardinalem, caducarum rerum amore deuinctum veritum ne is luxum omnem in Cardinalibus pia asperitate refecaret, obstitisse; at deinde, cum Birellius e viuis excessisset, ac miraculorum ingenti gloria inclaresceret, culpam suam planxisse acerbe, & Carthusianos singularem studio complexum, quibus apud Petrachorios nobile cenobium Vallis clarae

In pauperes liberalis,

De tenacissima eius memoria. a Petrarcha. l. 2. rer. memorab. c. 1. de memoria.

b Massonus. ex ipso in Clem. VI.

c Append. ad Bernardum Guid.

d Cantacuzenus. l. 4. c. 11.

vt oecumenicam synodum ex Graecis & Latinis celebrare voluerit.

e lb. c. 10.

Illius mortem te conuincere te consilia.

a M. S. Vat. n. 376. Clem. VI.

Corpus Clementis delatum ad monasterium casei Dei. b l. 1. c. 1. p. 138.

c Gest. Clem. VI. opus 25.

d Massonus in Cit. 11.

Ab haereticis polita crematum.

Cardines de Birellio vir sancto creando Pontifice agitatum.

Talayrandus de Birellio cogitatione reuocatus. Facti politicae partes eius bium dicit.

magnis auctum vestigalibus condidit. Demum Cardinales in aliam abiere sententiam, vt e Cardinalium cœtu Pontificē deligerent: priuatiq; cōmodi illecebra deliniti, ad cardinalitiam augendā maieftatem pontificia detrimento conspirarunt, plures leges a in sua cōmoda vertendas p̄cti, quas renuntiandus ab ipsis Pontifex sacramento confirmaturus esset. Ex vero concepta erant his verbis.

26 *Deliberatione plena habita pro bono publico concordant omnes domini Cardinales nemine discrepante. In primis quod summus Pontifex, Domino providente, creandus nullo unquam tempore ex quavis causa procedat ad creationem Cardinalitū nisi secundum modum & formā inferius denotatos: videlicet quod nō creet seu faciat aliquos Cardinales donec numerus Cardinalium venerit ad numerum sexdecim Cardinalium, alijs qui essent supra numerum sexdecim de medio iam sublatis: & tunc assumat, si ei videbitur, tot quos ascendat ad plus vsque ad numerum viginti & non ultra, predictis sexdecim aut paucioribus, si forte tunc superessent, in viceno numero computatis. Quos quidem Cardinales, per Papam creandos, ipse creare & ordinare habeat de omnium Cardinalium tunc superexistentium seu duarum partium eorundem consilio & consensu: hoc tamen saluo, quod extante numero, qui nunc est, vel forsitan pauciore, assumat Papa, si voluerit, duos Cardinales de consilio omnium fratrum seu maioris partis eorum. Item quod Papa non procedat ad depositionem seu personam captionem alicuius Cardinalis sine consilio & consensu omnium fratrum nemine discrepante, nec ad excommunicationem vel aliam censuram ecclesiasticam, seu suspensionem vocis vel consistorij seu portationis capelli, nec ad priuationem, nec etiam ad suspensionem beneficiorum ipsorum Cardinalium sine consensu omnium fratrum aut duarum partium eorundem. Item quod Papa nullo modo ponat manum in bonis quorumcumque Cardinalium, eis viuentibus vel defunctis.*

Item quod Papa prouincias, ciuitates, castra, aut terras alias ecclesie Romana non alienet, aut in feudum vel emphyteosim, aut sub certo censu concedat: & ubi alienationem seu concessionem predictas iusta & rationabili causa fieri expediret, de consilio & consensu omnium fratrum seu duarum partium eorum ad predicta procedat. Item quod collegium Cardinalium percipere & habere debeat iure suo medietatem omnium fructuum, reddituum, prouentuum, multarum, condemnationum, & censuum, & omnium aliorum obuentuum & emolumentorum, ad ecclesiam Romanam spectantium, in quibusuis prouincijs ac terris & locis Romana ecclesie prout in priuilegio felicis recordationis Nicolai Papae IV. super hoc plenius continetur. Item quod tam in Romana curia, quam in terris & prouincijs Romanae ecclesie officiales in temporalitate maiores de consilio & consensu Cardinalium omnium, seu maioris partis ipsorum, insituantur & desituantur, prout in dicto priuilegio seu constitutione prefati domini Nicolai Papae IV. uoluitur apparere. Item quod ad officium marscalli Romanae curiae, & rectorum terrarum seu prouinciarum Romanae ecclesie nullus de consanguinitate vel affinitate Romani Pontificis assumatur.

Item quod summus Pontifex nulli Regi vel principi seu cuius alij in regnis, prouincijs, seu terris eorum concedet decimas, nec tertias decimarum, seu subsidia alia: nec etiam camera sua seruabit sine consilio & consensu omnium fratrum vel saltem duarum partium eorundem, & tunc causa iusta & rationabili suadente. Item quod Pa-

pa non impediat, quin omnes & singuli Cardinales in consulendo & consentiendo liberum habeant arbitrium in agendis. Item quod omnes domini Cardinales, qui bodie supersunt, iurare habeant, quod ille ex dictis Cardinalibus, qui ad papatum praesente Domino assumetur, predicta diligenter & inuisibiliter obseruabit: & nihilominus ille, qui ad papatum assumetur, siue Cardinalis siue alius assumptus fuerit & a Cardinalibus receptus, eadem die omnia & singula supradicta profiteatur fideliter obseruare, & ratum habeat praesitum iuramentum. Item quod si aliquod dubium occurrerit vel incidit vel Papa videbitur in predictis, dominus Papa cum consilio & consensu saltem duarum partium Cardinalium habeat declarare.

27 Sāctas has pactiones se seruatuos alij nullo adhibito discrimine sacramento spondere, alij hypothesim, si iure niterentur, iniurando adiunxerunt: quas vt sedis Apostolicæ dignitati aduersantes conuulsas anno insequenti visuri sumus. Cum vero accepissent, Ioannem Francorum Regem iter Auenionem intendere, vt Pontificem sibi acceptissimum creandum curaret, tuendæ libertatis ecclesie studio, quamuis ipsi addictissimi, vt eius aduentū armataque preces antecurrerent, electionē maturarunt, vt ait Matthæus Villan. ac suffragijs cōmunibus duodecimo post Clementis obitu die, nimirum xviii. decembris b, Stephanum Albertum Ostiensem episcopum ad apostolicum solium euehere; de quo hæc habet M. S. Vatic. Innocentius VI. Stephanus nomine. & infra, electus est in Papam per Cardinales anno Domini mccccli. die martis xviii. dec. hora tertiarem et coronatus die penultima dicti mēsis Auiione in apostolico palatio. Ab his non discrepat alterius M. S. Vat. auctor egestaq; ante pontificatum perstringit cui vitæ illius scriptor apud Bosquetū consentit: Hic, inquit, prius vocatus est Stephanus Alberti doctor legum existens, iudex maior seneschallia Tolosana: ab inde vero promotus ad ecclesiam Nemausensem, & de ea translatus ad ecclesiam Claromontensem: demum per dictum Clementem Papam VI. assumptus in presbyterum Cardinalem, habuitque titulum SS. Ioannis & Pauli. Dum eos gerebat apices, legationem ad Francorum Anglorumque Reges vna cum Anibaldo Cardinale pro extinguendo funestissimo bello ipsū obijisse, iā ante vidimus d. Pergit memoratus auctor: Postea autem fuit factus episcopus Ostiensis & Velletrensis & penitentiarius maior. Postremo vero, vt pramittitur, electus in Papam. Quibus consentanea scribit Albertus Argentinensis e, corrigendum tamen, dum die epiphaniæ sacro tiara pontificia redimitum affirmat: pariterque emendandus apud Bozquetum anonymus auctor, qui vigesima tertia eam pompam celebratam scribit. Susceptis ecclesie catholice gubernaculis Innocentius posttridie eius diei, quo pontificias insulas de more accepit, orbis vniuersi archiepiscopos & episcopos de Clementis VI. obitu, ac pontificatu sibi delato certiores fecit: atque vbi pluribus de se demisse sentire, ac diuinam opem pro gerendo munere pernecessariam est præfatus, illos ad eam ipsi comparandam ardentissimis precibus sollicitauit.

Innocentius episcopus seruus seruorum Dei venerabilibus fratribus archiepiscopo Rbemensis, eiusque suffraganeis salutem & Apost. benedictionem.

28 Prædicator egregius, qui vas electionis factus est a Domino, altitudinem sapientiæ & scientiæ Dei cum stupore considerans, Quam incomprehensibilia sunt, inquit, iudicia eius, &

Extortum sacramentum a futuro Pōr.

Deluse Galli Regis molitiones.

Matth. Vill. l. 3. o.

44. Stephanus episc. Ostien. crea tus Pont.

b. M. S. bib. Vat. sign. n. 2040.

Geſta In. noc. VI. a. pud. Bosq. c. M. S. bibl. Vat. sign. n. 3764. m.

Inn. VI.

d. Ann. Chr. 1348.

n. 11. & 12.

e. Alb. Arg. in chron.

Innocentij VI. nomen acceptum.

f. To. I. ep. f. r. pag. 2. & 4. an. 1. h. 2. ep. cur. 1.

Eneyclie eius licet

M m 3

12-

inuestigabiles via eius! Probat hoc quotidiano-
 rum euentuum successio varia: probat rerum
 ipsa diuersitas, & accidentium casuum contra-
 rietas manifestat, quorum ministeria mens ne-
 quit humana comprehendere, ratio inuestigare,
 non sufficit, & ad contemplationē quarum obsitus
 caligine mortalis oculus non attingit: probat
 hoc etiam nostræ infirmitatis humilitas, per quā,
 dum nullis suffragantibus meritis ad fastigium
 apostolicæ dignitatis euehitur, quid aliud indi-
 catur, nisi quod occulto nobis Dei iudicio agitur,
 vt plerumque promoueat inmeritis, & quan-
 doque assumatur indignus.

Nuper siquidem felicitatis recordationis Cle-
 mente Papa VI. prædecessore nostro, tela vitæ
 fuccisa, in Domino quiescente, & ipsius funera-
 libus exequijs cum honorificentia debita cele-
 bratis, nobisque vna cum fratribus nostris S. R. E.
 Cardinalibus, de quorum numero tunc eramus,
 tempore debito conuenientibus inuicem in pala-
 tio apostolico Auinionensi, in quo idem præde-
 cessor tempore sui obitus habitabat, pro futuri
 electione pastoris; tandem post dies aliquot, licet
 paucos, ille Pontifex summi summus, qui eandem
 ecclesiam sponsam suam proprii cruoris aspersio-
 ne fundauit, & supra petram fidei mox nascen-
 tis erexit, illaque soliditate firmavit, vt nullis
 impulsionebus quateretur, diutina vacatione ip-
 sius ecclesiæ dispendia refecans, in eum sua mu-
 nera contulit, in quo meritorum suffragia non
 inuenit: & eorundem fratrum corda intormans
 & dirigens sic affluit, vt in imbecillitatem nos-
 tram (quamquam essent plures, in quos concurre-
 re potuissent &, vt credimus, consultius & vti-
 lius) conuenirent: nosque tunc episcopum Ostien-
 sem, cuius ad tantæ dignitatis honorem & onus
 vires & merita nec suppetebant nec suppetunt; ad
 vniuersalis ecclesiæ fascem regiminis eligerent
 supportandum.

29 Nos autem infirmitatis nostræ conscij, &
 imperfectionis etiam non ignari, attendentes
 quod nihil tam insolitum tam pauendum, quam
 labor fragilis, sublimitas humilis, & dignitas non
 merenti, ad tantæ molis sarcinam suscipiendam
 expauimus. Sed demum debita consideratione
 pensantes, quod de qualitate nostrorum operum
 nequaquam pendet celestium mensuram bono-
 rum; ac sperantes, quod ille, qui est oneris
 actor, erit administrationis adiutor, & ne sub
 magnitudinis gratia succumbat infirmus, dabit
 virtutem qui tribuit dignitatem; & in eo fidu-
 ciam erigentes, qui ouium suarum curam licet
 multis pastoribus delegarit, sui tamen dilecti gre-
 gis custodiam non reliquit, quique B. Petro
 Apostolorum principi fiduciam præstitit, vt in-
 vndas descenderet, & dexteram porrexit auxiliij,
 vt dubitans non periret; colla subiecimus iugo
 apostolicæ seruitutis. Ad quod gerendum vtilius
 orationum vestrarum suffragia implorantes, vni-
 uersitatem vestram monemus, rogamus, & ob-
 secramus in domino Iesu Christo, quatenus dili-
 gentius attendentes, quod ad tanti ponderis sarci-
 nam supportandam peruigiles cooperatores esse
 vos exigit vobis in vestris gregibus sollicitudo
 commissæ, in huiusmodi cooperationis ministerio
 exequendo super greges eisdem sollicito vigiletis
 & debilitati nostrę deuotarum orationum &
 placationum vberum frequentibus oblationibus
 assistatis; ab eo, qui nobis sarcinam eandem
 imposuit, seu potius forsitan imponi permisit, sup-
 plicationibus deuotis & sedulis implorantes, vt

qui ex eisdem nostris defectibus sub illius onere
 premimur, ipsius munere subleuemur; nobisque
 ipse bonorum largitor omnium sic illam ad sui
 nominis laudem & gloriam, nostram populique
 sui salutem portare sua pietate concedat, quod
 eadem mater ecclesia filios suos numero & me-
 rito nostris multiplicari temporibus gloriatur.

30 Ceterum effectum vobis charitatiue beni-
 gnitatis expandimus, & sinum charitatis solite
 aperimus proponentes, in quibus cum Deo po-
 terimus, honori vestro deferre, ac vestra & ec-
 clesiarum vestrarum commoda, pro quibus ad
 nos recurrere cum securitate poteritis, in promp-
 titudine benevolentię promouere. Cum au-
 tem, sicut intelleximus, portatores huiusmodi
 literarum interdum esse consueuerunt contra-
 intentionem mittentium exactores, nunc impor-
 tunę petitionis instantia, nunc etiam murmura-
 tionum susurris, & detractionum & querelarum
 comminationibus exigendo; scire vos volui-
 mus, quod nostrę intentionis exiit, & latiori
 presentium expresse inuicimus, eumque iurare
 fecimus, quod ad exigendum vel obsinendum
 aliquid præter ea, quę pro expensis suis necessarijs
 per alias ei sub certa forma literas, quas vobis
 exhiberi mandauimus, ministrari præcipimus,
 talibus instantijs & murmurationibus non vtatur,
 nec recipere etiam oblata præsumat. Ideoque,
 vt nostris in hoc intentioni & beneplacito con-
 curratis, huiusmodi abusionibus ceterisque
 similibus, si forsitan eis, quod non est verisimile,
 vti præsumerent contra proprium iuramentum,
 contemptis omnino, vos vltra præmissa sibi ve-
 stro ministranda mandato, tribuendo aliquid
 non grauetis, cum non per extorsiones huius-
 modi, sed alia ttributione congrua intendamus
 ipsorum laboribus respondere. *Dat. Auin. 11. kal.
 ianuarij pontificatus nostri anno 1.* Scriptę sunt
 eodem argumento literę ad Carolum Cæsarem,
 aliosque Reges ac principes catholicos, vt sua
 cum ipso studia in tuenda, religione amplificanda-
 que coniungerent.

31 Postremo his addimus, statuisse hoc anno
 diuinam iustitiam in signe seueritatis exemplum
 in episcopo Citizenensi, quo doceantur præfules non
 lasciuire, sed ad gregis sui salutem promouendam
 diligenter incumbere: e media enim saltatricum-
 chorea ad tremendum Dei tribunal abreptus
 est, vt ex pluribus annalibus refert Paulus Lan-
 gius: *Anno, inquit, Domini mcccclii. & infra,
 Ioannes episcopus noster, vt in multis legitur chro-
 nicis, in die Ioannis euangelista ob honorem nominis
 sui complures dominas speciosas & nobiles inuitauit
 erat, eborizansque inter duas medius, quas ipse
 manibus tenebat, repente cadens miserabili morte
 exspirauit anno ordinationis sue quinto: mortuus,
 inquam, non vt episcopus, non vt sacerdos, sed velut
 bistrionis vanus & vir seculo deditus: mortuus, in-
 quam, non in atrio sed theatro, non in loco sacro sed
 profano, non in ecclesia sed chorea.*

IESV CHRISTI
 annus 1353.

INNOC. PP. VI. CAROLI IV. ROM. REGIS 8.
 IO. PAL. 13. & IO. CAN. 7. IMPP. OR.

1 Anno salutis millesimo trecentesimo quin-
 quagesimo tertio indictione sexta nonus
 Pontifex, adducta in grauissima pericula Chri-
 stianę rei consulturus, apostolica studia ad An-
 glos

De con-
 cordi ei-
 dem ele-
 ctione.

Fuerat
 antea epi-
 scopus
 Ostiensis.

Fundi a
 clero pre-
 ces pro se
 ciffa gitat.

Latere
 pontifi-
 cum
 rorum
 centia
 coctis

a Paul.
 Lang.
 chorea
 1122.
 Diuina
 in epis-
 lasciuia
 tem vna

glos eum Gallis conciliandos, Genuenses ac Venetos ab exitiali abducendos bello, propulsandos Turcas, Græcos ad schisma eiurandum excitandos, pacandos intestinos Castellæ motus, componendam aulam pontificiam, atque Romanæ ecclesiæ ditionem a tyrannis penitus fere occupatam ex eorum manibus vindicandam conuertit. Accendebat tyrannorum ambitionem atque audaciam Pontificum Romanorum absentia: ac si eorum consilijs successus respondissent, nil aliud moliri videbantur, quam vt vocati tam ardentibus votis Pontifices Italia penitus excluderentur. Aspirabat inter ceteros Ioannes e Vico, multarum vrbiu[m] ecclesiæ ereptarum dominatione tumidus ad Romam sibi subijciendam, quem plures coniurati ad tyrannidem efferebant. Ad cuius frangendos conatus atque ecclesiasticam ditionem recuperandam Innocentius Ægidium Aluarum Albornotium genere Hispanum patria Conchensem, quem in sacro aduersus Saracenos Africanos & Granatenfes bello magna cum laude versatum in Alfonso Regis castris, atque a Clemente VI. ex archiepiscopo Toletano tit. S. Clementis presbyterum Cardinalem creatum vidimus, amplissimæ legationis munere auctum in Italiam misit. De quo hæc Innocentij vitæ auctor monumentis consignat. b

Tunc temporis fere omnes ciuitates cum castris & locis, quæ spectabant ad ius & proprietatem Romana ecclesiæ, in partibus Italiæ erant extramans suas: tenebanturque, seu verius detinebantur & occupabantur per tyrannos in dicta ecclesiæ præiudicium, detrimentum, & iacturam. Circa quod volens dictus Innocentius Papa providere, dareque ordinem, vt ad dictam ecclesiæ reducerentur, in sui regiminis principio misit ad partes illas legatum suu[m] de latere Ægidium Aluari Hispanum tit. S. Clementis presbyterum Cardinalem, vt circa reductione[m] & recuperationem prædictorū intenderet & vacaret.

Tulit iniquiore animo Petrus Castellæ Rex Ægidium Cardinalem, cuius opera vti meditabatur, in Italiam mitti; atque apud Pontificem precibus institit, vt ab Italica legatione reuocaret. Cui Innocentius extremas ecclesiæ difficultates, quibus pares alij non forent, exposuit: *Tantum enim, inquit, præsumpsit & præsumit in eisdem partibus aduersus ecclesiæ & fideles & deuotos eosdem ambitio tyrannorum, quæ iam maiorem partem terrarum ipsius ecclesiæ temerarijs ausibus occupauit, & ad occupandum residuas studia erigit, intendit & curas: propter quod necessarium expedit præfati legati nedum non differre, sed accelerare discessum. Dat. apud Villannouam Auinionensis diocesis iv. id. augusti anno 1.*

Meminere de eadem legatione, Ægidio Cardinali imposta, plures historici d huius temporis; inter quos M. S. Vaticanæ auctor e hæc habet: *Hic ordinauit & transmisit anno primo sue coronationis D. Ægidium Hispanum Cardinalem in legatum ex latere in Italia ad recuperandum dictas provincias & terras & iura ecclesiæ occupata per tyrannides: quod & factum est manu potenti per dictum dominum Cardinalem infra quatuor annos cum multis laboribus & expensis thesauri ecclesiæ.*

2. Floruisse Ægidium, antequam se clero aggregaret, equestri gloria, tradit Nicolai Laurentij vitæ auctor f. Extant Innocentij literæ s, quibus arduum hoc munus illi demandatum est, vt enascentes nimirum hærefes præfocaret, coerceret scelerum licentiam, sacerdotalem splendorem

restitueret, instauraret diuini cultus maiestatem, bella componeret, subueniret miseris, animarumque salutem promoueret; cuius diplomatis potiore[m] partem subijcio.

Innocentius, &c. dilecto filio Ægidio tit. S. Clementis presbytero Cardinali A. S. L.

Licet nos, qui quamquam immeriti vicibus huiusmodi [nempe Christi] fungimur, pro vniuerso populo Christiano, cuius curam gerimus, pacis & status prosperi cogitationes assidue meditari, & ad hoc (prout Altissimus nobis de sua pietate concessit) manus operatrices apponere teneamur; tamen dum anxie cogitamus statum tam Lombardiæ quam Tusciæ partium, ac nonnullarum prouinciarum & terrarum circumadiacentium, & præsertim ecclesiæ Romanæ mediate & immediate subiectarum, quas inueterata dissensio longis, proh dolor! retro continuatis temporibus plurimum lacescunt, & quas guerrarum turbines exposuerunt animarum periculis, & personarum ac rerum dispendijs infinitis; quodque propter hoc neglectus cultus diuinus, ecclesiarum & locorum ecclesiasticorum iura violenta direptione in prædam posita, libertas ecclesiastica conculcata fuerunt, & (quod desendum est potius & dolendum) pullularunt schismata, & insurrexerunt hærefes contra catholicæ fidei puritatem; & quod, quamuis status huiusmodi fuerit in nonnullis locis dictarum prouinciarum, partium, & terrarum aliquantulum tranquillatus, nihilominus tamen inter multos magnates & nobiles, vniuersitates ciuitatum, castrorum, villarum, & aliorum locorum, partium, prouinciarum, & terrarum earundem solitæ dissensionis fomes & rancorum seminaria remanserunt, ex quibus noscuntur præmissa & alia graua non facile numeranda pericula animarum & corporum, facultatum lapsus, & multa dispendia prouenire; dum præmissa præsentantur nostris obtutibus, anxiamur immense, cogitationibus profundis immergimur, ac zelus noster velut ignis charitatis paternæ in nostris meditationibus exardescit, pro prædictarum partium, prouinciarum, & terrarum, quas plenitudine dilectionis paternæ prosequimur, statu dirigendo salubriter, ac pace, concordia, & vniõne in eis perfecte (auctore Domino) reformandis, vt incolæ partium, prouinciarum, & terrarum earundem effecti vnanimis & concordæ, ac bonæ pacis, quod omnia alia bona superat, perfruentes pro statu eorundem dirigendo salubriter, ac honore ipsius sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ defendendo insurgant tam zelo fidei, quam deuotionis feruore viriliter & potenter.

Nos vero diligentius attendentes, quod propter magna & ardua, quæ nobis in partibus citramontanis incumbant, ad partes illas, ubi mente sumus, accedere personaliter pro huiusmodi nostro exequendo desiderio non valeamus; & quod personam tuam gratiarum dator Altissimus scientiæ magnitudine, industriæ claritate, & alijs multis virtutibus insigniuit; ad te, in cuius affectu geritur pacificare discordes & virtutum seminaria ferere; nostrum intentum; vt fortem opere & sermone mittamus ad fortia, & tuis robustis humeris onera grandia imponamus, duximus dirigendum. Ideoque gerentes de tuis claris meritis & virtuosis operibus fiduciam in Domino specialem, quamuis nos & fratres nostri tanti viri præsentia nobis & ecclesiæ Romanæ necessaria & perutili careamus inuiti; tamen propter vrgentem

Pontificiū de Ægidij legatione diploma

Ob quas causas ei fuerit demandata.

Incipit hoc anno ge...
Laniata a tyrannis Italia...
Castelle Rex illis...
1711...
1712...
1713...
1714...
1715...
1716...
1717...
1718...
1719...
1720...
1721...
1722...
1723...
1724...
1725...
1726...
1727...
1728...
1729...
1730...

tem & euidentem necessitatem partium, prouinciarum, & terrarum prædictarum, quibus speramus per tuam prouidentiam circumspectam, illo tibi auxiliante qui potest omnia, in præmissis salubriter consuli & utiliter subueniri, te tanquam pacis angelum ad dictas partes, videlicet Lombardiæ, ac Aquileiensem & Gradensem patriarchatus, ac Mediolanensem, Rauennatensem, Ianuensem, Pisanum, Spalatensem, Ragusinum, Antibarensem, & Iadrensem archiepiscopatus eorumque prouincias, ac Papiensem, Placentinam, Ferrariensem, Perusinam, Vrbeuetanam, Tudertinam, Reatinam, Interamnensem, Narniensem, & Castellanam ciuitates & dioceses; nec non Tusciæ, marchię Teruisinæ prouincias, ac terras ecclesiæ Romanæ, videlicet marchiam Anconitanam, Massam Trabariam, ciuitatem Vrbinatensem eiusque diocesim & districtum, Romandiolam, ducatum Spoletanum, Sabiniam, patrimonium B. Petri in Tuscia, Campaniam, Maritimam & alias circumadiacetes partes & terras eidem ecclesiæ mediate vel immediate subiectas, infra tuæ legationis terminos constitutas, excepto regno Siciliæ, & Sardinie & Corsicæ insulas, tibi in eisdem partibus & prouincijs ac terris, ciuitatibus & diocesisbus vices nostras ac plenæ legationis officium committendo; vt in eis euellas & destruas, dissipas & disperdas, ædifices & plantes, ac status salubriter in nomine Domini, prout tibi gratia celestis infusio, & tua etiam prouidentia ministrabit, de dictorum fratrum nostrorum consilio destinamus, vt in prædictis proxime nominatis partibus, prouincijs, terris, ciuitatibus, & diocesisbus & insulis inter ecclesiasticas mundanasue personas, duces, principes, marchiones, comites, & nobiles, communitates, vniuersitates, ac populos ac alios vniuersos & singulos discordes bonum pacis studeas reformare, ac concordēs in fraternæ dilectionis glutino conseruare; & nihilominus agere & tractare quæcumque ad cultum Dei & exaltationem catholicæ fidei, Apostolicę sedis honorem obseruantiam ecclesiasticę sanctionis, & ad redintegrationem ecclesiasticę libertatis, honestatis & morum cultum, releuationem ecclesiarum & locorum ecclesiasticorum & pauperum salutem, animarum tranquillitatem, corporum ac robur status prosperi partium, prouinciarum ac terrarum, ciuitatum, diocesum, & insularum prædictarum quo modolibet pertinebunt.

Et vt huiusmodi commissum tibi legationis officium ad nostrum & Apostolicę sedis honorem, & commodum & tranquillitatem & pacem incolarum partium earundem, & præsertim terrarum & locorum nobis & eidem Romanæ ecclesiæ subiectorum in eisdem partibus consistentium, eo utilius & efficacius iuxta cor nostrum gerere valeas, quo maioris prærogatiua fauoris & gratiæ fueris communitus, te zelatorem pacis, amatorem iustitiæ, ac veritatis amicum, & in arduis negotijs clara fidelitate probatum, reformatorem partium prouinciarum, terrarum, ciuitatum, diocesum & insularum prædictarum in spiritualibus & temporalibus tenore præsentium specialiter ordinamus, &c.] Amplissima instruit auctoritate, vt eos, qui cõtra illius tenderent imperia, censuris percelleret, solutis omnibus prærogatiuis, quibus se fultos contenderent. Datum apud Villannouam Auinionensis diocesis 11. kal. iulij anno 1. Tributa etiam illi est alio diplomate, vniuersæ ditionis ecclesiasticę admini-

stratio: tum amplissimis prærogatiuis a, vt dignitatem tueretur instructus, de quibus regeſtam extat; interque alia potestas illi collata vt redeuntes ad obsequium censuris absolueret: pontificij enim erat consilij b prius mansuetudine rebelles alligere, quam ad pertinaciam obterendam armorum vim experiri. Eundem vero legatum commendauit Italiæ magnatibus c Ioanni archiepiscopo Mediolanensi, Canigrandi Veronensi, Aldobrandino Ateſtino, Ioanni Montisferratenſi, Iacobo Taurinensi, Francisco & Iacobo Carrarijs Patauinis, Andrea Dandolo Venetorum ac Ioanni Valentio Genuensium ducibus, tum insignibus populis Florentinis, Pisanis, Senensibus, Perusinis, quibus eadem verborum formæ conceptæ transmissæ sunt literæ d.

3 Valere plurimum pontificiæ preces apud hos populos, ac principes: Ægidius enim legationis munus ex apostolico imperio obiturus, cum in Inſubriam venisset, a Ioanne archiepiscopo Mediolanensi magnis beneuolentiæ significationibus exceptus est largo sumptu ac magifico apparatu; qua in re Pontifex postea illius magnificentiam laudauit e: quamquam ipse Ioannes, vt scribit Mattheus Villanus f, legatum Bononiam ingredi non est passus, ne illius præsentia nouas res afferret, ciuesq; ad libertatis spes excitaret. Quocirca legatus Pisanum iter tenuit, atque vndecima octobris die Florentiam peruenit: quem Florentini solemnè pompa obuiam effusi instructo agmine religioso ingenti populi acclamatione, festo campanarum clangore, prætenso eius capiti prædiuite vmbraculo, ac nobilissimis ciuibus fræna equitensibus, honorifice in paratâ ædem deduxere: donarunt muneribus; deniq; discedenti centum quinquaginta equites auxiliares cõcessere, quæ de scribit Villanus g. Contulisse illi se in patrimoniu B. Petri, docet Nicolai Laurentij vitæ auctor h: ad quod antequam accederet, increbrescente eius aduentus fama, debilitari cõpisse Ioannis e Vico potentiam, ostendunt pontificiæ literæ ad legatum ipsum xiv. kal. sept. datæ: De patrimonio B. Petri in Tuscia, plures, inquit Innocentius, nobis noua felicia referunt; ex quibus, si vera sint, verisimiliter credimus, ac speramus in B. Petro Apostolorum principe, quod ille inimicus Dei, & ecclesiæ suæ sanctæ continuus persecutor Ioannes de Vico, qui se prefectum Urbis appellat, sub potenti manu ipsius ecclesiæ cito humiliatus & domitus contundetur. Suggestit etiam alijs literis 11. non. septembris exaratis eadem spes, quibus sequenti anno felices exitus consenserunt.

Veniens in Patrimonium legato Montisfalconis, Aquapendentis, & Volſinij arces se dedidit, vt refert Nicolai Laurentij gestorum auctor i. A quibus non dissentit Innocentij vitæ scriptor l, qui tristem ditionis ecclesiasticæ ob Pontificum absentium lanatæ imaginem ita depingit: Cum ad partes prædictas peruenisset, non inuenerat in omnibus terris & dominijs dictæ ecclesiæ loca sub regimine eius consistentia, in quibus caput suum possit tute reclinare, nisi in patrimonij prouincia locum & castrum Montisfalconis, & in ducatu Spoletano locum de Montefalco: sed ab inde per Dei gratiam successiuis temporibus satis dilatauit fimbrias suas, prout ex sequentibus apparebit. Occuparat tyrannus Ioannes e Vico Interamnam, Ameliam, Narniam, Urbemuerem, Viterbium, Martam & Caminum, atque etiam Perusium ad defectionem vrgebat m, cuius nefarijs consilij ciuium fauebat dissensio. Ad quam

Et in quibus prouincijs.

Eiusdem legati encomia.

a Bod. reg. ep. 2. ext. etiam in bullar. in Innoc. VI. cons. 1.

a lb. 100
ad ep. 100
b T. 100
c lb. 100
d lb. 100
e lb. 100
f lb. 100
g lb. 100
h lb. 100
i lb. 100
l lb. 100
m lb. 100

d lb. 100
141. 6
142. 6
143. 6
144. 6
145. 6
146. 6
147. 6
148. 6
149. 6
150. 6

g. 100
h. 100
i. 100
l. 100
m. 100

i. 100
l. 100
m. 100
n. 100
o. 100
p. 100
q. 100
r. 100
s. 100
t. 100
u. 100
v. 100
w. 100
x. 100
y. 100
z. 100

Quo
bea
ne
occup
m. 100
col. 100
supra

sopiendam Innocentius Perusinos hortatus est a, propositis ingentibus malis, quæ intestina discordia pareret, vt florentissimas vrbes redeget in cineres, vtque mutua concordia ciuium ipsas ad magnum decus & splendorem adduxisset.

4 Nec Perusij modo tentandi ciuium discordia, verum etiam Romanæ Vrbs affectandæ iniecerat Ioanni e Vico occasionem Romanorum, dissensio, qui in Bertoldum Vrsinum comitem, ac Stephanellum Columnam senatores concitata, seditione b ob annonæ caritatem, quam non sine auaritia nota ingrauescere erant passi, Bertoldum faxis oppressere mense februario. Stephanellus autem popularem furorem ex aduersa ædium parte egressus, mutato cultu & capite obuoluto elusit. Exinde grauiores in Vrbe discordiæ exorta c, viris principibus Sabellis, Vrsinis, & Columnensibus inter se digladiantibus: ciuiumque suorum sanguine Roma imbuta est. Nonnullis porro coniurasse in patriam, vt Ioannis e Vico tyrannidi illam subijcerent, docet Innocentius, qui Romanos officij monuit d ac pietatis in patriam, ne illi seruitutis teterimæ iugum imponerent.

Innocentius, &c. dilectis filiis populo Romano.

Noctis quod post innumera exhortationes & monita, quibus eadem ecclesia erga filium, belial publicum Dei & ipsius ecclesiæ inimicum, & hostem vestrum etiam manifestum Ioannem de Vico, qui se præfectum Vrbs appellat, vsa est studio piæ matris; & quæ ipse obstinatus in malo damnabiliter omnino contempsit, etiam & contemnit. Nos, eius vterius dissimulare nequitiam nequeutes, ad radicem non solum infructuosæ, sed pestilentis arboris securim potestatis apostolicæ duximus apponendam. Nec latere vos erediturum ac vester hostis & æmulus, videns se sub virga non persequentis, sed castigantis ecclesiæ ruinæ proximum & vicinum; ac perire potius eligens quam saluari, superba ceruice ad dolosas & fraudulentas artes, quibus ab annis teneris suam dedicauit ætatem, conuertit se: ac etiam quosdam ex nobilibus conciuibus vestris adeo concitauit, quod ipsi beneficiorum ab eadem ecclesia percipiorum immemores, patriæ, pro qua conciuis ille vester Cato pugnandum iubet, persecutores effecti, cum memorato Ioanne consilijs & tractatibus multis præhabitis ad vestrum & ipsius ciuitatis exterminium aspirantes, præfatæ ciuitatis usurpare dominium tentauerunt, vt in vobis solitam possint exercere tyrannidem, & ecclesiæ memoratæ negotia, quæ vestra quoque sunt sicut specialium filiorum ipsius, & quæ per meritum B. Petri Apostolorum principis felix principium habent & feliciorum, Dei fauente, sunt exitum habitura, possint per excogitatas nequitias impedire. Et ideo licet vos Ioannis & conciuum prædictorum cognoscentes plane ac plene venenatentia, admonitione circa hoc minime indigere credamus; quia tamen amor est res timoris plena solliciti, nos ex affectu charitatis, quam ad vos gerimus, ad cautelæ suffragium præmuniendos esse decreuimus, &c.] Addit preces, vt improborum consilia elidant, neque eorum artibus subornari se atque in periculum conijci patiantur. *Dat. apud Villannouam Auinionensis diocesis viii. kal. septembris anno i.*

5 Dum ad reprimendam Ioannis e Vico, quam in Vrbe confirmare nonnulli factiosi anni-

tebantur, tyrannidem Pontifex incumberebat, nouus tyrannus Franciscus. Barocellus ex obscuro genere, arte scriba senatus, conciliatis sibi ingentibus promissis ciuibus, ac spe restituendæ a se veteris libertatis ac dignitatis concitata, Vrbe oppressit, seque vocata concione populi tribunum, secundum & consulem Romæ dixit: accepit a pro insignibus globum cælestem tenia, oleaginea circum, in qua senatus populiq; Romani nomina descripta erant. Tum etiam plura in pontificiam auctoritatem nouauit b.

De ijs certior factus Pontifex ab Hugone Arpaionio apostolico internuntio, liberandi e carcere Nicolai Laurentij, qui pontificiæ dominationis asserendæ acerrimum defensorem se futurum pollicebatur, consilium iniit c, cuius opera tyrannus alios depressum iri sperabat, cum adhuc illius nomen magna apud plures gratia & laude floreret. Hæc enim ad Hugonem ipsum scripsit: *Circa hoc solcite remedia inquireres, dilectum filium nobilem virum Nicolaum Laurentij militem Romanum ab omnibus pœnis & sententijs, quibus erat ligatus, absolui fecimus, & a vinculis liberum cito ad eandem Vrbe, dante Domino, remittemus: sperantes, quod ipse ex vexatione intellectum suscepit, & prioribus suis phantasticis nouitatibus omnino depositis, malignorum ipsorum iniquis & prauis conatibus per industriam & sagacitatem eius, qua utique magna est, ac popularium & nobilium plurimum dictæ Vrbs quietam cupientium ducere vitam ac utilitatem publicam, toti cupiditati & inordinata ac noxia affectuoni quorundam præponentium, assidentem fauorem præstante Domino, salubriter obuabit, &c. Dat. apud Villannouam Auinionensis diocesis viii. kal. octobris anno i.* Adduxerat secum Ægidius Cardinalis legatus in Italiam Nicolaum Laurentium, vt eius opera vteretur, cum in Italicis rebus ac Romanis præcipue versatissimus esset; honestæ tamen custodiæ commendatum: quem Pontifex a legato relaxari iussit d, ac Romanis commendauit e: susceptamque ab eo Romanæ rei administrationem inferius visuri sumus. Interea Barocellus eius imitator, cum mensibus quatuor tyrannidem exercuisset, populari gratia in odium versa, arreptæ dignitatis insignia suo cruore sedauit. Meminit de Barocello Innocentius f in literis ad Ioannem archiepiscopum Mediolanensem kal. ianuarij insequentis anni datis.

Accessit alijs tyrannis Monsregalis de Albarno (vulgo Morealem vocant Italicis scriptores) eques Rhodius, natione Prouincialis, qui ad Ægidium Cardinalem legatum se conferens, aduersus hostes ecclesiæ signis ascriptus egregia primû bellica facinora explicuit: quem Pontifex, id ei gratulatus, ad constantiam eum adhortatus g. Sed corruptis breui eas spes, quas de sua virtute bellica concitaret: rapinis enim atque effrenatæ licentiæ habenas laxare assuetus, literis plurimis sicarios, latrones, ac veteranos milites rapto viuere assuetos scelere impunitate ac stipendiorum amplitudine pellexit h ad sua signa; factaque in Picenum irruptione prouinciam expilare ac diripere cœpit: primus socialium turmarum, quæ postea Italiam vniuersam & Gallias diutissime afflixerunt, infelicissimus ductor; quem demum diuinæ iustitiæ carnificis manu pœnas datem visuri sumus. Nunc reliquas Italicas res prosequamur.

6 In Neapolitano regno Ludouicus Rex sedabat iniustitiæ labe regium decus, vt iura caste-

Barocellus Romæ tribunatus inuadit.

a. *Matth. Vill. super. c. 78.*

b. *Eod. c. 78.*
Nicolaum Laurentium illi opponere. decernit Pontifex. c. *To. 1. ep. secr. pag. 188.*
Soluti eû censuris & vinculis.

d. *Eod. p. 2. ep. secr. pag. 186.*
e. *ib. pag. 78.*
Barocellus trucidat.

f. *To. 2. ep. secr. pag. 11.*

Monsregalis grafalator insignis.

Sub signis ecclesiæ stipendia facit.

g. *To. 1. ep. secr. pag. 189.*

Deficit ad hostem. Latronum exercitum conscribit Picenum vastat.

h. *Matth. Vill. l. 3. c. 81.*

Ludouicus Neap. Rex a iuribus delectis.

non administraret, sed ad studia sua iustitię lancem inclinaret. Quem Innocentius grauissimis sententijs ad sua cuique iura seruanda hortatus est: firmari iustitia Regum solia ipsū, ea spreta, diuinorum beneficiorum futurum vacuum: hac vna virtute abiecta, cęteras omnes abijci: de ijs in ius vocatum iri ad Dei tribunal; deniq; honorem regium infici, ac male sustentari scepra, si subditorum obsequijs iustitię recta administratio non respondeat. Tum hosce ad virtutē stimulos subdidit: *Confidera fili, confidera vtrum hac regia fama conueniant, vtrum honorem tuum deceant, expediant statui, congruant & saluti. Confidera, quod sicut subditis tuis datus es caput, sic & ipsi facti sunt membra tibi. Confidera, quod sicut impossibile est vt bene sit membris, quorum caput est languidum, ita nimirum impossibile est, vt male se habentibus membris, se habeat bene caput: quia, si hęc discussionis debita censura dijudices, eisdem subiectis multa patientibus compatiaris vtiq; ac ipsis dolentibus condolebis; sicque dolor & passio, quos senseris ipse cum illis, ad prouidendum tibi & eis promptius excitabunt, &c. Dat. Auin. non. decembris anno 1.* Instruxit pariter Innocentius salubribus monitis Regina Ioannam b, atque ad humanę vitę incommoda ferenda Christiana constantia, pluribus adductis sacris oraculis exemplisque sanctorum, quorum virtutem & patientiam aduersa, exercere, excitauit.

Innocentius, &c. Ioanna Regina Sicilia.

7 Si rectę considerationis indagine perscruteris cursum immundi vtique mundi huius, & fallacis eius statum instabilem diligenter attendas, occurret tibi luculenter & plene, charissima filia, quod mundus ipse habitatores suos instar pelagi fluctuantis exagitat, & velut campus quidam certaminis conficiu pugnę durioris exercet; quamvis etenim illis lætiorē interdum faciem mentiat, & serenus quandoque videatur arrior; infert tamen celata sub hilari vultu lugubria, & inter grata ac placida charitatis applausus immiscet nubila, & turbida subministrat, vt post præsentem felicitatis imaginem, & ymbra prosperitatis oblatam, sentiatur aduersitatis acrimonia succedentis amarius, & sequens durius perferatur calamitatis euentuum finistorum. Verum tamen id aliter seculi, aliter Dei suscipiunt amatores: illi namque secundo applausu molles, & debiles statu modicę tempestatis simul cum deficiente felicitate deficiunt; his autem aduersa qualibet exercitationem propriam existimantes, & cum Apostolo sentientes, quod virtus in infirmitate perficitur, quo impelluntur ab impetu incurSATIS turbinis grauius, eo robustius stant, eo fortius inualefcunt. Sic sic adolefcens ille speciosus forma, & decorus aspectu, impudicę femine deuicta malitia, solutus vinculis domui Pharaonis præficitur, byffina stola vestitur, & super terram Ægypti constituitur vniuersam. Sic sanctus Iob inter orientales locuples, & fecunditate sobolis gloriofus, nudatus rebus omnibus, orbatu filijs, & ipsa carne insuper flagellatus; non peccauit, nec stultum quid locutus est contra Deum: sed ipse gloriofo nomini benedicens, & bona & mala de manu eius animo æquo suscipiens amissa iam recipere meruit duplicata. Sic Sufanna (iniquorum & voluptuosorum senum sententia falsa iusto iudicio pueri iunioris, cuius suscitauit Dominus spiritum) irrita erectis ad cælum oculis exclamans ad Deum impositi criminis pœnam, lapidationis euasit. Sic etiam Anastasia gloriosa

Christi martyr & virgo scuitiam sacrilegi Publij illustris eius patrimonij abusoris, cui fuerat sociata coniugio, cuiusq; thorum declinauit infirmitate mentita, compressit. Sic etiam alij, quorum multitudo quam magna est, eiusdem mundi contemptis omnino blanditijs & terroribus superatis, in carne positi & mundo mortui habiti sunt, & habentur hoc in seculo memoria celebres, & vitę possessionem adepti feliciter gloriantur æterne.

Horum, filia, & his similibus accendaris exemplo, vestigijs eorum inhareas, imiteris actus, amplexeris & mores. Hac dum exacti temporis felicitas deceptrix & fallax tentat animum, cor pulsat, titillat & mentem, recogites: hęc ad memoriam reuoces; hęc assidua tecum meditatione pertractes: & hęc ante oculos tuos ponens, sufferentiam habeas, & accincta fortitudinis robore mansuefcas, spem in eo ponens, qui pro mansuetis terrę arguit; & in illo tuum iaciens cogitatum, qui eos erigit in salutem, Et quoniam, vt idem Iob ait, qui afflicus & humiliatus est, erit in gloria; tu quoque cum psalmista psallas & dicas: *Bonum mihi Domine, quoniam humiliasti me.* Licet enim tribulationes iultorum multę sint, tamen de omnibus eis liberat ipsos Deus: & te etiam, & si tibi tribulationes multas & malas ostenderit, conuersus viuificabit, ac secundum multitudinem dolorum tuorum suis te lætificare consolationibus non postponet: immo miserationes eius, quę super omnia opera eius sunt, super te quoque opus manuum eius erunt. Glorieris ergo cum eodem filia: glorieris in angustijs tuis, quę te infirmitatum instar exercitant, vt in te inhabitet virtus Christi, sciens quod *tribulatio patientiam operatur, patientia vero probationem, probatio autem spem: spes vero non confundit*; vt cum B. Iacobo coapostolo eius exultans omne gaudium existimes, cum in tantationem incideris: quoniam qui suffert tentationem, beatus est, quia cum probatus fuerit coronam vitę recipiet, quam Deus se diligentibus repromittit. Nos quoque ad te paternam charitatem habentes, proponimus in opportunitatibus tuis tibi apostolicis adesse fauoribus, & vota regia quantum cum Deo poterimus, eo præstante benigna semper exauditione complere. *Datum Auin. xv. kal. decembris anno 1.*

8 Dissiparat Ioannā regię Siculę iura partim sceminea leuitate, partim vna cum viro Ludouico acerbitate temporum adducta, vt plures liberalitatis ostentatione promissisq; in asperis rebus sibi deuinciret; partim etiam clientum improbitate, qui rebellionem, ni placarentur muneribus, interminati dolo & vi plura extorferant. Cum vero exinde regia potentia admodum exinanita esset, ac regni sedis Apostolicę fiduciarij maiestas defloresceret adeo, vt ad propulsandos hostes impar esset, iam ante Clemens iniquum reputans, vt priuati sua commoda ex publicę rei exitio compararent, omnia regia iura quouis prætextu alienata ad Siculam coronam reuocauit, si annui vtegalis viginti vncias auri excederent. Cum vero illam Clementis VI. sanctionem varijs fucis rum Ludouicus & Ioanna, tum importuni homines ex regni spolijs priuatas opes cumulantes eluffissent, Innocentius ad retinendum Siculę coronę splendorem ob supremum in id regnum dominationem præsumptas a Ludouico & Ioanna donationes rescidit, eosdemque intentato anathemate, si decissent officio, alienata iura recuperare iussit,

ap. ad. 10. 1.
ep. sac. r.
pag. 234.

ib. pag.
313.

Apostolica ad Io.
Reginā littera.

Monetur, vt humanę presuras constanter ferat.

Proposita illorum exempla, qui de aduersis triū pharunc.

Fallax
mentis
licet.

Virtus
traijs
poltur.

Sicilia
gizimā
abaliena
ta a Ioh.
na.

Religio
eius de
natione
Clemens
re.

sub-

subiecto edicto a, tum etiam censuras ijs, qui accepta contra fas restituere detrectarent, obiect.

Innocentius, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Nos, qui in eisdem regno [nempe Sicilia] & terra directum dominium obtinemus, nolentes sicut nec velle debemus, tanta & tam euidencia regni & terræ prædictorum & Romanæ ecclesiæ dispendia conuenientibus oculis sustinere; sed potius volentes, vt tenemur, in tantorum periculi & necessitatis articulo super his salubriter prouidere, reuocationem, cassationem, irritationem, inhibitionem, ordinationes, decreta, præcepta seu mandata, pœnarum & sententiarum inflictiones per dictum prædecessorem super his (vt præmittitur) facta, & omnia in prædictis eius contenta literis, rata & grata habentes & etiam approbantes, omnes & singulas donationes, dationes, concessionem, infeudationes, venditiones, obligationes, assignationes, liberationes, exemptiones, priuilegia, & literas huiusmodi, & quoscumque contractus sub quocumque colore, titulo, modo, vel causa, & sub quacumque forma vel expressione verborum in præmissis vel de præmissis aut aliquo præmissorum ultra prædictam summam annui redditus viginti vnciarum, quomodocumque & qualitercumque tam ante quam post reuocationem prædictam quibuscumque personis tam clericis quam laicis, cuiuscumque præminentia, status, vel conditionis existant, etiam si pontificali aut imperiali vel regia seu quouis alia dignitate præminent, facta, concessa, seu habita, vtpote conditionibus, conuentionibus, statutis, ordinationibus, declarationibus, & consuetudinibus supradictis effectualiter obuiantia, ac contra libertates hominum dicti regni, & in euidenter mutilationem feudi, & manifestum ecclesiæ ac honoris regij & regni præiudicium prædictorum facta; præsertim cum ex his regnum in suis facultatibus diminutum contra hostiles incursus & alios casus, qui possunt emergere, debilius & impotentius reddatur & fiat; auctoritate apostolica ex certa scientia de fratrum nostrorum consilio cassamus, irritamus, tollimus, reuocamus, & viribus totaliter vacuumus, ac irritos & inanes nulliusque roboris vel momenti fore decernimus & etiam declaramus. Et insuper iuramenta quælibet per dictos Ludouicum Regem & Ioannam Reginam vel eorum alterum de non reuocandis donationibus, dationibus, concessionibus, infeudationibus, venditionibus, obligationibus, assignationibus, & quibuslibet alienationibus, absolutionibus, liberationibus, & contractibus huiusmodi, seu de non veniendo contra ea, quomodolibet præstita, nec non sacramenta fidelitatis & homagia, et infra, penitus relaxamus. Et infra.

Cæterum eisdem Ludouico Regi & Ioannæ Reginæ sub excommunicationis pœna, quam (nisi mandatis nostris paruerint cum effectu) præter nostram & Apostolicæ sedis indignationem, incurere volumus eo ipso, tenore præsentium districte præcipimus & mandamus, quatenus cassationem, irritationem, reuocationem, inhibitionem, præcepta, & decreta nostra prædicta, realiter & cum effectu per se & alios obseruent, & studeant ac faciant ab alijs obseruari: & infra duos menses præfatum trium mensium terminum per nos, vt præmittitur, assignatum immediate

sequentes (quos quidem duos menses eisdem Regi & Reginæ ad hoc pro peremptorio termino assignamus) ciuitates, castra, villas, loca, insulas, merum imperium, iurisdictionem, magistratus, iurarias, baiulatus, castellanias, custodias, officia, pensiones, promissiones, seruitia, prouentus, & alia bona & iura prædicta, per eos vel alterum eorum (vt præmittitur) donata, data, concessa, infeudata, vendita, obligata, assignata, alienata, ad se & ad eorum regni curiam reuocare, dictaque priuilegia, literas, instrumenta, & alia munimenta recuperare procurent. Et nihilominus eis & vtrique ipsorum districtius inibemus, ne donationes, dationes, concessionem, venditiones, obligationes, assignationes, remissiones, liberationes, exemptiones, pensiones, vel prouisiones aliquas de ciuitatibus, castris, villis, locis, insulis, mero imperio, iurisdictione, magistratibus, iurarijs, baiulatibus, castellanis, custodijs, officijs, collectis, prouentibus, alijsque bonis & iuribus supradictis ultra summam prædictam facere, aut super illis priuilegia vel literas concedere, aut contractus inire quocumque modo præsumant, excommunicationis sententiam eo ipso, si secus fecerint, incurfuri, &c. Dat. apud Villanouam Auinionensis diocesis v. idus maij anno 1.

9 Neque hoc loco prætereundum est Petrum Beneuentanum archiepiscopum Apostolicæ sedis internuntium vectigal annuum a Ludouico a Rege & Ioanna Regina alijsque fiduciarijs principibus exegisse. Illata b etiam in ararium pontificium ab Aldobrandino, Nicolao, Fulcone, Hugone, & Alberto fratribus marchionibus Atestinis, qui Opizoni parenti in vicaria prefectura Ferrariensi successerant, sex aureorum millia: atque alia totidem a Ioanne archiepiscopo Mediolanensi c, obtenti ex concordia legibus, vt vidimus, a Clemente Papa Bononiensis principatus ad annos duodecim nomine soluta, recurrente natalitiorum Domini die, cum par auri vis sacro principum Apostolorum die pendenda esset: de qua perfoluta extat syngrapha pontificia. d

Defuerat Petrus Rex Aragonum sedis Apostolicæ ob Sardinia & Corsica regna vectigal soluendo duarum millium marcharum argenti iulti ponderis & formæ sterlingorum censui: postremo euolutis duobus annis, nec periurio modo verum anathemate ob violatam fidem se deuinxerat. Quem eo nomine Innocentius grauissimis hinc verbis officij admonuit e: *Nosti vel nosse debes, quod iuxta conuentionis habitas inter eandem ecclesiam & clara memoria Iacobum Regem Sardinia & Corsica auum tuum, in concessione de regno Sardinia & Corsica dicto auo tuo, cui tu in eodem regno succedis, per ipsam ecclesiam dudum facta, teneris pro eodem regno ecclesie memorata soluere annuatim in festo Apostolorum Petri & Pauli in Romana curia censum duorum millium marcharum argenti bonorum & legalium sterlingorum: nec obliuioni dedisse te credimus, quod in festo huiusmodi venturo proximo effluxerint duo anni, per quos a solutione census ipsius, non sine graui ecclesie præfate grauamine, ac tue salutis & fama præiudicio, cessauisti: cum præter periurij labem, quam contraxisti propterea, excommunicationis quoque sententia innoderis, &c.* Addit monita ac preces, vt vectigal illud quantocius exoluat. Dat. apud Villanouam Auinionensis diocesis v. idus maij anno 1.

Obstrictus etiam erat Petrus Rex Aragonum

Exactum a fiducia- rjs principi- bus vectigal.

a To. 1. ep. fecr. pag. 85. b 1b. pag. 205.

c Pag. 14.

d Pag. 204 Aragoni^o officio deest.

e Pag. 84. Corripitur ab Innocentio.

intentata Sardinia & Corsica priuatione, ea regna singulis Pontificibus Romanis apostolicum solium conscensuris, euolente se primo pontificatus anno accepta solemni ritu referre ex Bonifaciana constitutione: atque ideo vt transfusa in se ab Alfonso & Iacobo iura assereret, cum iam ante Clementi VI. vt vidimus, presens fiduciarij principis officia prestitisset, nunc oratores ad ea instauranda Innocentio VI. transmisit. Data ea prouincia ab ipso est Lupo Gurrea & Bernardo de Cous, quos ad id munus, datis ad Pontificem subiectis literis, Petrus ipse Rex auctoritate instruxit.

Sanctissimo ac beatissimo in Christo Patri & domino, domino Innocentio, diuina prouidentia sacrosanctae Romanae & vniuersalis ecclesiae summo Pontifici, Petrus Dei gratia Rex Aragonum, Valentiae, Maioricarum, Sardiniae, & Corsicae, comesque Barchinonae, Rossilionis & Ceritaniae eius humilis filius & deuotus, pedum oscula beatorum.

Sanctitati vestrae literarum nostrarum serie patefiat, quod nos solite cogitantes, qualiter felicis recordationis dominus Bonifacius Papa VIII. praedecessor vester concessit & dedit illustrissimo domino Iacobo clarae memoriae Regi Aragonum auctori nostro, suisque heredibus in feudum perpetuum regnum Sardiniae & Corsicae cum iuribus & pertinentijs sub certo seruitio, certisque conditionibus conscriptis plenius in papali rescripto super huiusmodi concessione, & donatione confecto, tenorem qui sequitur continentem, *Bonifacius episcopus, &c.* [inseruntur Bonifacij VIII. literae de traditis iure fiduciario Regibus Aragonum Sardinia & Corsica suo iam loco in annales a nobis relatae, quae repetenda non videntur, tum his subiungit Petrus Rex,] & attendentes quod nos, qui vt vniuersalis & legitimus heres serenissimi domini Regis Alfonsi filij & successoris dicti Regis Iacobi, recordationis inclitae aui nostri, in dicto Sardiniae & Corsicae regno eidem domino genitori nostro successimus, iuxta formam & condiciones in rescripto dictae donationis contentas sanctissimo in Christo patri ac domino domino Benedicto diuina prouidentia eiusdem sanctae Romanae ecclesiae summo Pontifici praedecessori vestro homagium ligium, vasallagium plenum, & fidelitatis iuramentum, vt tenebamur personaliter prestimus, & alia fecimus & compleuimus, quae iuxta tenorem rescripti praesertim facere & complere tenebamur, prospicientes insuper, quod iuxta formam praesertim rescripti papalis ex quo semel personaliter praedicta homagium ligium, vasallagium plenum, & fidelitatis iuramentum praestitimus, alia ex tunc propter nouam successionem vestram vel alterius summi Pontificis in vita nostra concurrentia possumus per procuratorem seu procuratores nostros ad praedicta legitime constitutos sanctitati vestrae facere & praestare, ob quod iuxta formam praesertim rescripti sanctissimo in Christo patri ac domino domino Clementi, diuina prouidentia sacrosanctae Romanae ac vniuersalis ecclesiae summo Pontifici praedecessori vestro immediato, homagium ligium & vasallagium plenum, ac fidelitatis iuramentum per nostros speciales procuratores in noua sua creatione nos recolimus praestitisse; ideo in noua creatione vestra volentes implere condiciones iam dictas, viso, lecto, & plenarie intellecto dicto papali rescripto donationis dicti regni Sardiniae

& Corsicae supra inserto, Lupum de Gurrea & Bernardum de Cous milites consiliarios nostros, dilectos nuncios & procuratores nostros ad praestandum vice & nomine nostro vobis dicto domino summo Pontifici & Romanae ecclesiae homagium ligium, plenum vasallagium, & fidelitatis iuramentum pro dicto regno Sardiniae & Corsicae legitime constitutos, ad pedes sanctitatis vestrae prouidimus destinandos.

Propterea, sanctissime pater, has fieri literas patentes bulla nostra aurea bullatas, clementiae vestrae per iam dictos procuratores nostros tradendas decreuimus, prout praesertim rescripti apostolici tenor inducit: per quas quidem nunc vt ex tunc modos, conuentiones, condiciones, tenorem, & formam in dicto papali rescripto conscriptos acceptamus expresse: & per quas etiam fatemur, & recognoscimus expresse dictum regnum Sardiniae & Corsicae a dicto domino Papa Bonifacio & Romana ecclesia praesertim dominum Regem Iacobum pro se & successoribus suis heredibus recepisse in feudum sub conditionibus, conuentionibus, modo, & forma, atque tenore, quae in dicto eiusdem domini Papae Bonifacij praedecessoris vestri rescripto continentur. Quos tenorem, modum, conuentiones, condiciones, & formam promittimus nos inuolubiter seruaturus. Pro quorum obseruantia, nos & dictum regnum Sardiniae & Corsicae iura, & bona nobis in eo competentia & competitura obligamus. *Dat. Valentiae quinta die octobris anno a natiuitate Domini MCCC. LIII.* Perfunctos suis partibus oratores, ac iurasse in Pontificis verba, acceptasque liberalitate sedis Apostolicae Sardiniae & Corsicae insulas professos, hoc nimirum extremo anno, refert Cardinalis Baronius a his verbis: *Anno Christi MCCC. LIII. indictione VI. Petrus Rex Aragonum filius Alfonsi homagium fecit ipsi Pape Innocentio de regno Sardiniae & Corsicae, sicut olim sui praedecessores egerant. Habetur libro priuilegiorum Romanae ecclesiae sub hoc anno.* Meminit etiam de oratoribus fidei sacramento Pontifici regio nomine deuinctis Surita b: ac plura de bello Genuenses inter ac Petrum Regem in Sardinia gesto addit.

10. Exarsit illud funesta contagione Genuensis & Veneti belli: quod cum Clemens sopire anno superiori studeret, id apostolicis adhortationibus obtinuerat, vt quae inter Venetos & Genuenses controuersiae intercedebant, conciliatae essent: quae vero Petrum Regem inter ac Genuenses enatque componi non potuerunt, Genuensibus proposita a Clemente leges, cum Petro Rege in Sardinia re nimirum seruandas, repudiatis. Inter quae oppresso morte Clemente, Innocentius successor studia apostolica ad redintegrandam concordiam conuertit, ac Venetos & Genuenses, vt oratores pro ea componenda mitterent (ob Clementis enim mortem discordes abcessisse refert Matthaeus Villanus d) sollicitauit, pollicitum summa se contentione in id incubitum. At Genuenses elati ob partas in oriente de Venetis, Aragonijs, & Graecis victorias magno rei Christianae damno, nec minoris libertatis iactura, de pace cum Venetis interprete summo Pontifice agere detrectarunt: sed, vt maius accenderent bellum, Ludouicum Pannoniae Regem insensum Venetis ob erepta ei plura in Dalmatia loca concitarunt. Misit itaque ad Venetos Vngarus e oratores, qui vrbes ibi occupatas repolcerent, & recusantibus bellum indi-

De alienigenarij spolijs ab eodem praestita. a Ext. in lib. priuileg. Rom. eccl. 123. & in arca S. Augustini collect. Plat. iussu sixt. IV. collect. & in M. S. bib. Vall. fig. lic. B. n. 12 pag. 71. Illius ea de re literae. Dicitur a Bon. VIII. pactio instaurata.

b. Annal. 10. xi. v. ann. Chr. 1297. n. 1.

Misit ab eodem oratores ad nuncupandum sacramentum.

Renoua spolijs seruandis conuenit.

a. Baro. in M. S. 11. ad hunc annum.

b. Surit. c. 54.

c. Baro. c. 50. Aragon. Venetis cum Genuensibus pacem instaurata.

d. Matth. Villan. 54.

e. Genuenses ad bellum praeparant. Vngarus concitatus in Venetos. e. Supt. c. 54.

indicerent. Quibus auditis, Veneti Dalmatiæ arces milite, telis, commearu, & opere munierunt. Titillabat vero Genuenses ea spes, occupatis Vngarico bello Venetis, Sardiniam Regi Aragonum se crepturos, in qua Marianus Arboreæ regulus aperte defecerat, atque Aragonios insula depellere moliebatur. b

Sed contrarij successus spes inanes eludere: Veneti enim, missis oratoribus, Carolum Regem Romanorum sollicitarunt e, vt Ludouicum Regem Vngariæ a bello inferendo abduceret: nec dissensit Vngarus, cum iustiora illi bella aduersus infideles incumberent: eaque sefellit Genuenses expectatio, promiserat enim Vngarus in Dalmatiam cum exercitu se irrupturum, ac tum classem mari imposituri erant Genuenses, qui ob armorum societatem Vngarica insignia vexillis suis adiecere d. Concurrere e inter se aduersæ classe vigesima nona augusti die in sinu Calaritano, & qui pacem exoptauerant, & Christi vicario obtemperare se paratos præbuerant, ingentem ac pene incruentam victoriam retulere. De quo hæc habet M.S. Vatican. in Innocentio VI. f. Anno 1. sua coronationis die xxv. aug. Ianuenses fuerunt debellati in Sardinia in mari per Venetos & Catalanos, in quo bello dicti Ianuenses xxxiij. galeas perdidit & submersa fuerunt cum hominibus. Consentit his Cortusiorum historia g, ac subiicit: Ex hoc triumpho non solum Veneti, sed Padua etiam exultauit, congaudens prosperis Venetorum. O inscia futurorum series, quid gloriaris in prosperis? Hac decipiunt: aduersa instituant. Summa infimis & infima summis aqua lance disponit Dei iudicium, quod non fallit. Aragonij cum Venetis victoriam adepti exscensionem fecere in litus, ac regulum Arboreæ domituros bello rati qua vi, qua deditione nonnullis captis arcibus Arboream petiere h: sed Marianus regulus Sardonum viribus succinctus obuius ijs occurrit, viroresque ingenti prælio fudit septembri mense: ad quem mox prona omnia fuere adeo, vt excepta arce Castri vniuersa insula Aragonios pepulerit: ac tum plures Genuenses bello capti e vinculis euasere: certatum deinde est maiori animorum ardore magna vtrinque cæde. Hæc igitur in Sardinia secuta post Genuensium cladem: qua accepta, Pontifex fusum in ea Christianum cruorem planxit, redintegrandæque pacis desiderio Petrum Thomam ordinis B. Mariæ de monte Carmelo religiosum virum sanctimonix gloriæ clarum ad Genuenses misit, vt ipsos ad pacem cum Venetis & Aragonijs adduceret: quos etiam, vbi pluribus magno ob acceptam cladem dolore affectum se ostendit, ad concordix admittenda consilia his literis est cohortatus. i

Innocentius, &c. dilectis filijs, nobili viro Iohanni de Valente gubernatori, & communi civitatis Ianuensis.

11 Verebamur vtique, filij, verebamur quod accidit: verebamur ex vestra & charissimi in Christo filij nostri Petri Regis Aragonum illustris, ac dilecti filij nobilis viri. ducis Venetiarum amara discordia Christianæ gentis excidium, & effusionem cruoris timebamus humani, quæ discordia ipsa felicitis recordationis Clementis Papæ VI. prædecessoris nostri, nostrisque deinde laboribus, quos pro illa sedanda subiimus, valetudinis effectu, intuebamur anxie imminere quasi præforibus; & nunc, pro dolor! palpabiliter contigisse sentimus. Pertulit siquidem ad nos multorum nobis amara & infesta relatio, quod

nuper vestris, ac Regis & ducis prædictorum gentibus nauali prælio laborantibus inuicem, multos profundam absorbit, multos gladius deuorauit. In quo, etsi detrimenta defleamus temporaliter populi Christiani; animatum tamen pericula potius & amarius deploramus. Et quamuis eisdem gentibus vestris minus dicatur prospere successisse, sperantes tamen, quod vos sicut viri prudentes & sapientes bona & mala de manu Domini, æquo suscipientes animo, sic vos ad aduersa & prospera præparaueritis, vt nec consternemini in illis, nec in his eleuemini; vniuersitatem vestram ex paternæ ac solite charitatis affectu monemus, requirimus, & hortamur in Domino, illam attente rogantes, quatenus prudenter considerantes quot & quanta dispendia, pericula, & mala spiritualiter & temporaliter discordia ipsa, deflenda vtique, intulit; & quot, & quanta probabiliter & euidenter illatura, quod auertat Dominus, timetur consultis attendentes, bonum pacis, quod in se omnia bona continet, placide amplexemini, & ad concordiam cum Rege ac duce habendam eisdem inclinetis animum, disponatis & mentem, &c. Dat. apud Villanouam Auinionensis diocesis. 111. kal. octobris anno 1.

12 Deiecti adeo sunt animis ex ea clade Genuenses, quippe qui vniuersas vires vnus certaminis alex. exposuissent, vt cum antea Tyrrhenomati, Ægæo, ac ponto Euxino dominantur, & vires cum Græcorum Imperatore ac Rege Aragonum conferrent, Iohannis archiepiscopi Mediolanensis seruituti Liguriam subiecerint a paucis exceptis, Monacho nimirum, Methone, ac Roccabruna, quæ loca Carolus Grimaldus obtinebat. Præfectus est Genuæ ab archiepiscopo Iohanne Palauicinus, qui mox publicam rem capessuit, exauctoratis Ioanne Valente prætoris, qui reipublicæ præfuerat, atque alijs senatoribus (errat Cantachuzenus b, qui Simonem Buccanigram collocat.) Quanto rei Genuensi, nominique Christiano fuisset consultius Dei vicarij lacrymosis precibus atque imperijs, vt pacem cum Venetis, arma in Turcas pro Christi domini tuenda gloria iungerent, obtinerasse? Ceterum Andreas Dandalus ac Veneti, tam pulchram & spectabilem consecuti victoriam, saluberrimam pacis consilia amplecti recusarunt. Ponebat ipsis ob oculos Romanus Pontifex, quam dignum esset eorum celsitudine elatos coercere spiritus, referre gloriam diuino Numini, temperare bello infideles, armaque contra Turcas conuerrere, vt barbaricam seuitiam ac licentiam reprimerent; & vt oratores ad sedem Apostolicam pro vniuersa sedanda discordia mitterent, hisce literis obsecrabat c.

Innocentius, &c. dilecto filio nobili viro Andrea Dandula duci Venetiarum.

13 Licet gentibus ipsius Regis [nimirum Aragonum] ac tuis feliciter prospereque successisse dicatur, & per consecutionem victoriæ cum mundo sentientibus titulis dicti Regis & tuis honor videatur adauctus; credimus tamen, quod tu, sicut vir catholicus Deum timens, eidem Christiano populo in iactura tam graui compatiaris, & quod animus tuus nulla propterea elatione tentetur, in nullo protinus intumescat: immo speramus, quod eo potius & promptius disponatur ad pacem, quo huiusmodi a Deo victoriam in humilitate spiritus, vt confidimus, recognoscis. Sub huiusmodi itaque fiducia nobilitatem tuam monemus, requirimus

Isid. consilia pacis suggerit.

Io. archiepisc. Mediolanensis se subiiciunt.

a. Cortus. hist. l. 10. c. 7. Can. l. 4. c. 32. Mart. Vill. l. 3. c. 86. Folier. l. 7. Bizac. l. 7.

b. Cantac. l. 4. c. 32. Solicitati ab Innoc. Veneti ad pacis consilia.

c. To. 1. ep. sec. pag. 194. B.

Moniti ne ex victoria su. perbirent.

1507. 1353. Veneti. bi. Carol. Imp. Melliac. Mart. Vill. 13. e. Genuensium clas. fringens. i. Ed. lib. 1. 81. Ed. l. 3. 119. Can. l. 4. c. 32. Petrar. Rhet. l. 7. G. Bi. can. de. 110. Ven. l. 3. Rhet. l. 3. c. 7. Venetis & Arago. n. i. f. l. 3. c. 86. Folier. l. 7. Bizac. l. 7. b. Cantac. l. 4. c. 32. Solicitati ab Innoc. Veneti ad pacis consilia. To. 1. ep. sec. pag. 194. B. Moniti ne ex victoria su. perbirent.

& hortamur in Domino, illam attente rogantes, & per viscera misericordiae Dei attentius obsecrantes, quatenus ea, quae compendiose praemissimus, pura mente recogitans; & attente considerans, quantum ex discordia ipsa fauoris adimitur pusillo gregi dominico, populo scilicet Christiano partium orientis, quantumque illi discrimen imminet, dum persecutores eius infideles, pagani videlicet, intuentes eos, quorum potentia & virtute ipsorum reprimi consuevit audacia, inuicem dissidere, ac per hoc eundem populum consuetis auxilijs & praesidijs destitutum, captata opportunitate temporis, in ipsum immaniter sauiunt, & licenter insurgunt; cum, ipsas communi lanuensi pacem & concordiam, pro diuina, & nostra ac apostolicae sedis reuerentia, & praemissorum intuitu benignus admittas, mittens ad sedem Apostolicam circa festum beati Andreae Apostoli futurum aliquos viros probos, timentes Deum, & zelum pacis habentes, nuncios tuos, cum quibus plenam potestatem habentibus, conuenientibus etiam dictorum Regis & communis nuncijs, quos ad dictam sedem similiter conuocamus, huiusmodi (praesente Deo) ineatur pax, & concordia roboretur memor, quod ille verus victor est, qui pietate vincitur; & qui pietati seruit, vere dominus comprobatur. *Datum apud Villanouam Auinionensis diocesis 11. kal. Octobris anno primo.*

14 Excitatus etiam est alijs literis repetitis Petrus Rex Aragonum a, vt paci assentiretur, quae quidem non leues ei utilitates erat allatura; qui enim mari vicerat, terrestri praelio deletus plura in Sardinia, vt dictum est amiserat. Ioannes porro archiepiscopus Mediolanensis, qui sine pugna ac periculo, Venetis magnis antea cladibus affectis, obtritisque Genuensibus, vniuersi belli praemia, Liguria scilicet retulerat, correpta Genuensium clientela, oratores misit b ad Venetos, qui pacem rogarent, ac pollicerentur Genuenses in posterum Venetis fratrum loco futuros. Iis auditis Dandalus dux, vocato senatu, exitiale Christianae fidei ac rei Venetae periculosissimum consilium suscepit, scilicet non admittenda pacis, sed bellum archiepiscopo inferendi; cui vertebat crimini, hostes Veneti nominis suo patrocinio texisse; ac mox vniuersa pene Italia & Germania, ad armorum societatem sollicitata. Non tamen ideo defecit animo Christi vicarius, sed precibus & adhortationibus extremo anno repetitis, egit c apud Ioannem archiepiscopum Mediolanensem, Petrum Regem Aragonum, & Andream Dandalum ducem Venetorum, vt oratores pro concordia tractanda circa natalitia Domini ad pontificiam aulam mitterent: in eoque Innocentius sequenti anno contentione magna desudauit. Eadem de re meminit etiam Cortusiorum historia his verbis d: *Ioannes Vicecomes archiepiscopus Mediolani quasi dominus totius Lombardiae, acquisito dominio Ianuae, per nobiles legatos rogauit pacem a Venetis denegatam. Hac de causa legati partium iuerunt Auenionem coram Papa in MCCCLIV. mense februarioj.* Non respondit exitus pontificijs votis.

15 Dedit praeterea operam Innocentius ineunte pontificatu, vt funestum aliud bellum, extingueret, quod diuturno tempore Franco- rum & Anglorum arma exercuerat, innumeraque rei Christianae mala pepererat: missusque est Guido Cardinalis Portuensis episcopus e, vt industria sua pacis consilia promoueret, sultusque auctorita-

te, vt paciones foederis a Regibus admissas, ipsidem sacramento adactis, sanciret a; aduersas paci armorum coitiones rescinderet b, & censuris quousvis contra tendentes nullo dignitatis discrimine percelleret c.

Innocentius, &c. venerabili fratri Guidoni episcopo Portuensi.

Inter alia, quae ministerio apostolicae seruitutis nobis incumbunt, illud desideramus praecipue, vt inter charissimos in Christo filios nostros Ioannem Franciae & Eduardum Angliae Reges illustres, sublata dissensionis materia, pax & concordia reformetur, vigeat tranquillitas, beatitudo quietis exuberet, ac status pacificus perseueret. Attendentes igitur, quod tu, qui vtpote feruidus praemissorum zelator ad partes regni Franciae de nostro beneplacito accessisti, & inibi praesentialiter commoraris, ad reformationem pacis & concordiae huiusmodi tuum feruenter studium interponis, desiderantes quoque vt, si eo faciente, qui salutis & pacis est auctor, tua nostrae conformis circa praemissa intentio votium fortiatum effectum, illa quae fieri contigerit solida firmitate perdurent; fraternitati tuae, de qua in his & alijs plenam in Domino fiduciam obtinemus, confirmandi, approbandi, & ratificandi auctoritate apostolica tractatus & conuentiones huiusmodi pacis & concordiae inter Reges praedictos, nec non principes, magnates, valitores, auxiliatores, & sequaces ipsorum ac adherentes eisdem nihilominus, postquam huiusmodi tractatus & conuentiones auctore Domino facti, & a Regibus ac alijs supra dictis sponte recepti & approbati fuerint, ab eis & eorum singulis de tractatibus et conuentionibus huiusmodi inuolubiliter obseruandis pacta, iuramenta, et etiam submissiones recipiendi, contraditores quoque, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendi, plenam et liberam concedimus auctoritate praedicta tenore praesentium facultatem; non obstante si eisdem vel quibusuis alijs communiter vel diuisim a sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam et de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. *Datum apud Villanouam Auinionensis diocesis 11. id. maij anno 1.*

Plures etiam praesules pro ea pace componenda, ineundisque inducijs missos ab Innocentio Papa ad vtrumque Regem, refert M.S. Vaticanum auctor d. Demum post varios labores Guido Cardinalis, assentiente Francorum Rege, agitauit cum Henrico comite Lancastriae de ineunda concordiae ratione; & vterque conuenit e, vt constituta die Eduardus et Ioannes Reges suos oratores ad pacificanda foedera mitterent: sed in longiora tempora subinde res extracta, ac postremo designata die, alterius Regis, nimirum Eduardi, oratores abfuerunt. Ac sigillat M.S. Vaticanum e auctor Gallum Regem, qui foederis legibus Guidone interprete initis stare detrectarit: *Huius, inquit, tempore D. Guido Boloniensis Cardinalis de consensu Papa & suo motu proprio iuit in Franciam suis expensis ad tractandum pacem cum dicto Rege & Eduardo Rege Angliae: propter quem tractatum dux Burbone pro parte Regis Franciae cum alijs ambassiatoribus dicti Regis, dux Lancastriae cum alijs ambassiatoribus pro parte Regis Angliae venerunt Auenionem tempore Innocentij VI. anno coronationis suae primo ad perficiendum ea, quae ordinata erant per*

Rogati vt
consulant
Christia-
nis orien-
talibus.

Mittant
pacifcen-
daz con-
cordiaz in-
terpretes.

a Ib. pag.
194. &
195.

Postulan-
tur de pa-
ce a Me-
diolanensi

b Matth.
Vill. 3. c.
93.
Sumptum
ab An-
drea Dan-
dalo exi-
tiale con-
siliium.

c To. I. ep.
sepr. pag.
227. 228.

Periculū
discutere
nititur
Pontifex.

d Cortz.
hist. l. 12.
c. 7.

Agitata
ab eodem
Gallum
inter &
Anglum
pax.

e To. I. ep.
sepr. pag.
22. et an. 1
ep. l. 2 cur
29. 30. 31.

a An. lib.
ep. cur. 13.
81. ep. cur.
30.
c. 16. ep. cur.
31.

d M. S. lib.
Vat. pag.
7. 204.

e To. I. ep.
sepr. pag.
129.

Varij
lib. Ruber.
euentus
& Supp.
M. S. 204.

per dictum dominum Cardinalem circa dictam pacem inter dictos Reges habendam: sed ultimare concordare non potuerunt, & discordes de curia dicti duces eorum ambassiatoribus ad eorum regna recesserunt: et hoc propter defectum Regis Francie partis, ut communiter dicebatur, illo tunc denegante ea, quae erant tractata, scripta, & sigillata per ipsos, atque iurata in manibus & praesentia dicti domini Cardinalis de voluntate & assensu dicti Regis Francie, & sui consilij. Quam funestas inde Ioannes Rex clades sibi pepererit, non dispari exitu quam cum illius pater Philippus pactis cum Anglis oratoribus concordiae formulas reuocauit, ex quo Anglicum bellum exarsisse diximus, quo tot annis Gallia conflagrauit, videbitur inferius.

Ob rescissum, antequam coalesceret, huiusmodi foedus magno dolore affectus Innocentius, componendae pacis cupidissimus, Reges eorumque proceres, sanctioribus consilijs adhiberi solitos, iterum xv. id. iulij est cohortatus a, ut populorum quos bella attriuerant, misererentur: auerterent imminetia discrimina, & supremi Regis in pace curanda imitatores essent. Inscripta sunt Regi Francorum hac forma ex litera b.

Innocentius, &c. Ioanni Regi Francie illustri.

Non sine graui displicentia & amaritudine intellecto, quod negotium ipsum, quod fini proximum credebamus, cuiusque celerem & laudabilem exitum expectabamus desiderijs anxij, per prorogationes & terminos nociue nimium, ac periculose differtur; & quod nuncij, qui in ultimo termino ac prorogationibus illius conuenire debuerant, non conuenerant; quodque treuga, tempus sic breue inita asseruntur, quod non poterit commode infra illud de pace tractari, dolenter audito; nos cupientes & desiderantes attentius inchoato negotio prosecutionem utilem non deesse, ac sperantes, quod ille Rex pacificus, cuius in pace factus est locus, super tot tantisque afflictionibus, quot & quantis vtriusque regnorum ipsorum populos praeteritorum temporum calamitas fatigauit, pietate motus in huiusmodi tam anxia, tamque desiderabiliter concupita pacis negotio nostris & communibus eorundem fidelium Christi votis misericorditer condescendet; serenitatem tuam moneamus, requirimus, & hortamur in Domino, illam attente rogantes, ac per viscera misericordiae suae attentius obsecrantes, quatenus prudenter considerans, quod nil pulchrius relucet in Regibus, quam ut se pacificos verbo & opere, per quod Regis omnium redemptoris sortiuntur titulum, imitentur & actus, patenter ostendant; & diligenter attendens quot & quantis periculis obuiabis, quantaque populis ipsis maxime ac alijs pluribus bona prospicies, si pacis bonum benignus & pius (sicut de gratia diuina confidimus) ample xeris, animum tuum habilites ad concordiam & disponas ad pacem, &c.] Addit Raimundum Pegligrini Apostolicae sedis internuntium, mitti, cui in ijs, quae pontificio nomine aperiet, fidem adhibeat. Dat. apud Villamnouam Auinionensis diocesis xv. id. iulij anno I.

Induciarum cum Ioanne Rege specie inuolutum bellum gerebat Eduardus, nonnullaque in Aquitania & Britannia arces dolo subegit, ut refert Matthaeus Villanus c: quibus Gallus Iacessitus Anglo apertum bellum mense maio indicxit; sed Guido Cardinalis Bononiensis & alij pra-

fules, inter quos apud Eduardum Simon archiepiscopus Eboracensis & Vvillhelmus episcopus Norwicensis ab Innocentio Papa adhibiti a, firmanam adeo in fopiendo bello operam nauarunt, ut induciae redintegratae fuerint: atque etiam, ut Pontifex magnis votis contenderat, Henricus Lanclastrus ab Eduardo, a Ioanne dux Borbonius missi ad sedem Apostolicam accesserint, ut pontificia opera pax firmaretur; qua de re haec Innocentij vitae scriptor b: *Praterea dictus Papa, desiderans pacis reformationem inter Reges Francie & Angliae, circa ipsam tractandam & prosequendam, intendere voluit in propria credens plus proficere, quam si per alios fieret. Etiam ob hoc operatus est, quod dicti Reges tunc ad ipsum hac de causa miserunt duces Borbonij & Lanclastriae, qui aliquandiu super hoc secum fuerunt: sed post multa, nihil factum est, quoad effectum, de quo agebatur & querebatur.* Verum de his iterum anno sequenti

Restituenda etiam Belgio publica concordie sollicitus Pontifex, cum inter Ludouicum Flandriae comitem & Margaretam comitissam Hannoniae grauis dissensio exardesceret, Innocentius xvi. kal. maij Petrum episcopum Cameracensem Apostolicae sedis internuntium plurima instructum auctoritate transmisit c. Mentio fit in additionibus apud Rebdorffum de controuersia inter ducem Brabantiae ac Flandriae comitem exorta, ac Vvillhelmum ducem Hollandiae comitissae Hannoniae filium delectum arbitrum: ipsumque ob insignem in ferenda sententia peritium diuinitus funesta morte affectum. Quod ad Flandriae comitem attinet; is erat Regi Francorum addictissimus, eundemque Belgas ad Ioannis Regis obsequium adduxisse significat Meyerus d; atque etiam indicat Vvallinghamus e Anglorum Regis partes abiecit. Nonnam vero illi anathematis & interdicti ecclesiastici penis, quibus ex veteribus Clementis V. edictis ob perditionem se irretierant, erant soluti: ac se obsecutas Eduardi Regis Anglorum partes, qui ad ipsos, ut vidimus, alliciendos eludendaque edicta apostolica Francorum Regis nomen inuaserat, periurio deuinxisse, censurasque contraxisse fateri detrectabant. Innocentius autem eorum salutis cupidissimus Cameracensem ac Tornacensem episcopos dare operam iussit f, ut eos ad flagitandam ecclesiae gratiam permouerent.

Patruit inter haec atrox facinus Carolus Nauarrae Rex, ex quo magnis tumultibus Galliae sunt confusa: is enim Engolismensi comitatu a Francorum Rege socero donatus, ut illum contra Anglorum Regis potentiam defenderet, cum non nisi magnis sumptibus a finisimi hostis irruptionibus vindicari posse doleret, ut suo parceret arario, illum Regi Ioanni restituerat, quem Rex Carolo Hispani generis magistro equitum, viro fortissimo, contulit. Tum igitur Nauarrus Rex odio & inuidia incensus nouum comitem noctu dormientem cum sicarijs adortus ferro confodit: ex quo alijsque flagitijs Mali nomen sibi peperit, in ipsumque Ioannes Rex legibus agere constituit.

16 Homicida Regi Nauarrae sceleribus par fuit Petrus Castellae Rex, qui adulterijs & caedibus Hispanias sedauit. Is antequam Blancam Philippi ducis Borbonij filiam, regio Gallorum sanguine fatam, vxorem duceret, Mariae Padilliae amoribus irretitus adeo erat, ut moleste ad coniugem adductam e Gallijs accesserit: peractaque

Postea re integrata. a To. I. ep. fecr. pag. 88.

b Gest. Innoc. V. apud Bosg.

Missi a Regibus ad Pont. oratores.

c To. I. ep. fecr. pag. 78.

Flandri & Brabantini dissident. Hannonis arbitrum assignant.

d Meyer. annal. Fland. l. 13. e V. v. l. 13. in Euuar. III.

f To. I. ep. fecr. pag. 79.

Nauarrae Regis cru. dele. facinus.

Mali cognomen illi inditum, Petrus Castellae Rex in vicia praecipit.

nuptiarum celebritate, Blancam deseruerit, quam Maria mater Regina atque Eleonora amita ipsum maximis precibus vrgebant, ne tanto dedecore regium nomen inficeret neque iusta Gallorum arma in se concitaret. Sed effrenata libidinis iuuenis Rex vesania habenas laxauit, conculcatoque diuini Numinis metu, ad scortum, abiecta Regina, est reuersus. Cuius turpitudine audita Pontifex, regia salutis sollicitus, Petrum officij coniugalis kal. maij admonuit a, ne auctorem coniugij Creatorem in male habenda coniuge iniuria afficeret; ac Mariam Reginam, vt filium, ad frandas diuinarum legum metu cupiditates perperelleret, hortatus est: tum Blancam Reginam, viri gratiam captare, eiusque voluntatibus morem gerere iussit b. At Rex impudicus nec pontificijs, nec maternis nec principum suorum monitis flecti potuit: sed principes & praesules, qui sacra matrimonij iura tuenda susceperunt, ferro flammaque infectatus est, indeque ciuili bello Castellam, conflagrauit. Ferunt c iniectam Petro magico carmine amentiam Iudaei opera ad Mariae Padilliae preces, cum zona, qua Petrus Rex a Regina donatus fuerat, quaque ob cultus elegantiam admodum oblectabatur, in draconis speciem mutata, praeinctus visus esse.

17. Contrariam Petro crudeli clementiae laudem tulit in Germania Carolus Romanorum ac Boemorum Rex, quem ingenti pretio liberasse vinculis Rupertum ducem Bauariae in marchia Brandeburgensi a duce Saxoniae captum, scribit Rebdorfius: additque d eundem Regem morum suauitate Germanos omnes tum proceres tum urbium ciues & populos sibi deuinxisse; ac publicam pacem & felicitatem, sopitis regia mansuetudine discordijs, adduxisse: extincto vero mense septembri socero Rodolpho duce Bauariae plures vrbes suae ditioni adiecisse. Cumque Moguntiam Moguntinorum lacrymosis precibus flexus accessisset, vt desolata nimirum Moguntinae ecclesiae consuleret, quam vastabat Henricus schismaticus exautoratus, in Gerlacum archiepiscopum ira frendens idem Henricus repentina morte ad diuinum tribunal raptus est: diabolicae enim illius pertinaciae humanae poenae pares esse non poterant. De quo haec memoratus auctor e: Eodem anno mense decembri idem Rex Moguntiam venit, cui populus & clerus ibidem cum vexillo Crucifixi occurrerant, petentes vindictam de Henrico quondam archiepiscopo Moguntino deposito, & domino Cunone de Falkenstein ipsius procuratore, qui multis grauaminibus in personis & rebus ipsos flagellabant: & sic Rege vna cum Gerlaco archiepiscopo Moguntino, a sede Apostolica prouiso, rogante de statu ecclesiae & diocesis Moguntinae, ipse Henricus praedictus ex improviso in vigilia natiuitatis Domini moritur. Extincto illo, Carolus Rex restituendae pacis studio Cunonem, qui tristes illius exitus, cuius scelera erat imitatus, perhorrescere potuit, breui cum Gerlaco archiepiscopo conciliauit; vt nimirum, pacata vniuersa Germania, Italicam expeditionem feliciter conficeret. Adeo vero Cuno ad Caroli gratiam aditus captiuit, vt sacerdotijs amplissimis auctus fuerit, ac demum expiatus antea rite superiori crimine, Treuirensis archiepiscopatum vita functo proximo anno Balduino, sublatoque paulo post eius successore, consecutus sit.

Non praetereundum de Carolo videtur, ipsum, accepto euecti ad pontificatum Innocentij nuntio, exaratis regia manu literis gratulatorijs,

Pontificem cohortatum esse a, vt gubernacula ecclesiae magna sollicitudine ac diuini Numinis gloria moderaretur, animarumque salutem studeret: quod etiam officium praestitisse nouo Pontifici alios Reges, ostendunt Innocentij ad Ioannem Francorum b, Carolum Nauarrae c, Ludouicum Vngariae d Reges, aliosque principes e datae litterae. Quae vero Romanorum & Boemorum Regi transmissa, haec forma concepta sunt f.

Innocentius, &c. charissimo in Christo filio Carolo Regi Romanorum illustri salutem, &c.

Magnitudinis tuae literas, regia manu scriptas, per quas nos ad salubrem gubernationem & curam vniuersalis ecclesiae mira exhortatione ac filiali studio excitasti, benignitate ac affectione plenas recepimus: & inde tibi tanto vberiores gratias agimus, quanto filialem charitatem tuam erga nos per eas cognouimus ampliorem, dum absens corpore mente praesens salutaribus consilijs nos informas. Itaque omnipotenti Deo deuotas & humiles preces effundimus, vt ipse, cuius vires (licet immeriti) gerimus, sic imperfectum, supplere, sicque actus nostros dirigere in beneplacito suo pia miseratione dignetur, quod ecclesiam ipsam, ad sui laudem & gloriam, ac salutem populi Christiani, eo praestante, regere valeamus. De salute quoque tua, & prospero imperij tui statu solliciti reddimur; & cum, per quem viuis & regnas, vtinam sic vtiliter sicut efficaciter, propterea exoramus. Ceterum decreueramus sublimitati tuae propria similiter manu rescribere, & prementis nos sarcinae onera stylo domestico diffusius aperire: sed impediti praesentialiter id exequi non valemus. Datum apud Villamnouam Aui-nionensis diocesis 10. id. iunij anno 1.

18. Missi vero a Carolo ad Innocentium fuisse repetiti oratores g, inter quos episcopus Vratislauenensis fuit, de quibus meminere historici h Poloni: traduntque Carolum contendisse a Pontifice, vt Vratislauensem ecclesiam Pragensi subijceret: sed Casimirum Poloniae Regem legatis ad sedem Apostolicam oratoribus obtulisse, cum ea ecclesia liberalitate Regum Polonorum vestigalibus instructa ac locupletata fuisset: quos etiam accessisse referunt, vt Innocentius Casimirum Regem in gratiam cum ecclesia, deletis venia eius criminibus, restitueret: is enim pluribus cladibus a Lithuanis infidelibus attritus, omnes eas calamitates diuino iudicio ob sacerdotem, a quo de coercendis impudicis cupiditatibus atque Adleyda Regina thoro restituenda admonitus fuerat,mersum flumine, & violatum ius ecclesiasticum tribuebat: ab eo namque tempore barbari, quos pluribus antea victorijs attriuerat, aucti animis ac secundis successibus extrema omnia intentabant: quos etiam hoc ipso anno Poloniam suis vexasse excursionibus, ac manubijs & spolijs onustos in Lithuaniam redijisse, narrat Michouias his verbis i.

Lubardus dux Lithuaniae secreta ad ciuitatem Haliciensem, quae per Casimirum tenebatur, septima die iulij anno Domini MCCCLIII. perueniens, inducitur inter Regem Casimirum & Lithuanos iurando firmatis inique violatis, eam impugnavit, & magna multitudine ciuium atque mercatorum occisa, ciuitatem succendens, cum spolijs veloci fuga in Lithuaniam redijt: praedaque in tugurijs deposita, cum maioribus copijs versus Zauitbok nona die septembris venit, & villas atque rura in quatuor miliaribus a singulis partibus consistentes spolijs caede, & igne vastauit; & antequam milites Polo-

a To. 1. ep. secr. pag. 89.

b Ead. pag.

c Innocen. vis. auct. apud Bosq. Marian. l. 16. c. 18. & alij.

d Rebdorf in annal.

e Henricus olim Moguntin. archiep. subita morte subligatus.

f Id. ibid.

g Id. ibid. Cuno conciliatur ecclesiae.

a To. 1. ep. secr. pag. 122. Gratian. cur. lonn. centio de adepro Pontifici tu Regi. b Ib. pag. 18. c Pag. 19. d Pag. 17. e Pag. 19. f Super pag. 122.

g Pontifici responsi ad Romanor. Regi.

h Ead. in. ep. secr. pag. 47. & 110. b Michou. l. 4. c. 13.

i Poloni criminati veniam poscit.

Accepta a Lithuaniae clades vicijs diuinae uirtutis.

j Ead. l. 4.

Barbari in Polonia.

horum arma sumerent, raptam prædam in latibula Lituanorum deduxit. Hæc mala propter scelera Regis Casimiri æstimantur provenisse, maxime propter culpam in Christi dominos Bodzantham episcopum Cracoviensem & Martinum Barizkam patratam. Ad quam delendam anno præcedenti, scilicet MCCCLII. Albricum cancellarium Dobrziniensem et plebanum Bochnensem Rex Casimirus ad Clementem VI. in Avinionem misit, simulque ne Vratislaviensis ecclesia a suo Gneznenſis Metropolitano alienaretur: Carolus enim Romanorum & Boemia Rex, missis solemnibus nuncijs ad Papam, Pragensi archiepiscopo eam subijci deposcebat. Suscepitque ac sustulit, ad devote Rex Casimirus omnes conditiones penitentia iniunctas peregit.

Primum enim ius libertatis uniuersis villis ecclesie Cracouiensis reddidit, ecclesiamque Vislicienſem quadra & polita petra sumptuoso opere, priori ecclesie humiles muros habente demolita, item ecclesiam S. Maria Sandomiriensem, item Stobnicensem, Szidlouienſem, in Zagofa, & in Gargouu ecclesias in satisfactionem sceleris & supplementum penitentia pulchris muris formauit. Obtinuit etiam præfatus Albricus a summo Pontifice, ut per decimam quadriennem uniuersus Polonia clerus contra subitos Lituanorum insultus subueniret. Obtinuit etiam ne ecclesia Vratislaviensis a corpore Gneznenſis metropolitano scinderetur, deducendo in consistorio apostolico euentibus probationibus, a Regibus & ducibus Polonia eam fundatam & dotatam, prout superius dictum est. Sub eo quoque tempore Casimirus Rex Polonia, certo privilegio ecclesie & diocesi Cracouiensi concessit, omnes colonos & rusticos ad ducentum manipularem decimam ad loca per dominos decimarum electa perpetuo effrastrictos decreuit. Expiatis Christiana penitentia culpis, Casimirus vires aduersus infidelium Lituanorum potentiam collegit, eorumque contudit ferociam, ut suis locis inferius narrabimus. Nunc addimus, Pontificem sequenti anno decumis ecclesiasticis eundem Casimirum instruxisse, ut facilius bellicos sumptus toleraret.

19 Interea cum insoleceret in dies Turcarum barbaries ex Christianorum insanis dissensionibus, Dei vicarius, ut orientalibus oris consulere, sacras ecclesiarum opes ad fidem defendendam deriuandas censuit, nonnullique in regnis triennales decumas indixit. Extat ea de re subiectum diploma b, in quo, vbi nonnulla de fœdere a Clemente VI. cum Venetis, Rhodijs equitibus, & Rege Cyprio in Turcas inito, deinde ad biennium extracto, est præfatus, has causas imperati ecclesiastici vectigalis adiungit.

Innocentius &c. ad futuram rei memoriam.

Licet huiusmodi negotium [scilicet Smyrnenſe] fauente Deo, cuius est proprie proprium, satis hucusque successus felices habuerit; tamen Turcorum ipsorum furor immanis, & hostilis persecutio compesci adeo nequiuertunt, quin fideles ipsos solitis incommodis & damnis afficiant, pressuris fatiant, laceſſant iniurijs, grauent molestijs, angustijs atterant, & temporaliter ac spiritualiter intolerabilibus detrimentis, affligant, fatagentes assidue loca partium earumdem, quæ pusillus grex Domini, populus scilicet Christianus inhabitat, & præcipue ciuitatem Smyrnam (pro qua de infidelium ipsorum sanguis eripienda manibus, & ab ea gentilitatis errorum abolendo contagio tantum Christiani sanguinis fuit effusum) eorum tyrannicæ subijcere potestati, ut laudantium Dominum pia

exinde religione delera, colendus ibidem inferatur abominabilis Machometus. Quæ nos anxie cogitantes, & super eis compatientes ab intimis fidelibus antefatis; & attendentes, quod ipsis aduersus Turcorum eorundem effraenem audaciam, & audacem infantiam necessarîe protectionis & defensionis impendenda præsidia, & quod insuper recuperationi & custodia terrarum ipsius ecclesie, quarum magnam partem tyrannica sibi subiecit ambitio, & residuas subijcere tentat, quibus deesse non possumus, prout nec intendimus nec debemus, sufficere nõ possumus per nos ipsos pro eo, quod camera nostra, quæ in proprijs est admodum attenuata redditibus, aliorumque negotiorum emergentium vindique sarcina & inuitabili sumptuum onere prægrauata; ac dignum reputantes & æquum, quod eadem ecclesia in suis & eorundem fidelium necessitatibus ab ecclesijs alijs, quibus eam fundator eius Iesus Christus in dominam præfecit & matrem, sentiat releuamen; consulta cum fratribus nostris ipsius ecclesie Cardinalibus super huiusmodi habita deliberatione matura, de ipsorum consilio decimam omnium ecclesiasticorum prouentum, duximus exigendam per tres annos continuos a venerabilibus fratribus nostris Arelatensi, Auenſi, Ebreduensi, Viennensi, Lugdunensi, Tarantasiensi, Bisuntino, Treuirensi, Duracensi, Patracensi, Cretenſi, Corinthiensi, Corphiensi, Thebano, Atheniensi, Neopacensi, Neopatriæ, Nixiensi, Feiselenſi, Colossensi, & Nicosiensi archiepiscopis, eorumque suffraganeis & alijs personis ecclesiasticis secularibus & regularibus, &c.

Dat. Avin. kal. decembris pontificatus nostri anno 1. Ad muniendam commearu Smyrnam Pontifex duas naues suis ac fœderatorum principum sumptibus frumento onustas, tum ad sustendendum in arce Smyrnenſi præſidiarium militem stipendia submisit a, Andreamque Dandalum Venetorum ducem, Deodatum Gosonium Rhodiorum equitum magistrum, atque Hugonem Cyprî Regem sacri in Turcas fœderis socios sollicitauit, ut parem auri vim singuli conferrent b: docuitque quanto discrimini Smyrna exposita esset, quantum ex illius expugnatione dedecus ac damnum in Christianum nomen redundaturum esset.

20 Coniecti quoque in tantas a Turcis angustias erant Philadelphij Asiae populi, ut missis ad sedem Apostolicam oratoribus, Innocentio Papæ Philadelphie principatum contra Turcarum barbariem atque assiduas irruptiones asserendum obtulerint. Excepti fuere humanissime, atque a Pontifice responsum datum, ipsorum clientelam contra effraenatos Turcarum impetus susceptum iri: sed cum multo amplius ipsorum animabus, quam corporibus esset consulendum, ad schismam damnandum ipsos prouocauit c: comparata enim diuina gratia, ac restituta religionis splendore, felicius hostem fidei propulsandum.

Clero & populo ciuitatis Philadelphie veram fidem agnoscere, & agnitam custodire.

Felicis recordationis Clemente Papa VI. prædecesore nostro adhuc in humanis agente, venerunt ad sedem Apostolicam Emanuel Magula referendarius ecclesie Philadelphie, & nobilis vir Emmanuel Theodorucanus miles Philadelphie, nuntij & ambasciatores vestri; & hostilibus persecutionibus ac impugnationibus grauib, quibus infidelium Turcorum nefanda crudelitas & sua impietas vos incessanter afflixerant, & inhumaniter affligebat, insinuatione prouida recen-

Eorundem in Christianos grassationes.

1353.

Alb. ep. scop pag. 214. Rogati socij ad subsidia conferenda. b 16. pag. 213.

Phiadelphiorum ad sedem Apost. legatio.

c Bod. so. in ep. sacr. pag. 26.

fitis, eidem prædecessori humiliter & lachrymabiliter supplicarunt, vt ipse ad vos pietatis suæ viscera clementer aperiens, aduersus eorundem Turcorum salutem vobis opem ferre salutaris auxiliij dignaretur; offerentes pro parte vestra eidem prædecessori, quod vos ciuitatem vestram, nec non castra, fortalitia ciuitatis ipsius, & alia quæ possidetis, ac vos ipsos quoad temporalia subijceretis & daretis, eidem prædecessori & sanctæ Romanæ ac vniuersali ecclesiæ in perpetuum iure dominij: & quod illi vel illis, quem vel quos idem prædecessor deputaret ad id, prædecessoris & ecclesiæ prædictorum nomine in huiusmodi temporalibus pareretis. Idem vero prædecessor huiusmodi miserabili & calamitose statu vestro non sine affectu, multæ compassionis audito, cogitabat anxie qualiter vobis non solum temporaliter, sed & spiritualiter etiam subueniret, vt iniquis Turcorum ipsorum conatibus in virtute Domini superatis, & abdicatis erroribus, quibus antiquum schisma vos a gremio ipsius ecclesiæ, extra quam nulli est gratia, nulli salus (seducente illo, qui primum schisma fuscitauerat in cælo) fecerat alienos, sicut temporalibus adiuti suffragijs triumpharetis de temporalibus hostibus, sic readunati spiritualiter fidelium cœtui, & velut pecundum more vagantes in caulam Domini, ipsam scilicet ecclesiam congregati, æternos cruciatu etiam nesciretis. Sed quoniam ille, qui viuificat & mortificat, quique ducit ad inferos & reducit, terminos qui præteriri non possunt, ipsius prædecessoris vitæ constituens, eum de tenebris mundi huius æternam vocauit ad lucem, cogitatus suus, quem super hoc in Domino ipse iactauerat, effectum debitum habere nequiuit.

21 Eodem itaque prædecessore in Domino quiescente, nos (permittente Deo) licet insufficientibus meritis, ad apicem apostolicæ dignitatis assumpti, huiusmodi negotio necessariam & vtilem prosecutionem deesse nolentes; & attendentes, quod iuxta doctrinam Domini salutarem regnum Dei primo querendum est, vt adijcian- tur omnia post hæc vobis; nuntios & ambassiatore ipsos coram nobis & fratribus nostris eiusdem ecclesiæ Cardinalibus personaliter accersitos interrogauimus, vtrum super spiritualium negotio, scilicet super abiuratione schismatis & errorum, nec non recognitione primatus ipsius ecclesiæ, & regressu vestro libero, puro, simplici, & effectuali ad ipsius vnitatem ecclesiæ haberent aliquam potestatem: cumque ipsi dicerent, se super hoc potestatem aliquam non habere; nos attendentes, quod salus corporibus firma esse non poterat, quorum animæ languoribus prægranatæ ac tenebrarum caligine obsitæ ipsum verum lumen de lumine, qui omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, vera & irrepercuta non possunt acie intueri, cum eisdem fratribus nostris deliberationem super hoc habuimus diligentem: & demum, licet nostra & omnium fratrum nostrorum corda super tot tantisque afflictionibus vestris multa fuerunt pietate commota; & ad impendendum vobis super eis auxilium nostra & eorum vota communiter resedissent; tamen vtilius, immo necessarium amplius visum fuit, vt prius negotium spiritualium huiusmodi soliditatem reciperet, quam vobis auxilium temporaliter præberetur.

Sperantes igitur, quod illius Spiritus, qui ubi vult spirat, spiramine inspirati animarum

vestrarum salutem protectioni & defensionem corporum præferatis; & quod illa inspirationis vestre principalis intentio fuerit, vt cum tuitione corporum saluationem quoque animarum salubriter peteretis; & consisti etiam, quod ille, qui vobis hunc pietatis suæ rore infudit & inspirauit affectum, vos efficacia virtutis suæ in eo constanter & solide roborabit; vniuersitatem vestram requiramus & hortamur in Domino, illam attentius deprecantes, ac sanis vobis consilijs suadentes, quatenus attendentes, quod ille princeps cælestis exercitus, ille dux ætherei principatus, in conspectu cuius non est differentia in multis liberare, vel paucis, si relictis omnium errorum & schismatum tenebris ad catholicæ ac indiuisibilis fidei limpida veramque lucem & vnitatem ecclesiæ prædictarum puris cordibus & sinceris mentibus redeatis, paucitatem vestram aduersus multitudinem Turcorum ipsorum eo fortificabit robore, eaque fortitudine roborabit, quod ipso præstante vnus vestrum mille persequetur ex illis, & duo decem millia transmouebunt; prædictos, qui ad vos de nostro beneplacito reuertuntur, vel alios nuncios vestros cum pleno & sufficienti mandato ad abiurationem & recognitionem huiusmodi, pure, simpliciter, & absque omni velamine faciendas, ad nos cum omni celeritate ac festinantia remittatis, vt eis regredientibus super hoc sufficienter, vt præfertur, instructis & opportuna potestate munitis, ad consummationem votiuam & felicem & prosperam tam salutaris negotij debita prosecutio solcite impendatur: sicque vobis ipsius veræ fidei lumen resplendeat, & sicut spiritualiter, sic & temporaliter vobis a Domino per nostrum ministerium salus fiat. Intendimus enim eo casu ad vos, fauente Deo, transmittere aliquos viros timentes Deum, & in ipsius lege plenius eruditos, quorum sana doctrina errores confutare quoslibet, & ad veram ipsius fidei notitiam recto tramite venire possitis: & nihilominus proponimus sic vobis, quantum cum Deo poterimus, commode præstare temporaliter auxilium & fauorem, quod in virtute dextera eius, qui Pharaonem Dei populum persequentem & ipsius exercitum demersit in mare, Turcorum ipsorum compescetur audacia, comprimetur furor, conteretur iniquitas, & dolosis machinationibus superatis conatus improbi elidentur: sicque vobis erit sicut animarum, sic & corporum pax & quies. Dat. Avin. xiv. kal. february pontificatus nostri anno 1. Hærese in schismatis atque hærese volutabro Philadelphij atque in Turcarum terribimam seruitutem sunt redacti: quæ de re postea.

22 Oppressus etiam tum a Turcis Cantacuzenus Græcorum Imperator, quos ille antea socios ad firmandam tyrannidem sibi afsiciuerat, literas ad sedem Apostolicam opem flagitaturus transmisit: spondebatque se Græcam ecclesiam ad Romanæ obsequium reuocaturum, quem Innocentius propositis ingentibus præmijs, quæ in cælo colligeret, ad sacrum desiderium in opus perducendum hinc literis excitauit b: seque Clementi non minus in coniungendarum ecclesiarum studio, quam in dignitate successisse significauit.

Ioanni Cantacuzeno Imperatori Græcorum illustri, gratiam in presenti, quæ perducatur ad gloriam in futuro.

Affectionem, quam habere monstraris ad vniionem Latinorum & Græcorum ecclesiarum, auctore Domino, faciendam adhuc in minoribus

Vt se Romanam Pontificis impatio subijcere voluerint.

Agitati sit a Clemente de ferenda ijs ope.

Interrogati sunt Philadelphij ab Innocentio, an schisma pure velent exuere.

Moni prius solat ma salu

Philadelphij Turcarum seruitutem redacti.

de reb. Turc. in Pontificatus a Cantacuzeno auxili.

b. T. 1. p. 1. 6. pag. 64.

constituti nuntiorum tuorum, quos ad sedem Apostolicam felicitatis recordationis Clementis Patris VI. prædecessoris nostri tempore propterea destinasti, relatione cognouimus; & literarum tuarum aurearum bullarum magnitudinis tuarum appensione signatarum, quas eisdem prædecessori direxeras, ac nobilibus viri Nicolai Sigero prætoris populi Romanæ transmissæ nobis, ad apostolatus apicem iam assumptis, recentiori quadam memoria indicantur: ex quo ingentis lætitiarum rore perfusi Redemptori nostro, qui hunc tibi formauit animum & infudit affectum, debitas laudes referimus, & verberes gratiarum exsoluimus actiones; sperantes, quod ipse lapis angularis abscissus de monte sine manibus, qui parietem vtrumque connexuit, & qui concordiam in sublimibus suis parat, affectionitum tam salutari tam vtili efficacis promotionis operam dono suarum gratiarum sociabit, & dabit promotionis instantiarum fructum anxie a Christi fidelibus concupitum. Et ideo serenitatem tuam rogamus & obsecramus in Domino, tibi in remissionem tuorum peccaminum sanis consilijs suadentes, quatenus prudenter considerans, quod probatio affectionis cuiuslibet ipsa exhibitio operis est, & quod vnumquodque opus ab exitu denominatur attendens; quodque currens in stadio, nisi post consummationem instantis cursus acceptione brauij minime præmiantur, affectionem tuam huiusmodi effectu operis impleas, & ad vnionis huiusmodi perfectionem votiuam operarias manus, sublati præiudicio morosa dilationis, apponas; vt eo, cuius in hac parte negotium agitur, operationibus tuis infundente gratiam & præstante virtutem, negotium ipsum ad optatam consummationis exitum perducatur, tuque in præsentem thronum tuum fortius roboretur & stabilis firmiter, ac in futuro cum vniuerso populo tuo, cui ad æternam vitam ducatum præbes, & vehiculum præparas, ad sancta sanctorum purificatis introire mentibus merearis].

23. Misit Cantacuzenus alias adulto iam anno ad Innocentium literas, atque oratorem, religiosum scilicet virum ex ordine Prædicatorum, qui ceptum negotium promoueret. Ex quo felici nuntio ingenti delibutum se lætitiæ Innocentius ei significauit, atque ad ipsum & Græcos in gremium ecclesiæ admittendos paratissimum rescripsit a.

Ioanni Cantacuzeno Imperatori Græcorum illustri gratiam in præsentem, quæ perducatur ad gloriam in futuro.

Magnitudinis tuarum literas præsentatas nobis per dilectum filium Ioannem ordinis fratrum Prædicatorum ambassiatorem & nuntium tuum latorem præsentium, & ipsum quoque ambassiatorem consideratione tua benigne recepimus: & tam eisdem literis seriose perlectis, quam his, quæ præfatus ambassiator pro parte tua nobis prudenter & prouide referauit, diligenter auditis, innotuit nobis desiderij seruos, & affectionis patuit plenitudo, quibus mens tua indefinenter exarsit, vt inueterati schismatis purgata rubigine, ac errorum tenebris effugatis, ad vnitatem sanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ, & agnitionem catholicæ fidei, quam ecclesia ipsa veritatis magistra & nescia falsitatis tenet, docet, & prædicat; quamque redemptor omnium Christus, qui auctor est eius, diuidi non patitur, vna cum populo tibi subdito reuertaris: sicque tibi & cis salubriter consulens, ducatum præbeas ad

salutem. Ex quo magnificauit anima nostra, vti que Dominum, & in Deo salutari nostro spiritus noster in eo potius exultauit, quo verisimiliter credimus, & in eo, qui parietem vtrumque connexuit, confidimus amplius & speramus, quod vnionis vtriusque ecclesiæ, Latina scilicet & Græca negotium, in cuius prosecutione multorum prædecessorum nostrorum pia studia quam maxime laborarunt, ad optatam consummationis exitum perducatur: sicque temporibus nostris dominicus grex, præstante illo, qui cum nobis paciscendum regendumque commisit, antiqui hostis superatis fraudibus, vno solum pastore pascetur, vno tantum modo quiescet ouili.

Eia igitur, princeps inclyte, animum roboras, fortifica mentem: & considerans quod, testante Veritate, inchoare non sufficit, sed perseverare expediat ad salutem; quodque nullus certantium pugilum, nisi compos victoriæ coronatur, opus tam salutari negotij, consilium in eo, qui imbecillia quæque roborat, & firmat infirma, instantius operare: imple inchoati ministerij partes, & in caulam Domini, vbi nec lupi rapacis insidias paueant, nec rugitus leonis timeant deuorantis, oues congrega oberrantes. Fer ad aream Domini manipulorum copiam, vt inde paleis & aristas tritura & ventilabro veritatis excussis, inferatur in horrea diuina frumentum; firmiter credens, & indubie tenens, quod ab eo, per quem Reges regnant & curuantur imperia, & in præsentem, quibuscunque procellarum & tempestatum aduersum te commotis fluctibus nutu suarum potentiarum quietatis, status tui robor, & in futuro æternæ beatitudinis gaudia mercedis præmium consequeris: quodque nos, qui vices illius (licet immeriti) gerimus, tibi velut filio de regione dissimilitudinis venienti, cum ingenti lætitiæ apertis brachijs occurrentes, non solum spiritualibus, sed temporalibus quoque præsidijs, quantum cum Deo poterimus, te quod affectu prætendis, effectu operis, vt fiducialiter credimus, exequentem fauorabiliter prosequemur.

Ceterum, quod de promotione nostra ad apicem apostolicæ dignitatis exultans, affectum tuarum circa nos indicas charitatis, debitas tibi gratias agimus: sed vnde tibi oritur materia gaudij, inde nos pauor concutit, terret nos inde timor: siquidem honoris fastidium, oneris molem habet annexam; ad quam supportandam imbecilles nobis humeros intuemur, de propria virtute diffidimus, & de qualitate meriti desperamus. Sed in eum, qui fuit oneris auctor, sperantes administrationis etiam adiutorem, ipsam suppliciter exoramus, vt infirmitatem nostram sic roboret, sic nostros suppleat imperfectus, quod eo præstante, præfata ecclesia ad sui laudem & gloriam, ac salutem eiusdem commissi, vt præmittitur, nobis gregis vtiliter regere, ac tandem cum ipso populo ad sancta sanctorum puris introire mentibus mereamur. *Dat. Avin. vi. kal. nouembrii anno 1.*

24. Hortatus etiam est grauissimis literis Innocentius Ioannem Assanem, virum principem, atque alterum eiusdem nominis auctoritate florentissimos, qui se ad Græcorum cum Latinis coniunctionem redintegrandam pio flagrare studio præ se tulerant, vt ad ceptum opus studiose incumbere: quantarum vtilitates in orientale imperium essent emanaturæ, exposuit a. Certiores etiam huiusmodi Cantacuzeni consilij catholicos principes fecit, atque inter ceteros Hugonem

Addit ad præfatum facinus stimuli

Sacra & humana præsidia promissa

Ed. no. 3. op. sac. pag. 63.

Cy-

Cypri Regem ^a, vt aduersus barbaros Imperatori promouenda sperata coniunctionis studio auxilia explicaret.

Innocentius &c. Hugoni Regi Cypri.

Audiuimus, quod Ioannes Cantacuzenus Imperator Græcorum illustris desiderat admodum, relictis errorum tenebris, quibus ab unitate sanctæ Romanæ ecclesiæ inimici hominis fallens nequitia separauit eundem, redire ad huiusmodi eiusdem ecclesiæ unitatem: cuius nos laudabile votum, & acceptum Deo propositum fauorabiliter prosequentes; & cupientes tuo & aliorum Christi fidelium auxilijs adiuuari, serenitatem tuam attente rogamus, attentius in Domino obsecrantes, quatenus memorato Imperatori, in executione voti sui huiusmodi, si ad te recursum habuerit, assistas auxilijs & fauoribus opportunis: ex hoc enim præter æternæ gloriæ præmia, & humanæ laudis præconia, apostolicæ quoque plenitudinem gratiæ vberius conseruis. *Dat. Auin. kal. aprilis anno 1.* Conceptæ sunt ipsidem sententijs alia literæ ^b ad Ioannem Valentem Genuensium prætorem, cum nondum ob rem male gestam acceptasque a Venetis clades exautoratus esset; atque ad Deodatum Gosonium Rhodiorum equitum summum magistrum, vt opportunis auxilijs Græcorum imperium instruerent. Abrupta demum sunt agitata de redintegrandæ veteris ecclesiæ coniunctionis consilia, cum Cantacuzenus imperio arrepto depulsus fuerit a Ioanne Palæologo, a quo ea postea instaurata visuri sumus.

²⁵ In Armenia reflorescere cœperat orthodoxæ fidei splendor, cum Armenus catholicus cæterique præsules, damnatis erroribus, quos sedes apostolica censura notauerat, catholicum dogma cœacta synodo professi essent, ac decreta Pontificum decretalesque pie suscepissent. Cum vero Clemens iam ante ad fidei veritatem magis illustrandam nonnullas quæstiones ad patriarcham Armeni literas circa diuina mysteria, apud Armenos controuersa, iam ante a nobis allatas proposuisset, necdum idonei interpretis penuria responsum a patriarcha esset, Innocentius Nersem archiepiscopum Armenorum vtriusque lingue peritum ad eum proficisci iussit.

Innocentius, &c. venerabili fratri Nersei archiepiscopo Mansguerdensi.

Dudum, sicut fraternitati tuæ forsitan innotuit, felicitis recordationis Clemens Papa VI. prædecessor noster ad bonum Christianæ fidei & animarum salutem intentis studijs elaborans, Consolatori dicto catholico Armenorum quosdam articulos pro pleniori corroboratione & confirmatione sui & sibi obedientium Armenorum in fide catholica, quam sancta Romana mater ecclesiæ tenet, docet, & prædicat, per venerabilem fratrem nostrum Ioannem archiepiscopum Pisanum tunc electum Coronensem, & bonæ memoriæ Antonium episcopum Satarensem, tunc legatos sedis Apostolicæ, destinauit. Deinde, quia ipse Consolator ad ipsos articulos minus sufficienter & minus clare, minusque plene responderat, idem prædecessor, cupiens ipsos a ruina æternæ damnationis eripere & ad viam reducere veritatis, præfatum Consolatorem dedit suis literis exhortandum, vt ad ipsos articulos clare & non sub inuolucro aut duplicitate pallio responderet: & nihilominus venerabilibus fratribus nostris Guillelmo patriarchæ Ierosolymitano, & Philippo archiepiscopo Nicosiensi,

ac Oddoni Paphensi, & Leodegario Nimosiensi episcopis dedit per suas literas in mandatis, vt ipsi vel duo ex eis aliquē vel aliquos probos viros zelum Dei habentes, quos ad applicationem tanti negotij sufficientes & idoneos esse cognoscerent, cum fideli interprete ad eundem Consolatorem mittere festinarēt, quodq; ab eo cum grauitate decenti prudenter & prouide huiusmodi responsiones exigenter lucidas & apertas, dictiq; patriarcha archiepiscopus & Paphensis episcopus, sicut per literas eorundem archiepiscopi & episcopi Paphensis eidem prædecessori directas nobis innotuit, cum ipsi inibi tunc interpretem idoneum, quem ad dictum Consolatorem mitterent, inuenire non possent, præfatas literas eidem Consolatori per fidelem nuntium destinant, ipsum Consolatorem ad præmissa per eorum literas seriosius exhortando; quodque postmodum non solum ipse Consolator, sed charissimus in Christo filius noster Constantinus Rex Armenorum illustris ipsis per eorum literas responderunt, quod ipsi cum eorum subditis parati erant mandatis apostolicis firmiter obedire, & omnia, quæ ipsi per dictum prædecessorem iniuncta fuerant, plenarie & effectualiter adimplere: sed quia ipsi sufficientem tunc interpretem non habebant, qui eis dictarum literarum prædecessoris eiusdem intellectum plenarie declararet, non poterant responsiones ad præfatos articulos requisitas perfecte facere, prout intendebant efficere quamprimum huiusmodi eis interpres adesset. Propter quod postmodum archiepiscopus & episcopus suprascripti eidem prædecessori rescripserunt, quod ipsi adhuc in regno Cypri sufficientem interpretem, qui propter præmissa ad partes illas accederet, nequieverant nec poterant inuenire, nisi te dumtaxat, qui Armenicam originariam tibi linguam perfecte noueras, & Latinam, & ob ipsius fidei zelum & Apostolicæ sedis reuerentiam ad partes illas pro executione dicti negotij, quatenus de beneplacito dictæ sedis procederet, te sponte obtuleras accessurum.

Nos itaque deuotionem & oblationem tuas huiusmodi dignis in Domino laudibus prosequentes, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus ab eisdem archiepiscopo & Paphensi episcopo præmissorum articulorum & literarum ipsius prædecessoris copia, & super agendis circa præfatum negotium plena informatione receptis, cum illis, quos dicti archiepiscopus & episcopus ad hoc duxerint deputandos, in illius nomine, cuius res agitur, spontaneum tibi ac Deo nobis acceptum onus huiusmodi lætanter assumens, & ad ipsos Consolatorem & Regem te personaliter conferens, negotium petita per nos explicationis & exigendarum ab ipso Consolatore responsionum huiusmodi, illo tibi inspirante ac præstante sermonem, qui repente Apostolos linguarum varietatem edocuit; iuxta informationem ab eisdem archiepiscopo & episcopo, vt præmittitur, exhibendam ad laudem diuini nominis, exaltationem catholicæ fidei, animarumque profectum fideliter & sollicitè prosequaris; ita quod inde adeo perennis vitæ, & a nobis & Apostolica sede vberioris fauoris & gratiæ præmia merearis. *Dat. Auin. kal. octobris anno 1.*

²⁶ Ne fidei etiam maiestas in occidentalibus oris defloresceret sollicitus Innocentius, cum Begardos seu Beckardos repullulare in Germania

Rogatus Cyprius Rex, vt Cantacuzeno succurrat.

alb. ep. fecit pag. 72.

Pontificiæ eadere literæ.

Rhodij quoq; ad id. sollicitati. b. ead. pag.

De restituenda apud Armenos fide agitatis.

Ann. Chr. 1350. n. 37.

da. n. l. l. p. 1. ep. cur. 7.

De missis ad eos legatis.

*Scutarensem.

Propositi catholici circa fidei quæstionibus.

Interpretis fidei penuria extraxit et responsum.

Mansguerdensi archiepiscopo missa est prouincia.

Beckardos heretici repullulati in Germania.

accepisset, censores fidei vt in ipsos animaduertent
rent creauit : ac p̄sules, principes, vrbiumque
magistratus mixtis precibus imperijs obstrinxit, a
vt religionis causam sua auctoritate fulcirent, car-
ceresque vt in ijs hæreseos rei tenerentur, commo-
darent.

*Innocentius, &c. venerabilibus fratribus
vniuersis archiepiscopis & episcopis, ac dilectis filiis
principibus, ducibus, marchionibus, comitibus,
ciuitatum ac locorum dominis, & communitatum
rectoribus per Alemanniam constitutis.*

Iniuucto nobis circa gregem dominicum,
ex officio pastoralis solerter vigilare nos conuenit,
ne lupina rabies hæreticæ prauitatis, sub ouino
vellere sponte latitans, malet crudeliter & di-
spendat, quod fidei viuificat sacramentum. Cum
itaque, sicut accepimus, huiusmodi pestifera
rabies specialiter illorum, qui Beckardi vocan-
tur, in Alemanniæ partibus, procurante humani
generis inimico, exarsisse dicatur; nos cupientes,
quod pestis ipsa de caulis fidelium propellatur, &
quod officium inquisitionis, dilecto filio Ioanni
dicto Schandelant ordinis fratrum Prædicatorum
sacraque theologiæ professori inquisitori hæreti-
cæ prauitatis auctoritate apostolica commissum,

nostris temporibus ad profectum fidei & anima-
rum salutem auctore Domino prosperetur,
vniuersitatem vestram rogamus & hortamur at-
tente, per apostolica vobis scripta in virtute
sanctæ obedientiæ firmiter præcipiendo mandan-
tes, quatenus ob reuerentiam diuinam & no-
stram, sicut Dei & Apostolicæ sedis vultis effugere
vltionem, ipsi inquisitori fauorabiliter assiten-
tes, & in prosecutione dicti negotij fidei consi-
lium, auxilium, & fauorem totis viribus,
tota mente, omnique occasione postposita
impendatis, præstantes eidem vestros carceres,
quibus in eisdem partibus carere dicitur officium
inquisitionis huiusmodi, donec officio prædicto
de certis carceribus sit pronisum; preces & man-
data nostra taliter impleturi, vt causam fidei
videamini ex animo assumere ac fouere, & apud
Deum & sedem Apostolicam possitis exinde
merito commendari. *Dat. apud Vllannouam*

Auinionensis diocesis id. iulij anno 1.

27. Paruere pontificijs imperijs Germani :
paucis enim post annis hæresarcham fidei censo-
rum imperio rogis traditum Spira, refert Nau-
clerus b, qui illius errores enumerat : *Post
hæc, inquit, tempora iudicabatur Spira Beghardus
Bertholdus de Rorbach. Hic antea in Herbepoli
quosdam articulos reclamauerat, videlicet quod
Christus in passione sua sic fuerit a Patre derelictus
quod præ nimio dolore dubitauerit saluare animam
sua deberet. Secundus articulus quod Christus in
cruce propter nimiam passionem & dolorem maledi-
xerit B. Mariæ virgini. Tertius quod maledixit
terram, qua suscepit eius sanguinem de cruce.
Propter præmissa fugiens, ad diocesim Spirensis
venit, ubi articulos hos veros asseruit. Addidit
etiam, quod homo in hac vita in tantum proficere
possit, quod nec orare nec ieiunare eum oporteret.
Item quod laicus illuminatus possit plus proficere
in docendo, & plus sit sibi credendum, quam euange-
lio aut doctoribus sacra scriptura. Item quod ho-
mo deuotus in perceptione cibi communis possit per-
cipere tantam gratiam, ac si acciperet Eucharistiæ
sacramentum. Et quia relapsus, tradebatur curia
seculari, & esset incineratus.*

28. Vigeat autem tum adeo ecclesiastica-
rum in hæreticos legum obseruantia, vt licet

Ioannes archiepiscopus Mediolanensis regiam
potentiam in Insubria æquaret, non auderet
tamen Matthæi, Galeatij, Marci, ac Stephanij
Vicecomitum, qui hæreseos nota a Ioanne XXII.
& Bertrando Card. legato iniusti obierant, corpora
sepulturæ ecclesiasticæ mandare: atque apud Innocen-
tium iudicio disceptari, ipsos a fide catholica
in morte non dissensisse. Cuius potentissimi
principis, qui magno dedecori vertebat, parentes
& cognatos insepultos iacere, precibus a Pontifi-
ce id datum est, vt duo Cardinales de re inquire-
rent: quæ prouincia Bertrando Sabinensi episcopo
& Guillelmo tit. S. Stephani in monte Cælio pre-
sbytero Card. data est. Fulciebat porro Ioannes
causam suam hoc argumento b: *Cum dicti Mat-
thæus, Galeatius, Marcus, & Stephanus tam-
ante quam post inchoationem diuorum processuum
per iustitiæ ministracionem, diuorum officiorum, &
sacramentorum deuotionem, ac elemosynarum
largitionem, & alia fidei & charitatis opera se pa-
terter ostenderint catholicos & fideles; ac in morte
vel iuxta mortem constituti vere fidei, & contritionis
ac penitentiæ signa tanquam veri catholici Christi-
ani ostenderint.*

29. Hoc anno Innocentius pactiones iniquas
sedisque apostolicæ maiestati aduersantes, antea
a Cardinalibus priuati commodi illecebra delin-
ctis in conclau editas, rescidit in nonnullorum
Cardinalium præcipuæ grauitatis, ac doctorum
cætu: cum nefas sit, collatam a Deo potestatem
nullis circumscriptam finibus humana arte dolo-
que certis limitibus definire, sitque vetitum
Cardinales vacuo sacrosancto folio alia de re,
quam de creando Pontifice quidquam decer-
nere. c

*Innocentius, &c. ad perpetuam rei
memoriam.*

Sollicitudo pastoralis officij sicut exigit vt
prospiciamus, ne ecclesiæ in iuribus suis minora-
tionis detrimentum suscipiant, sic profecto re-
quirit vt ecclesiæ Romanæ, cui auctore Domino
præsidemus, honores, libertates, & iura solertioris
diligentiæ studio seruemus a diminutione quali-
bet illibata. Dudum siquidem, per obitum feli-
cis recordationis Clementis Papæ VI. prædeces-
soris nostri Apostolica sede vacante, venerabiles
fratres nostri S. R. E. Cardinales, de quorum
numero tunc eramus, ad tractandum de ijs, quæ
circa electionem Romani Pontificis incumben-
bant, Auinione in palatio apostolico, vbi præ-
decessoridem obierat, in simul congregati, in-
scriptura quadam, cuius tenorem de verbo ad
verbum præsentibus inseri fecimus, concordau-
runt: & inde quidam eorum simpliciter iurau-
runt, ac nos & quidam alij sub hac conditione
iurauimus, scilicet si & in quantum scriptura
huiusmodi de iure procederet, quod ille ex eis,
quem assumi contingeret ad papatum, omnia
in eadem scriptura contenta inuiolabiliter ob-
seruaret; & quod eadem dic, qua foret, vt
præfertur, assumptus profiteretur, ea omnia &
singula se fideliter seruaturum, rataque habitu-
rum super eis præstita iuramenta.

30. Postmodum vero nos ad officium huius-
modi, licet insufficientibus meritis, diuina di-
spostione vocatis, præmissa omnia recedentes;
& attendentes, quod licet Cardinales iidem,
ad ea faciendum habuerunt rectum zelum, &
aliquibus etiam videretur, nos debere illa &
præstita super eis, vt præmittitur, iuramenta
seruare; quia tamen dicti Cardinales prohiben-
ti-

Agituum
de Mar-
thæo &
alijs Vice-
comitibus.
an obij-
sent in hæ-
resi.

a Tom. 1.
ep. sec.
pag. 57.
b Ibid.

Rescissa
pactiones
a Cardina-
libus in
conclau
constare.

c An. 1. 1. r.
p. 1. ep. cur.
5.

Pontificij
ea de re
diploma.

Superiorij
pactionum
formula
ab Innoc.
sub hypo-
thesi tan-
tum ad-
missa.

Vt ea iure
ferri non
potuerit.

ribus constitutionibus felicitis recordationis Gregorij X. & Clementis V. prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, quibus cauetur, quod Cardinales eadem sede vacante de quibuscumque negotijs præterquam de prouisione Romanæ ecclesiæ facienda, certis dumtaxat exceptis casibus, de quibus tamen aliquis contentus in scriptura huiusmodi non existit, se intromittere nequeant, ad ea procedere minime potuerant; & considerant attentè, quod scriptura ipsa in diminutionem & præiudicium plenitudinis potestatis ex ore Dei collatæ soli dumtaxat Romano Pontifici dignoscitur proculdubio redundare, cum per eandem scripturam præfatæ sedi grande ac perpetuum præiudicium imminere manifeste, dum potestas huiusmodi adimitur eidem Romano Pontifici, certisque regulis & limitibus sibi præfixis ab homine coarctatur; nec minus intuentes, quod esset apud catholicos temerarium & insanum asserere vel sentire, quod Romanus Pontifex successor Petri & vicarius Iesu Christi, non sit vocatus & assumptus in plenitudinem potestatis, quæ profecto apud ipsum non esset, si ex aliorum consensu, arbitrio, vel adminiculo dependeret; quodque illa iuramenta non canonica, immo temeraria sunt censenda, quæ non solum in Romanæ, quinimmo in cuiuslibet alterius ecclesiæ præiudicium læsionemque præstantur; habita super his & nonnullis alijs, quæ nostrum ad id animum rationabiliter induxerunt, cum quibusdam ex eisdem etiam Cardinalibus, ac pluribus doctoribus & iurisperitis alijs deliberatione matura, ad omnem scrupulum & dubium in hac parte tollendum, auctoritate apostolica tenore præsentium declaramus, eosdem Cardinales contenta in scriptura huiusmodi facere nullatenus potuisse, ac illa & omnem eorum effectum nullius fuisse ac esse penitus roboris vel momenti; nosque vel successores nostros Romanos Pontifices seu Cardinales ipsos ad illorum & iuramentorum prædictorum obseruantiam non fuisse, nec esse obligatos quomodolibet vel obstrictos; tenor vero dictæ scripturæ talis est infrascriptus: *Deliberatione plena, &c.* [Allatæ superiori anno a nobis fuere ex passionibus suis conceptæ verbis, quibus recensitis & abolitis adiecta est hæc formula:] Nulli ergo, &c. nostre declarationis infringere, &c. Datum apud Villannouam Auinionensis diocesis 11. kal. iulij anno 1.

31 Reuocata etiam est Clementis constitutio ^b, qua nonnullas dignitates Cardinalibus in cathedralibus, collegiatis, & regularibus ecclesijs reseruauit; interdictum ne maiores post pontificales capefferent, nisi in apostolico diplomate expressa de ea re mentio fieret; abrogatæque ^c ecclesiarum & monasteriorum (væ vocant) commendæ, exceptis ijs, quæ Cardinalibus conceditæ fuerant; cum precibus improbis extortæ essent, indeque diuini cultus maiestas obsolesceret.

Attendentes, inquit, quod occasione commendarum & concessionum huiusmodi in commendatis & retentis eisdem, sicut experientia docuit, ut plurimum diuinus cultus minuitur; animarum in eis, quibus imminet, cura negligitur; hospitalitas consuetæ & debita non seruat, ruinis adificia patent, ipsorum iura in spiritualibus & temporalibus collabuntur; ac propterea huiusmodi malis occurrere, & ecclesijs & monasterijs, prælaturis, beneficijs, & alijs prædictis taliter commendatis & retentis de pastoribus & rectoribus proprijs, qui eis præesse velint &

valeant, prouidere ex præmissis & alijs certis rationabilibus causis ad hoc animum nostrum inducentibus; nonnullorum quoque prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum in hac parte vestigijs inherentes, digesta super hoc deliberatione etiam cum fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus præhabita, omnes & singulas commendas & concessionem huiusmodi de quibuscumque cathedralibus vel alijs ecclesijs, monasterijs, prælaturis, prioratibus, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officijs & beneficijs, ac locis ecclesiasticis secularibus & regularibus quorumcumque ordinum, quocumque nomine censeantur, & infra, auctoritate apostolica penitus reuocamus, & omnino viribus vacuumus, &c. Dat. apud Villannouam Auinionensis diocesis 10. kal. iunij anno 1.

Gerere quidem ipsum cœpisse magna cum integritatis laude pontificatum refert M. S. Vaticanus auctor subiectis verbis a: *Hic fuit vir iustus, & durus in concedendo beneficia & iura ecclesiastica. Subito post suam coronationem multas reseruaciones factas per Clementem prædecessorem suum suspendit; & constituit, prælatos & alios beneficiatos in curia tunc morantes unumquemque illas ad suum beneficium personaliter applicare, & ibi residentiam facere sub pœna excommunicationis: quod & factum est. Hic diminuit expensas & familiares suos, & etiam omnium Cardinalium.*

32 Editæ etiam sunt hoc anno ab Innocentio nonnullæ aliæ vtiles constitutiones: in primis ad submouendos scelere fundendi alieni sanguinis auidos sustulit ^b corruptelam, qua vilissimo interdum pretio innoxius cruor emebatur, cum lucri illecebra absouerentur a pontificijs administris rei, modo cum casorum consanguineis transgressis. Vetitus etiam est taxillorum ludus ^c, cum ex præcipiti animorum motu lutores in blasphemias voces ora laxarent. Abrogatum d quoque meretricium vestigal, quod administri ab infelicibus mulierculis turpiter abradebant.

Adiecit ^e hoc anno Innocentium Cardinalium numero Andoinum, nepotem, refert ipsius vitæ scriptor: *Hic factus Papa, die xv. mensis februarij, quæ fuit feria vi. quatuor temporum anno LIII. iam inchoati, fecit presbyterum Cardinalem dominum Andoinum Alberti diocesis Lemouicensis nepotem suum ex fratre, tunc episcopum Magalonensem, cui assignauit titulum SS. Ioannis & Pauli, quem prius habuerat ipse. Addit idem auctor de naturalibus hoc anno temporum insignibus mutationibus, deque eclipsi solari: Anno eodem, scilicet xvii. die mensis decembris fuit eclipsis solis, & durauit quasi per duas horas: quam demum secuta est tanta hyemis asperitas, ut fluij magni per plures dies steterint congelati: & successiue tanta aquarum inundatio, quod pontes, immo & turres quamplures subuertit.*

IESV CHRISTI

annus 1354.

INNOC. PP. VI. CAROLI IV. ROM. REGIS 9.

2. IO. PAL. 14. & IO. CAN. 8. IMPP. OR.

1 **A**nnus a virgineo partu quartus & quinquagesimus supra milleimum trecentimum indictione septima insignis est tum felici Ludouici Vngariæ Regis in Tartaros expeditione: tum partis ab Egidio Alborno otio Cardinale Hispano Apostolicæ sedis legato aduersus tyrannos, qui ditionem ecclesiasticam suæ subiecerant ser-

Collata diuinitus auctoritas humano dolo contrahi non potuerit.

Nuncupata in ea re sacramenta fuerint temeraria

a An. Chr. 1352. n. 26.

b To. 1. ep. fecr. pag. 222.

c An. 11. 2. ep. chr. 32.

Commendatæ abrogatæ.

M. S. Vat. n. 201

Collata ab Innocentio Cardinali

Editæ ab Innocentio

Homini- dia rito- mi veta- Tacili- prohibi- b. To. 1. ep. fecr. pag. 137. c. 164. d. 13. pag. 141. e. pag. 141. e. pag. 141. e. pag. 141. e.

Innoc. VI. apud Biff. Gratian. in claus. Card. & alijs. Andoinum. Cretus. Card.

pag. 51. e. Gellus. Innoc. VI. apud Biff. Gratian. in claus. Card. & alijs. Andoinum. Cretus. Card.

Innoc. VI. apud Biff. Gratian. in claus. Card. & alijs. Andoinum. Cretus. Card.

Innoc. VI. apud Biff. Gratian. in claus. Card. & alijs. Andoinum. Cretus. Card.

Innoc. VI. apud Biff. Gratian. in claus. Card. & alijs. Andoinum. Cretus. Card.

Innoc. VI. apud Biff. Gratian. in claus. Card. & alijs. Andoinum. Cretus. Card.

Innoc. VI. apud Biff. Gratian. in claus. Card. & alijs. Andoinum. Cretus. Card.

Innoc. VI. apud Biff. Gratian. in claus. Card. & alijs. Andoinum. Cretus. Card.

Innoc. VI. apud Biff. Gratian. in claus. Card. & alijs. Andoinum. Cretus. Card.

Innoc. VI. apud Biff. Gratian. in claus. Card. & alijs. Andoinum. Cretus. Card.

Innoc. VI. apud Biff. Gratian. in claus. Card. & alijs. Andoinum. Cretus. Card.

uitati, trophæis. Is enim in primis Ioannem e Vico sacris percussum edictis a, patrimonium B. Petri occupantem latiusque tyrannidem proferre molientem, redigere in ordinem meditatus, ex pontificio consilio primum mollibus verbis ad equitatem reuocare annisus est, ac deinde eius perfidiam ferro domare aggressus Tuscanellam & alia loca ecclesiastico restituit imperio b: de quibus certior factus Pontifex a legato, his literis est ipsi gratulatus c.

Innocentius, &c. dilecto filio Aegidio tituli S. Clementis presbytero Cardinali A. S. L.

Literas tuas, per quas significasti nobis successus prosperos, quos aduersus abominationis idolum Ioannem de Vico, qui se extollit aduersus omne quod colitur, aut quod dicitur Deus, per intercessionem & merita beati Petri Apostolorum principis, cuius causam agis, de manu Domini suscepisti, benigne recepimus: & tanto inde maiori exultauimus gaudio, tantoque ipsi omnipotenti Deo gratias egimus ampliores, quanto per ministerium tuum spei nostræ vberius initia vberiora succedant, quantoque illa feliciore exitu terminanda sine dubitatione tenemus. Sic ergo, fili, laboribus & sollicitudinibus tuis operam prosecutionis & solertia diligentioris adicias, quod ipse inimicus Dei & hominum in manu forti & brachio excelso ecclesiæ sanctæ Dei, fauente ipso Apostolorum principis tuis operationibus, sic penitus conteratur, ut amplius non resurgat; & nos speratæ lætitiæ iubilo in restituta pace ecclesiæ memoratæ fidelibus, gloriemur, &c. Datum Avin. xv. id. aprilis anno secundo.

Nauarunt egregiam legato operam ad frangendos ad obsequium rebelles, educto ingenti exercitu, Romani d. Promota Viterbio ad Vrbeni ueterem castra a legato fuere, cum Ioannem e Vico in ea vrbe tyrannidis sedem fixisse didicisset: quæ cum cincta fuisset obsidione, pertimuit tyrannus, ne a ciuibus, quorum flagrabat odijs, laniaretur; mollesque aditus ad Aegidij Cardinalis gratiam captans deditioem fecit e. Ita potitus Vrbeni ueterem legatus Cardinalis Viterbium, mox Martham & Caninum in ecclesiæ potestatem redegit f, Narnia etiam atq; Amelia; excussa Ioannis e Vico tyrannide, ecclesiæ imperijs se addixere g quoq; Eugubium a Ioanne Cantucio restitutum legato h. Tudertini denique conciliati ecclesiæ fuerunt.

2 Reuocatis ad officium his populis, atque ecclesiæ confirmata potentia, Aegidius i Cardinalis maiora aggressus, Picenum ex tyrannorum seruitute vindicare meditatus est: dumque bellicos apparatus apud Fulginas instrueret, conuenit ipsum Gentilis e Moliano, qui apud Firmanos imperium scelere corripuerat l, seque in ecclesiæ potestate futurum est pollicitus m. At postea iterum rebellionem fecit n, utpote quem non diuini Numinis, sed tyranni potentioris metus infidus fidei custos ad officium adduxisset. Is erat Malatesta o, qui Firmum proferendæ tyrannidis studio antea obsederat. Ipsum atq; Galeottum e Malatestis Ariminum, Anconam, Asculum, Fanum, Pisaurum, Forum Sempronium, Humanam, Senogalliam, Auximum, Recinetum, atque alias plures vrbes & oppida in Æmilia & Piceno fœda seruitute opprimetes, Innocentius in ius vocatos p, cum subire iudicium decima octobris die peremptoria constituta, atque partes flagitio principatus ecclesiæ restituere detrectarent, anathemate perculit q pridie id. decembris: atque

Aegidio Cardinali partes dedit a, ut apostolicam in eosdè tyrannos sententiam diuulgaret. Aequarat hos ambitione Bernardinus Polentanus, qui Rauennam, Ceruam aliaque in exarchatu locali ecclesiæ eripuerat b. Cum vero accersitus in iudicium ad causam dicendam ad pontificia subfella se non contulisset, sed missis oratoribus ac literis plures obtruderet excusationes, Innocentius meritam anathematis pœnam ex clementia, apostolica illi infligere distulit c. Excitarant etiam in ecclesiæ ruinis novos principatus Clemente VI. Pontifice Ioannes & Guillelmus Manfredianæ stirpis spurij Fauentini, ac patriam & circumiecta loca in suam seruitutem redegerant: qui iudicio postulati d, cum leges censurasque ecclesiasticas haberent ludibrio, ob spretam pontificiam auctoritatem hæreseos infamia notati fuere. His fauerat ad audendum scelus Franciscus Ordellafus e vna cum Pepulo f Bononiensi, ut ex Matthæo Villano vidimus votisque nefarijs potitus Foriliuij, Casenæ, ac Foripopilij arreptæ tyrannidi Brittenorium, Meldulam, aliaque loca adiunxerat g. In eum itaque legibus actum est ab Innocentio, ac publicis edictis denuntiatur, ut eas vrbes ecclesiastico imperio restitueret. Contempsit Ordellafus dicta die legibus se subicere: atque ideo Innocentius, seueritatem coactus distringere, anathemate atque hæreseos nota illum delixit h.

Occupant hi omnes ditionis ecclesiasticæ inuasores tyrannidis corripiendæ occasionem, tum ex Romanorum Pontificum in Gallijs secessu tum ex imperij atque ecclesiæ disensionibus; atque ad confirmandam potentiam earum vrbum præfecturas a Ludouico Bauaro acceptarunt: ij; tristes erant exitus e bellis imperium inter & ecclesiæ exortis ut tum imperium tum ecclesiæ Rom. suis iuribus, quibus tyranni incubabāt, pari iactura spoliarentur. Ceteros vero tyrannos scelere vicisse Franciscū Ordellafum, notat Vite Laurëtij auctor, dum ait, illum pontificia damnatum sententia, effusissimum cibos ad gustum sapere: sed breui diuinam expertum seueritatem atq; legati Cardinalis arma narrat idē auctor. De Nicolao vero Laurentio pluribus disserit, ut Aegidium Cardinale in expeditione Tuscia stiparit, & ab eo creatus Romæ senator auide a populo Romano trūphantis more exceptus publicæ rei administrationem suscepit; iussu nimirum Innocentij, qui Aegidio legato v. id. septembris dedit imperia i, ut ipsum in eo munere confirmaret l: ac Nicolao de adepto honoris fastigio est gratulatus, eumque ad gratum animum in Deum, a quo ex humili conditione ad summā dignitatem m fuerat excitatus, hortatus est, ne se inani gloria efferrī lineret, iustitiæ vero laacem a quis ponderibus libraret.

Innocentius, &c. dilecto filio nobili viro Nicolao Laurentij militi, senatori Vrbis.

3 Habes, fili, si absque ingratitude temporariam exacta recenseras, & præsentium instantiam discutias diligenter, vnde Creatori tuo deuotior semper existas, vnde illi ad humiles grates assurgas, vndeque perfoluas laudationum debita vota sibi. Ipse namque te multis dotauit abunde virtutibus: ipse te humili loco natum multis præesse maioribus; benigne concessit: ipse: quod debes æstimare per amplius, cum honorum fascibus sublimatus, & ob hoc ipsum quasi notitiam tui perdens, extra temetipsum inanis gloriæ, qua incautus multum surrepit, vento raptus ad aliqua

a 16. pag. 236. b 16. pag. 193. c 1. ep. cur. 10.

c To. 2. ep. secr. pag. 237.

d Pag. 40. e 1. an. 2. ep. cur. 6.

f Pag. 202. g 205. h Pag. 40.

i Pag. 39. j 1. an. 2. ep. cur. 5. k Hytyran. ni iudicio postulari.

l To. 2. ep. secr. pag. 205. m 18. Nic. Laur.

Nic. Laur. Vrbis gubernaculo recipit.

n 1. ep. secr. pag. 44. o Pag. 174.

m End. pag.

Innocentij gratulatoz ad eū literæ.



illicita prorupisses, castigans castigauit te, ac flagello eius diutius flagellatum, a morte præseruans, tandem præter spem fere omnium, & contra vota multorum, sub alis Romanæ ecclesiæ matris tuæ ad status pristini culmen euexit. Tu ergo hæc omnia, & alia plura, quæ ex paucis, quæ scribimus, potes colligere, ante oculos tuos ponens, Deum timeas, ipsam honores ecclesiam; superioribus reuerens, affabilis paribus, benignus inferioribus, pupillo & orphano sis adiutor: diuitem & pauperem pari loco recipias, & equo iudicio causas diffinias eorundem, ne personarum, quod absit, noteris acceptor. Sentiant te iusti fauorabilem, miserum piæ, egeni propitium, placatum humiles, mansuetum mites, austerum superbi, rigidum contumaces, & iniusti, clementia temperante, seuerum. Ad executionem iustitiæ positus iuste regas: iustitia etenim, si eam ipsius diligens custos obserues, custodiet te, & ab insidiantium tibi faucibus præseruabit illesum, ac tandem adijcientur tibi hæc omnia, si cum beato Augustino Deum, vt ipsum & te noueris, supplex ores. *Dat. apud Villam nouam Auinionensis diocesis 11. kal. septembris anno 11.*

4 Præfectus Romanæ rei Nicolaus Laurentius seueritatem in potentiores exerece cepit, eorumque licentiam reprimere. Statuit etiam iustitiæ exemplum insigne in Monteregali Provinciali Hospitalario equite, vel potius apostata, ac latronum principe, qui superiori anno collectis sicariorum ac stipendiariorum militum turmis plurimis, barbarico furore Picenum vastarat, sui-que ingentem terrorem vniuersæ Italiæ incusserat. Agit de his pluribus Matthæus Villanus a. Cum vero Romam se contulisset, Nicolaus Laurentius, impacto seu vero seu falso proditoris crimine, ipsum capi iussit & torqueri; ac rapinas, incendia, cædes, latrocinia, aliaque immania crimina, fassum capitis sententia damnauit: ita Monsregalis carnificis manu extremo augusto perijt b, qui moriturus opes, quas tantis sceleribus pepererat, mortem sibi attulisse querebatur. Tot vero ille tantaque flagitiorum & crudelitatis exempla ediderat, vt ijs Holofernem & Totilam æquasse vel vicisse in literis ad Raimundum abbatem S. Nicolai Apostolicæ sedis internuntium apud Venetos Pontifex affirmer c.

Non potest, inquit, latere te, cum longe sit lateque notorium, qualiter infelix ille quondam Monsregalis de Albarno hospitalis S. Ioannis Ierosolymitani, desertor obseruantia regularis, se totum sceleribus præcipitanter immergens, congregatis equitibus & peditibus, quos par in sceleribus & in flagitijs similis voluntas & affectio inquinabat, in multitudine copiosa, diu per multas partes Italia, sed præcipue per terras ecclesiæ Romana immediate subiectas, velut leo rugiens & rapiens omnia deuorare querens, distinxit hostiliter: & quasi alter Holofernes, immo illo crudelior nulli parcens hos peremit gladio, hos carcere maceravit, hos afflixit incendio, hos rapina vexavit & spolijs, hos depopulatione vastauit, hos in exilium egit, hos orbauit filijs, hos patribus matribusque priuauit: viduauit nuptas, virgines rapuit, coniugatas abduxit, & tot viduas, pupillos & orphanos, clericos, religiosos, & laicos calamitatibus & pressuris attriuit & lacerauit iniurijs, & ipsam Romanam ac alias ecclesias in bonis & iuribus ac rebus earum damnis affecti, vt impium illum & flagellum Dei Totilam, in Christiano populo debacchantem, impietate ac sauitia superarit, &c. Subdit se miserorum pietate

motum statuisse ad reficienda iniecta ab impro-
bissimo viro damna, bona illius omnia in id
conuertenda: atque ideo prouinciam illi dat, vt
sexaginta aureorum millia apud Patauinis trape-
zitas exhiberi iubeat. *Dat. Avin. xiiii. kal. nou.
pontificatus nostri anno 11.* Magnam aliarum
opum partem, quas Monsregalis vel in Vrbe de-
posuerat, vel attulerat secum, quæ in leuanda
egentium inopia erant collocandæ ad centum
aureorum millia a, diripuit Nicolaus Laurentius
b: quocirca cupiditate exercuisse iustitiam
creditus. Cum vero innoxium etiã cruorem, secu-
ri, feriri iusso Pandulpho Pandulphucci magna
exultationis viro, sudisset ac noua veftigalia
Romano populo imponeret, vt milites conduce-
ret, firmaretque aduersus Sabellos & Columnen-
ses potentiam, tantum sui odium concitauit, vt
facile aduersarij in ipsum plebem commouerint: a
qua gladijs confossus c, tractus, suspensus, ac
demum a Iudæis exustus redactusque in cineres
fuerit. Urbanæ porro rei sollicitus Innocentius
Aegidio Cardinali A. S. L. munus iniunxit 111.
id. nouembris d, vt senatorem, & ductorem agmi-
num atque alios magistratus in Vrbe renuntiaret.
Præterea ei commendauit e, vt Carolum Ro-
manorum Regem Romam accessurum officijs
prosequeretur.

5 Comparabat tum ille se ad augustalia orna-
menta solemnè pompa accipienda; cuius varia
per Germaniam itinera describit Albertus Argen-
tinenfis his verbis: *Venit Rex ad ciuitatem Me-
tensem, vbi honorifice receptus multis ibi diebus per-
mansit, faciens ibi ex comitatu Lutsemburgensi
ducatum, & ex comitatu Barenfi marchionatum:
non tamen eum receperunt tanquam Regem, dicentes
se soli Imperatori ad plura iura teneri. Deinde in
hebdomada sancta Reisersberg Alsatia reuersus, ibi
pascha peregit, & venit in monasterium Hohenberg
quinto non. maij, & tumbam B. Ottilia vna cum
Ioanne episcopo Argentinensi paulisper aperuit,
tollens ex integro corpore ibi reperto partem brachij
dextri, fideliter ipsum recludens.* Contulit se inde
in Heluetios g cum exercitu, vt Tigurinos, Sui-
tzenses, eorumque fœderatos ad Alberti ducis
obsequium reuocaret: sed irritò exitu susceptus
labor. Felicius Herbipolenses, quos episcopus
obsidione cinxerat, mense iulio ei conciliauit h.

Pacare Germanicas res studebat, vt Italicâ expediti-
onem ea cura solutus conficeret: compositisq; de-
mum cum Ludouico Bauariæ duce rebus, trecentis
tantum stipatis equitibus Aquileiam, indeque
Vtinum decima quarta octobris die peruenit i:
cum prius ab Apostolica sede oratorum suorum
opera ingrediendæ Italiæ potestatem impetrasset
vt refert Matthæus Villanus l. Adiunxit se
Carolo socium illius frater patriarcha Aquileien-
sis m, cum quo magnis itineribus Patauium
contendit: exceptusque quarta nouembris die
perhonorifice, confirmata Carrariensibus Patauina
præfectura, Mantuam iter est profectus, Scaligeris
illum intra Vicentiæ aut Veronæ mœnia ad-
mittere recusantibus, ac metuentibus ne ab ipso
exauctorarentur.

6 Ingressus Italiam Carolus, Theodoricum
episcopum Mindensem oratorẽ ad Innocentium
misi, qui iustum ei de suscipiẽdo Romæ imperiali
diademate vota exponeret, & legatos Cardinales
ad id munus mitti deposceret: quo Pontifex hono-
rifice excepto, Carolo de fausto aduentu est
gratulatus n, seque ob rerum molem ad con-
ferenda illi ornamenta imperialia Romam adire

Instruitur
propitijs.

Mons re-
galis latro-
num prin-
ceps.

a Matth.
Vill. l. 4. c.
14. 15. 16.
Cortus.
hist. l. 9. c.
12
Iustus pœ-
nas luit.
b Villan-
Nic. Latr.
c. 22.

e To. I. ep.
secr pag.
125.
De eius
sceleribus

a Cort.
b Villan-
c Cortus.
d Villan-
e Cortus.
f Villan-
g Cortus.
h Villan-
i Cortus.
m Villan-
n Cortus.
o Villan-

fallu-
in cin-
Gesta
m. 11.
apud
Eof.
De B.
lia re-
quij.

g Alb. d.
in cin-
b Rof.
in ann.
Caroli
Italia-
iter.
i Cort.
h Villan-
i. M. d.
Vat. sig.
n. 204.
Matth.
Vill. l. 4.
27. Rof.
in ann.
Alb. d.
in cin-
et ali.
l. Matth.
Vill. l. 4.
103.
m. d. d.
super
Pof.
Pontif.
legatos
corum
illi m.
nondum
mitti.
n. 7. d.
secr. pag.
213.

non posse excusant: verum legatis regij honoris cupidissimis eam prouinciam a se demandatum iri.

Innocentius, &c. charissimo in Christo filio Carolo Regi Romanorum illustri.

Licet fama prænuncia, quæ venerabilis fratris nostri Theodorici episcopi Mindensis aduentum, & literarum tuarum præsentationem anticipans, optabilem nobis tuum in Italiam transitum per dies aliquot diuulgat, animum nostrum vehementer ad gaudium excitasset, & continuis incrementis adaucta sic fidem astrueret, vt de rei non deberet ambigi veritate; tamen quia hoc humanæ cupiditatis inest affectui, hoc habet communiter proprium, quod in desideratis quibusque rebus moras non patitur, immo celeritatem ipsam quasi reputat tarditatem, suspendebat & augebat in nobis quodammodo considerationibus alternis conceptam latitiam tuarum expectatio literarum. Cumque in re huiusmodi mens auida, varijs opinionibus æstuarer, & nunc his rationibus victa consentiret famæ relatis, nunc vero considerationibus mota contrarijs in ambiguum declinaret; tandem superuenit idem episcopus, qui nos de ipso tuo transitu; quem Deus faciat esse felicem, literarum tuarum (quas & eundem episcopum latanter admodum placideque suscepimus) ac vniuersæ vocis attestacione certificans, & ad vnicionis, consecrationis, & coronationis tuæ in basilica Principis Apostolorum de Vrbe (auctore Deo) feliciter, iuxta imitandas antiquorum traditiones celebranda solemnia concedi magnitudini tuæ Cardinales aliquos, modeste, solcite, ac prudenter exposcens; velut bonus de longinqua terra nuncijs, animum nostrum, successus prosperos amantissimi filij, ac patroni & defensoris ecclesiæ concupita præsidia sitientem, quodam quasi potu aquæ frigida, tui scilicet desiderati cunctis gentibus recenter venientis occursum dulcissime recreauit: tantoque nos ampliori gaudio, & copiosiori exultatione perfudit vberius, tantoque petitionis huiusmodi fauorabilius & promptius exauitionis impetrauit effectum, quanto hinc vniuersorum generalia commoda, largiente Deo nascitura probabiliter ratione confidimus, & particularia ecclesiæ memoratæ compendia, quæ nihilominus communem vtilitatem respiciunt, ipso propitio prouentura sine dubitatione speramus.

7 Post gratias igitur in humilitate spiritus deuote redditas, & laudationum vota debita persoluta ei, per quem Reges regnant, principes imperant, & a quo omnis potestas est, qui quæ te ad imperij Romani culmen euexit, quod præstante ipso dies nobis desideratus, dies qui expectationibus nostris terminum posuit, serenus illuxit, quosdam ex fratribus nostris sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus, quos honoris & status tui & tuorum experientia multa palpasti sinceris & seruicibus zelatores, ad huiusmodi vnicionis, consecrationis, & coronationis, auspice Deo, celebritatem agendam, feliciter duximus statuendos; vt quod, vrgentibus negocijs varijs præpediti, nequimus contra desiderij nostri, vota personaliter exequi, hoc ministerio eorum, agentium nostri vices officij suppleatur: & nihilominus dilecto filio nostro Ægidio tituli S. Clementis presbytero Cardinali Apostolicæ sedis legato per alias nostras litteras, quas tibi defert idem episcopus, efficaciter scribimus, & mandamus eidem,

vt efficacibus tibi adsit auxilijs, opportunis assistat fauoribus, præsidijs faueat, & consilij te salutaribus dirigat, & informet. [Extant eæ ad Ægidium Cardinalem commendatitiæ literæ in regesto pontificio, quarum hæc præcipua sententia est: *Cum, sicut ad te peruenisse iam credimus, charissimus in Christo filius noster Carolus Rex Romanorum illustris in Italiam Deo dirigente descenderit, & pro coronationis, consecrationis, & inuentionis suæ celebritate more Cesarum Roma, auctore Deo, solemnizanda feliciter, Deo propitio, sit venturus; volumus vt eum sicut opus manuum Romanæ ecclesiæ consilij informes & dirigas, auxilijs foueas, ac fauoribus ei efficacibus et opportunis assistas. Dat. Avin. xi. kal. decembris anno 11.* Fuit Carolo Ægidius in corona imperiali suscipienda: ac vicissim Carolus Ægidium ad perduelles ecclesiæ edomandos magnis auxilijs instruxit, vt sequenti anno visuri sumus. Regredimur nunc ad literas Innocentij, qui ipsum his verbis ad ornandum virtutibus imperiale fastigium, amplificandam fidem, tuendam ecclesiam, reprimendos improbos hæreticos excindendos, obterendos rebelles, orphanos, viduas, inopes regijs studijs prosequendos est adhortatus b].

Deum itaque bonorum operum directorem suppliciter exoramus & petimus, vt ipse in adiutorium tuum propitius dignetur intendere, & ad tantum ponderis farcinam ad laudem eius, ipsius honorem ecclesiæ, ac prosperum statum Christiani populi portandam vtiliter, humeris potentia tuæ robur adiciat, mentis tuæ oculos gratia suæ visitationis illustret, te in viam dirigat prosperitatis & pacis: angelum suum, qui comitatus est Tobia filium, tibi comitem tribuat: euncta tibi aduersa summoveat, concedat prospera, aspera conuertat in plana, ante te contumacium ceruices humiliet, conterat elata cornua superbiorum, subijciat iugo tuo colla rebellium: in manu tua, quæ bella volunt, dissipet gentes: subditas tibi faciat omnes ipsius nationes imperij, augeat fidem perfidiam tollat, eunctis mundum purget erroribus; diesque tuos & longæuos faciat, & in optata mentis & corporis pace disponat.

8 Eia ergo, inclyte princeps, excita caesarei throni potentiam in manu forti, & excelso brachio: conculcatam erige ecclesiasticam libertatem: Romanæ ac aliarum ecclesiarum iura custodi: personis earum pro reuerentia illius, cuius ministri sunt, honorem impende, & iura earum eripe de manibus direptorum, vt proberis charitate filius, patronus effectibus, & operibus nomen impleas defensoris. Resarcire lacerata eiusdem imperij latera satage: rumpe vincula tyrannicæ potestatis: leua in nationibus signum virtutis tuæ, virgam emitte: fac populum tuum saluum, & protege plebem, vt ipsi potentie tuæ salutari præsidio de iugo inueteratæ feruitutis erepti, & consecuti quasi nouæ beneficium libertatis ac pacis, lætentur coram te corde perfecto, & nō sit timor vltierus in finibus eorundem. Deduc in semitam mandatorum Domini gressus tuos, & in ipsius, qui sanctus permanet in seculum seculi, timore persistens, esto in iustitiæ administratione sollicitas: esto pietatis amicus: esto, qua thronus regius roboratur, clementiæ custos: esto misericordiæ obseruator; esto adiutor orphano & pupillo: indigentibus subueni, succurre egenis, oppressos releua, grauatos alleuia, afflictos compatere, resoue debiles, miseros consolare; & considerans, quod ad bonorum laudem,

a Ead. to. 2 ep. fecr. pag. 215. Ægidius Cesarinō deesse iul. sus.

b Super. ep. pag. 213.

Faustus successus Carolo Patrifex cōprecat.

Fijs præceptis informat.

Ad cele-
stis impe-
rij ambi-
rum hor-
tatur.

malefactorumque vindictam, gladium a Domino suscepisti, adiuna bonos auxilijs, prosequere fauoribus iustos, adesto p̄sidijs mansuetis; ac in facinorosos & reprobos, temperante clementia, zelum tuę accendas & acuas vltionis, vt iuuant. Deo sic terreni regni gubernaculis p̄sidere possis vtiliter, quod post huius occidue vitę cursum exceptus Abraham sinu interesse choris angelicis, cum beatissimis spiritibus glorię conditoris assistere, ac p̄sentem maiestatis diuinę intrueri faciem, in quo summa consistit nostrę beatitudinis, merearis. Ceterum ad honoris & status tui promouenda iugiter paternis studijs incrementa ex affectu charitatis intimę promptiores eidem episcopo commisimus aliqua magnitudini tuę viuz vocis ministerio exponenda, rogantes vt ipse episcopi, pro parte nostra relatus adhibeas plenam fidem. Datum Auin. x. kal. decembris anno 11.

Obiectę
Carolo in
suscipien-
da Medio-
lani coro-
na diffi-
cultates.

ad Eod. 10. 2.
op. 1. 1. 4.
pag. 214.

9 Consulturus etiam regijs honoribus Innocentius, cum Carolus antequam aurea corona Romę ornaretur, ferrea in Insubria cingendus esset in ecclesia B. Ioannis Modoetię ab archiepiscopo Mediolanensi, atque in ea re aliqua occurrerent difficultates; Pontifex, vt pote ad quem pro temporum ratione veteris moris immutandi ius spectat, Carolo permisit, vt tres patriarchas Constantinopolitanum, Aquileiensem, & Gradensem in ea celebritate adhiberet: de quo etiam patriarchis ipsis imperia dedit a, vt a Carolo de ea re postulati ferreę coronę apices illi conferrent. Cavit tamen Mediolanensis ecclesię iuribus ac dignitati, ne quid detrahi ipsi inde censeretur.

Innocentius, &c. venerabilibus fratribus Constantinopolitano & Aquileiensi & Gradensi patriarchis.

Antiquorum seruauit posteris imitanda traditio, quod Romanorum Rex in Imperatorem postmodum promouendus, antequam imperiale suscipiat diadema, corona duplici mystice insignitur, quarum primam, argenteam videlicet, in ecclesia B. Marię de Aquisgrani Leodiensis diocesis per manus archiepiscopi Colonienfis, qui est pro tempore, suscipit: alteram vero, scilicet ferream, in ecclesia B. Ioannis de Modetia Mediolanensis diocesis cæsareo capiti Mediolanensis antiles imponit. Ac deinde, his peractis prisco more solemnij, Rex idem Romanam diademam huiusmodi materialiter auream, de manibus Romani Pontificis, vel alterius, cui Pontifex idem ad id committendum duxerit, in basilica Principis Apostolorum suscepturus accedit, vt hac triplici varietate decorus, & sub triplicis figura mysterij sanctę ac indiuiduę trinitatis signaculo insignitus & adiutus auxilio, triplicata mundo pretiosa munera conferens, eloquentia & sapientia, quam signat nitor argenteus, insanam hæreticorum reprimat & confutet audaciam; & malleo fortitudinis, quam ferri duritia denotat, conterat cornua elata rebellium; & p̄sidio potentia, quam saluor metalli aurei p̄figurat, libertatem ecclesiasticam tueatur.

Ad hæc sane munera, his maxime opportuna temporibus, largiente Domino, conferenda salubriter, & copiosius eroganda, charissimus in Christo filius noster Carolus Rex Romanorum illustris, prout sibi speciale decus principum fides (quam ex genere deriuat) indicit, sincerę mentis confirmat integritas, ac virtutum amor & studia persuadent, accendens Christianissimi ani-

mi sui zelum, velut princeps catholicus se accingit: & post susceptam per eum huiusmodi coronam argenteam intrauit iam potenter Italiam, vt corona ferrea & diademate (huiusmodi ordine seruato) susceptis, ac vnctiois & consecrationis suę solemnij, auspice Deo; rite ac feliciter celebratis, ad deformati reformationem imperij & ruinas, quas in eo multiplicauit exacti malitia temporis, reparandas sicut necessitas exiget sub assistrice dextera Domini se impendat vtiliter, & Romanę ecclesię matri suę filialis dilectionis affectum exhibeat, patrocinię debiti p̄stet officium, & defensionis optata p̄sidia deuotus impendat.

10 Sed quoniam coronę ferreę traditionem, & impositionem huiusmodi alibi, quam in dicta ecclesia S. Ioannis, & ab alio, quam Mediolanensi archiepiscopo celebrandam posset forsitan dilecti filij Roberti electi Mediolanensis voluntas (quod absit) vel impotentia suadere; nos, cupientes fauere memorati Regis in hac parte commoditatibus, in quibus vtilitatis publicę incrementa superfertili confidimus promouere, fraternitati vestre per apostolica scripta committimus & mandamus quatenus, si p̄satus electus requisitus nequie-rit aut noluerit officij sui debitum in traditione ac impositione coronę forsitan exoluere memoratę, vos vel duo aut vnus vestrum, qui super hoc ab eodem Rege fueritis requisiti seu etiam requisiti, p̄dictam coronam ferream in eadem S. Ioannis vel alia ecclesia, sicut rerum & temporum commoditate ac opportunitate prouida consideratione pensatis, expedire videritis, auctoritate nostra (seruatis alias solemnitatibus, quę consueuerunt in tanta celebritate seruari) tradere ac imponere studeatis. Per hoc autem archiepiscopo Mediolanensi, qui pro tempore fuerit, aut alijs, qui se in ipsius impositione ac traditione coronę ius habere p̄tenderent, ac p̄sata ecclesię S. Ioannis, quoad huiusmodi coronam per Reges Romanorum, qui pro tempore fuerint, ab eisdem archiepiscopo vel alijs & in p̄dicta ecclesia S. Ioannis, prout ad eos pertinet, suscipiendam suis temporibus, nullum volumus alias p̄iudicium generari. Datum Auin. x. kal. decembris anno 11.

11 Excesserat paulo ante 14. octobris e viuis Ioannes archiepiscopus Mediolanensis, cui Robertus successerit erat datus, morte repentina abreptus, qua interdum iustum Numen insignes improbitate homines afficere, docet annalium series: cuius mortis genus describit Mattheus Villanus a, enato nimirum in fronte carbunculo, quem cum parum curasset, iussissetque ferro excindi, repente eo amputato exanimem concidisse, neque animę suę saluti consulere, aut rite procurari sacramentis potuisse: illumque ingentibus vitijs notat, fuisse luxu ac delictijs dissolutum, tumidum superbia, proferendęque tyrannidis cupiditate ecclesiam oppressisse: quod in Bononię inuasiōe vidimus. Meminit M. S. Vaticani auctor b insculptum sepulchrali marmori insigne epitaphium, quo singula eius gesta recensita, & vrbes, quibus imperitauit, enumeratę: ac demum in hos versus, quibus humanę felicitatis ludibrium detegitur, desinere.

Quid mihi diuitia, quid lata palatia probant.

Cum mihi sufficiat quod paruo marmore claudor?

Vt vero is tyrannis successerat, ita tyranni qui ipsum vicere sceleribus, ei successere, Mattheus, Bernabo, & Galeatius nepotes, quos nepotes ex Stephano nepote vocat Mattheus

De tribus
coronis,
quibus
cinguntur
Cæsares.

Mystica
earum in
repretat-
io.

Ad qua
rona
potent
ius
Act.

Subrog
impedi
Medio
medi
patri
che.

Ioan
archie
Medio
mor.

Mari
Villan
25. Ca
hist. 11
27.

b M. S.
Vatic
m. 204

Villanus ^a. Ad eos vero Pontifex consolatorias literas dedit ^b, ipsosque salubribus præceptis instruxit, vt diuinum timorem amoremque inferebant animis, atque ad confirmandam dignitatem concordiam cum Carolo Rege Romanorū inirent, sancita pax est, quam augustali indignam fastigio fuisse Villanus ait ^c. Antequam Mantua discessum ob eam celebritatem ornaret, Gamba curta præfecti Pisarum veriti, ne concitata seditione a populo cæsarei nominis studio exauferarentur, missis oratoribus ^d, se suaque Carolo subicere ea lege, vt publicæ rei gubernaculis non pellerentur, triginta aureorum millia in apparatus conferendi imperialis insignis, totidemque alia pro asserendo sibi Lucæ dominatu polliciti.

12 Agitauit ^e etiam Carolus Romanorum Rex, dum Mantuæ substitit, inter Venetos ac Vicecomes, partisque vtriusque fœderatos concordia negotium, quod antea Pontifex Auenione, excitis Venetorum ac Genuensium oratoribus, promouere studuerat: sed nouæ subortæ res illud diremere. Adducit in crimen Villanus ^f Genuenses, qui elati ex parte victoria, de qua dicitur inferius, immutarint conuenta: inducia vero confectæ a Carolo Rege ad mensem maium insequentis anni, quo excurrente eo tempore imperialis inuentionis pompæ celebrandæ vacaret. Consuluisse felicis Andreas Dandalus Veneti nominis dignitati, si flexisset ad pacem animum: quo illum tempore Petrarcha, qui pro ea extinguenda discordia oratoris etiam munus obijt ^g, his grauissimis sententijs ad funestum bellum sopiendum stimulabat. ^h

Andrea Dandolo Venetorum duci.

Cum iam bis acie decertatum, iam Hellespontiacum æquor atque Tyrrhenum geminis cladiibus nostris infectum, & iam simillimum veri esset, irarum flammis longo cruoris imbre lentescere, ab hoc nuper Italorum maximo, fidelis heu, sed inefficax tractator pacis ad te ciuesque tuos missus, quibus nec dux vsquam consultior, nec gens vlla tranquillior, quanta præsens in consilio, cui præfides, quanta tecum solus in thalamo: verba feci, puto propter vicinitatem adhuc (vt ita dixerim) in auribus tuis sonet. Nequiquam tamen, nam & procerum tuorum, & quod mirum in modum stupeo, pectus etiam tuum salubribus monitis, precibusque iustissimis belli feruor atque armorum fragor obstruxerat. *Et infra.* Accesserat ab aquilone quædam nouarum rerum aura pertenuis, quæ licet aduersus id, quod intendebat flaret, perfecitque quod timui (pace sit dictum tua) tantam tamen grauitatem auertere ac saniora dissipare consilia non debebat. Quousque enim miseri in iugulos patriæ, & in publicam necem barbarica circumspiciemus auxilia? quousque qui nos strangulent pretio conducemus? *Et infra.*

Nostris expertus quid pax, quid bellum fecum ferat. Vidisti faciem vtramque fortuna. Victi fuistis, & vicistis: quamuis, vt est mens hominum indomita vincendique præcupida, primum forte negaueris, non contendo: vt viceritis semper computa, quæso quid tibi, quid reipublicæ victorijs accesserit. Minus profecto auri, minus est sanguinis, & quod pessimum est, plus scelerum ac malorum. Quæ si victoribus accidunt, quid sperare debent victi? Incipe iam, precor, in hanc rem oculos aperire, quos vigi-

lantissimos ac lynceos habes in cæteris, si damni quam lucri plus, si plus mali quam boni, plus flagitij quam virtutis, si boni, si lucri nihil in bello est, si contrariorum infinita congeries, desine oro iam tandem; & tibi etiam, cui ex parte Troianus est sanguis, ab illo duce Dardanio dicum puta.

Proijce tela manu sanguis meus.

Pax utilis est ambobus, immo cunctis necessaria, nisi illis, qui rapto viuunt, & exiguum census multo mercantur sanguine: immane genus hominum, si tamen homines sunt, quibus humani nihil est præter effigiem. Hi sunt, qui infami stipendo calamitosam & miseram vitam trahunt: iure itaque pacem, & in pacem famam metuunt, bellum amant, & lupi velut ac vultures strage hominum ac cadaueribus delectantur. Hisne tu belluis morem geres? Aequè carnem & cæcorum exuias esuriunt: æque sanguinem sitiunt atque aurum. *Et infra.*

Quid expectas igitur? Ad cor redi, & si externi displicent, tuos ama: siquid autem forte in animo rubiginis, si quid odij est, amore patriæ & malorum communium miseratione deterge. Nec tibi persuadeas, pereunte Italia, Venetiam saluam fore: est enim pars illius, & natura partis ea est, vt sequatur sui totius vel subsistentiam, vel ruinam. Hoc tecum sapere recogitans noli, dux optime, rerum summam in extremum adducere, vbi & vinci miserum est, & vincere sceleratum, eoque ipso miserum est, quam vinci. Melius in nostros hostes, quibus vtinam careremus, quam in nosmetipsos hæc tela verterentur. Melius hæc diuitiæ vel necessariorum præsidia bellorum, vel pacis fuerint ornamenta, quam voluntariæ instrumenta sceleris, &c. *Vale v. kal. iunij mccc. lvi.* Hæc Petrarcha.

13 At illi dux Venetorum parta iam in Calaritano sinu superiori anno victoria respondit in hæc verba a: *Ad explicandam cum Ianuensibus cause nostræ iustitiam non nimis innitimus, quam ipsa ex se veritas satis nota & prosperorum successuum celitus nobis accumulata felicitas abundantius sunt professa.* Pauerat quidem Deus superiori anno Venetis, cum Genuenses cælestes iras, reiecta pace concitassent: sed eorum calamitatibus non edocti Veneti, deceptique fugientis felicitatis vmbra, poenas grauissimas ob non amplexa pacis consilia luerunt; de quo hæc habet Petrarcha b: *Bello cum Ianuensibus suscepto dicam an detecto, latens enim bellum defuisse nunquam puto, intra breue tempus primum victi, mox victores rursus maiore prelio victi sunt.* Et infra: *Vtinam dux Andreas, qui rerum summa tunc præerat, hodie viueret: exagitarem eum literis, & omnes aculeos incuterem, ac tota vterer libertate.* Et infra: *Vti enim fortuna testimonio solebat, nec dubitare, quin sicut illa prosperior videretur, sic iustior causa sua esset.* Et infra: *Seu morbo corporis seu animi præuentus, quod per eos dies, contra suam atque omnium spem animosissime ad litus Venetum ipsa eadem, quam penitus victam atque exterritam existimabat Ianuensium classis accessit. Huic tumultui dux ipse præter morem armatus interfuit: nec post eum diem fere aliquid gessit, quasi festinans impendentibus caput malis matura morte subducere.* Et infra: *Post quæ statim apud Achaia insulam, cui Sapiensia nomen est, Veneti ab eadem illa vaga classe Ianuensium deprehensi, ingentique prelio fusi sunt; eam honorem duci optimo deferente fortuna est, sicut dixi, delatam patriæ sæe cladem in carne*

Vinci in hoc bello miserum vincere sceleratum.

a Apud Petrarch. lib. variis lib. ep. 3.

b Detectata pax a Venetis.

c Petrarch. var. ep. 18.

postus nō videret. Certe ubi potissimum vincerentur divinitus euenisse crediderim, quo scilicet vocabulo loci saltem reliqui duces admonerentur, ut sapientiam quam fortunam sequi mallent, & a ratione abeuntibus rerum elicerent argumenta. Consentiunt Petrarchæ Cantacuzenus a, Matthæus Villanus b, & alij, qui fusiis cladem illam Venetorum describunt: adduntque e datum coruorum inter se concurrentium, suoque cruore aspergentium Venetam classem, triste præfagium. Reuersus Genuam Paganinus Auria Ligusticæ classis præfectus non diu victoria gloria frui licuit, paulo enim post eius amplitudo in titulum sepulchri abiit.

14 Nec modo Auria mors, verum etiam aduersæ in Sardinia res effusam Genuensium lætitiæ temperarunt d: insigni enim militari dolo vsus Petrus Rex Aragonum, cum amissa maxima insulæ parte a mense iulio ad nouembrem aræm, cui Loiera nomen erat, pressisset obsidione, certior factus de Genuensium in oriente victoria, mox famam sparsit contrariam, deleros mari Genuenses; atque ingenti lætitiæ effusæ apparatu hostem delusit: qui metu consternatus defectionis a Genuensibus consilia iniit. Rex vero recepta Loiera, adactō in sua verba Arboreæ regulo, atque arcibus milite, telis, & comætu egregie munitis victor abcessit. Favit in ea expeditione Pontifex Aragonio, vt Sardiniam & Corsicam liberalitate sedi Apostolicæ acceptas ex Genuensium manibus vindicaret, midiam enim decumarum ecclesiasticarum in ijs regnis triennio colligendarum partem attribuit e. Detulerant paulo ante solemni ritu Christi vicario clientelarem sponsonem Petri oratores, veteresque pactiones, a Bonifacio VIII. Iacobo Regi dictas, sacramento sanxerant, de quibus monumentum hoc extare voluit Innocentius f.

Innocentius, &c. Petro Regi Aragonum illustri.

Significamus tibi, quod dilecti filij nobiles viri Lupus de Gutrea & Bernardus de Thous, milites Ofsensis & Vicensis diocesium, procuratores & nuntij tui, habentes a te ad infrascripta omnia plenum, sufficiens, & speciale mandatum per patentes literas tuas sigillo tuo regio in pendente sigillatas, & publica manu scriptas, vt prima facie apparebat, in nostra & fratrum nostrorum præsentia personaliter constituti, obtulerunt se paratos nomine tuo nobis pro regno Sardinie & Corsicæ, quod a nobis & ecclesia Romana tenes in feudum, & pro quo noster & ipsius ecclesie ligius vassallus existis, facere ligium homagium, & præstare fidelitatis debitæ iuramentum iuxta formam conventionum habitarum inter eandem ecclesiam & claræ memoriæ Iacobum Regem Aragonum auum tuum in concessione de ipso regno memorato Iacobo Regi per eandem ecclesiam dudum facta; & quod nos huiusmodi oblatione ipsorum procuratorum tuorum audita benigne, ac subsequenter de mandato nostro lætis conventionibus ipsis coram dictis procuratoribus seriose, ipsisque illas quo supra nomine se offerentibus seruaturus; nos ab eis huiusmodi homagium & iuramentum iuxta huiusmodi formam conventionum recepimus prædictarum, in testimonium receptionis huiusmodi magnitudini tue præsentis literas concedentes. Dat. Avin. 11. kal. february anno 11.

15 Manuit eundem Regem Innocentius g, ne ad principum Aragoniorum, qui Trinacriæ

contra fas infidebant, gratiam Ioannam Reginam bello laceferet: maxima enim insulæ Siciliæ parte potitus erat Ludouicus Rex Neapolitanus a, redeuntibus vltro ad illius obsequium proceribus ac populis, qui ferro domari non potuerant. De quo felici successu Põtifex ipsi est gratulatus b, pollicitusque sacrorum vsum, quo priuata fuerat ob perduellionem insula, restitutum iri; qua de re extant subiectæ literæ c.

Innocentius, &c. venerabili fratri archiepiscopo Neapolitano.

Dudum tam per felicitis recordationis Ioannem XXII. primo, quam sublequenter per piæ memoriæ Benedictum XII. Romanos Pontifices prædecesores nostros, ac bonæ memoriæ Gotium tit. S. Priscæ presbyterum Cardinalem, tunc patriarcham Constantinopolitanum, & Raterium episcopum Vahonensem Apost. sedis nuntios auctoritate literarū dicti prædecesoris Benedicti aduersus detentores & habitatores insulæ Siciliæ & aliarū eidem insulæ cohærentium insularum, ad nos & ecclesiam eandem spectantium, propter detentionem insularum ipsarum, ac rebelliones & inobedientias per detentores & habitatores eisdem contra dictos prædecesores & ecclesiam commissas, diuersi processus, diuersas excommunicationum in singulares personas & interdictorum in easdem insulas promulgatas pœnas & sententias continentes, successiue habiti extiterunt. Cum autem, sicut per literas & nuntios charissimorum in Christo filiorū nostrorum Ludouici Regis & Ioannæ Reginæ Siciliæ illustrium nobis nuper innotuit, nonnulli comites, barones, nobiles, & milites, nec non quarumdam ciuitatum communia, & quamplurium terrarum & castrorum & aliorum locorum vniuersitates, ac singulares personæ tam clerici quam laici de insulis supra dictis, quæ a nobis & ecclesia Romana sub homagio ligio tenentur in feudum, diuina inspirante gratia, pedes suos ab inuio retrahentes erroris, saniorique ducti consilio ad nostram & ecclesie, ac Regis (vtpote eiusdem Reginæ viri) & Reginæ prædictorum obedientiam & mandata redierint, & reliqui annuente Domino, sperentur de proximo redituri nos admodum de huiusmodi eorum conuersione gaudentes, ac volentes eis more patris beneuoli apostolicæ pietatis ianuam referare, & de circumspessione tua gerentes in his & alijs in Domino fiduciam specialem; ipsorum etiam Regis ac Reginæ in hac parte supplicationibus inclinati, omnes huiusmodi & quoscumque alios processus, & infra, suspendendi auctoritate nostra vsque ad vnum annum a data præsentium computandum (quoad ipsos dumtaxat, qui iam ad dictam obedientiam redierint, & alios, qui etiam infra dictum annum redierint) plenam & liberam fraternitati tuæ concedimus tenore præsentium facultatem, &c. Dat. Avin. x. kal. decembris anno 11.

Consuluit Ludouico Regi Pontifex d, vt in Calabriam se conferret, quo ad recuperandum auitum regnum fortius incumberet. Verum hos secundos successus nonnulli aduersi confuderunt: submissæ enim ab eo ad inferendum Panormo cõmeatum naues ab hoste captæ e, ac nouæ turbæ a fœderatis latronum turmis, quæ proditorum arte ad prædam illectæ sunt, concitæ f. Male autem meritis est de Pontifice Ludouicus g, intermissa annui census pensatione: cui anathema aliasque pœnas grauiore, ni illum solueret, Innocentius obiecit h. Vt vero ea irretitus noxa

a Cantac. l. 4. c. 32. b Matth. Vill. l. 4. c. 32. c Bizar. de bello Veneto l. 2. fol. 17. d Andreæ Dandali responsū.

d Matth. Vill. l. 4. c. 31. & 34.

Aragoni? spatio falso timore Sardos subijcit.

e Lib. 2. miscell. pag. 121.

f An. 2. l. 2. lit. diuers. form. ep. 29.

Eius oratores solè niritu Sardiniam & Corsicam Pontifici acceptas referunt.

Confir. mant veteres pactiones.

g To. 2. ep. secr. pag. 38.

a Matth. Vill. l. 4. c. 32. b Insula Siciliæ Aragonum iugum exiit. c To. 2. ep. secr. pag. 93. d An. l. 2. lit. diuers. form. ep. 33.

Sacrorum vsus illi restituitur.

h To. 2. ep. secr. pag. 103. i Matth. Vill. l. 4. c. 30. f Lib. 1. c. 11. & 58. Obiecta Ludouico celsæ ob non solū centum. g To. 2. ep. secr. pag. 34. h Lib. 1. c. 131. i Miscell. pag. 118.

magis calamitatibus inuolutus sit, moxque pontificiam misericordiam exorauerit, inferius dicitur.

16 Interea restitui in ecclesie gratiam exoptauit Albertus Bauariæ dux, Ludouici antea cesareo apice exauctorati filius ac paterna scelera damnauit: quem sacro ritu, descripto in subiecto diplomate, conciliari Innocentius iussit. a

Innocentius, &c. venerabilibus fratribus Herbipolensi & Spirensi episcopis.

Nuper pro parte nobilis viri Alberti ducis Bauariæ nobis fuit expositum, quod licet ipse tempore obitus quondam Ludouici de Bauaria genitoris sui adhuc esset impubes; nihilominus tamen pro eo, quod post & contra processus per sedem Apostolicam aduersus & contra dictum Ludouicum de hæresi & schismate condemnatum, eiusque complices & fautores, ac adherentes eidem, & cum ipso etiam participantes, habitos eidem Ludouico adhæsit & obsecutus fuit, & participauit etiam cum eodem, excommunicationis sententiam, per processus eosdem contraria præsumentes generaliter promulgatâ, præter pœnas alias, quibus occasione ipsius Ludouici tam de iure, quam per processus eosdem subiaccere dignoscitur, se dubitat incurrisse: quare pro parte ipsius Alberti, qui pubes factus existit, fuit nobis humiliter supplicatum, vt cum ipse cupiat esse & persistere in obedientia & deuotione sanctæ matris ecclesie, sibi tam de absolutionis ab omnibus sententijs atque pœnis, quas propter præmissa quomodolibet incurrisset; quam alijs circa præmissa opportunis ei beneficijs prouidere de benignitate sedis Apostolicæ misericorditer dignemur. Nos igitur, qui vices illius in terris (quamuis immeriti) gerimus, qui omnes quarit saluos fieri, & neminem vult perire, volentes in eundem Albertum, præmissis conditionibus & nonnullis alijs honestis considerationibus attente pensatis, apostolicæ benignitatis clementiam exercere; charissimi quoque in Christo filij nostri Caroli Romanorum & Boemiæ Regis illustris, nobis super hoc humiliter supplicantis, ac ipsius Alberti in hac parte supplicationibus inclinati; & de circumspectione vestra in his & alijs specialem in Domino fiduciam obtinentes, absoluedi hac vice auctoritate nostra iuxta formam ecclesie Albertum prædictum ab omnibus sententijs atque pœnis, quas occasione præmissorum quomodolibet incurrisset, si huiusmodi absolutionem humiliter petierit, & prius in forma subscripta confessionem & recognitionem fecerit, & corporale iuramentum per se ipsum præstiterit, ac imponendi sibi pro modo culpæ super ijs, in quibus eum inueneritis deliquisse, pœnitentiam salutarem; ipsumque Albertum ac eius liberos & posteros ad statum & famam & alia quælibet plenarie habilitandi, plenam vobis & cuiuslibet vestrum, per vos dumtaxat seu vestrum alterum exercendam, auctoritate apostolica concedimus tenore præsentium facultatem.

Voluimus autem, quod si dictus Albertus, postquam per vos absolutus & habilitatus fuerit, vt præfertur, contra ea vel aliquod eorum, quæ promittet vel iurabit veniret, eo ipso in eisdem pœnas & sententias relabatur. Ac etiam volumus, quod confessio & recognitio, iuramenti præstatio & absolutio eiusdem Alberti supradicti in vestra vel alterius vestrum præsentia & clericorum & laicorum multitudine copiosa solemniter & publice fiant; & quod de ipsis confessione, reco-

gnitione, iuramento, & absolutione confici factis per bonos & autenticos notarios publica instrumenta, quæ vestris sigillis munita nobis per fideles nuntios destinare curetis. Forma autem confessionis & recognitionis faciendæ, ac iuramenti præstandi per Albertum præfatum talis est.

17 *Ego Albertus dux Bauariæ natus quondam domini Ludouici de Bauaria, olim pro Romano Imperatore se gerentis, per iudicium tamen sanctæ Romanæ ecclesie reprobati, desiderans & requirens humiliter a pœnis & sententijs, quas propter præmissa incurri, absolui & unitati sanctæ matris ecclesie reconciliari misericorditer, & ad eius uilem reduci: iuro ad sanctæ Dei euangelia stare & obedire mandatis sanctæ matris ecclesie supradictæ, & domini mei domini Innocentij, Dei prouidentia Papa VI, seu alterius, quem ipse ad hoc duxerit deputandum: & insuper omne schisma abiuro, & promitto, me in vera obedientia præfata ecclesie, & præfati domini mei Papæ, & successorum suorum canonice intrantium, sine fictione qualibet perpetuo permanurum. Constitor etiam, me tenere & credere, quod credit, tenet, & docet sancta Romana mater ecclesia. Illam quoque detestor damnatam assertionem, quæ damnablem asserit, Imperatorem Romanum posse Romanum Pontificem deponere, & sibi alium subrogare.*

Dat. Auinion. 11. kal. aprilis anno 11.

18 Damnatum etiam a Ludouico marchione Brandeburgensi huius fratres natu maiore Ludouici Bauari schisma, dicitur inferius. Addimus nunc ex Alberto Argentinensi a, illum Carolo Romanorum Regi lanceam, clauos, partem crucis Christi, & alia insignia, quæ imperij dicuntur, a patre accepta restituisse, cum ab eo aduersus fictitium Vvaldemarum marchionatus inuasorem principatum assertus fuisset: has vero sacras reliquias Pragam delatas ingenti Boemorum gratulatione exceptas. Extant Innocentij literæ hoc anno ad Carolum datæ b, quibus sacra illa dominicæ passionis monumenta in altari uenerationi fidelium, quorum pietas sacris etiam indulgentijs aucta est, exponendi solemniter die recurrente potestatem contulit c. Decretum autem ad Caroli preces ab Innocentio festum diem ad recolenda sacra illa pignora, meminit Henricus Rebdorfius d: *Hic Papa, inquit, ad supplicationem Regis Caroli speciale festum in honorem instrumentorum dominicæ passionis, videlicet hastæ, clauorum, & aliorum in partibus Alemannia & Boemia solemniter celebrandum indixit feria vi. post octauam * orationis dominicæ: & super hos indulgentias dedit.* Actum id indicat auctor Gallorum pio exemplo, qui coronæ spinæ Iesu Christi, quam magna religione custodiunt, festum diem celebrant. Confirmantur Rebdorfij dicta Innocentij diplomate e, quod ob rei dignitatem subiicimus.

Innocentius, &c. ad perpetuam rei memoriam.

In redemptoris nostri domini Iesu Christi, per quem saluati & liberati sumus, sacratissima passione sic nos gloriari oportet, vt ipsius passionis cuncta mysteria dnumerantes & merita, in singulis etiam eius salutaribus instrumentis & fructibus gloriemur: inter quæ illud celebriter memorandum est, quod ipse Saluator, emissio in cruce iam spiritu, sustinuit perforari lancea lateris suum, vt inde sanguinis & aquæ profluentibus vndis, formaretur vnica & immaculata, ac virgo sancta mater ecclesia sponsa sua. O beatissima, ipsius sacri lateris apertura, vnde nobis tot &

Sacramenti ab eo nuncupandi formula.

Recuperata a Rege Carolo imperij insignia. adlb. Arg. in chron. De lancea clauo & parte crucis. b An. 2. l. 2. ep. diuers. form. 116.

c Ibid. op. 117.

d Rebdorf. in anal. Alb. Arg. in chron. Vit. Innoc. auct. apud Bosq. * resurra. diouis

e An. 2. l. 2. l. diuers. for. ep. 135

Diploma de festo dieijs decreti.

tanta diuinæ pietatis dona fluxerunt; hinc siquidem nostræ redemptionis pretium; hinc ablutionis & regenerationis lauarum; hinc ipsius ecclesiæ sacramenta suscepimus. O felix lancea, quæ tot bona nobis effecit, & ad tantæ triumphæ gloriam superadditam hoc latus ipsum aperiendo sanctissimum, ianuam nobis regni cœlestis aperuit. Hæc vulnerando iam mortuum, vulnera nostra sanauit, vitamque nobis reddidit & salutem. Hæc innoxium transfigendo, illius sanguine culpas nostras absterfit, & demum eisdem vndis sacratissimis irrigata cœcitatæ nostræ tenebras sustulit, & nos ipsius diuinæ pietatis fluuijs inundauit. Illique etiam dulces clauis, cum quibus ipse Saluator eidem cruci fuit affixus, quique non solum eius immaculato respergi sanguine, & molem ferre tantæ ponderis meruerunt, sed & nos etiam per ipsorum salutiferas plagas dulcedinem tantam ipsius diuinæ charitatæ accepimus, vt manus nostræ a peccati solutæ nexibus, pedesque nostræ mortis laqueo fuerint liberati, sunt deuotissime recolendi. Quid enim vulnere ac plagis huiusmodi sanctius, quid eis salubrius, ex quibus salus nostræ processit, & in quibus assidue curare se possunt animæ deuotorum? Licet igitur lancea & clauis prædicti aliaque ipsius passionis salutifera instrumenta sint a cunctis Christi fidelibus vbilibet veneranda, & de ipsa etiam passione in eadem ecclesia solemnita annis singulis officia celebrantur & fiant; dignum tamen & conueniens reputamus, si de ipsius passionis specialibus instrumentis, & præsertim in partibus, in quibus instrumenta ipsa dicuntur haberi, solemnæ ac speciale festum celebraretur & fiat; nosque illos Christi fideles, qui aliqua ex instrumentis ipsius habere se gaudent, in eorum deuotione diuinis officijs atque muneribus specialiter foueamus.

Sane oblata nuper nobis pro parte charissimi in Christo filij nostri Caroli Romanorum & Boemiæ Regis illustri petitione continebat, quod ipse inter sacras reliquias, quæ imperiales vulgariter nuncupantur, quæque tanquam pretiosissimus imperij Romani thesaurus consueverunt per Romanorum Regem seu Imperatorem, qui est pro tempore, conseruari ac reuerentissime etiam honorari, habet in sua custodia prædictam sacratissimam lanceam, nec non vnum ex clauis prædictis, prout prædecessores sui claræ memoriæ catholici Romanorum Reges seu Imperatores etiam habuerunt; & quod ad ipsas reliquias habetur in illis partibus magna deuotio & concursus etiam populorum: quare dictus Rex velut princeps catholicus zelo deuotionis accensus nobis humiliter supplicauit, vt de ipsis lancea & clauis tam pro eorum ueneratione maiori, quam pro Romani imperij fauore & honore præcipuo, festum in Alamanniæ & Boemiæ partibus perpetuo celebrari statuere ac præcipere dignaremur.

Nos itaque cupientes, quod ipsi lancea, atque clauis in partibus maxime, in quibus habentur & etiam conseruantur, tanto ab ipsis Christi fidelibus deuotius uenerentur, quæto pro ipsis celebriorem Altissimi cultum viderint exhiberi; deuotis quoque eiusdem Regis supplicationibus inclinatis, apostolica auctoritate statuimus & etiam ordinamus, quod ad ipsius Saluatoris nostri laudem, & gloriam, dictæque passionis suæ reuerentiam, gloriosam de præmissis lancea & clauis & sub eorundem vocabulo proprium festum cum speciali officio, per aliquos prælatos catholicos & alios pagine diuinæ peritos, quos idem Rex ad eos eligendos duxerit

ordinando, sexta feria post octauam resurrectionis dominicæ annis singulis a Christi fidelibus in eisdem Alamanniæ & Boemiæ partibus perpetuo solemniter celebretur. Et vt fideles ipsi ad uenerationem ipsorum lanceæ & clauorum feruentius animentur, eoque ad ecclesiam vel capellam, in qua fuerint, & ad celebrationem festi & officij prædictorum libentius confluant, quo ibidem uerberis dono cœlestis gratiæ conspexerint se resectos; de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere poenitentibus & confessis, qui in die festi huiusmodi ipsam ecclesiam vel capellam, in qua tunc lancea & clauis ipsi fuerint, vt præfertur, deuote uisitauerint annuatim, tres annos & tres quadragenas, singulis uidelicet ipsius festi diebus, quibus ecclesiam vel capellam ipsam uisitauerint; eis uero, qui eadem die in missa & singulis horis canonicis vbicumque in prouincia dicti Regis & successorum suorum catholicorum Romanorum Regum seu Imperatorum, qui pro tempore fuerint, diuinis intererunt tam in missa, quam in singulis horis eisdem, centum dies, in qualibet uidelicet missa & singulis horis eisdem, quibus in præsentia Regis vel successorum suorum prædictorum diuinis ipsis intererunt, vt præfertur, de iniunctis eis poenitentibus misericorditer relaxamus. Nulli ergo, &c. *Dat. Auin. id. february anno 11.* Extant de eo Ad Magdeburgensem, Pragensem, Colonensem, Treuirensis, Moguntinum, Salisburgensem, Bremenensem, Rigensem archiepiscopos, eorumque suffraganeos encyclicæ literæ a. Quæ de lancea qua Christi latus in cruce transfuerberatum est, retulit Innocentius, hæc ex Caroli Imperatoris relatione repetiuit. Fuisse autem illam lanceam, quæ in thesauro augustali seruabatur, ex aliqua parte clauorum dominicorum coniuncto alio ferro eleganti opere elaboratam, & a Sampsonem Italiæ comite Rodulpho Burgundionum Regi dono traditam, & ab hoc Henricum Regem Orthonum Saxonum ducis filium eandem minis extorsisse, ostendit Cardinalis Baronius b. Verum autem ferrum lanceæ, quo Christus in cruce transfossus est, in basilica Vaticana a populo Christiano inter alia dominicæ passionis sanctissima monumenta colitur. Quæ autem ratione delatum fuerit, in Innocentio VIII. Deo dante, dicemus. Nunc ad Carolum IV. Imperatorem, a quo digressa est oratio, redimus.

Ornauit quoque Pragæ Carolus Rex pluribus alijs sacris reliquijs c, quas ex varijs partibus ad conciliandam sibi multorum sanctorum clientelam ac pietatem Boemorum augendam cumularat, quas Innocentius in pontificio diplomate recenset d. Hæc non prætermittenda uisa, quo aduertant Boemi, tum Boemiam, cum pietate floreret, ad summum splendorem effloruisse: deinde uero, ubi hæresi se infici passa est, vna illius dignitatem obsoleuisse. Nunc ad Francorum res sermonem traducimus.

19 In Gallijs suspensæ fuerit omnium animi expectatione concordia, quæ pontificia cura & sollicitudine agitabatur. Ac sane Guidonis episcopi Portuensis Cardinalis summo studio impetratum est e ab utroque Rege, vt induciæ extraherentur, mitterenturque insignes auctoritate ad sedem Apostolicam oratores, vt Pontificis fœderis interpretis opera ad mutuam consensionem voluntatum adduci possent. Quo accepto, Innocentius Guidonem Cardinalem, cuius indu-

Institu
sacra pre
ces.Indulge
tiæ casu
liquis re
nerarij
propoliz.a Reg. p
eand. ep
ep. 411. et
412.Veri fer
rum lan
ceæ dom
nicæ
Vatic. ba
silica ser
uatur.
b Baro
annal. 11.
10. ann.
Chr. 550
11. 2. & j
c Græta
Innocent
apud Boffd Ead. li
lit. diuini
for. ep. 117Pacis col
loquia
Gallos
ter & An
glos agna
ta.
e Mar
Will. 4.
36.Datum id
pietati ce
sareæ.

striam erat expertus, ad apostolicam aulam reuocauit a. Attulere autem ingentem trepidationem Caroli Regis Nauarræ cum Ioanne Francorum Rege exortæ similitates, ne ciuili bello regnum cruentarent, ex quo Anglus grauiora mala inferret. Cuius propulsandi discriminis sollicitus Pontifex, Carolum mollissimis hisce verbis delinire, atque ad pristinum in Regem Francorum amorem reuocare studuit b: *Licet speraremus, quod verus amor, qui inter Regem & resuerat, erat, & est, sicut res, quæ de facili ad propriam naturam reuertitur, deberet fortius instaurari; dolēbamus tamen dici posse in modico & ad modicum vulneratam alterutram charitatem. Itaque Deum, qui charitas est, & in quo manet, qui in charitate permanet, deprecamur attentius, ut ipse inter utrumque vestrum dilectionem adaugeat, confirmet & roboret charitatem: sicque ad laudem & gloriam suam, honorem utriusque vestrum, & subditorum illi & sibi salutem & statum det cuncta disponere, quod diligentibus illum & te materia exultationis & gaudij uestris inde crescat.* Dat. Auin. xvi. kal. aprilis anno 11. Gessisse tum morem apostolicis consilijs visus est Carolus Rex: cum enim Auenionem ad Pontificem accessisset, coram Cardinalibus est contestatus, se ad Regis foci gratiam, quam maximo haberet in pretio, captare omnes aditus paratum: redintegrandæque inter Reges pacis cupidissimus Pontifex, cum Nauarrus Gaugerium oratorem ad Ioannem Regem mitteret, illum Regi enixe commendauit c, hortatus ut Nauarrum pristina gratia & beneuolentia prosequeretur.

Innocentius, &c. charissimo in Christo filio Ioanni Regi Francorum illustri.

Attendentes, quod licet diuisio & scissura, qualibet domus & regni cuiuslibet, attestante Domino, periculosa sit, utpote quæ desolationem & casum (quos a tuis semper faciat Deus alienos) compendijs comminatur, domui tamen & regno tuis (quod auertat ipse Dominus) eo temporibus his periculosior esse posset, quo dicti regni tui prosperitas plures contra se hostes & æmulos, peccatis exigentibus, per inuidiam concitauit; ac sperantes, quod tu, sicut princeps prouidus & pietatis amicus, conceptâ aduersus eundem Regem indignationem & iram temperabis clementia, & mansuetudine superabis, serenitatem tuam attente requirimus & attentius deprecamur, per viscera misericordiæ Dei affectuosius obsecrantes, quatenus prudenter considerans, quod ab eo es Rex ingentibus constitutus, qui misericordiarum pater est, & cuius misericordiones super omnia opera eius incessanter abundant, quique prouocatus quantumlibet, aperit pius humiliatis peccatoribus misericordiam, & veniam supplicibus benignus indulget; ac intuens, quod si ex more quemuis opificem conseruatio sui operis afficit, te quoque præfati Regis, quem propriam filiam ei dando inconiungem filium effecisti, debet conseruatio animare; & quod hac etiam & alijs considerationibus pluribus, sciuendo in eum, in te sciuere quodammodo consereris, eundem Gaugerium pro diuinæ maiestatis reuerentia, publicæ utilitatis intuitu, & nostræ intercessionis obtentu benigne recipias, clementer audias, & humilia dicti Regis vota, quæ per ipsum militem magnitudini tuæ suppliciter offert, a sperata ac expedienti gratia non repellas. Dat. Auin. xvi. kal. ianuarij anno secundo. Conciliari concordia inter generum &

focorum Reges non potuit a: Carolus enim excepti potius capitalis iudicij ob magistrum equitum regis Hispanæ principem insidijs Engolismæ casum, quam vitæ condonatæ memor, consilia cum Anglo in rei Gallicæ exitium clandestina agitauit: ad quem Ioanni conciliandum Ioanna & Blancha Reginæ vidua, ut incumberent, rogata b; Catalaunensisque episcopus adhibitus c: sequenti vero anno ab Innocentio Elnensem episcopum & abbatem Cluniacensem missos visuri sumus.

20 Exorientibus etiam Gallos inter & Hispanos nouis bellorum causis, cum Galli illatam Blanchæ Reginæ Castellæ & Legionis Philippi ducis Borbonij filia inuiriâ vlticij meditentur, & ciuili bello in Castella effervescenti, cum proceres Regis sui Saracenicis mores exosi Regine dignitatem tueri, Gallisque adhærescere parati essent; d Christi vicarius Bertrandum episcopum Senecensem in Castellam misit, qui Blancham regio thoro restituendam curaret, dissensionumque motus componeret. Fastidire tum Mariæ Padiliæ lenocinia ac formam Petrus Rex cœperat: atque illa vel sceleris horrore perfusa, vel ob regium contemptum, repudium dare mundo, seque religiosa domo includere decreuerat e, in qua, ut ad Pontificem scripserat, antea vitæ maculas deleteret lachrymis, pijsque consilij factus particeps Castellæ Rex, flagitauit literis ab Innocentio, ut condendi monasterij ordinis S. Claræ, in quo Maria Padilia vna cum sanctimonialibus operam rebus diuinis daret, potestatem permetteret. Cui Innocentius ex vtriusque conuersione, quam præ se ferebant, recreatus annuit f, ac Petrum grauissimis sententijs ad iniiciendum cupiditatis frænum, est adhortatus g.

Innocentius, &c. Petro Regi Castellæ & Legionis illustri.

Age fili, & sicut ipsius mulieris [nimirum Mariæ Padiliæ] fauisti desiderio, precibus sic ad huiusmodi operis, quod est Dei, cuius perfecta sunt opera, perfectionis operam solerter impende, ut omnis in te aboleatur infamia, & omne fiat a te periculum alienum: mulierum etenim forma deceptrix, & demulcens persuasio, multis fuit præcipitij causa, & multorum gloriam offuscavit. Nam paradisi colonum de possessione sua mulier expulit, & Samson fortis & validus, qui leonem suffocavit, dissoluit hostium vincula, & alienas messes incendit, quoniam amorem suffocare non potuit, & cupiditatum suarum nexus explicare nequiuit, Dalila accensus igniculo virtutis suæ messem indecenter amisit. Dauid quoque Rex de post fetantes acceptus, quamquam polleret spiritu prophetiæ, quia in Bersabæ concupiscentiam exardescens, amoris illiciti faces neglexit extinguere, in innocentijs Vriæ necem immaniter defauit. Salomon præterea, qui velut quoddam luminare magnum præ cæteris Regibus sapientiæ luce resplenduit, & vsque ad senium in semitam mandatorum Domini ambulauit, ætate iam frigidus, sed flammis amoris incensus, ad adorandum Astartem & Achamos & Moloch Sidoniorum & Moabitaram ac Ammonitarum furda & muta simulacra, oblitus gloriæ præpotentis Domini, genua incuruauit: propter quod regnum eius scidit & diuisit Dominus indignatus, & duodecimam tantum eius, quæ remansit, regnanti post eum filio suo Roboam Dauid patris eius merita impetrarunt. Multi & multi etiam alij, quorum nomina & casus describere longum esset, & plures, quorum nec celebris me-

a Fressar. bi. Gall. l. 2. Paul. Aem. in. Ioan.

b To. 2. ep. sac. pag. 220.

c Ead. pag.

Castellæ res. vitio Regis turbide. d Math. Vill. l. 4. c. 18.

e An. 2. l. 2. li. d. uerf. for. ep. 213 & 320. Illi adulerat. suscipit respicientiæ consilia.

f Ibid.

g To. 2. ep. sac. pag. 67.

Monitus ad Castellanus, ut voluptates coercescat.

Infelicia eorū qui se ipsi dedere, exēpla proponit.

memoria est, per effraus voluptatis abrupta, vagantes præcipites corruerunt. Hæc tibi licet pauca libenter exempla descripsimus, vt in eis quasi quodam in speculo intuearis, quot & quantis discriminibus subiacent sectantes improvide, impudicitiam mulierum.

Ad huius præfatæ Mariæ, proculdubio necessariam tibi & ei, consummationem desiderij nullas moras temporis patiaris, ne præoccupatus die mortis spatium pœnitentiæ quæras, & nequeas inuenire: frequenter enim expectans tempus temporis consecutione fraudatur, & quod ire non intelligit, demum sentit necessitate cogente, vltimum transijssæ ac immutabilis sententiam, mortis excepit sæpe inuenis ante senem. Et quoniam properanti cuiuslibet ad salutem non sufficit a se mala quæque præscindere, nisi studeat bonis operibus insudare, oportet inclyte princeps, & magnitudini tuæ necessario expedit, vt charissimam in Christo filiam nostram Blancham Reginam Castellæ & Legionis illustrem vxorem tuam, quam antefatæ mulieris demulcentibus illectus & deceptus blanditijs, non sine graui Creatoris tui contumelia, salutis ac famæ dispendio, regnorum tuorum periculo, & exemplo detestabili, contempsisse & contemptam dimisisse diceris, omnino recipias, & receptam sicut eam, quam diuinæ dispensationis munere sortitus es, vxorem & sociam; & quæ tecum diuinæ legis indissolubili sententia facta est vna caro, prout decet tanti sanguinis principissam, & tanto principi matrimonio copulatam, sic amabiliter tractes, & honorificentia debita prosequaris, quod ipse Rex regum, per quem tibi regnare concessum est, & quem eius præcepta contemnens, in ipsius vxoris tuæ dimissione offendisti & offendis grauius, sufficienti satisfactione pacatus, & propitius tibi factus, te ac eandem Reginam de folio suo sancto respiciens, tollat de domo tua, in qua velut vnicum lumen irradias, sterilitatis opprobrium; & populorum tuorum expectantium de scemore tuo duces & principem, qui (te tuis dormientibus cum patribus) eos regat, scæcunditate numerosæ prolis benigne concessa desiderijs annuat, roboret thronum, & stabiliat sceptrum tua: tuque hereditatem tuam vertendam ad alienos non metues; quinimmo lateris te illam proprijs heredibus relicturum, &c. *Dat. Avin. VIII. id. aprilis anno II.*

21 Ob contempta hæc Pontificis monita Petrum misere perijsse visuri sumus: interim ille vitiorum volutabra commutans, in coniugij speciem Castriam sibi iunxit: paucisque apud eam diebus moratus, expleta libidine, ad Mariam Padiliam reuersus a est. Quibus auditis Pontifex Bertrando episcopo Senecensi pontificio internuntio dedit imperia, vt Sanctio Abulensi & Ioanni Salamanticensi episcopis, qui Petri cum Blanca matrimonium dissoluere erant ausi, diem diceret, eosque causam suam acturos ad sedem Apostolicam se conferre iuberet b: Petrum ad Blancam reuocandum censuris compelleret; ac tum in eum, tum in proceres, qui regijs cupiditatibus lenocinarentur, legibus & iure iudiciario ageret: subiectasque grauissimas literas c Regi porrigere iussit d.

Innocentius &c. charissimo in Christo filio Petro Regi Castella & Legionis illustri.

Ecce iam quasi orbis scelerum tuorum rumoribus perstrepat. Ecce peccatorum fama, vulgata auribus fere omnium insonat, quibus

absorbetur salus, obtenebratur claritas, obscuratur gloria, denigratur dignitas, fit honor inglorius, & fama regia, ante sui ortus primordia, suffocata, vulgi labijs laceratur. Porro dum tu, qui quadam tua pellectus a pellice, quam ad amplexus nefarios & illicitam copulam, charissimam in Christo filiam nostram Blancham Reginam Castellæ & Legionis illustris vxoris tuæ pudico thoro impudicis moribus diutius derelicto, in campum quasi publicæ voluptatis egressus, patenter admiseras, credereris quod, ad cor rediens & spiritum compunctionis assumens, mentemque tuam in illius virtute corroborans, qui te ipsamque Reginam, indissolubili vinculo, matrimonij scilicet scædere copulauit, eandem pellicem profusus abijceres, & velut viperam tuorum corporis & animæ corrodentem latera abhorreres, ac præfatam Reginam, quæ dicitur verecundia grauis, faceta moribus, honestate matura, & conuersatione laudabilis, & sicut illustris sanguinis fulgore prærutilla, sic virtutum omnium monilibus adornatur, ad thalamum regium reuocares, ac tractares honorificentia digna & affectione debita reuocatam; subito quasi actus in rationis exilium, eadem non solum non admissa, sed abiecta turpius, & maiori confusione contempta, quandam aliam superinduxisti peccator adulteram, cum qua ad palium præsumpti facinoris, ac iniquitatis attentatæ velamen, extortis prius a præfata Regina, per vim & metum, qui nedom in fragilitatem scæminei sexus, sed in cuiusque viri constantiam cecidissent, quibusdam recognitionibus & confessionibus friuolis, ac insuper quadam tua nugatoria, quam tamen licet nullam contrarijs subsequenter operibus irritasti, protestatione conficta, in grauem tui Creatoris contumeliam, confusio nis tuæ cumulum, & opprobrium omnium, quos dignitatis regia splendor illustrat, matrimonium, immo contubernium de facto contrahere præsumpsisti; non aduertens, quod tantam vim habet, tantæque virtutis est matrimonij sacramentum a Domino institutum, vt eius nullus rumpere vincula, nullus nodos valeat explicare.

O scelus, o nefas. Princeps ad aliorum corrigendos errores constitutus a Domino, alios facis tuorum exemplo facinorum delirare: & gladium, quem tibi ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum portare concessum est, innocentis mulierculæ conuertis in metum. O scelus, o nefas. Rex populos, quos dirigendos susceperas, trahis in deuium, & rectas iustitiæ vias obliquitate corrumpens, non in cuiuslibet hominis, sed in alterius proprii corporis tui partibus iniuriam præcepis ruis. Reuertere itaque, reuertere de regione dissimilitudinis: solue vincula peccatorum, & de iugo Ægyptiacæ potestatis egrediens, ad terram libertatis & salutis accede. Asperge contritionis cinere caput tuum: expurga illud impinguante oleo peccatricum. Ablue conscientiæ sordes compunctionis lacrymis, & maculas mentis abstersgens aqua pœnitentiæ salutaris, timorem Domini reassume, quoniam beatus vir, qui metuit Dominum, & potens in terra, semen erit ipsius, ne si (quod absit) in peccato quasi soporatus, obdormias, Deus zelotes aduersum te ad vltionem excitans zelum suum, quasi vmbra, cum declinat, te auferat, & de terra memoriam tuam perdat.

22 Sperantes igitur quod ea, quæ præmissimus sic benigne recipies, sicque in filiali tua mente dul-

Tum vice
inconstā-
tia.

In dimis-
sa vxore
Nomen
offendi.

Placandū
vt det sce-
perihere-
dem.

Noua a-
dulteria
specie cō-
iugij inita

a Marian.
l. 16. c. 18.

Vocati in
ius leno-
nes, epi-
scopi,
b Te. 2. ep.
scr. pag.
79. 83. 88.
c lb. pag. 94
d lb. pag.
81.

Moni-
terum
erunt
eam
det.

Ve
vim &
metum,
falsa
vxore
corru-

Expōit
sceleris
horro-

dulcescent emanantia ex paternæ dulcedine charitatis, quod auctore Deo fructus afferent expectatos; magnitudinem tuam monemus, requirimus, & hortamur in Domino, illam attente rogantes, tibi que tuæ salutis & honoris intuitu expressius iniungentes, quatenus priorem & secundam adulteras ipsas omnino abijcias & repellas, dictamque Reginam, ad quam tot expletam contumelias, totque opprobrijs saturatam etiam humanitatis gratia pia debes compassione moueri, ad te reuersus admittas, honorificentia, que tantæ principissæ tantoque principi matrimonio copulata conueniat, prosequaris; & hucusque tepescens ad eam excites zelum tuum: sicque tu & ipsa inuicem iuncti sicut matrimonio, sic etiam charitate maneatis in Deo, & in vobis etiam Deus manens, concedat vobis longæ ac felicitis vitæ spatia, & prolem, per quam culmen regium, translationis ad externos vitatis omnino periculis, stabile maneant, largiatur.

Denique precibus & exhortationibus nostris adjicimus, vt ea, que venerabilis frater noster Bertrandus episcopus Senecensis Apostolicæ sedis nuncius lator presentium, quem ad te propter hæc & alia quædam negocia destinamus, pro parte nostra retulerit, credas indubie: illaque ad effectum consummationis voti tuæ ac celeris, per quam Romanam ecclesiam matrem tuam, que ex maternæ dilectionis affectu super his anxietur, lætifices, perducere non postponas. Alioquin ea super his curabimus remedia salubriter adhibere, que eis debita consideratione pensatis videbimus expedire, cum non sit deferendum homini contra Deum; nec expectare velimus, quod sanguis tuus & aliorum, qui culpa tua labuntur in deum, de nostris manibus requiratur. *Dat. Avin.*

10. kal. maij anno 11.

23. Dum porro amoribus impuris Petrum Regem demon irretitum tenebat, non modo grauissimis illum calamitatibus meritis, verum ne Abdalas Rex Clarorum montium a Mahumetica superstitione ad Christianam religionem Castellanis armis fretus transuolaret, obstetit. Agitarat barbarus sacrum illud consilium cū Alfonso Rege, quem in Heracleæ obsidione morte abreptum luximus: ac deinde in pia suscepta sententia constans, missis oratoribus ac filio dato obside, Petrum Regem ad sacram expeditionem suscipiendam prouocarat. Tanti operis gloria stimulatus a Petrus, Christi vicarium de Abdala Regis conuersione ac promissis illi auxilijs certiore fecit, atque necessaria conficiendo bello sacro subsidia, ac vexillum Romanæ ecclesiæ cruce & clauibus insignitum poposcit: tum vt in Aragonia, Nauarra, Castella, Legione, Lusitania fideles propositis indulgentiarum præmijs ad pia arma corripienda e sacro suggestu incenderentur. Colaudauit Pontifex sacrum consilium, atque ardui operis ad optatum finem perducendi modos omnes exquirere: quibus exploratis relatisque sedi Apostolicæ, auxilijs, studio, & opera ad sacram expeditionem promouendam se non defuturum est pollicitus. Abdalam vero, propositis religionis Christianæ sanctitate, ac diuinis præmijs, ad excutiendam superstitionis Mahumeticæ seruitutem, ac baptismalia sacra suscipienda est adhortatus. b

Abdala Regi Montium clarorum illustri gratiam in presenti, qua perducatur ad gloriam in futuro.

Ex charissimi in Christo filij nostri Petri Re-

gis Castellæ & Legionis illustris, & tuis literis presentatis nobis per dilectum filium Didacum Garfiam socium ecclesiæ Hispalensis & nuncium regni ipsius, quas benigne grateque recepimus, & eiusdem nuntij relatione placida nobis innotuit, quod olim tu vera lucis, que omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, splendore illustratus, paganæ cæciritatis abiurare, tenebras & erroribus abrenunciare sathanæ omnino proponens; ac desiderans, vt renatus fonte baptismatis & rudimentis catholicæ fidei informatus, tibi & subditis tuis populis ducatum præberes, fauente Domino, ad salutem cum claræ memoriæ Alfonso Rege Castellæ & Legionis, tunc in humanis agente, certos tractatus habuisti, per quos sperabas huiusmodi negotium felicem exitum habiturum: quodque memorato Alfonso Rege, vela vitæ succisa, in Domino quiescente, ac propter hoc ipse tam salutaris negotij prosecutione suspensa, tu ab ipso Patre luminum, a quo omne datum optimum & omne donum perfectum est, roboratus ac sancti Spiritus inspiratus gratia, & rore perfusus in bono proposito persistens firmus & constans, charissimum in Christo filium nostrum Petrum Regem Castellæ & Legionis illustrem, ipsius Alfonso Regis natum, vt habitus per te cum eodem Alfonso Rege tractatibus huiusmodi operam prosecutionis adijceret cum instantia requisisti. De quo anima nostra tanto potius laudat & magnificat Dominum, tanto spiritus noster in eo exultat amplius, & in iubilum lætitiæ maioris erumpit, quanto speramus certius & credimus firmiter, quod omnipotens Deus, cuius perfecta sunt opera, cuiusque dona imperfectionis detrimenta non norunt, perficiet benignius in te, quod tuis præcordijs misericors inspirauit.

Eia igitur, princeps inlyte, accinge fortitudine mentem tuam: arma constantia cor, animum inuictæ firmitatis virtute corrobora; & intuens, quod non sufficit inchoare, quinimmo continuare vsque in finem expedit ad salutem, conceptum pium atque laudabilem, salutarem producas in partum, vt te rectore te duce populus gentium, qui in tenebris ambulat & in umbra mortis sedet, lucem magnam, lucem, inquam, æternæ & immarcescibilis vitæ inspicere, & in viam pacis Domini, que omnem sensum exuperat, pedes suos dirigere (præstante illo sine quo nullus regit aut regitur, nullus ducit vel ducitur) mereatur.

24. Sane quia firmiter credimus, & sine dubitatione tenemus, quod sicut ex more quemuis opificem conseruatio sui operis afficit, sic magnitudo tua etiam ad consummationem eiusdem inchoati negotij animatur; apud te propterea non exhortationibus multis insistimus, sed retributionis meritum & coronam gloriæ, que ab eo, cui nunquam sine remuneratione seruitur, immo qui fidelibus suis, quorum merita excedit et vota, multo maiora retribuit, quam ipsi promereri valeant, percepturus es ex ipsius exitu & consummatione felicitis negotij, pollicemur. Nam sicut in mundana republica, qui salutem suam tuetur ab hostibus, commendatur & recipit pro labore mercedem, & qui seipsum ac patriam periculis eripit, præter clarioris famæ titulos, vberioris collatione rependij præmiatur; sic in illa magna republica, que sursum est, omnis miles, qui Christianæ religionis armis aduersus latentis hostis fallaciam intrepidus dimicans ipse impugnationibus, que multæ sunt, non succumbit, recipitur: & is qui

suam

Pontificij
ad Abdala
literæ

Vt cum
Alfonso
capti sit
colloqui

Additi
barbaro
prij stimuli

Proposita
diuina,
que illum
maneant,
præmia

suam multorumque salutem procurat, & custodit strenuus, altiori gradu & munere insignitur.

Quanta igitur erunt gloria tua, quanta rependia, quantaque insignia & fauces honorum, si tot millia personarum, per abrupta vitiorum & deuia peccatorum pecudum more vagantium, a frementium bestiarum incurfibus liberis, subducas morsibus & in caulam Domini reinducas? Profectio nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec humanae linguae posset ministerio enarrari. Exulta igitur & latare, princeps magnifice, tantorum fiducia praemiorum; gaude ac iubila, quoniam & terreni regni clarificabis solium, roborabis & scepra, & Aeterni sinu potentissimo exceptus, indeficientibus operibus & delitijs poteris. *Dat. Auin. VIII. kal. aprilis anno 11. Qui ad Abdala ad Christum adducendum expeditionem sacra ornare, atque in bello sanguinem pro religione amplificanda fundere paratum se praetulerat Petrus Castellae Rex, Saracenicis mores in effusa libidinum licentia imitatus, bello intestino se implicuit.*

25. Maiori gloria ac felicitate Ludouicum Vngariae Regem vna cum Polonia & Proclauiae Regibus magno stipatum exercitu ad proferendos Christiani imperij fines irrupisse in Tartariam, refert Matthaeus Villanus a, ac barbarum ad sacrorum rituum amplectendorum sponfionem adgisse. Reuocasse porro Casimirum Regem Poloniae Plocensem principatum ad regiam Polonicam duce Casimiro sine liberis extincto, scribit Cromerus b; quem etiam a Lithuanis fatigatum bello, ac sacerdotiorum decumis ad eos reprimendos instructum, ostendunt Innocentij ad eum literae c: tum etiam aliae, quibus Poloni praesules Gnesnensis archiepiscopus, & Cracouiensis ac Vratislauenensis episcopi, ad religiosam militiam fideles, propofita venia spe, quam sedes Apostolica pia arma correpturis pollicebatur, concitare crucisq; symbolo insignire iussi sunt, ad retundendos eorum barbarorum impetus, cum Rex Casimirus pontificiam opem flagitasset, vt testatur Innocentius his verbis: *Nuper charissimus in Christo filius noster Casimirus Rex Polonia illustris per literas & nuntios suos nostro apostolatus patefecit, quod gentes perfida Tartarorum & Lithuanorum in tenebris ambulantes, cogentesque lumine catholicae veritatis, profana cogitatione putantes, pro eo quod regnum Polonia, quod a fidelibus habitatur, est in vltimis Christianorum finibus constitutum, propterea ad impugnationem regni praefati eiusdem Tartaris & Lithuanis absque catholicorum principum & aliorum fidelium * . . iuxta profanos conceptus ipsorum facilius via patet; dictum regnum & Christianos habitatores ipsius iam per tres annos elapsos inuaserant, & inuadere ac impugnare continue moluntur, ad desolationem fidelium habitantium in eodem, & religionem catholicam inibi profanandam, constatis potentia sua viribus, hostiliter intendentes: propter quod praefatus Rex, qui ex hoc per dictum triennium, & praesertim anno proximo praeterito tam in gentibus suis, ex quibus, pro dolor! nonnullos saeva infidelium eorundem impietas peremit gladio, & alios in miseram seruitutem abduxit, quam in thesauro & alijs bonis suis inestimabilia damna sustinuit, attendens quod regnum praefatum est ecclesiae Romanae immediate subiectum & etiam censuale; & quod tam ipsi, quam habitatores praedicti sunt eiusdem ecclesiae peculiare filij, et fideles; & quod ex impugnatione ipsorum non solum dictum*

regnum eiusque incola, quinimmo fideles cateri dicto regno tam proximi, quam remoti proculdubio diris aduersitatibus laderentur, nostra in hac parte, & per nos prompta fidelium & aliorum subsidia humiliter implorauit, &c. *Dat. Auin. 10. idus nouembris anno 11.* Ferociebant adeo Lithuani, vt in Prussiam cum magno exercitu hoc anno penetrarint, & obuia quaeque ferro, flamma, rapinis sedarint. In quos cum Virichus Kniprodenfis equitum cruciferorum magister ad retardandos hostiles progressus copias contraxisset, ob eorum potentiam acie decernere non est ausus: atque ita ij spolia & manubias fidelium in Lithuaniam rerulerunt. Hos vero praeferos adeo populos diuina gratia ad mansuetudinem Christianam reuocatos, & ex acerbissimis hostibus, in strenuissimos fidei defensores mutatos, visuri sumus suis locis.

26. Interea Stephanus Rasciae Rex eiurandi Graecorum schismatis speciem praetulit: missisque oratoribus se redintegrandae veteris cum Romana ecclesia coniunctionis cupidissimum significauit: repressisse schismaticorum licentiam qui sacerdotes & praesules catholicos dignitatibus deturbabant, atq; in eam proruperant vesaniam, vt baptismo & cofirmatione ritu Latino initiatos consecratos Christo negarent, ac ritu Graeco, repetitis ijs sacramentis, contaminarent. Neque ijs haesibus modo, verum alijs laborabant schismatici Rasciani. Ad quos euellendos Innocentius Bartholomaeum Traguriensem & Petrum Pactensem episcopos Apostolica sedis internuntios iussit incumbere, serpentesque in Rascia, Albania, & Sclauonia errores his verbis descripsit: *Falso & pertinaciter asserunt, Spiritum sanctum non a Filio, sed a solo Patre procedere; non attendentes, quod sicut sacrosancta Romana, catholica, & apostolica ecclesia mater fidelium omnium & magistra tenet & docet, ac orthodoxorum patrum atque doctorum Latinorum pariter & Graecorum habet incommutabilis & vera sententia, sacrique concilij declarat auctoritas, idem Spiritus sanctus aeternaliter ex Patre & Filio tanquam ex vno principio vnica inspiratione procedit. Item mendaciter asserunt contra ea, quae praefata Romana tenet & docet ecclesia, corpus Christi non in azymo, sed in fermentato pane confici debere: & quod in azymo confectum est, esse denegant corpus Christi, illudque in sua damnationis cumulum blasphemij inclamare, deturpare manibus, & quod sceleratius est, conculcare pedibus non verentur. Dicunt etiam formam baptismatis & confirmationis iuxta ritum, quem praefata seruat ecclesia, falsam esse: ac iuxta formam huiusmodi baptizatos & confirmatos baptismati & confirmationi sic susceptis damnabiliter renunciare, & rebaptizari & reconfirmari compellunt. Praeterea damnabili detestatione dicuntur asserere, eandem ecclesiam, cui vniuersi Christiana fidei professores subesse noscuntur, eiusque tenentur instituta seruare, in plerisque alijs, quae praesentibus exprimere non curamus, a vera fidei transite deuiare. *Dat. Auin. VI. kal. ianuarij anno 11.**

27. Instruxit nuntios apostolicos Innocentius pluribus priuilegijs, vt munus demandatum strenue obirent: diuinis operarentur in locis, quibus sacrorum vsus esset interdictus b: centum dierum indulgentiam, sacras ipsorum conciones audituris, vel diuina celebraturis, adstantibus impertirentur c: canonicas leges de quarto affinitatis consanguinitatisue gradu ad quorumuis gratiam soluerent; sacerdotes d, qui secundas

Diffipata
sacra ea
consilia.

a Matth.
Vill. l. 4. c. 9.
Plocensis
principatus
adiunctus
Poloniae.
b Crom. l. 1.
12. in Ca.
sim.
c To. 2. ep.
sec. pag.
211.

Crucifis
gnata mi
liria indi
cta in Li
thuanos.

* opo
Forum in
Polonia
excursio
nes.

Prussia
Lithuaniam
direpta.

Stephanus
Rasciae
Rex de
repetit
ecclesiae
gremio
confluat
agitat.

Missi in
Rasciam
internun
tij.
a Eud. l. 1.
ep. l. 1.
pag. 117.
Errores
in Rascia
& Alban
nia gra
uantes.

Colla
inter
tjps
gata
b 11. p.
227.

c Pa
d

d

nuptias inuitos sacra prece iustrassent ab irregularitate expiarent a: censuris ob violatos sacros canones irretitos conciliarent b: deuinctos anathemate ob sacerdotes affectos verberibus in gratiam restituerent c: *Dummodo, inquit, mors vel membri mutilatio, seu debilitatio secuta, & alias excessus difficilis vel enormis, ac in episcopum vel alium pralatum proprium violenta manus iniecta non fuerint.* Commendauit vero eisdem interuentos Innocentius in Rasciam profecturos omnibus catholicis præsulibus d, & Ludouico Vngariæ Regi e ac Venetorum duci f. Tum Ioannichem Seruiz patriarcham ad ecclesiæ Romanæ obsequium pellicere annisus est g, vtque interuentis pontificijs, quos Rasciæ Rex a sede Apostolica expetijisset, in excindendis erroribus & schismate dissoluendo studia explicaret hortatus, incorruptam fidei integritatem in ecclesiâ Romanâ semper seruatum, grauisimam hinc sententijs edidit.

Mediator Dei & hominum Christus Iesus in Petri petra, Romana videlicet & catholica & apostolica ecclesia, omnium fidelium Christi matre, quam solus ipse fundauit & rexit ac regit, & qua super cunctas alias orbis ecclesias obtinet diuinam dispositione primatum fidei, cuius idem ipse Christus auctor est, sic solide fundamenta locauit, sique illam insolubili vinculo & inseparabili vniione copulauit eidem, quod licet multos ab ipsius ecclesiæ corpore, salente diabolo, vel contagiosus heresis morbus abiecerit, vel scissura damnati schismatis separarit; ipsius tamen fidei immaculata sinceritas, apud eandem ecclesiam inseparabiliter permanens, velut granum tritici, quod per abscessum palea purgatus remanet, & lux fulgentis sydoris, quæ apparet clarior, per excussionem offuscantium nebularum, semper purior elucescit. Et infra.

Ideoque discretionem tuam monemus, requirimus, & hortamur in Domino, illam attentius deprecantes, tibi que in remissionem tuorum peccaminum iniungentes, quatenus prudenter considerans, quod sicut fides, que nõ nisi vna est & in nullo potest sui esse dissimilis, apud eandem ecclesiam inseparabiliter (sicut præmittitur) permanet, sic qui extra ipsius ecclesiæ communionem fuerit, est proculdubio extra fidem, & qui extra fidem manserit, diuinæ gratiæ particeps esse non poterit, nec adoptionem recipiet filiorum; ac intuens quod specialiter tibi, qui in grege Domini, ipsa videlicet multitudine, pastoris geris officium (quamquam illicite, cum non per osium, id est per ipsam ecclesiam in ore ouium, sed aliunde intraueris) iacumbit ex debito, vt prius viam veritatis intelligas, & custodias intellectam, & sic per illam incedens puris & rectis gressibus eidem gregi vita, moribus, & doctrina ducatum prabeas ad salutem: sique illam ad æterna vita pascua introducas, &c. Dat. Auin. ix. id. ianuarij anno 11..

28 Excitati h etiam ad Seruios cum Romana ecclesia coniungendos plures Seruia principes: tum Albaniz, Sclauonizque proceres, denique Stephanus i Rascia Rex ac Regina Helena l, eorumque filius Orosius m ad consilia de schismate abolendo suscepta perducenda incitati: ac promissa Regi Stephano, qui ducem ab ecclesia Romana Christiani in Turcas exercitus creati flagitaret auxilia, cum se vna cum Rascijs ecclesiæ Romanæ aggregasset.

Innocentius &c. Stephano Regi Rasciæ illustri gratiam in presenti, qua perducas ad gloriam in futuro.

Perdilectos a filios nobiles viros Boffidarium iudicem generalem & Nestegium Cephaliam Geren. ac Damianum de Catara ciuem. Catarensem apocristarios & procuratores magnitudinis tuæ, ad nos & sedem Apostolicam diebus non longe præteritis destinatos, & præsentatas nobis per apocristarios ipsos literas regias aurea tua bulla munitas, nostro apostolatui intimasti, quod audito, quod quidam ecclesiarum & monasteriorum prælati regni tui fideles eiusdem ecclesiæ erant ecclesijs & monasterijs, in quibus canonicè instituti fuerant, per quosdam abominationis filios contra iustitiam destituti; & quod alij quidam eisdem ac alijs fidelibus S. R. E. catholicæ & apostolicæ in eodem regno morantibus iniurias & contumelias irrogarant, & quosdam ex fidelibus ipsis ad reiterandum baptismatis & confirmationis per eos rite suscepta irreiterabilia sacramenta inuitos coegerant, non sine grauè offensa Dei & læsione fidei Christianæ; tu velut sincerus ipsius fidei zelator & cultor id molestè ferens, ac gerens (prout debueras) admodum displicenter, & cupiens pro reuerentia Redemptoris tui, qui eiusdem auctor est fidei, & pro salutis tuæ merito, tantis malis prouisionis tuæ studio salubriter obuiare, sub indignationis tuæ pena districte præceperas, prælatos destitutos eisdem ad ecclesias & monasteria ipsa, quibus fuerunt (sicut præmittitur) destituti, restitui cum effectu; sex monasterijs tunc expressis dumtaxat exceptis, quibus de proprijs abbatibus ad euitanda scandala & pericula imminencia tunc restitutio non poterat fieri, & quæ postmodum temporis opportunitate captata illis restitui procurasti: quodque publice ac patenter & sub formidabilibus penis edixeris, quod nulla ecclesiastica secularisue persona Latinus vel alios fideles eiusdem ecclesiæ, secundum verum & catholicum ritum, eius baptizatos & confirmatos, rebaptizare seu reconfirmare, aut eisdem fidelibus iniuriam seu violentiam irrogare, siue ipsos persequi vel molestare præsumeret quoquo modo: & quod omnes episcopi, abbates, & alij ecclesiarum & monasteriorum prælati, presbyteri, & clerici secularis & regulares fideles ipsius ecclesiæ, vbicumque & quomodocumque in regno detenti prædicto restituerentur debitæ libertati, & ad ecclesias, monasteria, & ecclesiastica beneficia sua qualibet libere ac sine impedimento redirent, diuina in eis celebrarentur officia, & prout alias ad eas pertineret, ministrarent eisdem, ac alijs Christi fidelibus iuxta ecclesiæ præfata consuetudinem, rectam & obseruantiam salutarem ecclesiasticæ sacramenta: & quod licitum esset omnibus in dicto regno morantibus fidem, quam ipsa ecclesia tenet, docet, & prædicat, tenere libere, ac prout eis competeret illam docere voce libera, & publice prædicare: & quod vt sincerio rem te probares verioribus argumentis ipsius catholice fidei amatorem, eos qui secundum huiusmodi ritum & formam ecclesiæ prædictæ baptismatis & confirmationis susceperant sacramenta, & vel vi metuæ coacti, sicut prædicatur, vel forsitan errore deuij huiusmodi sacramenta iuxta usum, immo abusum verius, & abominationem aliam damnabiliter iterarant, arbitrio eorum libertatique relinquens, ipsis ab huiusmodi reatu beneficium, absolutionis impendi, eosque reaggregari vnitati eiusdem ecclesiæ deuota mente petieras ac pio studio procuraras, ac tandem ecclesiam ipsam, dominam & magistram Christianorum omnium,

n Super.
pag. 222.
Pontificij
ad Steph.
Reg. litem.

Quæ fuerit
Rasciæ
legatio.

Vt anabaptistas
represserit.

Catholicos
fouere.

Agnosce
ric prima-
tum Ro-
mani Pon-
tificis.

ac Romanum Pontificem vniuersalem Christianorum ipsorum patrem, & verum ipsius Christi vicarium, ac B. Petri Apostolorum principis successorem firmiter asserens, simpliciter confitens, & humiliter recognoscens; deuota instantia supplicasti, vt tibi apostolicæ benedictionis munus per Apostolicas literas mittere, & nihilominus destinare ad regnum ipsum aliquos viros probos, timentes Deum, & in lege ipsius plenius eruditos, qui venerabilis fratris nostri Bartholomæi episcopi Traguriensis dudum in partibus illis Apostolicæ sedis internuntij feliciter, fauente Deo, inchoatis operibus prosecutionis adijcerent studium, per quod ad optatum perducerentur exitum, dignaremur. Idemque Traguriensis episcopus, cuius relatibus adhiberi fidem per eandem literas petijisti, nobis exposuit, quod tu populo Christiano partium orientis super afflictionibus & persecutionibus duris, quibus eos Turcarum furor immanis indefinenter angariat, viscera pietatis regiæ ad compassionem aperiens, & ad opprobria exprobrantium nomini Christiano tollenda & auferendam perfidam gentem credentium de finibus attendens animi tui zelum, & excitans potentiam regiæ dignitatis, desiderabas ab eadem ecclesia matre tua contra Turcas ipsos capitaneus ordinari, vt ipsius ecclesiæ spirituali adiutus auxilio & directus consilio in virtute Altissimi, qui pijs fauet libenter operibus, gregem Domini ipsum, velut populum de luporum eorumdem, scilicet Turcarum, faucibus potenter erueres & subactam iugo miserabilis seruituti Christianam absolueres libertatem.

29 Quibus omnibus intellectis, exultauit cor nostrum in Domino, lætatus est spiritus, & mens ipsa in iubilum gaudij potioris erupit: ac eadem ecclesia mater tua ei, qui vbi vult spirat, & corda Regum in manu suæ continet potestatis, quique hunc tibi formauit animum & infudit affectum, suppliciter agens humiles gratias, & laudationum debita vota perfoluens, ipsum orauit & orat assidue, vt te in hac zeli rectitudine, in hoc seruore spiritus, in hac puritate fidei, in hac deuotionis sinceritate conseruet, diesque tuos longæuos faciat, & post bella Domini, ad quæ robur tuæ potentia animose ac strenue obtulisti, feliciter consummata, in sua pace disponat: sicque tibi te, ac subditas tibi nationes regere & gubernare concedat, quod post huiusmodi labilis peregrinationis excursus vna cum eis ad sancta sanctorum puris introire mentibus merearis, &c. [Pluribus interiectis, quibus rogat, vt internuntios apostolicos in erroribus atque hæresibus discutiendis, & schismaticis in sinum ecclesiæ adducendis regio studio ac potentia fulciat, quo pristinus religionis splendor efflorescat in Rascia, subdit].

Quapropter serenitatem tuam monemus, requirimus, & hortamur in Domino, illam attente rogantes, tibi que in remissionem tuorum peccaminum suadentes, quatenus eisdem episcopos pro nostra & Apostolicæ sedis reuerentia benigne recipias, & fauorabiliter prosequaris, ipsorumque salutaribus monitis & doctrinæ deuotius acquiescas: ac intuens, quod Dei nostri perfecta sunt opera, & quod iuxta euangelicam veritatem non qui incæpit, sed qui perseuerauerit saluus erit, ipsius Redemptoris nostri actiones pro viribus imiteris, ac in bono constanter opere perseuerans, ad ipsius feliciter inchoati negotij votiuam consummationem sic velut diligens operator solerter intendas, quod in eo præstante Do-

mino & tuo cooperante ministerio studioso nostris & communium fidelium Christi votis & expectationibus satisfiat: ipseque retributor omnium bonorum Deus, cuius est idem negotium, proprie proprium, & cui nunquam sine remuneratione seruitur, eiusdem regni tui terminos ampliet, dilatet fines, thronum corroboret, & scæptra confirmet: ac tandem te subiectosque tibi populos cœlestis regni faciat coheredes, nosque non solum in huiusmodi capitaneatus officio, sed in quibuscumque alijs honestis & licitis vota tua, quantum cum Deo poterimus, apostolico fauore prosequamur. *Dat. Auin. 1x. kal. ianuarij anno*

11. Desciuit a suscepto eiurandi schismatis consilio Stephanus Rasciæ Rex, retardato iterum (vt antea in Clem. VI. meminimus a) bello Vngarico, de quo etiã acta B. Petri Thomæ Carmelitæ episc. Pactæsis b supra memorati c. Quocirca impietatis odio a Ludouico Vngariæ Rege ingenti bello petitum Rascium visuri sumus; tum a Turcis affligi, quos facile delere poterat nondum confirmata in Europa eorum tyrannide, si cruceata signa, auctore belli sacri Pontifice, in barbaros extulisset.

30 Hoc porro anno vere ineunte Turcas inopino casu vsos Græcis schismaticis maximas clades intulisse, refert Matthæus Villanus d: cum enim kalen. martij concussis ingenti terræ motu in Græcia vrbibus & oppidis adeo, vt eorum mœnia magna ex parte concidissent, Turcæ Græcos pauore consternatos inuasere, ac per ruinas ingressi res diripere, hominesque abduxerunt in seruitutem, ac resecis mœnibus validis plures arces præsidijs munierunt: excurrisse etiam ad Constantinopolim, eamque obsidione tentasse cum gemina Cantacuzeni & Palæologi factione fluctuaret; sed ijs vires in communem hostem coniungentibus, abcessisse. Ac tum quidem temporis, quo is terræ motus contigit, Cantacuzenum ad firmandam suam potentiam, quæ nutabat, de Matthæo filio insignibus imperialibus ornando egisse, ipse narrat e; & detestantem eiusdem votis assentiri patriarcham Callistum sede depulisse, ac subrogasse Philotheum Heracleæ episcopum, qui Matthæum diademate cinxit. De eodem porro terræ motu agere videtur Calchondilas f dum ait Turcas ex Europa in Asiam redire paratos, subito motu terræ impeditos: quos cum vrbium mœnia diruta vidissent, hæsisse in Europa, eamque magno furore excurrisse, vt ex Villano vidimus. Quem sane tristem casum, qui meminerit Græcos in eum furorem versos, vt Eucharistiam ritu Latino consecratam dicerperent manibus, ac pedibus calcarent, diuinæ omnino iustitiæ ascribet, quæ carnifices ad reorum supplicium Europa abire non sit passa, vltroque arces schismaticorum, vt facile expugnarentur, subruerit.

31 Inficere orientem etiam moliebatur superstitio Fraticellorum, qui sanctitatis fallaci cultu hæreseos vitus simplicibus afflabant, & euersâ ecclesiæ Romanæ sanctitatem, fidemque apud ipsos tantum superstitem florere effutiebant: in quos Pontifex Cassensem episcopum animaduertens iussit, atque ad fideles ab eorum in fidijs munendos incumbere; nec non memoratorum hæreticorum impietatem hisce verbis descripsit g: *Rumor infestus nostrum nouiter turbauit auditum, quod in tuis ciuitate & diocesi nonnulli superstiosissimi viri Fraticelli vulgariter nuncupati, & etiam alij per planam viam veritatis & iustitiæ nescientes dirigere gressus suos, nec instituta canonica obseruare curantes; sed lupinam rapacitatem ferentes interius*

Cupiat
bellum fa-
crum ad
pellendos
Turcas
gerere.

Gratula-
tur illi de
susceptis
pijs con-
silijs In-
nocentius

Subiecti
ad ea im-
plenda fa-
cili aculei.

Kalend.
gis dese.
tio.
a An. Chr.
1347. n. 34
b Philip.
Mazari.
vna B. P.
1712. l. 1.
c An. Chr.
1354. n. 31

d Math.
Villan. l. 1.
105.

Turcæ
Græcos
depulsi.

Tentata
barbaris
Constan-
tinopolim.

Cantacuzeni
adlegit in
locum
impet.
e Cantacuzeni
l. 1. c. 37. d.
38.

f Calchondilas
de reb.
Turc.

g An. Chr.
1347. n. 34
Fraticelli
orientem
infestum

et alios per indirecta & inuia in damnationis precipitium secum trabant, in ouium veniant vestimentis temeritate propria officium sibi predicationis usurpant, & contra ipsius catholica fidei veritatem nouas inducunt sectas, variosque errores damnabiliter seminant, edocent, & obseruant: per quos multos simplices simulata humilitatis habitu, fictisque sermionibus decipiunt & seducunt, aliaque plura, animarum pericula parientia, sub quodam velamine sanctitatis faciunt & committunt in diuina maiestatis offensam, profata fidei & Apostolica sedis contemptum, & scandalum plurimorum. Hisunt siquidem pseudofrateres seu prophetae, a quibus Veritas ipsa precipit attendendum. Hi sunt quos doctor gentium caute vitandos admonuit, dicens: Nemo vos seducat inanis verbis. Hi sunt qui iuxta psalmistae vaticinium nescierunt, neque intellexerunt, & ambulantes in tenebris errauerunt, &c. Dat. Auin. xii. kal. ianuarij anno 11. Distringi iussa in occidente in eosdem haereticos iudiciorum acerbitas: transmissa sunt enim iisdem ferme verbis concepta litera a ad Aegidium Cardinalem tit. S. Clementis A. S. L. vt censores fidei in Vrbe circumpositisque locis in eosdem constitueret: ad Neapolitanum b, Capuanum c, & Beneuentanum d archiepiscopos, vt regnum Neapolitanum huiusmodi Fraticellorum contagione liberarent: & ad Pisanum archipraesulem e vt quos in carcerem compegerat Fraticellos, legum feueritati subijceret. Similiter inhæserat eadem lucis Galliae Nerbonensi, ad quam purgandam insimiles hypocritas, cum ad sanioerem mentem reduci non possent, flammæ adhibita, vt narratur in M. S. bibliotheca Vaticanae his verbis f: Huius anno secundo duo fratres ordinis Minorum propter baresem de paupertate, & alia, qua male senserunt, Auinione combusti sunt feria tertia post pentecostem. Consentiunt vitæ Innocentij typis impressæ auctor g, atque Henricus Rebdorfus h, qui etiam eorum haereses refert: Anno, inquit, secundo eiusdem Papæ multi de ordine Minorum fratres inceperunt dogmatizare, & disputare de proprio & paupertate Christi & Apostolorum contra diffinitionem & determinationem Ioannis Papæ XXII. afferentes, quod Papa non potuit reuocare constitutionem Nicolai Papæ III. qua incipit: Exiit qui seminat, de baref. lib. vi. & de verborum significationibus. Item quod Papa ex quacumque causa non possit delere ordinem fratrum Minorum. Vnde duo apostatae predicti ordinis capti sunt in monte Pessulano, vnus sacerdos, alter conuersus. De ijs ad sedem Apostolicam perducendis extant ad clerum Gallicanum litera i, tum Amedeo de Lingonis ordinis Praedicatorum l, fidei censuram in Francie regno apostolica auctoritate exercenti data imperia, vt rebelionibus reos ducturis ex are ecclesiastico collatio stipendia numeraret: Cum, inquit, nuper mandauerimus, quod Ioannes de Castellione, & Franciscus ad Arquata ordinis fratrum Minorum haeretica, sicut accepimus, laberapersi in ciuitate Carcaffonensi detenti, ad Romanam curiam, vbi de ipsis volumus ministrari iustitiam, adducantur. Paritum est apostolico imperio, quibus iudiciorum fuerit exitus, docere pergit Rebdorfus.

Ducti Auinionem, & de mandato eiusdem Papæ examinati, confessionem suam in quodam longo libello, multos circa praemissa articulos continentente, legerunt. Immo publice affirmabant, quod Papa Ioannes prænominatus, & omnes successores sui, ac etiam ipse Papa Innocentius, contra-

riam assertioni eorum affirmantes, fuerint & essent haeretici & peruersi, & ad quacumque dignitatem, vel beneficium ecclesiasticum, titulum nullam haberent. Propter quod ydem Minores degradati * sacerdotes, in praesentia domini Papæ traditi sunt curia seculari, & cremati infra octauam Pentecostes: & dum irent ad supplicium, alta voce clamabant: Gloria in excelsis Deo. Et dicebatur publice, quod plures professi ordinis illius fuerint traditi curia seculari, et cremati in V asconsa et in Italia, propter praemissos articulos, quos praemissi duo dicebant veros martyres. Immo etiam dicebatur, quod quamplures essent, etiam literate personae, ordinis praefati, qui praedictam questionem de proprio et paupertate Christi et Apostolorum defendebant. Dum vero aduersus haereticos in Gallijs legum distringebatur feueritas, plures ex Ebredunensi prouincia in Calabriam diflugere, quos inquiri ac trahi ad supplicium Pontifex, datis ad Ludouicum Regem Siciliae literis, iussit a. Disseminatos quoque, ac deinde reuocatos nonnullos errores a Guidone ex ordine Eremitarum S. Augustini in Parisiensi academia, refertur in bibliotheca patrum b, inter quos insignis hæc hæresis, Charitas, qua semel labitur vel deperditur, nunquam fuit vera charitas; a suo auctore impietatis damnata est; tū ab eo additū: Si qua vero auctoritates Augustini vel aliorum videantur ad oppositum, intelligenda sunt de charitate finali, qua manet in patria, de qua loquitur Apostolus Cor. 13. Charitas nunquam excidit: vel intelligendum est de charitate secundum efficaciam, vt magister met videtur glossare. Reuocata etiam ab eodem alia propositione obscuris inuoluta verbis impietatem vel falsitatem subolentes c. Superiorem porro haeresim, a nonnullis iam ante temere effusam, damnatamque auide hausere nouatores.

IESV CHRISTI

annus 1355.

INNOC. PP.VI.

CAROLI IV. IMP. OCCID. IO.

3.

IO.PALÆOLOGI IMP.OR. 15.

Insignis est annus humanæ salutis millesimus trecentismus quinquagesimus quintus, indictione octaua, solemni noui Imperatoris pontificio iussu imperialibus insignibus exornati celebritate Romæ perfecta: in qua antequam aurea corona a legato Cardinale cingeretur, ferream apud Insubres die epiphaniae sacro accepit d, pactus antea cum Vicecomitibus foedus, de quo hæc narrat Cortusiorum historia e: Et occurrerunt nobiles Mediolani, & fere totius Lombardia. Qui per Cremonam & alias ciuitates & loca Mediolani transiens, summo honore receptus, die 10. ianuarij intrauit Mediolanum. Eodem mense & die epiphaniae in ecclesia B. Ambrosij de licentia summi Pontificis per archiepiscopum Mediolani corona ferrea honorifice coronatur. Inijisse ipsos antea foedus cum Carolo, atque ab eo ob Matthæi Vicecomitis in Henricum auum officia, in praefectura Mediolanensis munere cõfirmatos, tradunt ijdem auctores f: additq; Albertus Argentinenfis g illos, vestigal annum caesareo arario illaturos se spondidisse. Confirmat hæc M. S. Variecanum h, ac subiungit, vt vniuersa Etruria venient ceruices placide submiserit: Carolus, inquit, anno Domini mccc. lvi. intrauit Italiam, & se concordauit cum tyrannus Lombardia meliori modo quo potuit: & assumpsit coronam

* sacerdotio
Flammis castigata eorum a mentia.

a To. 2. ep. ser. pag. 9. & 10. Guidonis Augustiniani heresis. b Biblioth. Patr. ro. 4. col. 1331.

c Eod. eo. col. 1320. A Luthe. ro vna cū alijs redintegrata.

d M. S. bib. Vat. sign. n. 2040. Matthei Vill. l. 4. c. 39. Rebd. in anal. Alb. Arg. in chron. et alijs. Carolus ferrea corona Mediolani redimitus. e Cortus. hist. l. 11. c. 2. f Eod. cap. g Argent. in chron. h M. S. bib. Vat. sign. n. 2040. pag. 53.

ferream apud Mediolanum, Et deinde recessit, & iuit in Tusciam & Pisani, Senenses, Lucani, Volterrani, Sanctiminianenses, Montipolitiani se totam liter tanquam in verum dominum naturalem in suis manibus & dominio submiserunt; quos ipse gratiose recepit: sed ipsis & ipsorum cuilibet malum statim successit paulo post. Florentini vero cum ipsorum alijs residuis de Tuscia alligatis concordauerunt se cum dicto Carolo cum conditionibus & pactis habitis inter ipsos, & pecunia mediante. Pacti sunt illi aureorum, vt refert Matthæus Villanus a, centum millia multa; q; nomine ob præteritam in Henricum auum perduellionem persoluere, promissis annuis quatuor millibus vectigalis nomine. Iureiurando quidem Carolus Pontifici se deuinxerat, vt vidimus, antequam Romanorum Rex crearetur, Florentinis iniurias ac multas pecuniarias remissurum; sed diploma pontificium transmissum serius, addit auctor b, Et quidem in regeſto pontificio Innocentij ad Carolum Regem c de abroganda lata in Florentinos ab Henrico auo Imperatore sententia, tum ad Petrum episcopum Ostiensem d, cui illius imperiali diademate cingendi data erat prouincia, vt ad ipſum permoueret, tum ad Florentinos e, quibus certiores de ijs penis remittendis fecit, extant literæ.

Submissi illi He-
stus
a Matth.
Vill. l. 4. c.
73. & 76.
Florentinis veteres con-
donatæ iniuriæ.
b Eod. c. 73

f To. 3. ep.
secr. pag.
36.
g lb. pag.
37.
h Ead. pag.

Gibellinorum repudiatæ consilia.
i Matth.
Vill. l. 4.
k l. 5. c. 21

Tentarunt Gibellini f Caroli animum in Guelfos concitare, Sed ipse eorum petita insigni prudentia retudit: Gibellinos, qui sua in imperij officia cõmemorabant, non imperij decus asseſtare, sed commoda sua etiam cum illius dedecore venari: atque auum Henricum eorum consilia secutum maximo exitio se obieciſſe. Fauisse autem ecclesiæ Carolum dicitur inferius. Superioribus consentanea de Caroli prudentia in pertractandis Guelfis, antea ab imperio alienis, subiectis verbis Leonardus Aretinus refert: *Ad hunc Senis existentem, in eam urbem, cuius administrationem, exautoratis veteribus magistratibus, sub epſt die Verbo in visceribus Virginis incarnato sacra, magna, ciuium gratulatione venisse, refert Matthæus Villanus g, Florentini pecunijs ex fide missis contra spem ac vota inimicorum præcipua beneuolentia in sinum eius irrepere, vt nemini vni populo per Italiam magis fidere videretur: non enim antiqua partium leuitate, sed præſenti commodo res æſtimabat. Itaque plus ab vna ciuitate per amicitiam adiutus est, quam a cæteris simul omnibus Italicis generis: quod si inimicitia, vt auis quondam eius certare voluisset, magna difficultates erant illi subeunda: nunc autem & militibus & pecunia a ciuitate adiutus, nemine penitus repugnante, Romam peruenit, solemnibusque præctis, tranquillissime coronatus est. Hæc facta sunt in principio anni subsequenti, qui fuit quinquagesimus quintus supra millesimo trecentos.*

l Eod. l. 4. c. 81.
m Cuius
n Guelforum amicitia.

Oportet duo Capitales pro Carolo coronam cingendo.
o Eod. lib. 4. cap. 71. & Geſta Innoc. VI. apud Boſj.
p Geſta Innoc. VI. apud Boſj.

2 Data fuit prouincia, absente Pontifice, imperialibus sacris initiandi Caroli Cardinali episcopo Ostiensi, vt scribit Matthæus Villanus h, cui vitæ Innocentij auctor consentit his verbis i: *Eodem tempore Carolus Rex Romanorum in Imperatorem electus de voluntate & consensu dicti Papæ intrauit Italiam, Romam proficiscens, coronam imperialem ibidem recepturus: pro qua sibi imponenda fuit missus per eundem Papam Petrus Bertrandus iunior episcopus Ostiensis Cardinalis. Ei vero adiunctus est collega Ægidius tit. S. Clementis presbyter Cardinalis, qui ea tempeſtate Italica legatione fungebatur; datis vtrique imperijs, vt alter, altero impedimento etiam fortui-*

ro districto, Carolum sacra inunctione in basilica S. Petri solemnè ritu liniret, Aegidium autem Piceno bello contra tyrannos implicitum, ad Urbem se conferre iussit a: *Negotium, inquit, coronationis & inunctionis charissimi in Christo filij nostri Caroli Regis Romanorum illustris tibi & venerabili fratri nostro Petro Ostiensi Apostolica sedis nuntio, & cuiuslibet vestrum per alias nostras literas duximus committendum. Et ideo volumus, vt pro huiusmodi negotij solennitate, auctore Domino, celebranda festine ad Urbem (si tamen absque præiudicio negotiorum, quorum promotioni deputatus es, poteris) studeas te conferre; ita quod die, quam præſatus Rex ad hoc duxerit eligendam, ibi vna cum eodem episcopo, qui propter hoc ducit se personaliter conferendum, præſante Deo, valeas interesse. Dat. Auin. 10. id. february anno 111. Extant etiam Innocentij literæ ad hos Cardinales de Carolo insignibus imperialibus exornando, quibus singuli sacri ritus in tanta celebritate seruandi ex peruestro Romanæ ecclesiæ tabulario petiti præscribuntur, insertæ in alijs publicis Caroli Regis Romanorum literis inferius afferendis.*

a To. 3. ep. secr. pag. 23.

Lustrauit Carolus b ante suscepta ornamenta imperialia Urbis ecclesias magna procerum multitudine stipatus feria sexta & sabbato maioris hebdomadæ ingenti pietatis sensu, atque exemplo, seposita regia pompa: sacramenti enim, quo se Geraldo episcopo Tridentino, tunc archidiacono e Baltesio in ecclesia Constantiensi deuinxerat, Urbem se nisi die, qua ornamenta imperialibus decorandus foret, non ingressurus, religione solutus fuerat Innocentij literis c: tum etiam ipsi concessa erat auctoritas, vt dies memorata, in qua solemnè ea pompa celebranda, quæ a Pontifice constituenda erat, ab ipso designaretur: *Nos, inquit, ad tuæ commoditatis augmentum fauorabiliter intendentes, tibi diem pro coronatione huiusmodi, quam ad hoc duxeris eligendam, præſigimus de gratia speciali. Dat. Auin. 11. kal. february anno 111.*

Lustrata a Carolo Urbis ecclesia. b Matth. Vill. l. 4. c. 93.

3 Designata a Carolo peragendæ celebritati dominicæ resurrectionis die, quam mensis aprilis quintam fuisse notant historici d, clerus populusque Romanus instructo religioso agmine obuiam effusus magno tripudio ac triumpho venientem excepit, atque in Urbem & basilicam Principis Apost. deduxit. Qui, edita prius fidei orthodoxæ professione, vna cum Anna vxore, quæ e Germania Pisas ad eum venerat e, sacratuſ est a Petro Cardinale Ostiensi, vt vetus M. S. Vaticanum f vitæque Innocentij auctor g testantur: seruato nimirum eo ritu, qui in pontificijs literis descriptus erat. Quæ ex veteribus monumentis confirmat Cardinalis Baronius h: *Anno, inquit, Cbristi MCCCLV. indictione VIII. Carolus IV. Imperator coronatur Roma in basilica Vaticana die paschatis a Petro episcopo Cardinale Ostiensi legato Romani Pontificis: & confirmat hoc anno omnia qua olim ante coronationem pollicitus fuerat Clementi Papa. Habetur ipsum diploma aureo sigillo signatum libro priuilegiorum Romana ecclesia. Habetur literæ ipsius Innocentij Papa in dicto libro priuilegiorum, vbi late de omnibus ceremonijs seruatis, in coronatione eiusdem Caroli faciendis: nam absente Papa fuit coronatus. Ex his refellas mendacium a Matthæo Vill. traditum historiæ i, nimirum Ioannem e Vico præſectum Urbis coronam imperatoriam Carolo imposuisse, atque ab eodem Carolo Imperatricem diademate redimitam, qui enim horum testis maior esse possit, quam ipse*

i To. 3. ep. secr. pag. 26. Sacra resurrectionis dominicæ die celebrata eam peragendam celebritatem.

d M. S. bibl. Vat. sig. n. 379. Matth. Vill. l. 4. c. 2. Cuius hist. l. 4. lib. 4. in christ. Reberſi in annal. Geſta Innoc. VI. apud Boſj. et alii. e Matth. Vill. l. 4. c. 96. Petrus Ostiensis eo mune re fundit. f M. S. bibl. Vat. sig. n. 2045. g Geſta Innoc. VI. apud Boſj. h Baronius ad hanc an. i. Matth. Vill. l. 4. c. 96.

Carolus, qui cum honores Christo domino in eius vicario veteri more & instituto præstandos a Cæsaribus non abolere, sed potius confirmare cuperet, subiectis promulgavit literis, ex Pontificis absentia nil illius dignitati detractum iri; nec secuturos Imperatores a Pontificibus augustali insigni exornandos, quæ essent in hac celebritate ab apostolico legato prætermissa, utpote soli præsentibus exhibenda Pontifici, in exemplum adducturos.

Sanctissimo in Christo patri ac domino suo domino Innocentio, digna Dei providentia sacrosancta Romana ac uniuersalis ecclesia summo Pontifici, Carolus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus & Boemia Rex cum reuerentia debita, ac deuota, pedum oscula beatorum.

Sanctissime pater & domine reuerendissime Literas sanctitatis vestrae de manibus reuerendi in Christo patris domini Petri Ostiensis episcopi Apostolicae sedis nunciij, amici nostri charissimi, cum reuerentia debita & honore congruo deuote suscepimus, quorum tenor sequitur in hæc verba.

Innocentius episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri Petro episcopo Ostiensi A.S.N. salutem & apostolicam benedictionem.

Speciosus forma præ filijs hominum Iesus Christus militantem ecclesiam sponsam suam sicut potestatis plenitudine ad salutare orbis regimen communiuit, sic etiam, ut decore gloriæ sponso iuncta pulchrior appareret, honorum fascibus & schemate dignitatum quasi quibusdam renitentibus margaritis ornauit. Sed illud ei concessit gloriæ potioris insigne, quod ipsa sublimioribus quibusque potestatibus, quibus idem ipse Christus eam prætulit uniuersaliter omnibus, velut sol copiosus proprii luminis erogator ad ornatum adiiciens, quo largius de plenitudine honorum suorum communicat alijs, eo resurgit amplius, eo resplendet potius, eo est honorator in seipsa. Dudum siquidem post electionem de charissimo in Christo filio nostro Carolo Rege Romanorum illustri celebratâ concorditer per principes regni Alemannia, in electione Regis Romanorum vocem habentes, cum imminet & pro tempore faciendâ, felicitis recordationis Clementi Papæ VI. prædecessori nostro per solemnes dicti Regis ambassatores & nuntios, ad ipsius prædecessoris præsentiam destinatos, electionis eiusdem præsentato decreto; ac tam super ipsius electionis forma, quam super idoneitate personæ dicti Regis informatione habita diligenti per quosdam ex fratribus prædecessoris ipsius, de quorum numero tunc eramus, quibus idem prædecessor informationem huiusmodi duxerat committendam; ac per commissarios huiusmodi facta prædecessori memorato in præsentia dictorum fratrum de informatione habita super his relatione fideli; dictus prædecessor de fratrum consilio prædictorum ad deuotâ ac humiliter supplicationis instantiam, per dictos ambassatores & nuntios eidem prædecessori frequenter effusam, præfatum Regem in specialem filium suum & ecclesiæ memoratâ suscepit, sibi suos fauorem & gratiam benigne concedens: ac ipsius Regis persona idonea reputata, cum nominauit, assumpsit, & declarauit Regem Romanorum; & approbans personam ipsius, cum sufficientem & habilem declarauit ad suscipiendam imperialis celsitudinis dignitatem; discernens unctiorem, consecrationem, & coronationem.

imperiales per manus suas eidem Regi opportunis loco & tempore impendendas, ac supplens ex certa scientia & de plenitudine apostolica potestatis omnem defectum, si quis aut ratione formæ, aut ratione Regis prædicti, aut electorum suorum personarum, seu ex quauis alia ratione vel causa in huiusmodi electione interueniat quouis modo: ac præcipiens omnibus fidelibus & vassallis imperij, ut præfato Regi sicut Regi Romanorum, in Imperatorem promouendo, intenderent efficaciter & parerent.

4 Postmodum vero prædecessore ipso, sicut Domino placuit, naturæ debitum exolvente, nobisque (licet immeritis) ad fastigium apostolicæ dignitatis assumptis, præfatus Rex per venerabilem fratrem nostrum Theodoricum episcopum Mindensem nuncium & ambassiatorem, ac literas eius nobis intimare curauit, quod ipse Italiam partes eidem imperio subiectas intrauerat, & ab incolis & habitatoribus cinitatum aliorumque locorum Lombardiæ honorifice pacificeque receptus, unctiorem & diadematis imperialis insignia in basilica principis Apostolorum de Vrbe, Deo propitio, suscipere in proximo disponebat. Et intuens, sicut princeps discretionis & circumspectionis virtute conspicuus, quod nobis in partibus cismontanis multorum grauium, & vrgentium negotiorum inuolucro præpeditis, huiusmodi unctiorem & coronationis insignia per manus nostras non possent ei in basilica memorata concedi; per dictos episcopum & literas nobis humiliter supplicauit, ut per aliquos de fratribus nostris huiusmodi unctiorem & coronationis aliisque insignia in dicta impendi ei basilica facere dignemur.

5 Nos autem, qui ad ipsius Regis honoris & status incrementa ex paterna charitatis instinctu affectionem gerimus promptiorem, huiusmodi antefati Regis literarum serie, & quæ idem episcopus verbo subiunxit, diligentius intellectis, attendentes quod, sicut idem quoque Rex considerauit prudenter & prouide, sic huiusmodi negotiorum pondere premimur, & eorum nodis implicitis implicamur, quod coronationis & unctiorem, & alijs solemnibus peragendis eisdem non possimus nostram præsentiam exhibere; & cupientes in executione solemniorum ipsorum, quibus mente adierimus per ministros, quos tanti negotij celebritas exigit, suppleri corporalis absentia nostræ vices; ad te ac dilectum filium nostrum Aegidium tit. S. Clementis presbyterum Cardinalem A. S. L. quos virtutum grandium splendor illustrat, quosque in magnis & arduis operarijs vtilis multa experientia comprobauit, considerationis nostræ direximus oculos: & sperantes, quod industria tua & legati præfati, quæ in quibuscumque semper operibus emicuit clarior, hoc etiam insigne opus ad Dei laudem & gloriam, ac honorem & decus ipsius ecclesiæ sponsæ suæ, ipso præstante qui bonarum director est actionis, laudabiliter exequatur, memorati Regis deuotis supplicationibus inclinatus, te dictumque legatum ad celebritatem huiusmodi honorabiliter peragendam ministerij deputamus.

6 Quocirca fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus ad eandem Urbem te personaliter conferens, ac ibidem die, quam idem Rex ad hoc duxerit eligendam, cum legato conueniens memorato, tu in dicta basilica missam celebres, & Regem inungas eundem; & tu dictusque legatus Regi præfato & charissimæ in

Ut petiti sine ad ricus seruados Cardinales.

Decreti Ostiensis episcopi & Aegidius Cardinalis.

Christo filiz nostræ Annæ Reginz Romanorum, illustri vxori suæ mitras & diademata imperij, ac eidem Regi sceptrum, pomum, & gladium ac alia solemnna, prout infra patentius clariusque distinguitur, tribuatis; ipsorumque inclytos vertices insignijs eorundem, adhibitis vetustæ consuetudinis solemnitatibus, decoretis. Et ne quis in huiusmodi peragendis solemnij error possit interuenire, quod absit, modum & formam agendorum, & vbi ac per quas personas agenda fuerint, particulariter & distincte duximus presentibus inferenda, prout in archiuo ipsius ecclesiæ ac pontificali ordinario continetur, quorum forma a talis est.

Cum Rex in Imperatorem electus peruenerit ad portam Collinam, quæ est iuxta castellum Crescentij, recipiatur honorifice a clero Urbis cum crucibus & thuribus; & processionaliter deducatur vsque ad gradus basilicæ S. Petri, cantantibus vniuersis: Ecce mitto angelum meum, &c. camerarijs eius missilia spargentibus ante ipsum, & prefecto Urbis gladium preferente. Cum autem peruenerit ante basilicam in platea, quæ cortina vocatur, dextrandus est a senatoribus vsque ad gradus predictos, vbi eo descendente, tradendus est equus, cui Rex insederat, illis. Interim autem summus Pontifex cum omnibus ordinibus suis preparat se in secretario tanquam celebraturus diuina, & processionaliter exiens vsque ad suggestum arce superioris, quæ est in capite graduum, super faldistorium ibi sedeat, sedentibus super gradus a parte dextra episcopis & presbyteris, a sinistra vero diaconis Cardinalibus, & in proximiori gradu subdiaconis & acolytis, primicerio & cantoribus assistantibus circa illos cum magnatibus & nobilibus, officialibus & ministerialibus aula papalis. Tum Rex cum archiepiscopis & episcopis, principibus & magnatibus suis, ascendens ad summum Pontificem, reuerenter osculetur pedes ipsius: & offerens ei aurum quantum sibi placuerit, benigne recipiatur ab eo ad osculum & amplexum; quo demum surgente, Rex ipse a parte dextra & prior diaconorum a parte sinistra deducant eum vsque in ecclesiam S. Mariae in turribus: vbi ante altare subdiacono euangelij textum tenente, Rex super illum corporaliter prestat huiusmodi iuramentum: Ego Carolus Rex Romanorum futurus, annuente Domino, Imperator promitto, spondeo, & polliceor coram Deo & B. Petro, me de cætero protectorem & defensorem fore summi Pontificis & sanctæ Romanæ ecclesiæ in omnibus necessitatibus & utilitatibus suis, custodiendo & conseruando possessiones, honores, & iura eius, quantum diuino fultus adiutorio fuero secundum scire ac posse meum recta & pura fide. Sic me Deus adiuuet & hac sancta Dei euangelia. Forma autem iuramenti prestiti in Auenione per procuratores & nuncios predicti Regis Romanorum tempore sue coronationis renouandi talis est.

7 Vobis sanctissimo patri & domino domino Clementi, diuina prouidente clementia Pape VI. nos Arnustus archiepiscopus Pragensis, Ademarus comes Valentiniensis, Henricus comes de Salinis, Gerardus de grandi prato de Eusalisa, Gantherus de Montilio, & Ioannes de Asperomonte, Geraldus de Magnaco archidiaconus de Baltheio in ecclesia Constantiensis, Rodulphus dictus Loys officialis Treuerensis, Ioannes de Pistorio decanus ecclesiæ S. Saluatoris Traiectensis, & Nicolaus de Lucemburgo prepositus ecclesiæ Sacensis Pragensis diocesis nuncijs & procuratores serenissimi principis domini Caroli Romanorum Regis, habentes ad omnia infra-

scripta plenam & generalem ac liberam potestatem, & speciale mandatum ab eodem, prout constet per predictas patentes literas, & per aliud publicum instrumentum, quorum tenores superius continentur; ipsius vice & nomine domini nostri Regis predicti, & in animam ipsius promittimus & iuramus per Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, & per hæc sancta Dei euangelia, et per hoc lignum viuifica crucis, et per hæc reliquias sanctorum, quod nunquam vitam, aut membra, aut ipsius honorem, quem habetis, sua voluntate, aut suo consensu; aut suo consilio, aut sua exhortatione perdetis: et in Roma nullum placitum aut ordinationem faciet de omnibus, quæ ad vos pertinent, aut ad Romanos sine vestro consilio aut consensu: et quidquid de terra Romana ecclesiæ peruenerit ad ipsum aut perueniet, vobis reddet quamcunq; poterit. Et quandocumque in Lombardiam aut Tusciam aliquem mittet pro terris aut iuribus suis gubernandis, quoties mittet, faciet iurare eum, ut adiutor vester sit ad defendendum terram Romanæ ecclesiæ et Romanam ecclesiam secundum suum posse: et si, permittente Deo, dictus dominus noster Rex Romanæ uenerit, sanctam Romanam ecclesiam et vos rectorem ipsius et successores vestros exaltabit secundum suum posse: et cum Romæ vel alibi per vos in Imperatorem fuerit coronatus dominus noster Rex predictus, dictum iuramentum et alia fieri consuecta ad requisitionem vestram tempore coronationis sue personaliter renouabit.

Deinde summus Pontifex cum ordinibus suis ad altare procedit, et facta ibi oratione, ad sedem ascendit, Rege cum suis tribus episcopis, videlicet Ostiensi et Portuensi et Albanensi in ecclesia S. Mariae in turribus remanente, vbi a canonicis S. Petri receptus in fratrem imperialibus induatur insignijs, dato ipsius pallio camerario domini Pape. Qui, precedentibus illum canonicis et cantantibus, Petre amas me etc. cum ad ostium basilicæ Principis Apostolorum peruenerit, quæ porta argentea nuncupatur, deducentibus eum hinc inde comite Lateranensis palatij, et primicerio iudicum Romanorum, Albanensis episcopus ante ipsam portam argenteam hanc super eum benedictionem effundat: Deus in cuius manu corda sunt Regum, etc. a Cum autem intra ecclesiam in medio rote peruenerit, Portuensi episcopus hanc orationem super eum decantet: Deus inenarrabilis auctor mundi, etc. b.

Qui, cum ad confessionem B. Petri peruenerit, prostrat se pronus in terram, et prior diaconorum super eum faciat letaniam. Quæ finita, prior presbyterorum dicat orationem dominicam cum capitulis istis: Saluum fac seruum tuum Domine. Mitta ei auxilium de sancto. Domine saluum fac Regem. Ac deinde dicat orationem istam. Adiones nostras quasumus Domine, etc. Post hæc procedant ad altare S. Maritij, vbi Ostiensi episcopus ungat ei de oleo exorcizato brachium dexterum et inter scapulas hanc orationem dicendo.

Domine Deus omnipotens, cui est omnis potestas, &c. c.

Item aliam orationem: Deus Dei filius Iesus Christus, &c. d.

8 His ita peractis, ascendat Rex ad altare B. Petri: vbi summus Pontifex, facta confessione, recipiat eum ad osculum sicut unum ex diaconis, ipseque procedat ad pulpitem vel ambonem, vbi thalamus constructus de lignis, & ornatus de pallijs debet ei esse paratus, et cum suis archiepiscopis & episcopis, principibus & magnatibus secundum capacitatem loci consistat. Primicerius autem & scibor-

Descripti
singuli ri-
tus seruā-
di.

Vt Imperator ex-
cipiendus sit.

Spargenda ab eo
munera.

o Extr. etiā
in cerimon-
ial M. S.
bibl. Vat.
fig. n.

4727 pag.
90 item
apud Gold-
doff. in
collect.
const. im-
perial.

Vt Pontificis, si pre-
sens fuerit, pedes
osculari debet. il-
lique aurum offer-
re.

Et spondeo, futu-
rum ecclesiæ
defensorem.

Sacramē-
ti formulā
a Caroli
erutorib;
Clementi
nūcupati.

La cantorum in choro ante altare decantent introi-
tum: & post, Kyrie eleison, & hymnum angelicum
decantata summus Pontifex dicit orationem, qua
competit illidiei, & hanc orationem pro ipso Impe-
ratore: Deus regnorum omnium. [Extant harum
precum formulæ in vetusto pontificio cerimoniali
a, ex quo ipsas describere visum est]. Deus
regnorum omnium, & Christiani maxime protector
imperij, da seruo tuo N. Imperatori nostro trium-
phum virtutis tuae scienter excolere; ut qui tua
constitutione est princeps, tuo semper munere
sit potens. Per, &c. Item aliam orationem:
Suscipe domine preces & hostias ecclesie tuae pro
salute famuli tui N. supplicantis, & protectione
fidelium populorum antiqua brachij tui operare
miracula, ut superatis pacis inimicis, securam sibi ser-
uiat Christiana libertas.

Item aliam orationem: Deus qui ad
pradicandum aeterni regni euangelium Roma-
num imperium praparasti, prætende famulo
tuo Imperatori nostro N. arma caelestia, ut
pax ecclesiastica nulla turbetur tempestate bello-
rum.

9 Cum lecta fuerit epistola, & graduale
decantatum, Imperator ascendat processionaliter,
ad altare, ubi summus Pontifex imponit ei mi-
tram clericalem in capite, ac supra mitram
imperatorium diadema, dicens: Accipe signum
gloriae, diadema regni, coronam imperij, in
nomine Patris + & Filij + & Spiritus sancti +
ut spreto antiquo hoste, spretisque contagijs vitio-
rum omnium sic insitiam, misericordiam, & iudi-
cium diligas, & ita iuste, misericorditer, & pie
vivas, ut ab ipso domino nostro Iesu Christo in con-
suetudine sanctorum aeterni regni coronam percipias.
Qui cum Patre, &c.

Deinde sceptrum & pomum aureum tra-
dat ei, & post cetera gladium, ita dicens: Acci-
pe b gladium de super beati Petri Apostoli cor-
pus sumptum per nostras manus, licet indignas,
vice tamen & auctoritate beatorum Apostolo-
rum consecratas, imperialiter tibi concessum,
nostraeque bene + dictionis officio in defensionem
sancta matris ecclesie diuinitus ordinatum ad
vindictam malefactorum, laudem vero bonorum; &
memor esto de quo psalmista prophetauit, dicens:
Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime;
ut in hoc vim aequitatis per eundem exerceas, mo-
lem iniquitatis potenter destruas, & sanctam Dei
ecclesiam, eiusque fideles propugnes ac protegas: nec
minus subfide falsos, quam Christiani nominis ho-
stes execes ac dispergas: viduas & pupillos clemen-
ter adiuues, ac defendas: desolata restaures, resta-
rata conserues, vlciscaris iniusta, confirmes bene-
disposita; quatenus in hoc agendo virtutum trium-
pho gloriosus iustitia cultor egregius cum mundi Sal-
natore, cuius typum geris in nomine, sine fine re-
gnare merearis. Qui cum Deo, &c. Qui corona-
tus incedens portet in dextra manus pomum, in
sinistra sceptrum, & sic ad thalamum redeat: ipsoque
ibicum principibus suis consistente, prior subdiacono-
rum cum subdiaconis Romana curia & capellanis
aule imperialis ad pectorale dextrum ante Crucifi-
xum argenteum laudem Imperatori alta voce de-
cantent hoc modo: Exaudi Christe. Scriniarij ve-
ro orbis sericis cappis induti, ante pectorale con-
sistentes in choro, respondeant: Domino Carolo inui-
sissimo Imperatori Romanorum et semper Augusto
salus & victoria. Qua laude tertio repetita, prior
subdiaconorum cum suis tribus vicibus dicat: Salua-
tor mundi. Et scriniarij vicissim respondeant: Tu

illum adiuua. Deinde iste cum suis duabus vicibus
dicat: S. Maria. Et illi vicissim respondeant: Tu
illum adiuua. Et sic deinceps, S. Michael. S. Ga-
briel. S. Raphael, S. Ioannes Baptista, S. Petrus, S.
Paule, S. Agnes, S. Cecilia, &c. Quibus finitis, isti
vicibus dicant: kyrie eleison. Et illi vicissim respon-
deant: Christe eleison. Ac deinde simul omnes; kyrie
eleison. Post hoc euangelio decantato, Imperator co-
rona & manto depositis accedat ad summum Pon-
tificem, & offerat ad pedes eius aurum quantum sibi
placuerit: ipsoque Pontifice descendente pro perficien-
dis missarum mysterijs ad altare, Imperator more
subdiaconi offerat ei calicem & ampullam, & stet ibi,
donec Pontifex ad sedem reuersus communicet, sa-
crumque communionem de manu eius suscipiat cum
osculo pacis: & sic ad thalamum rediens in ambone
resumat mantum pariter & coronam, missaque
finita pontificalem benedictionem reuerenter acci-
piat. Et statim procedat ad locum, ubi debet summus
Pontifex equitare: & cum ipse Pontifex equum
ascenderit, teneat stapedium sella eius, & arrepto
freno aliquantulum ipsum adextret, moxque suum
equum ascendens procedat iuxta summum Pontifi-
cem usque ad ecclesiam S. Mariae in * Transpadina,
ubi dato sibi osculo ad inuicem non corde sed corpore
separentur.

10 Si vero Regina coronanda fuerit, debet
superlectorium ex opposito thalamus praparari, ubi
cum duabus ad minus puellis & aliquibus ex prin-
cipibus imperij tam ecclesiasticis quam mundanis
resideat. Et post coronationem Imperatoris deducatur
ad altare ante summum Pontificem amicta
regalibus indumentis: cui summus Pontifex mi-
tram imponat, ita quod cornua mitrae sint a dex-
tris et a sinistris, et super mitram imponat coro-
nam, ita dicendo: Accipe coronam imperialis ex-
cellentiae, etc. [Fundi prius nonnullas preces in
ipso ingressu ecclesiae, describit cerimoniale pon-
tificium: tum etiam in ea lustranda sacra prece,
nec non oleo perlinenda, denique corona illi im-
ponenda, plura recententur accuratissime, quae
delibanda ex ipso, & iucunda fore lectori visa
sunt.] In benedictione Reginae vel Imperatricis ad
ingressum ecclesiae sic oratur.

Oratio.

Omnipotens sempiternae Deus fons & ori-
go totius bonitatis, quae feminei sexus fragilita-
tem nequaquam reprobando auertis, sed dignan-
ter comprobando potius eligis, & qui infirma
mundi eligendo, fortia quaecumque confundere de-
creuisti; quique etiam gloriae virtutisque tuae trium-
phum in manu feminae Iudaicae olim plebi de hoste
feruissimum resignare voluisti, respice quaesumus ad
preces humilitatis nostrae, ut super hanc famulam
tuam N. quam supplici deuotione in Regnam vel
Imperatricem elegimus, bene + dictionum tuarum
dona multiplica, eamque dexterae tuae potentia
semper & ubique circumda, & ut dono tui mun-
iminis undique firmiter protecta visibilis seu inuisibi-
lis hostis nequitias triumphaliter expugnare valeat,
& una cum Sara atque Rebecca, Lia atque Raabela
beatis reuerendisque feminis fructu vteri sui fec-
cundari seu gratulari mereatur ad decorem totius
regni, vel imperij, statumque sanctae Dei ecclesiae re-
gendi, nec non protegendi. Per Christum dominum
nostrum, qui ex intemerata B. Mariae virginis aluo
nasci, visitare, ac reuocare hunc dignatus est mun-
dum: qui tecum viuit & gloriatur Deus in unitate
Spiritus sancti per immortalia secula. Et post co-
ronationem Imperatoris deducatur ad altare ante
summum Pontificem amicta regalibus indumen-

De auro a
Caesare
offerendo
Pontifici.
Ut illi fa-
cris ope-
ranti mi-
nistrare
debeat.

De stape-
de tenen-
do ab Im-
peratore.
* Transpō-
tina

Ritus in
corona-
Reginae
conferen-
da.

am. S. bib
Vat. sign.
n. 473.

Precum
formulae.

vis, & summus Pontifex det hanc benedictionem dicens.

Oratio.

Deus qui solus habes immortalitatem, lucemque habitas inaccessibilem, cuius providentia in sua dispositione non fallitur, qui fecisti ea, que futura sunt, & vocas ea que non sunt tanquam ea que sunt, qui superbos a quo moderamine de principatu deiecis, atque humiles dignanter in sublime prouebis, ineffabilem misericordiam tuam supplices exoramus, ut sicut Esther Reginam Israeliticam causa salutis de captiuitatis sua compe de solutam ad Regis Assueri thalamum regni que sui consortium transse fecisti, hanc famulam tuam N. humilitatis nostre benedi + Etione Christiana plebis salutis gratia ad dignam sublimemque Regis vel Imperatoris nostri copulam, & regni vel imperij sui participium misericorditer transire concedas: & ut imperialis, vel regalis, fœdere coniugij semper permanens pudica, proximam virginitati palmam continere queat, tibi que Deo uiuo & uero in omnibus & super omnia iugiter placere desideret, & te inspirante, qua tibi placita sunt, toto corde perficiat. Per Christum, &c.

In sacri olei unctioe.

Spiritus sancti gratia nostro humilitatis officio in te copiosa descendat, ut sicut manibus nostris, licet indignis, oleo materialis oblita pinguis exterioris, ita eius inuisibili unguine delibuta impinguari merearis, eiusque spirituali unctioe perfectissimo semper imbuta, & illicita declinare tota mente & spernere discas & valeas, & utilia anima tua iugiter optare, atque operari queas & opereris, auxiliante domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto, &c.

Deinde summus Pontifex ei mitram imponat, ita quod cornua mitræ sint a dextris et sinistris. Tum coronam imponat, dicendo: Officio nostre indignitatis in Reginam, vel Imperatricem solemniter benedicta, accipe coronam regalis, vel imperialis excellentie, qua licet ab indignis, episcopalibus tamen manibus capiti tuo imponitur: unde sicut auro & gemmis redimta nites, ita & interius auro sapientie virtutumque gemmis decorari concedas, quatenus post occalum huius seculi cum prudentibus uirginibus sponso perenni domino Iesu Christo digne et laudabiliter occurrens Regina, celestis aula merearis ingredi antam, auxiliante eodem domino Iesu Christo, qui cum Deo Patre & Spiritu sancto uiuit et regnat per infinita secula seculorum. Amen.

Hactenus ceremoniale pontificium. Reliquos ritus Innocentij Papæ literæ ita describunt.]

Coronata uero Regina reducatur ad thalamum, & post euangelium deducatur ad oblationem summo Pontifici exhibendam, stetque in gradibus iuxta* obfidiam uersus altare S. Leonis, donec demanu summi Pontificis post Imperatorem sacram communionem accipiat: & tunc ad thalamum reducta permaneat usque ad finem missæ. Consueuit autem Imperator larga presbyteria omnibus ordinibus exhibere, quibus ea, cum coronatur summus Pontifex elargitur; uidelicet episcopis, presbyteris, & diaconis Cardinalibus, primicerio & cantoribus, subdiaconis basilicarijs & regionarijs, vniuersitati cleri Romani, capellanis, et cæteris officialibus et ministerialibus curiæ; præfecto Vr bis, senatoribus, iudicibus, aduocatis, et seriniarijs, ac præfectis naualium. Consueuit etiam Rex, quando descendit de monte Gaudij, et uenit ad ponticellum, præstare hoc iuramentum Romanis: Ego Carolus Rex futurus Imperator iuro, me seruaturum Romanis bonas consuetudines suas.

Sic me Deus adiuuet, et hæc sancta Dei euangelia, etc.

11 Quia uero propter nostram absentiam nonnulla solemnia ex prædictis, personam nostram tangentia, expedit intermiti; volumus atque decernimus, quod non obstantibus his, quæ superius describuntur, in gradibus scalarum dictæ basilicæ Principis Apostolorum idem Rex Romanorum solemnitate & honorificentia debitis recipiatur ad osculum per te ac legatum eundem, stantes in ordinibus uestris, induti tamen, omnes pluiualibus processionaliter obuianes eidem cum subdiaconis & acolythis, primicerio & cantoribus, astantibus circa te dictumque legatum magnatibus, nobiles, officialibus, & ministerialibus aulae nostræ. Aurum uero quod Rex in eisdem gradibus Apostolico consueuit offerre post genuflexionem & deosulationem pedum, omittis illis, quas nec tibi nec dicto legato faciat idem Rex, quia soli Romano Pontifici competunt & debentur, in eodem loco per eundem Regem tibi & dicto legato humiliter offeratur, ita dicentem: Si sanctissimus pater dominus noster dominus Innocentius summus Pontifex esset hic præsens, sibi offerrem aurum istud presentialiter: sed propter eius absentiam offero sibi aurum istud uobis dominis episcopo et legato recipientibus illud, uice ac nomine dicti domini nostri Papa. Quo facto idem Rex, existens in medio tui & dicti legati, ueniat cum utroque uestrum ad altare S. Mariæ in turribus: & cum ibidem fuerit, publice, in præsentia tui & dicti legati, recipientium nostro & ipsius ecclesiæ Romanæ nomine, præstet idem Rex sacramentum suo expresso proprio nomine de uerbo ad uerbum, prout superius continetur. Renouet etiam sacramentum, per procuratores suos præstitum suæ approbationis tempore coram nobis secundum tenorem supra descriptum. Et si in aduentu suo in gradibus, ubi eadem tu & legatus obuiaueritis antefatus, renouationem prædictam facere præligeret, contentamur.

Tu uero, ut præmittitur, missam celebres & Regem prædictum inungas, prout in ordinario continetur. Latania dicat diaconus, qui tibi celebranti in missarum solemnibus ministrabit. Orationem autem, quam dicere debet prior presbyterorum Cardinalium, dicat idem legatus. Præstito autem in capella S. Mariæ de turribus iuramento, prædictus legatus cum Rege remaneat memorato. Orationem uero, qua dicenda competit episcopo Albanensi, tu dicas loco & tempore debitis: sed orationem quam deberet dicere Portuensis episcopus, si adesset, dicat præfatus legatus. Receptio autem ad osculum inter diaconos Cardinales post confessionem in altari B. Petri factam, quia soli Romano Pontifici competit, & concurrit cum osculo pectoris, omitatur. Tu autem & prædictus legatus imponas mitras suo modo Regi suæque Regine prædictis, prout in dicto ordinario de summo Pontifice continetur, & diademata Regi & Regine prædictis. Verba uero dicenda in impositione diadematum, scilicet, Accipe signum gloria, quo ad Regem, item, Accipe coronam imperialis excellentie, quoad Reginam, dicat idem legatus alte atque sonore, ita quod ab assistentibus audiantur: licet enim ratione prioratus hoc eidem legato non competat; quia tamen ipse in legatione nostram repræsentat personam, hoc per eum, volumus adimpleri; & tu uerba eadem uoce-

Qua prece lustranda a Pont.

Alia cum linitur sacro balsamo.

* apud eum

Munera a Cæsare elargienda.

Iurandum Romanis nunc cupandū ab Imp.

Absente Pontifice plura committenda

Præfata oblitiōe facienda

Secretum procuratoribus dati renouandi iudicium.

Agilō Carolo ob legationem imponere diademata

submissa dicas sic, vt nequaquam audiri possint, sicut in consecrationibus prelatorum fieri consuevit per coassistentes principaliter consecranti. Verba autem competentia in assignatione gladii post sceptrum & pomum aureum ipsumque gladium, per te & legatum eundem tradita, scilicet, *Accipe gladium ad vindictam malefactorum*, tu idem alta & sonora voce dicas & proferas, predicto legato submissa voce eadem verba dicente, prout in verbis impositionum mitrarum & diadematum superius est expressum.

12 Decantato autem euangelio, Rex coronandus offerat aurum, quod ad pedes Romani Pontificis consuevit offerri, ad pedem maioris altaris, quod tu & legatus idem nostro recipietis nomine. Cetera vero solemnia peragantur cum omni solemnitate & honorificentia, prout in ordinario continentur. Oblatio vero calicis & ampullæ per Imperatorem iam coronatum, decantato euangelio, corona & manto depositis, more subdiaconi Romano faciendæ Pontifici, & assistenti eidem faciendæ per Imperatorem donec Romanus Pontifex ad sedem propriam reuertatur, quia soli Romano Pontifici competunt, omittantur. Idem tamen Imperator, si voluerit, sacram communionem de manu recipiat celebrantis, osculo tamen omisso. Quibus peractis, ad thalamum rediens, in ambone resumat mantum pariter & coronam. Processus autem huiusmodi Imperatoris ad locum, vbi summus Pontifex equitare debet, & detentio stapedij sella eius, & arrepto freno equi, cui Romanus Pontifex insideret, adextratio officijque stratoris exhibitio, quia soli Romano Pontifici competunt, & presentiam ipsius exigunt corporalem, omittantur omnino: reliqua autem solemnia, prout exprimuntur in ordinario, solemniter & honorifice compleantur.

13 Quia autem, vt ex predictis apparet, multæ obseruantia, multaque solemnia, multaque reuerentia & honorificentia Romano Pontifici competentia propter nostram absentiam, omittuntur, protestamur & volumus, & apostolica auctoritate discernimus, quod nullum ex hoc iuris vel facti Romanæ ecclesiæ ac nobis nostrisque successoribus præiudicium generetur, quin cum casus Regis Romanorum in Imperatorem coronandi occurreret, omnia exhibeantur & fiant per coronandos Reges Romanis Pontificibus, sicut in forma, quæ in archiuo ecclesiæ & pontificali ordinario continetur eidem superius descripta, seriosius est expressum. Ad eiusdem autem ecclesiæ Romanæ, nostram, & successorum nostrorum conseruationem iuris atque cautelam volumus, per te ac dictum legatum ab eodem tam Rege coronando, quam Imperatore coronato, expresse his nostris protestationi & decreto consentiente, recipi patentes literas quadruplicatas de verbo ad verbum, tenorem presentem continentes, suo regali primum sigillo, & postmodum sua imperiali bulla aurea communitas: quas tu & idem legatus, aut alter vestrum nobis aut cameræ nostræ fideliter assignetis. Quod si te vel dictum legatum, cui similes literas mutatis mutandis dirigimus, contigerit forsitan impediri, ille vestrum, qui executioni præmissorum vacare potuerit, ea omnia exequatur. *Dat. Avin. 11. kal. february, pontificatus nostri anno III.* [Repetitis his Innocentij literis, subiicit Carolus.]

14 Cum igitur, sanctissime pater & domine reuerendissime, propter vestræ sanctitatis absen-

tiam circa imperialis coronationis nostræ solemnia nonnullas obseruantias, & multa solemnia, variasque reuerentias & honorificentias, quæ Romano Pontifici competere, vt ex eiusdem sanctitatis vestræ literis reuerendo in Christo patri domino Petro Ostiensi episcopo Cardinali Apostolicæ sedis nuntio amico nostro charissimo directis colligitur, contingat omitti; & ob hoc fueritis in eisdem apostolicis literis protestati, volueritis quoque, & auctoritate apostolica duxeritis discernendum, quod ex hoc nullum Romanæ ecclesiæ, vobis, & vestris successoribus iuris vel facti præiudicium generetur; quin occurrente casu, quo Rex Romanorum in Imperatorem fuerit coronandus, omnia exhibeantur & fiant per coronandos Reges Romanis Pontificibus, sicut in forma superius descripta, quæ in archiuo ecclesiæ & pontificali ordinario continetur, clarius, vt præmittitur, est expressum; nos qui supra Carolus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, & Boemia Rex supradictis protestationi & decreto sanctitatis vestræ consentimus expresse, omnia & singula iuramenta in literis sanctitatis vestræ predictis contenta eactis sacrosanctis euangelij in manibus predicti domini Cardinalis Ostiensis nomine Romanæ ecclesiæ, sedis Apostolicæ, atque vestro, & de mandato vestro recipientis, iurauimus & iuramus, præstitimus & præstamus, promittimus & spondemus: de qua receptione tam per nostras presentes, quam ipsius domini Cardinalis recipientis literas plene constat. Et ad predictorum omnium perpetuam rei memoriam, & sanctæ Romanæ ecclesiæ, ac sedis Apostolicæ, & Romanorum Pontificum securitatem, iuris conseruationem, atque cautelam presentes literas quadruplicatas tenore predictarum literarum sanctitatis vestræ eis de verbo ad verbum inserto scriptas, & regia maiestatis nostræ sigillo munitis eidem sanctitati vestræ concessimus, & eas etiam per eundem dominum Ostiensem Cardinalem duximus transmittendas; promittentes & obligantes nos cum omni efficacia & effectu, quod post imperialis diadematis coronationem susceptam predicta omnia ratificabimus, iurabimus, & renouabimus, & de his omnibus nostras patentes dabimus literas quadruplicatas, de verbo ad verbum predictarum literarum vestrarum seriem continentes ad perpetuam rei memoriam, & ad securitatem iuris conseruationem, & cautelam vestram, successorum vestrorum, sanctæ Romanæ ecclesiæ, & sedis Apostolicæ imperialis maiestatis typario communitas. *Datum Romæ ante susceptionem imperialis nostræ corone anno Domini MCCCLV. indictione v. 11. non. aprilis, regnorum nostrorum anno IX.* Ego Ioannes Dei & Apostolicæ sedis gratia Luthomusensis episcopus, aule regie cancellarius, vice reuerendi in Christo patris domini Guillelmi Colonienfis archiepiscopi sacri imperij per Italiam archicancellarij recognoui, & manu propria subscripsi.

15 Extant aliæ a eadem verborum formula conceptæ post susceptum in signe augustale datæ, ijsque ad calcem hæc adiecta, quibus superior corroborat: *Nos qui supra Carolus IV. diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & Boemia Rex supradictis protestationi & decreto, sicut ante coronationem nostram imperialem consensimus, ita denuo sanctitati vestræ consentimus expresse: nec non omnia & singula iuramenta, in literis sanctitatis vestræ predictis contenta*

Firmatus
Carolus
Imp.

Omissa
exhibitu
iri a suc
cessuris
Cæsarib⁹
præsenti
Pontifici
sancti.

Data hæc
de re ante
susceptū
in signe
imperiale
litera.

Et post su
ceptum .
a Ext. in
eod. cere
mon. M. S.
bibl. Vat.
sign. n.
4737 pag.
266.

ante dictam coronationem per nos præstita, & consensum prædictum renouamus, & de nouo iuramus, tactis sacrosanctis euangelijs, in manibus prædicti domini Cardinalis Ostiensis, nomine Romanæ ecclesiæ, sedis Apostolicæ atque vestro, & de mandato vestro recipientis: de qua receptione iam per nostras præsentis, quam ipsius domini Cardinalis recipientis literas plene constat. Et ad prædictorum omnium perpetuam rei memoriam, & sanctæ Romanæ ecclesiæ, ac sedis Apostolicæ, & Romanorum Pontificum securitatem, iuris conseruationem, atque cautelam præsentis literas quadruplicatas, tenore præsentium literarum sanctitatis vestrae eis de verbo ad verbum inserto, imperialis maiestatis typario communitas eidem sanctitati vestra concessimus, & eas per eundem dominum Ostiensem Cardinalem duximus transmittendas. Dat. Romæ post susceptionem imperialis nostræ corona anno Domini MCCCLV. indictione VIII. non. aprilis regnum nostrorum anno IX. imperij vero primo. Confirmavit etiam a singulis nationibus, quas antea cum Clemente VI. iniuerat.

Sanctissimo in Christo patri & domino suo domino Innocentio, digna Dei prouidentia sacrosanctæ Romanæ & vniuersalis ecclesiæ summo Pontifici, Carolus IV. diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus & Boemiarum Rex, cum reuerentia debita pedum oscula beatorum.

Sanctissime pater & domine reuerendissime, literas sanctitatis vestrae, quas clementia vestra nobis curauit transmittere, de manibus reuerendi in Christo patris domini Petri Ostiensis episcopi A. S. N. amici nostri charissimi in ciuitate nostra Senarum in imperiali palatio cum reuerentia debita & honore congruo deuote suscepimus, quarum tenor sequitur in hæc verba.

Innocentius episcopus seruus seruorum Dei, charissimo in Christo filio Carolo Regi Romano illustri salutem, &c.

Sicut filius benedictionis & gratiæ, humilitatis a Domino virtute præuentus, deuotionis & fidei tuæ zelum Romanæ ecclesiæ matri tuæ olim offerens, reuerenter iuramentum, quod series infra scriptarum literarum, tuo pendenti munitarum sigillo, continet seriose, dudum in manibus bonæ mem. Geraldii episcopi Tridentini, tunc archidiaconi de Balthesio in ecclesia Constantiensis capellani sedis Apostolicæ, de mandato per felicis recordationis Clementem Papam VI. prædecessorem nostrum eidem Geraldo facto, prædecessoris & ecclesiæ prædictorum ac Apostolicæ sedis nomine recipientis, tactis per te sacrosanctis euangelijs, sicut per easdem literas plene constat, corporaliter præstitisti; promittens teque firmiter obligans cum omni efficacia & effectu, quod post imperialis diadematis a te coronationem susceptam omnia in iuramento & literis contenta prædictis ratificares, confirmares, recognosceres, faceres, seruares, & iurares, ac de supra dictis omnibus infra VIII. dies tuas patentes literas dares quadruplicatas prædictarum literarum seriem continentes ad perpetuam rei memoriam, & ad securitatem & cautelam dicti prædecessoris & successorum ipsius, ac Romanæ ecclesiæ & sedis Apostolicæ prædictorum imperialis maiestatis typario communitas. Quare magnificentiam regiam paterno rogamus & hortamur affectu, quatenus ut deuotionis & fidei ac reuerentiæ seruire huiusmodi cum tuæ promotionis & exaltationis augmento per clara tuæ

cellitudinis gesta erga nos & præfatam ecclesiam, creuisse demonstres, in manibus dilecti filij Agidij tit. S. Clementis presbyteri Cardinalis legati, venerabilis fratris nostri Petri Ostiensis nuncijs sedis Apostolicæ, vel alterius eorundem, quos ad tui præsentiam duximus destinandos, quibus & cui libet eorundem in solidum iuramenti & aliorum prædictorum omnium & singulorum receptionem per nostras literas speciales commisimus, post susceptum per te, ut præmittitur, ipsius imperij diadema omnia in iuramento & literis contenta prædictis ratifices, confirmes, recognoscas, facias, ac præstes de nouo simile iuramentum, nobisque super his omnibus & singulis iuxta tuam promissionem & obligationem easdem prædictas literas quadruplicatas, eiusdem imperialis maiestatis typario communitas, in eis tenore prædictarum tuarum literarum inserto concedas, illasque nobis per eosdem vel alterum eorundem transmittas. Tenorem autem prædictarum literarum tuarum, ut de ipsis plenam certitudinem habeas, de verbo ad verbum præsentibus inferi fecimus, qui talis est.

Sanctissimo in Christo patri & domino suo domino Clementi, sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ summo Pontifici, Carolus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus & Boemiarum Rex cum reuerentia debita ac deuota pedum oscula beatorum. Summis & feruentibus desiderijs in spiritu humili cupientes sanctitatis vestrae pedibus & Apostolicæ sedi toto corde & animo zelum nostræ reuerentiæ, fidei, & deuotionis offerre &c.] Reperitur literæ Caroli iā ante a nobis allatæ a, quibus Romanæ ecclesiæ iura, cum pontificium decretum, quo regia electio rata habitæ est, ab internuntio Apostolico illi traditum est, confirmavit, atque hac temporis nota consignata sunt: *Dat. Tridenti v. kal. maij anno D. MCCCLVII. regnum vero nostrorum anno I. [Quibus subiicit Carolus.]*

Tanto itaque feruentius ad sanctitatem vestram, Romanam ecclesiam, & Apostolicam sedem zelo fidei & deuotionis accensum, quanto fumus amplius per susceptionem imperialis diadematis diuinæ gratiæ munere sublimati; omnia in iuramento & literis contenta prædictis ratificamus, confirmamus, recognoscimus, & ea seruabimus, & etiam faciemus; ac similia iuramenta, prout in eisdem continetur literis, de nouo præstamus, facimus, & renouamus: ac prædicta omnia & singula inuolabiliter obseruare & obseruari facere, & nullo vnquam tempore contrahentire denno iuramus ad sacrosanctæ Dei euangelia, corporaliter tacto libro, in manibus supra dicti reuerendi in Christo patris domini Petri Ostiensis episcopi A. S. N. amici nostri charissimi, nomine Romanæ ecclesiæ eiusdem, sedis Apostolicæ, ac vestro & de mandato vestro speciali recipientis: de qua receptione tam per nostras præsentis, quam ipsius recipientis literas plene constat. Et ad prædictorum omnium perpetuam rei memoriam, & sanctæ Romanæ ecclesiæ, ac sedis Apostolicæ & Romanorum Pontificum securitatem atque cautelam præsentis literas quadruplicatas tenore prædictarum literarum nostrarum eis inserto, imperialis maiestatis typario communitas, iuxta promissionem & obligationem nostras prædictas sanctitati vestra concessimus, & eas etiam per eundem dominum Ostiensem episcopum duximus transmittendas. *Datum Romæ post susceptionem imperialis nostræ corona*

Confirmata a Carolo
lo nationes antea
iurata.
a Ext. in
arce S.
Ang. & in
lib. priuil.
Rom. eccl.
10.3. pag.
108. 128.
156. & in
ter collect.
Plat. 10.3.
pag. 108. et
M.S. bibl.
Vall. sign.
dis. B.n. 12
pag. 356.
et lit. D.n.
1. pag. 55.
Illius ca.
de re liter.
ra.

Innocentij
lit. quibus id
poscitur.

Qui ad
lud fieri
mentum
exigent
deligat

4 Ann
Chr. 131
7.1.6

Coram
Ostien
episcopo
superior
confirmat
ra.

rona anno Domini MCCCLV. indictione VIII. nonis aprilis regnorum nostrorum anno IX. imperij vero anno I. Ego Ioannes, Dei & Apostolicae sedis gratia Luthomasterfis episcopus. sacrae imperialis aula cancellarius vice reuerendissimi in Christo patris domini Guillelmi Colonienfis archiepiscopi sacri imperij per Italiam archicancellarij recognoui, & manu propria subscripsi.

17 Afferentis ita mox a correpto augustali insigni Romanae ecclesiae iuribus, nouus Imperator basilicae Principis Apostolorum egressus conscendit aurea corona conspicuus generosum equum gestans dextra aureum sceptrum, sinistra orbem, in quo crux ex auro eminebat, stipantibus Romanis principibus, atque Imperatrice proxime sequente ad Lateranensem magna pompa perrexit a, tanto apparatu & concursu, ut Germanorum ad quinque, Itolorum ad decem equitum millia & eo amplius illam ornarent. Post solemnes vero epulas venatus specie ex Vrbe se subduxit b ad S. Laurentij basilicam extra Urbis eiusdem moenia, ut Pontifici obsequeretur, ne qui a Romanis nouarum rerum cupidus tumultus concitarentur; qua de re haec M. S. Vaticanum c: *Eodem anno, nempe MCCCLV. dominus Carolus Rex praedictus descendens in Italiam coronam imperialem suscepit, & uxor eius cum eo in basilica sancti Petri in die sancto pascha, statim Romam exiens eo die. Commendat quidem Dubrauius d Caroli in Pontificem fidem, qui Romanos summam reipublicae sibi deferentes represserit: Instans, inquit, Romani, ut Augustus Urbem augustam tanquam hereditatem suam iure inuadat, aut Romanos in antiquum statum restituat. Deliberaturum se ille respondet, Vrbeque per uenandi simulationem egressus in castra tendit, seuerissimum inde mandatum datus, ut finem tandem Romani mutandis innouandisque dominis imponant, memores sacramenti apud Romanum Pontificem semel depositi.*

18 Digressus Roma Senas, eam urbem Nicolao fratri patriarchae Aquileiensis tradidit e: sed breui illius iugum Senenses excussere, grauiissimeque inter se de urbis principatu dissentire g Nec pacate fuere Pise, insidij enim Carolus appetitus, h ac primum palatij incendio, deinde aperta seditione mota, tentata eius vita: sed a Marquardo episcopo Augustensi factioni repressi, & praecipui coniurationis auctores capite truncati. Discussa ea proditorum factione, Italici pertasus soli marchionem Montisferrati proregem caesarem creatum in Italia i, & Marquardum episcopum Augustensem Pisanae urbi praefecit: *Forfan, inquit Cortusij l, Italia formidans insidias, omisit Lombardorum infestationibus & querelis, dominus Imperator cogitauit redire Boemiam. Sic eodem anno mense iunij, transitum faciens per Lombardiam, intrauit uallem Valcamonica, qui per Alemanniam Pragam est reuersus. Quid gloria sit facturus per ipsum, ipse nouit, cui honor & gloria sit secula seculorum.* Haec de Caroli reditu m coniungenda uisa sunt, ne eadem subinde reperere cogere mur. Nunc de auxilijs ab ipso ecclesiae, ut mutuo officijs cum ipsa certaret, pro reuocandis ad Apostolicae sedis obsequia perduellibus praestitis sermonem instituiamus.

19 Gerebat cum tyrannis, qui ditionem pontificiam discerperant, bellum Aegidius Cardinalis legatus, spesque ingens affulserat ex Caroli in Italiam aduentu felices successus non defuturos. Quam expectationem de eo conceptam Pontifex exaratis iv. idus februarij literis Carolo

exposuit a: *Legatus, conductis armigeris gentibus, equitibus & peditibus in numero copioso, circa recuperationem huiusmodi a magno tempore citra solenter ac uigilanter intendens, per gratiam Dei & merita B. Petri Apostolorum principis, cuius prosequitur in hac parte negotium, multum profecit, & profuturus amplius, postquam Deus se in Italiam descendere sua benignitate concessit, nemine dubitante speratur. Premebantur bello, Malatestae opera Gentilis & Moliano, qui Firmum ecclesiae restituerat: cum Ordelauffus metuens Malatestis deiectis, belli molem in se uersum iri, Gentilem subornauit b, ut Firmanam tyrannidem iterum corripere, sua ac Malatestarum auxilia pollicitus. Is etiam Gibellinae factionis signifer, ut imperialis nominis afferendi specie Ludouici Bauari nomine tyrannidem corripuerat, ita Carolum, dum Pisis agebat, uindicandae in suum splendorem imperialis dignitatis colore facile se corrupturum, ratus, ipsiusque patrocinium e blanditurum, Pisas contendit. Sed ne in conspectum quidem ipsum, utpote defixum pontificio anathemate, admittere Carolus uoluit c. Neque etiam Malatestis fuit: cum enim Aegidius Cardinalis aduersus eos auxilia ab ipso flagitaret, ac suaderent aliqui, ut rem extraheret, Carolus qui politicae Gibellinae artes perspectas habebat, respondit non modo submissurum se copias ad perduelles edomandos, sed bellicos quoque labores ad ecclesiasticam ditionem Pontifici restituendam, eripiendamque ex inuasorum manibus in castris subiturum. Quas egregias uoces ab ipso proauitatas cum audisset Innocentius, gratias illi hinc literis egit d.*

Innocentius, &c. charissimo in Christo filio Carolo Regi Romanorum illustri.

Dilectus filius noster Aegidius tit. S. Clementis presbyter Cardinalis A. S. L. per suas literas scripsit nobis, quod cum ipse ad magnitudinem tuam pro auxilio reuocando circa recuperationem terrarum ecclesiae Romanae matris tuae, quas Malatestae & Galeoti de Malatestis militum Ariminensium, & quorundam aliorum rebellium & proditorum ipsius ecclesiae tyrannica occupauit ambitio, recursum fiducialiter habuisset, tu filialis deuotionis ardore succensus erga ecclesiam antefatam, licet consiliariorum tuorum deliberatio responsum super hoc differendam in diem aliam suaderet, in respondendo moram non patiens, & consilium non expectans, post grates redditas de recursu habito, & multa uerba, quae de armario pectoris tui educebat sincera deuotio, & quae te filium gratitudinis, filium utique benedictionis & gratiae indicabant, respondisti gratanter & placide, quod cum negotia ipsius ecclesiae tuae propria reputares, intendebas illa non solum gentium tuarum destinando praesidio diuulganda suscipere, sed potentiae tuae uirtute in persona propria promouere: & patientis explicans catholici animi tui zelum adiecisti, quod in ijs & quibuslibet alijs necessitatibus ipsius ecclesiae sic adesse propitius, sicque fauorabiliter assistere proponebas eidem, quod etiam tua differres promouenda negotia, ut eidem ecclesiae incumbentibus quibuscunque promotionis operam adhiberes. Haec sane, Christianissime princeps quanta sit tuae sinceritas deuotionis ad Deum patenter insnuant; haec quanto ad eandem ecclesiam affectu charitatis attenderis manifestant; haec in nobis multiplicant gaudia, letitiam augent, & ad laudes Creatori nostro, qui hanc tibi

1. Mart. Vill. 5. c. 2. Celeberrimi conuersus habitici. M.S. bibl. Vat. sign. n. 1040. et aliud sign. n. 1755. M.S. sign. n. 3765. d. Dubrauius. lib. Boem. 1.2. Tentant Romani Carolum in Vrbe retinere. Repulsi, Carolo si dem com modo pre ferente. Mart. Vill. 5. c. 20. Conflata Pils in Carolum coniuratione. f. Bod. lib. 236. Cap. 55. Cap. 37. M.S. bibl. Vat. sign. n. 1040. et aliud n. 3765. Arg. in Chron. German. l. 109. c. VI. apud B. G. Cor. lib. 1.11. c. 11. Rebd. n. annal. Dubr. 1.22. Marquardus a Car. praefectus Italicae. M.S. bibl. Vat. sign. n. 3765. l. 1. c. 11. Redius? Caroli in Germ. Mart. Vill. 5. c. 40. Leon. Herim. 1.8. lib. Flor. Aut. 3. p. 11. c. 1. g. p. 3.

a To. 3. ep. Secr. pag. 38. b Mart. Vill. 1.4. c. 52. c Eod. l. 4. e. 43. Profite tur affu erit se Po tifici pro recuperanda illius ditione. d To. 5. ep. Secr. pag. 23. Acte illi ab Inno centio gratia.

tibi mentem formavit, exhibendas indefinenter accendunt, &c. *Dat. Avin. 111. id. february anno 111.*

20 Præmonerat Carolus Pontifex 111. non, ianuarias, ne se Malatestarum illecebris ac dolis irretiri sineret, ipsoq; Joannis XXII. & Clem. VI. edictis incussas pœnas contraxisse, & in eos, ut hæreseos nota inustus iudiciario iure animadversum iri significat. De spreta vero ab ipsdẽ tyrannis apostolica mansuetudine, hæc habet a; *Mansuetudine ipsius ecclesie abutentes in superbia & contemptu, non solum civitatem, nimirum Ariminensem, & loca ipsa per eos, ut præmittitur occupata, in Flaminia scilicet, dimittere non curant, prout nec curant: immo ad civitates & alia loca residua ipsius ecclesie occupanda injicientes cupidos oculos, erigentes avaros animos, & manus avidas extendentes, civitates & terras ac loca fere omnia maritima Anconitana, quæ ad ipsam ecclesiam nullo medio pertinent, occuparunt & detinuerunt per annos plurimos, prout detinent, occupata in animarum suarum periculum, & scandalum plurimorum, &c. Dat. Avin. 111. non. ianuarij anno 111.*

Instructus legatus Caroli Germanico equitatu, magnisq; cœtorũ auxilijs b, Malatestas ad officium repocavit, recuperatum e est Firmum, excipientibus vltro Gentilis e Moliano, quem Pontifex ob proditionem iudicio postularat d, iugum civibus Recinetum liberatum obsidione, & Galeottus Malatesta repetita clade deletus captusque e quo fraterno casu cõsternatus tyrannidis socius, cum Ludouicus Siciliæ Rex Accaiolum pro eo ecclesia conciliando misisset f, clementiam potius pontificiam, quam severitatem experiri Malatesta decrevit; de quo Pontifex ad Aegidium Cardinalem gratulatorias literas dedit g. Admissus in gratiam est Malatesta, traditaque illi ad decennium præfectura Arimini, Pisauri, Fani, ac Forisempronij, sex millium aureorum censu imperato h, Anconam vero, quam ab ijs ereptam ecclesie vidimus, restitutam ait auctor vita Nicolai Laurentij, ac duabus arcibus firmissimis a legato munitam; præfectos etiam eosdem exercitui ecclesiastico adversus Franciscum Ordellaffum tyrannum Foroliuensem, quem perfidum canem, Patarenum, ecclesieque perduellem appellat, anis iam triginta anathematis nexibus deinctum; tum adversus Manfredianos spurios, qui Faventiã feruitutis iugo oppræsserant, eius pertinaciã imitatos, quos populorum, quorum incumbabant ceruicibus, sanguinem exfluxisse, describit Pontifex in literis ad Ludouicum Vngariæ Regem, datis. i

21 Ad edomandam potro ipsorum peruicaciam Innocentius sacram expeditionẽ indixit, fidelesq; propostis indulgentiarum præmijs, veluti in hostes religionis concitandos censuit; qua de re ad Venetos, Florentinos aliosque Italiae populos & magnates hæc scripsit l: *Habita cum fratribus nostris deliberatione matura, contra ipsos, Ordellaffum scilicet & Manfredianos, præter carnem de humanitate nihil habentes, verbum crucis cum indulgentijs & remissionibus consuetis per Italianam & certas partes alias mandauimus predicari.* Non sine causa hos tyrannos nil præter carnem habuisse humanitatis queritur Pontifex, cum referat Vita Nicolai Laurentij auctor m, Ordellaffum septem sacerdotes, qui ecclesiasticum interdicitum violare recusabant, laqueo præfocari, ac septem alios nudari cute iussisse, ut horrendo illo martyrij genere ceteros terretet: cumque

se percussum censuris audisset, Pontificis & Cardinalium effigies, rogo excitato, concremasset: iactasse Pontificum anathemata ciborum exquisitissimorum sapes non mutare, neque corpora vlllo mali genere offendere. Et qui impius in Pontifices, ac religionis contemptor erat, tygride ferocior filios, dum ipsum cum lacrymis rogabant, ne se manifesto exitio exponeret, necauit, ut videbitur inferius. Superiora porro flagitia, quamuis non referat Pontifex, immania tamen patrafse indicat, dum describit indicti sacri huius belli causas in literis scriptis a ad Aegidium Cardinalem A.S.L. cui illius gerendi cura erat demandata, superius designatas, nimirum Forum Liuij, Cælenam, & Forum Popilij, Castrum Carum, Meldulam, Brittenorium ab Ordellaffo, Fauentiam a Guillelmo & Ioanne in feruitutem redata; trium Pontificum Ioannis, Clementis, & Innocentij censuras contemptas, atque ecclesie clementiam habitam ludibrio: *O damnationis & ira filij. O perditionis & calamitatis alumni. O semen Chanaam, semen nequam. Quid vltira potuit eis eadem ecclesia facere & non fecit, de contingentibus nil omittens. De throno Dei iudicium prodeat, & cunctorum fidelium oculi videant aequitatem.* Et infra: *Excurgant, qui peregrinas lustrantes provincias, maria transeuntes, novos aduertes populos, & regiones extraneas peragrantes, pro fidei dilatatione præfata, idololatrias et infideles alios in remotis expugnant: et hos pullos vipereos, immo ipsi pestilentiores periculosioresque viperis, matris ecclesie latera corrodescentes, in ipsius ecclesie vtero, eorumdem scilicet fidelium cœtu grassari vltierius non permittant, etc. Dat. Avin. xvi. kal. ianuarij anno 111.*

Non tantam ac Franciscus Ordellaffus & Manfrediani pertinaciam in defendenda tyrannide prætulere Bernardinus & Guido Polentani b Raennates, qui Raennam & Ceruiam, aliaque nonnulla oppida & arces occupabant, atque in scelere Eustachio Polentano iauasori successerant. Quamuis vero hi censuras a Ioanne XXII. ecclesiasticam ditionem occupantibus incussas, atque a Benedicto XII. & Clemente VI. renouatas contraxissent, ac spretis ijs hæreseos nota potuissent iniuri; in ius tamen vocati e comparuere apud pontificia subsellia, ecclesieq; imperijs parituros se spondere. In quos Innocentius clementiam explicandam ratus, censuras omnes, quibus erant deincti, publico diplomate dissoluit d. Describit pluribus Hieronymus Rubens e quo ritu Raennates postea ecclesie conciliati, ac pœnis, quibus legibus superiorum Pontificum de perduellionibus tenebantur, exempti fuerint.

22 Hoc anno Innocentius ad supremi in Sicilia imperij iura asserenda, Ioannam Reginam Siciliae, clientelarem sponsonem solemnĩ ritu exhibere subterfugientem, nec soluentem anquum, ve & gal, anathemare perculit, Siciliamque ceteriorem sacris interdixit; tum Ludouicum Regem negligentia in procuranda eiusdem census solutione reum sacrorum cõmunionẽ submouit: qua de re edicta Innocentij proluxiora postea Vrbenus V. eius successor breui hac narratione collegit. f

Vrbanus, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Dudum felicis recordationis Innocentius Papa VI. prædecessor noster pontificatus sui anno 111. attendens, quod in concessione facta claræ memoriæ Carolo I. Regi Siciliae de regno Siciliae & terra citra pharum per ecclesiam Romanam,

Sollicitatur, vt in suscepta mente perster.
 Montur ne a Malatestis se subornari sinat.
 a To. 3. ep. sac. pag. 1. De horũ in ecclesiã graffationibus.

Firmum receptum b Ibid. pag. 35. 36 e Matth. Vill. l. 5. c. 57. Recinetũ liberatũ d To. 3. ep. sac. pag. 24. & 125 Malatesta gratiam ecclesie ambit. e Matth. Vill. l. 5. c. 18. & Vita Nic. Laur. e. 18. Voti cõpos sit. f Matth. Vill. l. 4. c. 92. In Franciscum Ordellaffum versa arma. g To. 3. ep. sac. pag. 108. h lb. pag. 123. & pag. 153. i lb. pag. 232.

l Ibid. ep. sac. pag. 249. 250. In eum & Manfredianos religiofa indicta milita. m Vita Nic. Laur. e. 18. Eiusdem in sacerdotes immanitas.

Ludibria in Pont. & Card. pales.

Crudeles in filios.

a To. 3. ep. sac. pag. 218.

Ve hi rãaliã sint clementia. Pontifici.

Ve infidelibus nequiores cruce expugnandi.

Polentani cum Pontifice in gratiam restituti. b To. 3. ep. sac. pag. 17.

e Rub. hij. Raen. l. 6.

d Lib. m. stell. pass. pag. 137. e Rub. hij. Raen. l. 6. Ioannam & Ludouicum postulatũ iudicio ab Innocentio.

f Vrben. an. 1. ep. com. 191.

g Litera Vrbeni V.

nam, quæ in dictis regno & terra maius dominium obrinet, inter alia continetur, quod pro toto generali censu ipsorum regni & terræ octo millia vnciarum auri ad pondus ipsius regni in festo B. Petri Apostolorum principis, vbiicumque Romanus Pontifex foret, ipsis Romano Pontifici & ecclesiæ annis singulis soluerentur; & quod, si heredes Regis ipsius, in eodem regno quocumque termino non soluerent integre censum ipsum, & expectati per duos menses dictum terminum, immediate sequentes non satisfacerent plene de illo, eo ipso essent excommunicationis vinculo innodati; quodque, si secundo termino infra sequentes duos menses sine diminutione qualibet non persoluerent ipsum censum infra duos menses proximos per plenam satisfactionem eiusdem census heredes iidem sibi; non ducerent consulendum, ita quod transacto eodem termino, & duobus proximis subsequenibus mensibus, non esset de huiusmodi octo millibus vnciarum ipsius primi termini eidem ecclesiæ integre satisfactum, ab eisdem regno & terra ipsorumque iure caderent ex toto, ac ipsa regnum & terra integre & libere reuerterentur ad ecclesiam antefatam, & insuper dicti heredes ipsius Caroli homagium ligium facere, & iuramentum fidelitatis præstare secundum formam in dicta concessione contentam, si Romanus Pontifex in Italia foret, infra sex menses, si vero eum extra Italiam esse contingeret, infra annum, postquam dicti heredes regni præfati dominium adepti forent, Romano Pontifici & ecclesiæ Romanæ tenerentur, & singulis Romanis Pontificibus ac eidem Romanæ ecclesiæ innouarent eam ipsum homagium, quam huiusmodi iuramentum, & quod in optione & beneficio esset Romanæ ecclesiæ heredes ipsos vocare ad præstandum personaliter iuramentum fidelitatis, & faciendum ligium homagium Romano Pontifici & eidem ecclesiæ, vel aliquem Cardinalem ipsius ecclesiæ aut alium, qui vice Romani Pontificis iuramentum iuxta eandem formam & homagium reciperent, destinare; quodque charissima in Christo filia nostra Ioanna Regina Sicilia illustris, quæ in dictis regno & terra iuxta formam concessionis ipsius memorato Carolo Regi successit, hæc incõsulte præteriens, nec huiusmodi censum in tribus continuis, & pluribus vltioribus terminis solvere, nec biennio tunc elapso ligium homagium facere, nec fidelitatis iuramentum præstare, prout personaliter tenebatur, ipsis prædecessori & ecclesiæ pro regno & terra prædictis curauerat, immo negligenter ac contemptibiliter (quamquam super hæc sapius requisita fuisset) prætermiserat, propter quod ipsa huiusmodi excommunicationis sententia innodata, & regnum & terra prædicta interdicto ecclesiastico subiecta fore, ipsamque Reginam a iure dictorum regni & terræ eo ipso ex toto cecidisse, dictaque regnum & terram ad ecclesiam ipsam integre & libere reuersa fore noscebantur; idem prædecessor dictam Reginam excommunicationis vinculo innodatam, ac regnum & terram prædicta interdicto ecclesiastico supposita fore, prout erant, auctoritate apostolica declarauit. Et nihilominus ipsam Reginam, volens cum ea benignius agere in hac parte, auctoritate prædicta peremptorie citauit per publicam citationem edictum, vt nonagesima die post citationem huiusmodi, si consistorium esset, alioquin sequenti ex tunc immediate proxima die, qua consistorium foret, hora consistoriali, quem terminum sibi pro-

peremptorio termino assignauit, compareret personaliter coram eo, auditura sententiam declarationis super commissione facta eidem de dictis regno & terra per eundem prædecessorem, prout de iure existeret, procedendum. Et etiam quia claræ memoriæ Ludouicus Rex Sicilia post contractum per eum matrimonium cum eadem Ioanna Regina, & susceptum per eum ab eadem Regina & vna cum ipsa Regina administrationem regni & terræ prædictorum, quam susceptionem sedes Apostolica approbavit, non fecerat nec curauerat, quod dicta Regina solueret, nec ipse etiam tempore gestæ administrationis huiusmodi soluerat censum, prout per solemnes promissiones & obligationes etiam vinculo proprii iuramenti & excommunicationis pœnæ se astrinxerat quamquam etiam super hoc fuisset per dicti prædecessoris literas legitime monitus; eundem Ludouicum declarauit fore excommunicationis vinculo innodatam: & nihilominus super præmissis & occasione præmissorum nonnullos processus alios contra eosdem Reginam & Regem fecit, prout in diuersis eiusdem prædecessoris literis inde confectis plenius continetur &c. *Dat. Auin. vi. idus february anno 1.*

Interdicto sacris regno mox sociales prædonum turmae sunt excitate a Dyrrachino duce & comite Pipino, quasi iussu pontificio in perduellum Ludouicum signa extulissent. Quo casu Ioanna & Ludouicus attoniti soluendo tum censui non defuere a, atque Innocentius populos monuit b, ne a Ludouico desciscerent, templorumque vsum regno restituit, transmisitque ad Regem ecclesiæ vexillum c vt sub illius tutela & auspicijs hostem debellaret. Sicut fama refert, & te quoque insinuante, percipimus, quidam ex inuasoribus regni Sicilia, quod est Apostolorum Principis peculiaris hereditas, in inuasionem huiusmodi præterunt nomen & titulum, & insuper signum ferunt Romana ecclesiæ matris tuæ. Nos disseminantium & tentantium hæc signa destruere, præsumptionemque damnandam elidere cupientes, vexillum arma exprimens eiusdem ecclesiæ, clauem scilicet, qua illarum elauum typum gerunt, quibus aperitur ad salutem fidelibus, quibusque salutis ianua infidelibus clauditur, desinamus vt sub vexilli eiusdem umbraculo expugnes impugnantes, &c. *Dat. Auin. non. iunij anno 111.* Repetitis literis eundem hisce monitis, vt victoriam referret, instruxit: Age, inquit d, & Dei amorem ad te charitate reciproca recompensans, dilige dominum Deum tuum ex toto corde: & in ipsius semper timore persistens, accinge fortitudine mentem, cor magnanimitate corrobora, & ad exterminium gentium nefandarum, quas in societatem vnã congregauit impietas, quasque aduersum te inuidia & ambitio & ex eis causatum odium excitarunt. Exime gladium, quem ad vindictam malorum, laudem vero honorum a Domino suscepisti, vt subditos tibi populos defendas & protegas, &c. *Dat. Auin. xiv. kal. iulij anno 111.* Distrinxit etiam Innocentius e in prædantes turmas, earumque ductores seueritatem ecclesiasticam, ac dissoluit fœdera omnia, quæ a quibusuis magnatibus cum ijs percussa essent, vel sacramento firmata. Tum Cæsarem vrsit f vt Siculum regnum ab inuasorum grassationibus vindicaret nec non Italos coniungere fœdere annis g est.

Repressit demum hostes Ludouicus Rex, ac Ioannem Pipinum turmarum sociarum ducem, qui Apuliz Regis nomen affectabat, captum.

Ut Ludouicus pro missa non impleuerit.

a Vrb. an. 1. sup. ep. com. 195. b To. 3. ep. fecer. pag. 4. Mart. Vill. l. 4. c. 79. c To. 3. ep. fecer. pag. 115. Transmissum a fœt ad Lud. ecclesiæ vexillum.

d lb. pag. 122. Pont. ad Lud. monita.

e lb. pag. 47. Lara in prædones sententia pœnitentia. f lb. pag. 56. g. l. 107. h lb. pag. 56. 90. Parta ab eo victoria

¶ Vita
 Nic. Laur.
 c. 16.
 Ioannis
 Pipini sup
 plium.

¶ To. 3. ep.
 fecr pag.
 179.

¶ 1b. pag.
 181.

¶ Fazell.
 post. decad.
 1.9.
 Ludouic?
 Trinacri?
 amissa re-
 cuperat.

¶ Tentatū
 frustra ab
 eo Panor-
 nium.
 e. 1. b.
 Adductus
 in suspi-
 cionem
 Aragoni?
 ne Trinac-
 eriaz reti-
 nēda det-
 operam.

¶ Procura-
 tores ab
 eo ad cu-
 riam Pōr.
 transmissi
 f. Ex. in
 c. ser.
 Innoc. VI
 10. 1. pp.
 pag. 296.

merito affecit supplicio: quod Nicolai Laurentij
 vita auctor a accurate describit, circumductum
 nimirum, antequam traderetur neci, corona
 papyracea redimitum, in qua gestorum ab illo
 honorum tituli erant exarati: deinde laqueo e
 patibulo suspensum ac præfocatum. Neque illum
 tristes preces, vt minore ignominia vita orbaretur,
 iuuere: qui si apostolica monita demississet
 in animum, ex impendenti exito euassisset. Sop-
 pitum etiam est intestinum bellum, a principe
 Dyrrachino concitatum. Excitauit vero Ludouicum
 Pontifex b ac Ioannam Reginam, vt ad tem-
 perandum probe regnum iustitiam magna integritate
 administrarent: *Iustitiam*, inquit, *qua*
pacem parit & nutrit, ac omnia bona multiplicat,
diligatis & ministris indifferenter sine personarum
qualibet acceptione subiectis. Timeatis Deum. Eccle-
stias & personas ecclesiasticas pro reuerentia Dei,
cuius persona ipsa ministri sunt, honoretis. Sitis
vidua, pupillo, & orphano adiutores. Bonis premia,
pœnas reprobis tribuatis. Sentiant vos iusti mitis, pla-
cabiles, humiles: iniusti rigidos, & superbi, clementia
temperante, seueros. Sequamini sanã consilia, &
acquiescatis eisdem: & consiliarios malos, qui mul-
tum principum surrepunt puritati, velut pellem a ve-
stro latere repeliatis. Dat. apud Villannouam Au-
nionensis diocesis ævi. kal. octob. anno III. Qui vero
 & quibus virtutibus ornatī sanctioribus consilijs
 adhibendi essent descripsit in alijs literis c, quibus
 eum adhortatur, ne iuuenes, adulatores, aut muneribus
 corruptendos sibi afficerent, qui sua
 vitia facile in ipsos transfunderent.

23 Fluctuabat a tum insula Siciliae, ac pars
 in ipsius Ludouici Neapolitani Regis potestatem
 concesserat, pars in alterius Ludouici Aragonij
 obsequio herebat. Vbi vero Catalani intestini Siciliae
 citerioris belli quod, vt dixi, nonnulli principes
 ac turmæ socij inuenerant, occasione, Catania vna
 cum Ludouico mouere exercitum, ac finitimas
 terras in priorem seruitutē redegerunt. Tentarunt
 etiam Panormum urbem regiam: sed cum valida
 classe non pollerent, propulsati fuere: successit ta-
 men ijs coniuratio, quam Syracusis sunt moliti. e
 Inter hæc Innocentius cum graui suspicione
 angeretur, ne Rex Aragonius, qui Sardiniam &
 Corsicam a sede Apostolica beneficio acceperat
 ea lege, vt Trinacriam Regibus Siculis
 Gallici generis restituendam curaret, Ludouico
 Trinacrio Aragoniæ stirpis principi ad
 transfusam a maioribus tyrannidem tuendam au-
 xilia submitteret, ipsum sacramento adigi voluit,
 nec Ludouico Trinacrio, nec Friderico huius
 fratri studia in eo regno retinendo impensurum.
 Assensit Pontifici Petrus Rex, ne Sardiniam amit-
 teret, atque oratores hinc literis f instruxit
 auctoritate, vt ea religione se deuincirent.

Pateat vniuersis, quod nos Petrus, Dei gratia
Rex Aragonum, Valentia, Maioricarum, Sardinia
& Corsica, comesque Barbinonia, Rossilionis, &
Ceritania, tenore presentis publici instrumenti faci-
mas, constituimus, & ordinamus certos & speciales
procuratores nostros vos dilectos consiliarios nostros
Bernardum de Thous militem, & Iasperum de
Tragarano promotorem nostrorum negotiorum ad
iurandum in animam nostram in manu & posse
sanctissimi in Christo patris & domini domini In-
nocentij, diuina providentia sacrosanctæ Romanæ ac
vniuersalis ecclesie summi Pontificis; & dicti iura-
menti virtute ac religione nostro nomine ac pro no-
bis promittendum; quod nos per nos, vel alium, seu
alios illustrem Ludouicum Trinacria Regem, nec

Fridericum fratrem suum, vel successorem aut
successores suos non inuabimus in detentione insule
Sicilia, nec eisdem prestabimus in detentione eius-
dem insule auxilium vel fauorem, quandiu contra
ipsum domini summi Pontificis seu Romanæ ecclesie
voluntatem præfatam insulam detinebunt: dantes
& concedentes vobis diebus procuratoribus nostris
plenam & liberam potestatem, dictum iuramentum
prestandi, & promissionem præmissam, prout con-
tinetur superius, faciendi & inde firmandi publi-
cum instrumentum: quoniam nos iuramentum præ-
standum, & promissionem dicto domino summo
Pontifici fiendam super predictis ratam & firmam
habere promittimus sub bonorum nostrorum om-
nium obligatione. In cuius rei testimonium præ-
sens instrumentum fieri iussimus nostra maiestatis
sigillo munitum. Dat. & actum in quadam camera
palatij papalis Aunion. die vigesima octaua decem-
bris anno a natiuitate Domini mcccclv. Adiecta
 sunt testium nomina, atque a Matthæo Adriano
 regij sigilli præfæto consignata, & gesta ab orato-
 ribus Regis Aragonum pontificia auctoritate con-
 firmata sunt.

Ereptus iam tum erat e viujs a decimo sexto
 octobris die Ludouicus, qui Trinacrium sceptrum
 iniuria gesserat, ac fratri Friderico Neopatriæ &
 Athenarum duci transmisit: cum vero Aragonij
 oratores sacramento spondissent, nullis auxi-
 lijs Trinacrios principes a Petro Rege sustentatum
 iri, vt iniustam coronam detinerent; Innocentius
 publico diplomate sequenti ineunte anno rem-
 vulgavit b, vt de perfidia constaret, si vires ad-
 uerfus Ludouicum & Ioannam Reginam, ne re-
 cuperarent Trinacriam, communicarent.

Parum iuuit pontificia sollicitudo, cum Ara-
 gonij Reges ita rem gesserint, vt post obtentam
 Sardiniam etiam Siciliam in suam redegerint po-
 testatem. Cum vero defuisset c Petrus Rex in-
 ferendis hoc anno duobus millibus marcharum
 argenti ve sigalis nomine ob acceptam iure fidu-
 ciario Sardiniam, Innocentius ne ecclesiæ Roma-
 næ iura obsolescere sineret, illum officij admo-
 nuit.

24 Quem quidem extremo anno ad sedem
 Apostolicam accessisse, & clientis officia Sardinie
 & Corsicæ pontificia liberalitate acceptarum ergo
 Innocentio solemnī ritu retulisse, describit subie-
 ctis verbis vix Innocentij scriptor d: Eodem
 anno Petrus Rex Aragonum venit Auenionem ad
 dictum Papam, fuitque secum in festo natalis Domini:
 in cuius nocte in matutinis certos nobiles suos,
 qui secum venerunt, in presentia dicti Papa militauit.
 Fecit insuper homagium eidem, & in forma
 debita de regno Sardinie, quod in feudum tenet a
 Romana ecclesia.

25 Implicitus porro erat grauiore bello cum
 Genuensibus Petrus Rex, vt Sardiniam ex ipsorum
 manibus sibi assereret: cuius sopiendi sollicitus
 Pontifex eundem Petrum e Regem, Genuenses f,
 ac Marinum Falerium ducem Venetorum exci-
 tauit, vt suos oratores pro veteri controuersia
 componenda legarent: iussusque etiam est For-
 tanerius Gradensis patriarcha, vt Marinum ad pa-
 cis consilia impelleret. Inclinasse illum ad concor-
 diam, refert Cortusorum historia g, dum ostenta-
 tæ pacis illecebra plebem ad se pellexisse ait: Ma-
 rinus, inquit, Falerius dux cum quibusdam viris
 audacibus & plebeis conspirauit habere dominium,
 offerebat enim populo pacem cum Ianuensibus a no-
 bilibus denegatam. Honestus is erat fœdissimi
 consilij fucus; quippe in amentiam actus ex indi-
 gna-

Sacra-
 to
 den-
 nacta-
 pem
 dati

¶ Man-
 Vill.
 87. 1.
 2. 1. 1.
 Man-
 16. 1. 1.

¶ 1. 1. 1.
 pag. 181.

¶ 1. 1. 1.
 pag. 244.

¶ 1. 1. 1.
 pag. 244.

¶ 1. 1. 1.
 pag. 244.

gnatione, quod nonnulli auctoritate florentissimi patritij in moderanda ad libidinem publica re sibi obfiterent, conurationem cum factiosis iniit a: *In loco celeberrimo*, inquit Petrarcha b, *omniumq; clarissimo atque pulcherrimo eorum, quæ ego viderim, ubi maiores sui sæpe latissimos honores pompis triumphalibus deduxerunt, illic ipse feruilem in modum cõkursu populi tractus, capite truncus occubuit, templique fores & palatij aditum, scalasque marmoreas, sæpe vel festis insignibus vel hostium spolijs bonestatas, sanguine scætauit proprio. Locum signauit, tempus signo. Annus est ab ortu Christi MCCCLV. dies fuit, ut ferunt, XIIII kal. maij & infra. Ducibus, qui per tempora fuerint, edico: positum sibi præ oculis sciant, ubi se videant duces, esse non dominos, immo vero nec duces, sed honoratos reipublicæ seruos esse. His consentientia scribunt Veneti historici c: qui addunt, Ioannē Gradenicū reipublicæ gubernaculis admotum, atque ab ipso pacem cum Genuensibus redintegratam, rei Christianæ omnino necessariã pro fide in oriente defendenda: oratores etiam a Ioanne Gradenico duce ad Aragonium Regem pro ipso in fœdus adducendo missi fuere d: meminerant enim Veneti, ipsos post reiectam pacem, quam victores spreuerant, magnis calamitatibus fuisse attritos, ac terror impendebat, ne Ludouicus Vngariæ Rex grauiori eos bello inuolueret; de quo hæc habet Cortusiorum historia e: *Ductu Ianuensium Rex Vngariæ erigitur contra Venetos, & infra, & coram Imperatore fuit de iuribus partium litigatum. Asserebat Rex Vngariæ Iadram & Istriam esse sui iuris, & hac de causa Taruisium inuadere minabatur.**

Sedatõ autem Veneto bello, pristina libertas Genuæ postea restituta est. Amisere etiam patiscelere, quo pepererant, Bononiam Vicecomites f, Ioanne Olegiano tyrannidem corripiente, cum Matthæus præfectura vrbis illum depellere meditaretur. Nec diu post Matthæus ipse a fratribus e vita veneno sublatus est: cum is, expugnata vi nobilium matronarum pudicitia, Mediolanensēs ad seditionē prope ageret; nullisq; ecclesiæ sacramentis procuratus noctu e lecto ad diuinum tribunal raptus est familiari Vicecomitum exemplo, qui cum crudelem in sacerdotes exercebant tyrannidem g a sacerdotibus sacramenta morituri non perciperent.

Deiectus eodem anno Patauino principatu Iacobus Carraria a Francisco nepote h, qui patruo crimen impexit veneficij sibi parati, ex quo liberos suscepisset. Nec pacatiores erant reliquæ Italiae provinciae, quarum motus Petrarcha his verbis attingit i: *Nullis annalibus comprehendi posse crediderim, qui Pisis & qui Senis populorum motus, quod in latus reuoluta Bononia, quissimam patriæ meæ status, vrbem & florentis semper, sic aliquando fructifera: quid fleat Roma: quid Parthenope metuat, ut Regibus ipsis cognomen suum terra laboris equauerit: quibus astibus odiorum ferueat sulphurea Trinacria: quid agat Ianua: quid pareat Liguria: quid Emilia cogitet aut Picenum: quam insomnis & laborosa sit Mantua, quam meticulosa Ferraria, quam Verona miserabilis Achaonis in morem suis ipsa canibus laeretur: ut barbaricis semper incursum pateant Aquileia & Tridentum: postremo, pudorum maximus! qui pradonum cætus per Italiam peruagantur; utque de prouinciarum domina seruorum sit facta prouincia, &c. Dat. xi. kal. maij, nimirum anno MCCCLV. Laceratam suis canibus*

Veronam ait Petrarcha, cum referant Cortusij a, & Matthæus Villanus b, Frignanum Sceligera familia spurium affectantem tyrannidem denique periisse, ac reliquos coniuatos supplicio affectos. Recuperato ita principatu Canem grandem Sceligera Mantuano seditionis auctori ac fœdificatorum bellum mouisse. His excitati tumultus in Pedemontio, in quo marchio Montisferrati i, r. Galeatio eripuit loca c, possent adiungi: sed de Italicis tumultibus hæc suffecerint. Gallicos nunc aggrediamur.

26 Accesserant a superiori anno ad sedem Apostolicam missi ab Gallo Angloq; Regibus viri principes Borbonius & Lanclastrius duces: sed cum pertinacissime Regis sui iura dignitatemque singuli tuerentur, ad concordiam adduci non potuerunt. Queritur Matthæus Villanus e de non adhibita ab Innocentio apostolica auctoritate in controuersijs eorum dirimendis, & arcano iudicio diuino pacem non coaluisse ait. Cateorum nullas diligentissimi concordia interpretis partes ab Innocentio prætermittas, ostendunt eius litera f, cum ad eam redintegrandam Ioannem episcopum Elnensem & Androinum abbatem Cluniacensem ad Reges miserit, vt difficultates, quæ Eduardo grauiora postulante, negante Ioanne intercesserant, remouerent. Data etiam ipsidem est prouincia g, vt grauissimam disensionem inter Carolum Nauarra & Ioannem Francorum Reges, erupturam h in atrox incendium, sopirent. Extant plures ad Ioannem Regem Francorum Innocentij hortatoriæ literæ i, vt cum genero Carolo controuersias exortas componeret: Sapiusq; Nauarra propofuit l quanti sua interesset regis Gallicæ dignitatem sustentare, ex qua genus duxisset, atque illius ruinis & calamitatibus ipsum pariter inuoluendum obruendumque fore: quem demum, simulata amicitia pristina redintegratione ob suspectas infidias Rex focer in Rothomagensi arce interceptit.

Quod ad redintegratum in Gallijs ab Anglo bellum attinet; hanc refert illius causam Vualsingamus m, addictum fuisse a Ioanne Caroli Regis maiori natu filio Aquitania ducatum, cum Anglus fiduciarium se regis Gallicæ profiteri recusaret: Hoc vero audito, Eduardum Angliæ Regē adeo in iras exarasse, vt vocato filio Eduardo Vvallia principe, in ipsam corã proceribus Aquitania ducatum transfuderit, contractisq; scopijs trãsfretare iusserit, vt principatum nonum defenderet amplificaretur. Cuius appulsu cū audisset Pontifex Ioannem archiepisc. Capuanum & Petrum episc. Tirasonensem Apostolica sedis internuntios ad Reges misit n, vt ipsos a bello auocaret.

Innocentius, &c. Ioanni archiepiscopo Capuano & Petro episcopo Tirasonen. Apostolica sedis nuncijs.

27 Dum expectarem anxie, quod ille Rex pacificus, cuius in pace factus est locus, & qui concordiam in sublimibus suis parat, calamitatibus & angustijs, quas in discordia charissimorum in Christo filiorum nostrorum Ioannēs Francorum & Eduardi Angliæ Regum illustrium perpeffus est Christianus populus, miseratus discordiæ huiusmodi finem pius imponere dignaretur, insonuit auribus nostris rumor implacidus, quod dilectus filius nobilis vir Eduardus primogenitus dicti Regis Angliæ princeps Vvallia cum magno gentis armigeræ numero in Vasconiam bellicis vacaturus negotijs declinaret; & quod pro parte dicti Regis Francorum ad

Frignan? Veronam occupat. a Cortusij. biff. h. 10. c. 10. b Marth. Vill. 3. c. 99 ad 102 c Lib. 6. c. 3

Frustra Gallos inter & Anglos tentata pax. d Marth. Vill. 1. c. 36. Vualf. in 2. pod. Nemf. & in Eduard. III.

e Vill. od. c. 36. f To. 3. ep. secr. pag. 51

Orta inter Gallia & Nauarra ræum disensio. g Ib. pag. 11. h Fressart. l. 1. Paul. Demil. in Ioann. G. g. in. 1. 2. eod. Mass. in eod. i To. 3. ep. secr. pag. 84. 101. 210.

lib. pag. 85. & 86. 102. 111. m Vualf. in 2. pod. Neuf. Accensi grauioris belli inter Angliæ Gallumq; cause.

niffi a Pontifice internuntij. n To. 3. ep. secr. pag. 213.

obuiandum principis eiusdem processibus & conatus elidendum ipsius, armatorum multitudine congregata, de congressu inter vtrarumque gentium exercitus ineundo, & per consequens graui Christianæ gentis excidio probabiliter formidatur. Cupientes igitur huiusmodi & alijs periculis multis & grandibus, quæ huiusmodi amara discordia, peccatis exigentibus, illaturatimetur, Deo propitio salubriter obuiare, fraternitati vestræ, quæ in magnis & arduis comprobata virtuosior semper enituit, per apostolica scripta mandamus, quatenus ad partes illas, vbi gentes ipsæ sunt, vos personaliter conferentes, easdem ad pacem & concordiam salutaribus monitis & exhortationibus sollicitè inducat, &c.] Instruit internuntios ipsos ea auctoritate, vt coitiones omnes paci contrarias possint dissoluere, censurisq; belli incitatores coercere. *Dat. Auin. non. nouembris anno 111.*

Flagrabant a bello multiplici Gallia: ad distrahendas enim Regis Francorum vires Anglus plures prouincias simul bello infestabat b, atque Henricus Lanclastrius Britannia, cuius duces Carolus tenebat in vinculis c, grauiora damna inflixit d. Eduardus iunior Teotofages ferro flammaque vexabat e: senior vero Rex Calerum aduentans, Picardiam ad Ambianum vsq; furore hostili omnia populatus, cum Regem Francorum imminere cum flore Gallicæ nobilitatis audiret, ad Calerum se recepit f: quem etiam Scoti Francorum federati, qui eruperant in Angliam, ac Vvaruicum urbem prænobilem ceperant, redire in regnum coegerunt g. Peperere hæc bella ingentia rei Christianæ damna, cum redeunte ad sinum ecclesiæ Constantinopolitano Imperatore Anglorum & Francorum arma in Turcas conuertenda fuissent.

28 Inter hos bellorum fragores pullulabant in Anglia hæreses, nonnullique nouatores aduersus merita bonorum operum, & circa originale peccatum nefaria dogmata in Eboracensi archiepiscopatu sparserunt: quos errores mox Innocentius apostolica censura damnauit, atque archiepiscopo Eboracensi dedit imperia h, vt illos pastoralis diligentia excinderet.

Innocentius, & c. venerabili fratri archiepiscopo Eboracensi.

Ad nostrum, non sine graui mentis perturbatione, peruenit auditum, quod inimico humani generis procurante, nonnulli in tuis ciuitate & diocesi Eboracensi diabolica fraude decepti varios & diuerfos contra fidei puritatem asserere & firmiter tenere sua doctrina sacrilega, hæretica, & peruersa non verentur errores. Quidam enim ex eis asserunt, quod per quæcumque opera, quantumlibet virtuosa & bona, etiam per gratiam informata seu ex gratia procedentia, nullus potuit, potest, seu poterit vitam æternam mereri. Alij vero patenter affirmant, quod poena damni, quæ est carentia visionis diuinæ, non est alieni debita pro peccato originali: & quod, originali macula in paruulis deleta, visio diuina non est eis debita: quodque primus parens fuisset de facto corporaliter mortuus, etiam si nunquam peccasset: & insuper quod peccatum originale non est culpa, & quod pro ipso nullus est culpandus: & multa alia similia asserunt & tenent, quæ sana doctrinæ fidei catholicæ plurimum aduersantur: & quod verisimiliter formidatur, quod plerique talibus pestiferis doctrinis in posterum seducantur, nisi super hoc prouideatur de remedio opportuno.

Ad paratas in mu-
tuam necem acies
proficisci iussi.

Prouincie
in Gallijs
infestata
ab Anglis.
a Proffar.
b Gaguin
in Ioan. &
alii.
c Matth.
Vill. l. 5. c.
84 & 85.
d To. 3. ep.
secr. pag.
54.
e Anglia a
Scotis vi-
cissim va-
flata.
f Vvaruicū
captum.
g Matth.
Vill. sup.
c. 85.
h Cap. 86.
i Cap. 75.
j Hæreses
in Anglia
exortæ.
k Vualsing
in Eduar.
111.
l An. 3. l. 2
p. 1. ep. 127
129.

Aduersus
merita bo-
norum
operum.

Circa pec-
catū ori-
ginale.
Et pecca-
tum adu-
mi.

deatur de remedio opportuno. Quocirca fraternitati tuæ per apostolica scripta præcipimus & mandamus, quatenus prout etiam ad officium tuum pertinere dignoscitur, ad extirpandum detuis ciuitate & diocesi supradictis hæreticæ prauitatis zizania tanto studiosius in charitate Dei, omni timore & fauore prorsus abiectis, viriliter confurgens, quanto perniciosius negligeres eandem in messem catholicæ fidei peruagari, contra huiusmodi viros pestiferos & hæretice labe resperfos, ipsorumque fautores, receptores, & defensores procedas, iuxta canonicas sanctiones, &c. *Dat. apud Villamnouam Auinionensis diocesis xv. kal. septembris anno 111.* Præfocatum fuit illa hæresis aduersus merita bonorum operum, quam recentiores nouatores iterum ab inferis reuocarunt: sed eorum prætermittimus deliria, properatque ad res Castellanas narratio.

29 Luxit sacrorum priuata solatio Castella, cum Bertrandus episcopus Senecensis Apost. sedis internuntius potificio iussu ob Petri Regis adulteria coniugij specie patrata, ac Reginam Blancham contra fas repudiatam, illum & concubinas anathemate, eiusque ditionem interdicto ecclesiastico perculisset, vt narrat Innocentius his verbis: *Idem episcopus ex quamplurimorum hominum relatione fide dignorum, fama publica etiam super hoc existente, pro vero comperit & percepit, quod ipse Rex, dicta Blanca Regina uxore sua minime recepta, ad amplexus illicitos Maria de Padella rediit, & per multos dies secum fuerat, conuersando & habitando cum ea. Eapropter episcopus præfatus Regem ac Ioannam de Castro superinductam & Mariam de Padella prædictos simul & successiue monuit primo, secundo, tertio peremptorie, vt infra certum peremptorium competentem terminum, quem eis & eorum cuiuslibet duxit peremptorie assignandum; videlicet dictum Regem quod dictam Blancham uxorem suam legitimam reciperet & maritali affectione tractaret, alijs mulieribus cum effectu dimissis, & a se & suo consortio penitus separatis: præfatas vero Ioannam de Castro & Mariam de Padella & quamlibet earum per se, vt a dicto Rege & ab eius consortio recederent, & deinceps sibi non adhaerent; nec darent seu dari ei facerent per se, vel alium, seu alios consilium, auxilium, vel fauorem, quo minus ipse Rex dictam Blancham Reginam eius uxorem reciperet, & maritali affectione tractaret. Alioquin, si præmissa ipsi Rex & mulieres infra dictum terminum adimplere non curarent cum effectu, in Regem & Ioannam ac Mariam prædictas & eorum quemlibet, trina & canonica monitione præmissa, ex tunc excommunicationis sententiam promulgauit in scriptis, regnaque & terras ipsius Regis, exceptis certis locis & terris expressis in suis processibus, ecclesiastico supposuit interdicto: aliosque processus super præmissis fecit, monitiones, poenas, & sententias continentes, quos publicauit & publicari mandauit taliter, quod ad Regis & Ioanna ac Maria prædictorum quamplurimorumque aliorum notitiam peruenisse dicuntur. Sicut autem asseritur, pacis amulo procurante, idem Rex ac Maria monitionibus & mandatis huiusmodi minime parauerunt, ea penitus contemnendo: propter quæ dictas sententias incurrisse dicuntur, &c. *Dat. Auin. viii. kal. iunii anno 111.**

30 Corripuisse principes Castellanos arma ad sanandam Petri Regis vesaniam, atq; etiam Mariam Reginam filij flagitia auersatam vna cum glore Alio-

Excidi
iussi
tores.

aAn. 311
p. 1. ep.
51.
Castella
Rex mo-
nitus, ut
castro
ro se con-
tinat.

Vna
Præfata
Castella
anthe-
mate
culum.

Castella
sacro
teribus.

Alienora Regina Petri amita ac Toletanis, quos Blasius archiepiscopus pio studio fulciebat, matrimonij sacra & humana iura defendenda ferro suscepisse, Ioannes Mariana a refert: quod pontificiæ confirmant literæ b. Ad componendos vero hosce motus, ac restituendum Castellæ ecclesiasticæ disciplinæ splendorem, nec non sustentandam labantem Christianam rem Innocentius Guillelmum S. Mariæ in Cosmedin diaconum Cardinalem legatum in Castellam & Legionem decrevit: hac enim causa permotum se refert in literis ad Petrum Regem, quibus squalidam Castellæ faciem ita depingit c: Dum, inquit, anxie cogitamus, qualiter pacis hostis, quietis impatiens, & invidus charitatis, dolorum machinamenta conglutinans, & fomenta discordiæ clandestinis interserens supplantator, statui Castella & Legionis ac aliorum regnorum & terrarum tua ditioni subditorum vulnera dolende corruptionis inflixit; illumque per tempestuosos guerrarum fluctus & turbines, dissensionibus multiplicibus suscitatis & scandalis, nititur deformare; maioris perferimus doloris in animo punitiones fidelium causas propterea perditioni lugentes, expositas, & corpora discrimibus periclitari continuis, multiplicatis facultatum dispendijs deplorantes. Dolemus, inquam, quod in eisdem regnis & terris cultus diuinus neglectus reperitur, ecclesiarum & personarum ecclesiasticarum iura, dum in eisdem regnis & terris recedunt a iustitiæ cultu, deperunt & bona violentis pradationibus exponuntur; & (quod nos acerbiorè turbatione molestat) fidelium regnorum & terrarum prædictorum animi demittuntur, & redduntur aduersus persecutores Christiani nominis segriores, ipsorumque persecutorum impietas rabidiori furore in fidelium eorumdem extinctionem accenditur, & crudelius in eosdem, opportunitate captata, per truculentam innatam eis rabiem desequitur, &c. Instructus est legatus d, vt disciplinam Christianam in pristinum statum affereret, amplissimis mandatis, interque alia iustus est, Petrum eiusque pellices, si flagitij veniam poscerent, ritu ecclesiastico absoluerent, interdictionemque dissoluerent.

31 Respicere demum, explorata suorum defectione, visus est Petrus Rex: vtque ad obsequium principes ac populos reuocaret, de restituenda regio thoro Blanca per interpretes pacis pactus est: ac mox Castellani, illius ad meliorem frugem ostentata conuersione recreati, arma abiecerunt. Toleti igitur, quæ vrbs defectionis exemplum cæteris præbuerat, honorificentissime exceptus Reginam in aulam reuocauit f: ac mox Innocentio Papæ totius rei seriem literis significauit. Quibus acceptis Pontifex, actis Deo gratijs, Petrum vt uxorem quo par erat amore prosequeretur, est adhortatus g, quo ex ea Castellani sceptri relinqueret successores, firmaret solium, atque ad Saracenos expugnandos vires colligeret.

Innocentius, &c. Petro Regi Castella & Legionis illustris.

Literas tuas, per quas ingressum tuum in ciuitatem Toletanam, & charissimæ in Christo filie nostræ Blanchæ Reginæ Castellæ & Legionis illustris vxoris tuæ reuocationem ad te, ac decentem honestamque tractationem ipsius nobis diffusius intimasti, benigne recepimus. Et infra. Tu ergo, fili charissime, tui Creatoris erga te dona considerans, & intuens quod eo te in conspectu eius humiliare decet peramplius, eoque in semitam mandatorum ipsius rectius incedere te oportet, quo eius ad te gratia & beneficia plus

abundant; Reginam ipsam, quæ diuina lege tecum facta est vna caro, sic amabiliter tractes, sicque honorifice prosequaris, quod verbis facta respondeant, & præceptum Apostoli, cuius per os Dominus loquebatur, impleuisse proberis: sicque te ipse Dominus, per quem Reges regnant, te numerosæ prolis fecunditate lætificet, stabiliat sceptrum, soliumque tuum roboret & confirmet; & ipsa regna tua perpetua sint pace quietata: tuque reddaris expeditior atque liberior, ad infidelium Saracenorū hostium crucis & nominis Christiani elata cornua conterenda, &c. Dat. Auin. 1111. id. iulij anno 1111. Caterum memorata Petri cum Regina reconciliatio breui rescissa: iterumque dæmon prioribus laqueis deuinctum Regem ad Padiliam rapuit; quam paulo post e partus doloribus extinctam voluptatis vitæ iussit supplicium, narrant auctores. Addit Mariana, Petrum Regem furentem vindictæ cupiditate in eos, qui Reginæ partes defenderant, sauitiam exercere, belloque insectari cœpisse: hos vero fuga salutem redemisse, ac partim ad crudelitatem illius & tyrannidem auertendam arma expediuisse. Ex quo intestina bella, malaque innumera fluxerunt: captum quidem sub his initijs Petrum episcopum Seguntinum regio iussu, ac vinculis mancipatum, ostendunt pontificiæ literæ pridie kal. augusti ad Regem datæ, quibus illum libertati restitui iubet a.

32 Hoc anno restitutus est Constantinopolitano imperio Ioannes Palæologus b, ad quem licet sceptrum iure hereditario spectaret, Cantacuzenus tamen focer non contentus vna cum ipso imperium gereret, nisi tyrannidem in filium Mattheum transfunderet, ita illud inter filium generumque erat partitus c, vt ipse quidem Constantinopoli rerum summam moderaretur, Mattheum Adrianopoli, Thessalonice Ioannem Palæologum teneret, ne cœpta inter eos dissensio inualesceret. At Ioannes cum se in Thessalonicensi regno velut in exilio detineri indignaretur, certior ab amicis factus, Cantacuzenum facile tyrannide depulsum iri, si Constantinopolim ingrederetur, Francisci Catalusij Genuensis prædiuitis opera Constantinopolim occulte accessit: sollicitatisq; ad res nouas amicis, imperiale solium communibus procerum & populū studijs recuperauit. Cantacuzenus vero partem scelere tyrannide pulsus monasticis institutis se adixit: quam abdicationem imperij non coactam sed spontaneam, diuque ante meditatam ipse ostentare nititur d. Monachus itaque, vt vitam redimeret, effectus Ioseph, vxor vero Irene monachali pariter induta habitu atque imperatorio exuta Eugenia appellari voluere. Caterum Palæologus accepti beneficij memor Catalusio sororem suam matrimonio coniunxit, & Lesbos Egæi maris insulam, quæ etiam Mytilene, vulgo Metellinum a præcipua insula vrbe eius nominis dicta est, ipsi ac successoribus iure fiduciario tribuit. Hęc pluribus laudatus Villanus e rerumque Genuensium scriptores f, & alij.

33 Vbi liberis imperij habenas Ioannes Palæologus cepisset, cum hinc premeretur a Turcis, hinc a Mattheo Cantacuzeni filio æmulo, qui Adrianopolim atque alia finitima loca a patre acceperat, agitata antea vna cum Cantacuzeno consilia de coniungenda cum Romana ecclesia orientali perducere in animum induxit: ac vocato Paulo archiepiscopo Smyrnenfi Apostolicæ sedis internuntio, sacramento se deuinxit, Ro-

Petrus Rex in suos crudelitatem exercet.

a To. 3. ep. sac. pag. 139. b Matth. Vill. l. 4. c. 46.

c Cantac. l. 4. c. 32.

Io. Palæol. ogus restitutus imperio Constantinopolitano.

Cantacuzenus in monachū attonsus. d Ib. eod. l. 6. 15. 39. 40. 41.

Lesbos Casaluisio Genuensi data.

e Matth. Vill. super c. 46. f Bizan. l. 6. Follet l. 7. & alij.

Palæologus fœdus pacificum cum Romana ecclia.

Marian. 116. c. 20. Guill. Card. leg. in Ca. bellum. 170. 3. ep. 10. 11. 98. 108. 138. 142. 144. 152. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500.

mano Pontifici catholicorum Imperatorum & Regum more obsequentem futurum : prosequendum debitis honoribus legatos Apostolicos ; daturumque operam reuocandis ad Romanam ecclesiam obsequium , ac fidem orthodoxam Græcis. Pactus præterea est, se filium Manuelem heredem imperij ad aulam apostolicam missurum obfidem, vt auxiliares copias a Pontifice ad Turcas & perduelles Græcos, qui nimirum Matthæo adherabant, edomandos. Spondit etiam a se legato apostolico palatium Constantinopoli attributum iri, ac dignitates ecclesiasticas illius arbitrio Græcis doctrina & morum probitate præditis conferendas. Quæ promissa vbi multis cautionibus firmavit, a Pontifice exegit, vt exercitum aduersus infideles submitteret, cuius ducem & vexilliferum ecclesiam ipsum crearet. Hæc inter Palæologum, qui maternum genus ex Sabaudia principibus catholicis ducebat, atque Apostolicæ sedis nuntium extremo anno conuenta in publicas tabulas redacta ad Pontificem transmissa sunt, de quibus Cardinalis Baronius hæc in schedis suis adnotauit a : Quo anno item Ioannes Palæologus Imperator Constantinopolitanus iurauit obedientiam ipsi Romano Pontifici. Extant literæ in libro priuilegiorum Romanæ ecclesie. Pollicitus item dare Constantinopoli palatium magnam legato apostolico, illic commoranti, Quæ publica documenta b ob rei grauitatem ex eodem libro priuilegiorum, quem vna cum alijs penè innumeris singulari Innocentij X. Pontificis beneficentia euoluendum otio habui, atque ex M. SS. e Cardinalis Baronij nobilissimis congregationi nostræ iure hereditario relictis decerpendas adducendasque duximus.

34 Ego Ioannes in Deo Christo fidelis Imperator & moderator Romanorum Palæologus iuro ad sancta Dei euangelia, tactis sacrosanctis scripturis, & per sanctam Trinitatem Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, vnum Deum verum & tres personas, & per Iesum Christum Deum nostrum & saluatorem, & per virginem Mariam Dei genitricem, & per sanctam & viuificantem crucem Christi, & per sanctos Apostolos & omnes alios sanctos, quod absque dolo, fraude, & defectu, toto meo posse, omnibus viribus meis, & cuncto conatu obseruabo firmiter & integre, & adimplebo ego ipse, & per alios faciam adimpleri & obseruari omnia ista & singula, quæ sequuntur: quæ promissi reuerendissima in Christo patri archiepiscopo Smyrnenfi domino Paulo, nomine & vice sanctissimi in Christo patris & domini domini Innocentij diuina prouidentia sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesie Papa VI. & ita Deus & omnes sancti eius me adiuuent, sicut ego obseruabo & adimplebo, & faciam per alios obseruari & adimpleri omnia & singula, quæ sequuntur. In primis quod ero fidelis, obediens, reuerens, et deuotus beatissimo patri et domino domino Innocentio sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesie, et digna Dei prouidentia summo Pontifici, et eius successoribus: et obseruabo et complebo debitam obedientiam et reuerentiam ad ipsum sanctissimum dominum Papam et eius successores, et recipiam legatos et nuncios suos cum omni reuerentia et deuotione.

Item quod faciam toto posse meo et toto conatu, quod omnes populi sub nostro imperio constituti, et nostra iurisdictioni subiecti, siue sint laici siue clerici, cuiuscumque conditionis et status aut dignitatis existant, erunt fideles, obediens, reuerentes, et deuoti eiusdem domino nostro et summo Pon-

tifici, et eius successoribus. Et quia diuturnitate temporis indurauit et aggrauauit animos populorum, et vix possent a consuetis retrahi, et per viam nouam incedere, nisi cum modo sapientia et moderatione prudentiæ; istum modum, qui sequitur, deliberaui, tractaui, et ordinaui cum eodem venerabili patri archiepiscopo Smyrnenfi, et cum dilecto familiari megateri archa imperij nostri domino Nicolao Sigeros, per quos me facturum, obseruaturum, et completurum prædicta promisi et spondi: videlicet, quod sanctissimus prædictus dominus pater remittat eundem archiepiscopum Smyrnensem et prædictam familiarem nostram cum galeis tribus: et quando ipsi venerint in Constantinopolim, per iusurandum, quod feci promitto dare filium meum gloriosissimum ac felicissimum despotam dominum Manuelem Palæologum præfato domino archiepiscopo Smyrnenfi ad prædictum dominum nostrum Papam cum vna galea, et dimittet mihi duas galeas et alias duas armabit in partibus istis, et dimittet eas sub nostro præcepto ad defensionem istarum partium.

35 Item dominus noster Papa sub celeritate, qua poterit, postquam filium meum habuerit in manibus suis, mittet mihi vsceria quindecim cum equitibus quadringentis, et alios centum equites cum nauibus, et mille pedites; ita quod erit exercitus totus vsceria quindecim, galeæ subtiles quinque, equites quingenti, et pedites mille. Quando dictus exercitus applicuerit in Constantinopolim per Dei gratiam, erit ad nostrum præceptum, pugnando contra Turcos et Græcos inimicos nostros vsque ad menses sex: in quo tempore legatus domini nostri Papa dabit beneficia et dignitates ecclesiasticas personis sufficientibus Græcis, qui ad vniuersitatem et obedientiam ecclesie sponte redibunt, secundum quod sibi et nobis melius videbitur. Vbi vero infra sex menses postquam exercitus Constantinopolim applicuerit per benignitatem et gratias vestras Græci sponte ad obedientiam ecclesie noluerint redire, quod non credimus, promittimus ex nunc pro tunc, quod faciemus cum consilio et deliberatione legati domini nostri Papa, quod omnino erunt obediens.

Item dabimus legato domini nostri Papa palatium magnum, in quo ipse cum suis habitabit: et sic per consequens dictum palatium erit domini nostri Papa et legatorum ipsius in perpetuum. Item dabimus sibi palebram et venerabilem ecclesiam, in qua dictus legatus et alij, qui postea venient a domino nostro Papa tanquam in propria ecclesia celebrabunt diuina officia et ecclesiastica sacramenta. Item dabo filio meo primogenito vnum magistrum Latinum, qui docebit eum literas et linguam Latinam de consilio et voluntate dicti legati. Item dabo hospitium tria magna, in quibus tenebuntur scola literarum Latinarum, et ego dabo operam efficacem et fauorem cum corde sincero, quod filij magnatum et potentium Græcorum ibunt addiscere literas Latinas.

In casu, vbi prædicta omnia et singula non obseruarem (quod absit et Deus auereat a me tantum malum) ex nunc pro tunc iudico auctoritate imperiali me indignum imperio, et priuo memetipsum iure imperij, et transfero, do, cedo ius et potestatem imperij et imperandi in prædictum filium meum: et ex nunc pro tunc constituo, facio, creoo, et ordino ipsum in Imperatorem et moderatorem Græcorum. Item in prædicto casu, quem Deus auertat, ex nunc pro tunc do, cedo, transfero ius patriæ potestatis in prædictum dominum nostrum summum Pontificem super dictum filium meum, quem ex nunc pro tunc eius potestati subijcio, ipsum eidem in ad-

Illius leges præcipue.

Baron. in M. S. not. ad hunc an.

Ex lib. priu. Rom. eccl. 20. 3. pag. 233 et in arce S. Ang. et in ser collect. Plat. in usu Sixt. IV. edita 10 3. pag. 1 26. c. M. S. lib. Vat. sign. lit. B. m. 12. pag. 273. Ioannis Imp. lit. 13.

Palliesur Innocentia de missum obsequiu.

Reuocaturum se Græcos a schismate

Filium ob fidem offert.

Copie auxiliares p. tate in Turciam.

Spondet sacerdotia a legato collari tri.

Dandum illi palatium

Scholæ Latinæ et perit. lit.

Quibus penes se subijciat, si promissis deuot.

ptionem tribuens & concedens omni modo & forma, quibus melius de iure possum. Item do, concedo, & trado potestatem & auctoritatem eidem domino summo Pontifici, quod possit acquirere, petere, & capere imperium nostrum pro dicto filio nostro tanquam pro vero & legitimo Imperatore, et dare eidem filio meo uxorem, baiulos, tutores, et curatores usque ad presinitum tempus a iure: et possit de predicto imperio ordinare et disponere tanquam de imperio sibi de iure debito vice et nomine predicti filij nostri, quem ex nunc pro tunc a nostra propria et patriam potestate eximimus et liberamus, et in patriam potestatem per adoptionem eidem domino Papa subijcimus et donamus; renuntiantes omnibus exceptionibus, quas possemus contra predicta obijcere, et omni iuri et legi, quibus contra predicta non observanda et complenda possemus nos aliquo modo defendere et tueri.

36 Item in casu, ubi predictus archiepiscopus veniret cum tribus galeis vel pluribus, et nos non daremus sibi dictum filium nostrum, ut duceret eum ad dominum nostrum summum Pontificem, obligamus nos et omnia bona nostra et omnes nostros Græcos et bona eorum, quod dominus noster Papa et sui nuncij seu procuratores possint capere et petere super dictis bonis et personis usque ad valorum quatuor millium florenorum pro qualibet galearum, quas predictus dominus archiepiscopus et presatus familiaris noster duxerint in Constantinopolim, in omni loco, et sub quolibet iudice ecclesiastico, seu civili in Pera, Rhodo, Cbio, et Cypro, et omnibus alijs locis, non obstante qualibet exceptione seu iure, quo vel nos vel nostri Græci possemus nos defendere ad non soluendum predictam summam florenorum. Et in casu vero, ubi omnia supradicta completem, volo quod dictus dominus Papa me adiuuet contra omnes inimicos meos, & maxime infideles cum maiori exercitu et multitudine Christianorum, qui resistere possent multitudini infidelium et eos expellere de terris Christianorum, quas iniuste per violentiam sua infidelitati subiecerunt.

37 Item quod dominus noster Papa provideat nobis de expensis fiendis et de stipendijs erogandis pro aliqua parte exercitus, cum imperium nostrum pro presenti non posset expensas sustinere. Item quod ego sim principalis capitaneus, et signifer et vexillarius sanctæ matris ecclesiæ cū mero et mixto imperio, et plenaria potestate supra omnem exercitum Christianorum, qui ad partes citramarinas transferint, vel stipendiati per ecclesiam vel per alios ex mandato et indulgentia ecclesiæ, vel qui sponte venerint pro salute animarum suarum. Item in casu, ubi ego omnia supradicta completem, dominus noster Papa remittet mihi filium meum cum honore et apparatu convenienti. Et est intelligendum, quod si forte supradicta omnia & singula non completem pro ea, quod potentia & non voluntas deficeret, & ego personaliter accederem ad ipsum dominum nostrum Papam, in illo casu dominus noster Papa teneatur defendere & adiuuare me ad recuperandum imperium meum sicut pro filio meo fecisset, me ad ipsius presentiam personaliter non accedente, & non videar in aliquam pœnam incidisse, vel contraxisse, si necessitate impotentia, & non voluntate supradicta omnia non completem. Ad quorum omnium securitatem & euentiam plenioris presens sacramentale privilegium, aurea bulla munitum fieri iussit imperium nostrum literis rubeis manu nostra propria more solito subscriptum, & aurea bulla imperij nostri inferius appensa munitum. Actum in urbe Constantinopolis in nostro

sacro palatio Blacbernarum anno a constitutione mundi sex millesimo octavo centeno sexagesimo quarto, a natiuitate autem Domini MCCCLV. die xvi de-
cembri.

38 Proferebant late in Europa tyrannidem. Turcæ, cum superiori anno plures vrbes terræ motu dirutas refecissent. Ad quos reprimendos, cum Pontifex varia consilia exquireret, præter triennales sacerdotiorum decumas indictas de quibus ad Tarantasiensem archiepiscopum extant literæ a, nullum melius occurrit, quam quod antea Ioânes XXII. Benedictus XII. & Clemens VI. laudabant, vt nimirum Hospitalarium equitum ordo ex Rhodo insula in Turciam sedem transferret b: ex quo plures affulgebant utilitates, defixo in continente eorum domicilio non modo barbaros ab inuadenda Europa repressum iri contrarijs equitum excursionibus, verum latius Christi imperium amplificari posse; in insula vero positi nullum ingens facinus aduersus fidei hostes edere poterant: ita censebant Pontifices. At equites ea iam re parere detrectarunt: Rhodio enim regno contenti, ac voluptatibus indulgere affecti, cum se in insula munitissima facile aduersus barbarorum impetus defensuros ac tuto delitijs potituros putarent, continuis bellicis laboribus barbarorumque insultibus se in continente exponere pertimuerunt. Quos Innocentius prædecessorum exemplo ad traducendas in Turciam vires sedesque extimulare contendit hisce literis ad Petrum Conilhanium supremum magistrum, qui in ea dignitate Gofonio successerat, datis c.

Innocentius, &c. dilectis filijs Petro de Comilhana magistro & conuentui hospitalis S. Ioannis Ierosolymitani.

Dudum intellecto, quod dilecti filij Ioannes Ferdinandi de Redia castellanus Empostæ, ac prior Castellæ & Legionis, nec non Raimundus Berengarij castri Saraceni, ac Petrus Comilhani Vallispugeti vestri hospitalis domorum præceptores ad vestram erant presentiam accessuri, eis exposuimus quæ de vestris & aliorum fratrum hospitalis præfati perniciosis negligentijs & intolerabilibus desiderijs intra nostra præcordia, non sine multæ amaritudinis acrimonia, versabantur; iniungentes eisdem, vt vobis exponerent ex parte nostra, quod nobis & fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus non erat ignotum, qualiter vos & prædecessores vestri, neglectam diu Christi militia, quæ olim, vigens in vobis contra hostes sacræ fidei, vos Deo reddebat amabiles & in ipsius ecclesia gloriosos, modernis temporibus corporalibus affluebatis delitijs, quas ex honestate omittimus presentibus explicare; nec ex vobis apparebat opus laudabile, quod fructum produceret Christi fidelibus iuuatium: & quod propterea vobis ex parte nostra manderent, vt circa prædictorum correctionem & emendationem realem prouidere realiter curaretis, quod vobis cederet ad meritum & honorem, & Apostolica sedes posset exinde merito contentari: alioquin quod nos tale intendebamus in hac parte adhibere remedium, quod cederet ad Dei laudem & gloriam, dictæ sedis honorem, & totius Christianitatis consolationis augmentum. Dræfatioque castellano, quem noscebamus redimitum dono prudentiæ, ac nobis & Apostolicæ sedi præcipua sinceritate deuotum, & boni status eiusdem hospitalis præcipuum zelatorem, speciali fiducia aperuimus infrascripta: videlicet quod

a To. 3. ep. fecr. pag. 254.

b To. miscell. papyr pag. 167.

Rhodijs equites in Turciam suas sedes transferre iussi. cEad. pag.

Arguuntur inertiæ a Pæt.

Vacare tantum a delitijs.

nobis certa informatione constabat, quod felix recordationis Ioannes & Benedictus & Clemens Romani Pontifices immediati prædecessores nostri, non sine multa deliberatione, pro euidenti utilitate, & instanti necessitate fidei Christianæ, vos seu prædecessores vestros tam verbotenus, quam per apostolicas literas, duxerant admonendos, quod vires & virtutes vestras contra abominabilem Turcorum perfidiam extendere satagentes, terram quam illi in iniuriam Crucifixi & Christianitatis opprobrium, ac formidabile periculum truculenta rabie tyrannizant, inuadere tentaretis, & in ea vestrum transferretis & stabiliretis conuentum, ibidem de cætero permanfuri: quod quomodo sit executioni mandatum, immo etiam inchoatum, vos nostis; & cum sit quasi toti mundo notorium, sedes eadem non ignorat.

39 Et propterea nos, præcipuis desiderijs cupientes, ac firmiter intendentes auctore Deo, cuius negotium agitur, quique vobis prosecutionem realem præfati negotij reseruasse noscitur, in actum deduci vestris temporibus quod præfati prædecessores tam prouide tamque salubriter mandauerunt; ac considerantes, quod tam grandia bona temporalia, quæ gratiosa concessione ipsius ecclesiæ & pia largitione fidelium possidetis non vt rodantur in Rhodo, eiusque muri inutiliter incolantur, sed ad exercendam contra eisdem nefarios hostes laboriosam Christi militiam sunt concessa; quodque exinde nostri ytramarini populi contra vos clamitant, & debita remedia prouisionis exposcunt; & quod principes ac populi cismarini, videntes vos infructuosos esse palmites in vinea Domini Sabaoth, non solum de vestra religionis deuotione exposcunt, sed contra vos de tanta perditione bonorum quasi vnuerfaliter obloquentes, aduersus tantam negligentiam flagitant per dictam sedem salubriter prouideri; eidem Ioanni præcepimus, vt vobis ex parte nostra districte mandaret, quod huiusmodi translationem conuentus penitus facere curaretis: alioquin quod tantum Dei negotium nolentes (sicut nec debemus) sub dissimulatione vterius præterire, aut de bonis, quæ fuerunt domus templi, eidem hospitali concessis alium crearemus ordinem, qui sicut nouella plantatio, cælestis gratiæ imbribus irriganda, sperata perfectionis incrementa susciperet, & fructus copiosiores & amabiliore produceret: aut super domibus & bonis, quæ dictæ domus templi fuerunt, alium cum debitis ordinationibus crearemus & præficeremus magistrum, qui templum Domini, quod est Christianus populus, ab ipsius impugnationibus potenter & virtuose protegeret, ipsosque viriliter impugnaret: & quod vos nihilominus intendebamus cogere ad transferendum conuentum vestrum in Turchiam, ibidem cum gratiæ diuinæ * suo acquisituros & recuperaturos terram, quam Turcorum impietas detinet occupatam, vt altera religio alterius prouocata exemplo, prout antiquis contingebat temporibus, eo felicius quo animosius in Christi exercitu militaret.

Demum idem Ioannes ad dictam sedem reuertens, presentibus quibusdam ex eisdem nostris fratribus & dicto Raimundo Berengarij nobis ex parte vestra humiliter retulit, quod vos huiusmodi nostra mandata cum multæ humilitatis & deuotionis affectibus recepistis: & quod ad prouidendum super his efficaciter, cum per vos ipsos sine consilio & auxilio priorum &

fratrum dicti hospitalis tantum promouere negotium non possentis, mandastis de ipsis prioribus & fratribus cismarinum partium generalem congregationem de proximo celebrari, quam nos in ciuitate Nemausensi vel in Montepestulano præcepimus fieri in principio mensis ianuarij proxime secururi.

40 Nuper autem fidedigna relatione percepimus, quod quidam dicti hospitalis vestris affectibus quam nostre intentioni & veritati, non sine adulationis specie, placere querentes, quædam nostra verba, quæ ex ore nostro audiuisse se asserunt, in diuersum, immo aduersum prædictis intellectum, conati sunt minus veraciter, quinimmo temerarie retorquere, vobis scribendo, quod prædicta eidem Ioanni non imposueramus vobis, vt prædicitur, exponenda: & quod de nostra indignatione minime dubitantes, curaretis in sola quiete manere. Ex quibus, si vera sint, cum ex eis super ijs, quæ nostra huiusmodi mandata cordibus vestris suggererunt, possentis forsitan (quod absit) tepefcere, huiusmodi relatis per dictum Castellatum ex parte nostra fidem minus credulam adhibendo, nostra viscera non immerito sunt turbata.

41 Piget siquidem referre, sed estuante mente interior non possumus vterius retinere, quod ex adipe vestrarum, immo pauperum & dicte militiae Iesu Christi diuitiarum iniquitas lethalis saltem negligentia, vt ad præsens taceamus de reliquis, videtur egressa, de qua culpabiles supernus iudex in extremo iudicio districtius obiurgabit, & (quod est formidabilius) condemnabit: nam dum minoribus abundaretis opibus, in subuentione pauperum eadem militia & religionis obseruantia virtuosius agebatis. Suntne ista lucra, quæ de receptis talentis, quæ abscondisse videmini, Domino reportatis? Suntne digna rependia, quæ sibi de tot habitis gratijs exhibetis? Pugnantis quidem in vmbra deliciarum, & ecce quod sequens religio, videlicet B. Mariæ Theotonicorum, quæ non longe lapsis temporibus erat abque comparatione in omnibus minor vestra, quæ laborare non desistit, vos dormitantes eximij meritis, deuotionis abundantia, felicibus successibus, ac gloriosis acquisitionibus antecedit: & quanto ista illi cedunt ad gloriam, tanto vobis ad ignominiam & pudorem. Ideoque vt exposita vobis per castellanum & præceptores eisdem cognoscatis esse verissima, & vt sentiat huiusmodi nostrum propositum inconcussum manere, ea sub indubitabili testimonio nostræ bullæ, ne excusationem in hac parte possitis prætere, præsentium serie decreuimus repetenda, non intendentes de cætero vobis, cum factum sit opus, insistere; sed circa prædicta efficaciter apponere, auxiliante Domino, manum nostram. Dat. Avin.

11. id. octobris pontificatus nostri anno III.

42 Posthabita sunt æque Innocentij atque antecessorum Pontificum imperia de transferenda in Asiam pro reprimendis Turcis ordinis sede. Verum qui magna sua culpa Turcarum augeri potentiam permiserat, ab ijs postea, arcano Dei iudicio Rhodo depulsi sunt.

Monuit præterea eisdem Rhodios equites Hugonemque a Cyprium Regem Innocentius b, vt pro defendenda Smyrna triremes in portu instructas tenerent. Deferuerat c porro Cyprij Regis ac Rhodiorum equitum in bello aduenus Turcas gerendo ardor, ex quo, inter Ven-

Deerectat
se, arma in
Turcas
stringere.

Frustra
Rhodi sa-
cras opes
rodi.

De alio
religioso
ordine co-
dendo agi-
tatum.

* auxilio

Indisti
quom
ceteris.

Collaps
eorum
scipina.

Propos
Theon
eorum
quom
extemp

a Ead
b T
c Ser
209
e P

ros & Genuenses exorto bello, Veneti promissa auxilia conferre detrectarunt: cumque exinde periclitaretur Smyrna, Innocentius datus ad Carolum Romanorum Imperatorem literis, in quibus sacri illius aduersum Turcas foederis inter sedem Apostolicam, Venetos, Cyprios, & Rhodios iniit leges & causas aperuit, ipsum paulo post suscepta imperialia insignia rogauit, vt pro tuenda Smyrna, ne iam Christiano cultui addicta Mahumetana spurcicia contaminaretur, ac pro potentia Turcica frananda auxilia suppeditaret: tum Nicolaum patriarcham Aquileiensem illius fratrem, Ernestum Pragensem archiepiscopum, Ioannem Olomucensem, Marquardum Augustensem episcopos, & Ioannem Marchionem Montisferrati, qui plurimum apud ipsum gratia & auctoritate poterant, hortatus a est, vt Carolum ad id incitarent.

dicti nuncij ad illud sunt pro ipsius concordia reformanda negotio accessuri; et ex hoc spem et fiducia nostram huiusmodi roborantes, serenitatem tuam atente rogamus, et petimus instantius obsecrantes, quatenus attendens quam gratum Deo praestabis obsequium, si in tam utili tamq; accepto Deo negotio episcopo et Cardinali coopereris eisdem, ad aliquem locum, in quo tecum possint conuenire, diuina miserationis intuitu, consideratione utilitatis publica ac nostra intercessionis obtentu declinare non putes cnerosum. Dat. Auin. vi kal. iunij anno 10.

2. Coniuncturus itaque cum imperiali pro conciliandis Francorum & Anglorum Regibus apostolicam auctoritatem Innocentius, grauissimis sententijs Ioannem Regem ad amplectenda pacis consilia pramonuit a, exortas e bello calamitates exposuit, contulitque cum praeterita concordia felicitate: laxata licentia scelerique fraena: diuinum cultum obsolescere: ad inferendas mutuas caedes incumbere, qui animis armisq; religionis propaganda studio coniuncti clarissimas olim de infidelibus victorias retulissent: diuturna illorum dissidia ingentia Pontificum de propaganda diuina gloria discussisse haecenus, atque adhuc dissipatura consilia.

Monitus Gallus, vt eam amplectetur. a 16. pag. 93.

IESV CHRISTI Annus 1356.

INNOCENTII PP.VI. CAROLI IV. IMP. OCCID. II. annus 4. IO. PALÆOLOGI IMP. OR. I6.

INuexit ingentem luctum Gallis, capto in laeie Ioanne Rege ab Anglis, ac magna procerum multitudine caesa non sine arcano diuini Numinis iudicio, annus Seruatoris millesimus trecentessimus quinquagesimus sextus indictione nona: quam cladem mox suborta in regno turbare auxere. Praesenserat Pontifex ex pertinaci inter potentissimos Reges discordia grauissima, emersura exitia cum, vt refert Matthaeus Villanus b, Angli ob superiores secundos successus insolescerent, atq; ad pericula ruentem intrepidum: Galli vero acceptarum iniuriarum dolore, et vindictae cupiditate furerent. Ad qua auertenda Innocentius apostolica studia defixerat: ac licet impensos iam a se labores parum profuisse cerneret, crescentibus tamen odijs, atque exasperato bello, augendam sollicitudinem ratus, vt pacem induciasue redintegraret inter Reges, legationem ad eos decreuit: cuius obeunda prouinciam Talayrando episcopo Albanensi & Nicolao tir. S. Vitalis presbytero Cardinalibus imposuit; de qua M. S. Vaticanani anonymus scriptor c haec mandauit historiae: Item sub MCCCLVI. de mense iunij dominus Talayrandus Petragoricensis, & dominus Nicolaus Capocij Cardinales transmissi fuerunt nuntij apostolici per dictum Papam ad ponendam pacem finalem, vel treugnam fiendam inter Reges Ioannem Franciae & Eduardum Angliae, ipsorumque regna: qui Cardinales de mense praedicto de curia recesserunt, & in regno Franciae applicarunt, continuando ipsorum diatas pro pace vel treugna inter ipsos Reges vel regna ponenda. His consentanea alterius M. S. auctor d Germanus, & Innocentij vitae scriptor e reperunt: quibus historici consentiunt f.

Innocentius, & c. Ioanni Regi Francorum illustri.

Pax bonarum artium decora mater, & cunctarum parens fecunda virtutum, etsi vniuersaliter omnibus sit indifferenter optabilis, Regibus tamen atque principibus quam maxime optanda est: siquidem sicut in quiete regnantium quiescunt subditi, & in pace ipsorum pacis beneficio perfruuntur, sic in commotione principantium commouentur subiecti populi, & in eorum turbatione turbantur. Hoc profecto, charissime fili, recte considerantibus liquet apertius: hoc te experientia docuit: hoc tibi frequenter subiecta res ocalis indicauit: hoc, vt ita dixerimus, palpasti saepenumero: hoc gustasti. Vidisti namque in tua, & charissimi in Christo filij nostri Eduardi Regis Angliae illustris amara dissensione subiectam tibi & ei republicam, olim pacis opulenta gloriosam, quodam quasi vehementiori turbine conuassatam: vidisti florentem abundantia populum, ope auxilij aliorum egenum: vidisti plebem bonis omnibus opulentam, bonis fere omnibus destitutam: vidisti quietissimos subditos dissensione amarissima laecitos: vidisti (quod grauius est) deputatos diuinis obsequijs sceleratis operibus inquinatos: vidisti sacris pridici ministerijs insudantes, nunc rapinis intendere, nunc spolijs occupati, nunc effusioni, proh dolor! humani vacare cruoris. Accingitur enim gladio, sumit arcum & pharetram, armatur lancea, insurgit in clypeum, qui nuper librum in manibus, & in ore gestare Dominum consuevit: ministri altaris dominici ministrant, heu, raptoribus virginum, coniugatarum adulteris, & abductoribus viduarum. Quis igitur, princeps inclyte, fidelis Christicola ista non desleat? quis non ploret? quis non tristetur & lugeat, Christi milites olim aduersus Christiani nominis inimicos, claris victoriarum titulis gloriosos, in caede mutua occupari? Et quos dudum fame questus toto diuulgauit orbem claros atque laudabiles, hos vindictae noxius appetitus propria coangustat in patria, & in suis laribus tenet obscuros. Haec, inquam, iugiter nostris amare presentantur obtutibus, haec nos lacrymarum mergunt in flumines, haec

Commoda pacis proposita

Et bello-rum mala

Regatus

1349

Math. Vill. l. 6. c. 31.

Decreti Card. ad An. Gal. l. 6. c. 6. M. S. bibl. Vall. sign. 1. 2040.

M. S. bibl. Vall. sign. 1. 3765. c. 6. l. 6. c. 6. l. 6. c. 6. l. 6. c. 6.

hæc mentem anxiam indefinenter excruciant, hæc mœrens cor continue inquietant, hæc ab intimis educunt quotidiana suspiria, hæc intrinseca quæque amaricant, hæc perturbant.

3 Digne igitur ad supputationem dissensionis huiusmodi ac pacis reformationem vias & modos solerter exquirimus, & exquisitos solcite promouemus, vt adiuti dono diuinæ gratiæ, sine qua omne opus incassum intenditur, tantis possimus malis occurrere, tantisque periculis obuiare: ac bonæ quietis & pacis, quæ pater hucusque sustulit scandali, & profligare longius omnino conatur, instaurare fortius valeamus. Et ideo licet nostra & nonnullorum prædecessorum nostrorum, aliorumque fidelium studia, quæ circa hoc laborant, pacis æmulus, peccatis exigentibus, eluserit: hæcenus ac vacuarit effectu; sperantes tamen in eo, qui concordiam in sublimibus suis parat, quique verus angularis est lapis parietem vtrumque connectens, quod ipse hostis eiusdem fraudibus superatis & artibus plebem suam in sine non deseret; quinimmo in ipsius angustijs & pressuris ei pie compatiens, pacis eiusdem diu concupito negotio nostris, & communibus fidelium Christi votis benignus & misericors condescendet, consulta cum fratribus nostris super hoc deliberatione præhabita, venerabilem fratrem Talayrandum episcopum Albanensem, ac dilectum filium nostrum Nicolaum tit. S. Vitalis presbyterum Cardinalem Apostolicæ sedis nuntios, viros vtique decoros multis virtutibus, & in magnis & arduis multa & laudabili experientia comprobatos, honoris & status tui regni que tui feruidos amatores, in quibus timor Domini sanctus manet, & quorum inest affectibus bonum pacis, ad te præfatumque Regem tanquam pacis angelos prouidimus destinandos, &c.] Adiicit ardentissimas preces, vt concordie interpretes Cardinales audiat, eorumque consilij ad ponendum tot malis modum obsequatur. *Dat. apud Villanouam Auinionensis diocesis xii. kal. iunij anno 17.*

4 Conceptæ sunt eadem pene verborum, forma ad Eduardum pontificiæ literæ a, quibus diurni belli rei Christianæ funestissimi mala describit. Solicitata b etiam Isabella mater, atque Philippa vxor Regiæ, tum alij gratia & auctoritate in Anglicana aula spectatissimi viri incitati, vt Regem ad concordiam adducerent. Cum vero nonnulli apud Eduardum maleuolis susurris Pontificem vocassent in inuidiam, non tam in superiori fœderis colloquio interpretem conciliatoremque pacis, quam perturbatorem egisse, fœdam calumniam his verbis deterfit c: *Testis nobis est Deus, cuius vices in terris immeriti gerimus, quod nos, attendentes esse proprium cuiuslibet sacerdoti, seâ nobis maxime, quem super omnes sacerdotes dignatio diuina constituit, pacificare discordes, & dissidentes ad concordiam reuocare; & considerantes etiam, quod licet omnium pax & concordia sit optanda, tua tamen & ipsius Regis eo est studiosius promouenda, quo tua & illius discordia velut quidam turbo validior concussis fortius & attriuit grauius populum Christianum, pro huiusmodi reformatione pacis & laborauimus cum omni sinceritate solcite, & cum omni attentione impendimus studium, ac dedimus, nec ad sinistram nec ad dexteram declinantes, operam pro viribus efficacem: sed si laboribus nostris speratus non successit effectus, propter hoc lingua certis labores non debuit deprauare. Datum apud Villanouam Auinio-*

mensis diocesis xiv. kalend. iulij anno quarto.

Diluit eandem de non adhibita pro redintegranda pace diligentia notam, ab inuidis & obtrahentibus asperam, pluribus literis a datis ad Michaellem episcopum Londoniensem, atque Anglos proceres: quos Pontifici (in quem facile vt pote Gallum genere suspitionibus sinistris imbui poterant) iniquiores fuisse, ex Matthæi Villani superius dictis patet, cum is tradat, Henricum Lanclastrium & Philippum Borbonium, vtriusque Regis contraria iura summa pertinacia defendisse. Ne vero rerum nouarum conuersionibus ac euentibus præliorum concordia, pro qua redintegranda legati erant Cardinales, ratio omnis confunderetur, Eduardum Valliæ principem parentis nomine, & comitem Armaniaci Francorum Regis vice in Vasconia præfectos rogauit b, vt dum Cardinales internuntij ad Reges pergebant, ipsi nouandis rebus belloque temperarent. Solicitatus etiam, vt sæpe antea, Eduardus Rex c, vt Carolum ducem Britannia vinculis solueret, quo operam vna cum Cardinalibus pro restituenda concordia posset coniungere, atque d Isabella & Philippa Regiæ, Eboracensis, & Cantuariensis archiepiscopi, Londoniensis & Vintoniensis episcopi, vt Regem, qua pollebant apud ipsum gratia, ad id adducerent: ad quam etiam rem ijdem Cardinales iussi incumbere e.

5 Data præterea est Cardinalibus internuntijs provincia, vt corripere Ioannem Regem, qui ad cõficiendos ingêtes bellicos apparatus grauissimis suis premebat vectigalibus, atque ecclesiasticos viros pluribus alijs grauatos oneribus, imperatis sine pont. auctoritate anni vnus decumis oppresserat, tantam acerbicatem in ijs exigendis exercentibus illius ministris, vt sacerdotes, pars exhausta opibus, pars conscientia deterrita templorum curam abijcerent: vnde diuinus cultus obsolescebat, atque alijs principibus perniciosum dabatur exemplum, ne pari sauitia ecclesiasticos spoliarent. Ioannem etiam Regem admonuit grauissimis literis f Innocentius, vt mala hæc sedaret, vel potius tolleret, quo diuinum Numen placatum tribueret opratæ pacis felicitatem.

Innocentius, &c. Ioanni Regi Francorum illustri.

Perstrepsit, fili charissime, Romana curia querelis grauibus, & infestis rumoribus Apostolicæ sedis tinnunt continuo quasi aures, quod quidam officiales & ministri tui prætextu concessæ per te illis, vt asseritur, potestatis ecclesiæ, personas ecclesiasticas regni tui, præter alia insolita grauamina plura, quibus eadem ecclesiæ ac personæ premi & angariari dicuntur, indifferenter sicut & laici ad soluendum tibi, vel illis nomine tuo decimam sine subsidium ad valorem decimæ vnus anni de prouentibus ecclesiasticis eorundem compellere moliantur, occasione cuiusdam concessionis seu promissionis, quam de illa vel illo quidam pauci numero prælati ecclesiastici dicti regni, nullum a prælatis illius alijs & personis eisdem mandatum aut consensum habentes, tibi absque licentia sedis eiusdem, sine qua eis id facere non licebat, improuide ac in salutis eorum præiudicium fecisse dicuntur: quodque officiales & ministri ijdem in exactione huiusmodi decimæ siue subsidij tantum exercent sine omni miseratione rigorem, vt si quæ sint ex personis eisdem, quæ decimam seu subsidium huiusmodi soluere aut impotentia pressa non possint, aut conscientia motæ recu-

His mendandum esse.

Condolendum afflicta plebi.

Commendati legati.

Ed. 10. 4 ep. 10. 4. 94. & Ed. pag.

Impacta Pontifici calumnia. Ab eadem apud Eduardum vindicatur. & lb. pag. 96.

Ed. pag.

Tractatus frustra de pace a Regum oratoribus. Rogati principes vt bellum intermitterent.

b lb. pag. 57. 58.

c pag. 117.

d pag. 111.

e pag. 119.

Ioannes Francorum Rex in suis expositis factus.

f Ed. 10. ep. 10. 4. pag. 117.

Vt prælati ad decimam extorquerent damna subornati.

Admittit eorum eius in vexandis ecclesiasticis factis.

tant,

sant, bona earum ad manum tuam capiant & detineant sub eadem; & tot eas alias pressuris affigant, vt vita necessarijs destituta ecclesias & beneficia eorum relinquere compellantur; vnde fit, quod Conditor redemptorque tuus, per quem regio sedes in folio, pro modico subsidio conferendo tibi debitis ei frandetur obsequijs, & ministrorum eius voces, solita illius exerceri semper in laudibus, querelis & clamoribus occupantur. Hæc, princeps inclyte, vbi semel & iterum nostris in auribus sonauerunt, nos, considerantes attente puritatem deuotionis ad Deum, & rectitudinem zeli ad conseruationem, & ampliationem ecclesiasticæ libertatis catholicorum principum progenitorum tuorum & tuam, credere nulla ratione potuimus: sed tandem multiplicata querela, ac excrefcens continuo conuenientium numerus, & etiam ipsa miranda nobis insinuatio tua renitentes impulerunt nos ad credendum: & eo ampliori amaritudine repleuerunt, quo hæc tuæ salutis & famæ, quas attentè sinceritate zelamus, contraria & libertati ecclesiasticæ præiudicialia potius dignoscuntur.

6 Considera itaque, amantissime fili, considera vtrum personis eisdem multiplicitatem onerum, quorum plurima in tuum, & ipsius regni tui subsidium (de licentia tamen sedis Apostolicæ) subierunt, fatigatione lassatis adijcienda sit laxitudo. Considera vtrum paucorum particularis oblatio, sanctionibus canonicis omnino contraria, sit ad vniuersale omnium extendenda dispendium, & ad ipsius libertatis ecclesiasticæ præiudicium retorquenda. Considera quid catholicis incumbat principibus, quando Pharaon ille diuinæ legis ignarus, cum seruituti ceteros subiecisset, sacerdotes & possessiones eorum non solum in pristina libertate dimisit, quinimmo de publico sacerdotibus ipsis alimoniam ministravit. Considera qualia quantaque pericula in inferiores huius seculi potestates hæc, si (quod absit) procederent, exemplari quodam alueo deriuarent, cum vt nostri imitatores plures facile culpa reperiatur, quæ committitur a prohibitore culparum. Quid enim dicent quidue facient reliqui Reges & principes orbis terræ, si te, qui ecclesias & personas eadem speciali semper honorificentia profecutus, & ad conseruationem ac ampliationem libertatis ipsius regis fauores impendens, ad id alios exemplis laudabilibus prouocasti, talia senserint vel audierint facientem? Erigent proculdubio ad vetita animos, extendent ad illicita manus, & ad inconcessa digitos informabunt.

Ad pietatem itaque tuam, vt super his remedia necessaria prouisionis acceleres, cum omni fiducia recurrentes, illam attentè requiramus, & hortamur in Domino, ac attentius deprecamur, tibi huiusmodi tuæ salutis intuitu paternis consilijs suadentes, quatenus hæc, quæ ex paterna charitate describimus, filiali benignitate recipiens, illaque tecum æqua & tranquilla mente pertractans, malum hoc, ne si (quod absit) irremediabiliter steterit periculosus, quod nos molestat, de gremio vniuersalis ecclesiæ proreuerentia illius, qui est fundator & fundamentum eius, auferre procures: sic enim certe Dominus votis tuis benignus assistet, imponet solitudinibus terminum, curas noxias subtrahet, multiplicabit facultates, vires augebit, & quibusque asperis in plana conuersis, tibi & subditis tuis populis, sicut desiderantissime cupimus, optata

quietis & pacis tempora propitius instaurabit. Super quibus, vt mentis nostræ amaritudinem sperata prouisionis tuæ medela dulcoret, iterum rogamus & petimus, vt quæcumque super his agenda duxeris, nobis e vestigio intimare, procures; ijs, quæ venerabilis frater Talayrandus episcopus Albanensis, & dilectus filius noster Nicolaus tit. S. Vitalis presbyter Cardinalis Apostolicæ sedis nuntij magnitudini tuæ super eis pro parte nostraretulerint, firmiter crediturus. *Data apud Villamnouam Ausimionensis diocesis III. non. Septembris anno 10.*

7 Consentiant his, quæ de Ioannis Regis in extorquendo ære militari fauitia tradunt historici, ex quibus Matthæus Villanus ait a, mercatores externos ob eam diffugisse, ac plures vrbes, regijs administris non admisis, quandam reipublicæ formam induxisse. Nec mirum, si conductus sudoribus pauperum ac sacerdotum lachrymis potentissimus exercitus turpissime fuerit profligatus, dum hæc subsidia in regni ordinum comitijs poscebat Ioannes. Intercessisse apud populum Carolum Regem Nauarræ multis nominibus regiæ Gallicæ beneficium, atque etiam prouisionem in focerum conlasse, ferunt b: ex quo indignatus Ioannes illum custodiæ manciparit. Sed Regis Nauarræ fratres Caroli vincula, vlturi, infesta signa extulere, quamuis Pontifex, vt ijs occurreret, Ludouicum principem, qui Caroli Regis nomine regnum Nauarræ administrabat, procereque ac populum multis literis sit adhortatus c, vt licet Ioannes Rex ad generum custodia liberandum difficilem se præberet, tamen mulcerent illum potius, quam illate bello exasperarent. Ita civili bello arsit Gallia.

Eodem tempore Eduardus iunior finitimas Aquitanie prouincias ferro flammaque subiciebat. In quem Ioannes Rex signa conuertit, deprehenditque a exuijs onustum in Picauienti agro copiarum numero admodum imparem. Certa videbatur sine periculo victoria: sed vincendi patientia Ioanni defuit e. Inter hæc legati f Cardinales Talayrandus & Nicolaus submissi ab Innocentio, cum metuerent, si aduersè concurrerent acies, plurimum sanguinem Christianum effusum iri, qui potius pro defendenda in Turcas fide, firmandaque orientalis ecclesiæ cum Romana coniunctione spargendus erat, ad Francorum Regis ac Valliæ principis castra discurrere, vt concordiam inter eos redintegrarent. Neque abnuuit Anglus periculi terrore perfusus equis legibus pacisci concordiam, camque firmitate firmare: at Ioannes prauis temerariorum subornatus consilijs g, Talayrandum Cardinalem faceffere iussit, adiectis verborum minis, ni abiret de vita, periclitaturum h. Vt vero Franci, qui diuinas in se iras ob repulso internuntios apostolicos pacis interpretes concitabant, magna strage ab Anglis sint profligati, inter alios describit his verbis M.S. Vaticanus auctor i: *In dicto tempore guerra mortalis & terribilis perseueravit inter Reges Francia & Anglia in regno Francia per totam linguam Ausitanam, Britanniam, Normanniam, & Pisardiam. Ferro & igne Anglici per dictas prouincias pene deludentes & occupantes, nec non vltimate sub anno mcccclvi. & die luna xix. mensis septembris princeps Galliarum primogenitus Eduardi III. Regis Anglia bellum habuit cum suis gentibus in territorio Picauienti contra Regem Ioannem filium Regis Philippi de Valois & suas gentes. Quod bellum dictus princeps obtinuit: & dictus Rex cum suo filio*

a Matth. Vill. l. 6. c. 18.

Rex Nauarræ curia Rodia traditus.

b Frossard. hist. l. 2. Paul.

c Aemil. in 10. Rege Gaguin. in eod.

d Eius affines belli Ioanni inferunt.

e To. 4. ep. scer. pag. 167.

f Ioannes Rex in Eduardum iunior mouet.

g d Marsh. Vill. l. 7. c. 69.

h Patientia illius vincat deest.

i Paul. Aemil. in Ioanne Rep.

j f Marsh. Vill. l. 7. c. 10. Frossard.

k Paul. Aemil. in Eduard III. & alijs g. Gesta.

l Innoc. VI apud Bosq Repulsi legati.

m Frossard. hist. l. 1. in Ioanne.

n M.S. bib. Vat. sign. n. 2040.

o Marsh. Vill. l. 7. c. 20. Petr. l. 2. de vita sol. scilicet 4 c. 2. & ter Jent. ep. 2.

p Paul. Aemil. in eod. 10. Rege Vual in Eduard II. et abli.

q Gall Rex captus.

tertio per dictum principem & suas gentes captiuati & ducti in Angliam fuerunt cum circa ducentis tam comitibus quam vicecomitibus, banderensibus, baronibus, militibus, & nobilibus maioribus & melioribus regni Francia, cum multis alijs comitibus, baronibus, nobilibus, & communitatibus dicti regni Francia.

Non Anglicis viribus, sed diuinæ in Ioannem vltioni vulgo ascripta est hæc victoria; de qua hæc habet Innocentij vitæ scriptor: *Cessit victoria dicto Odoardo principi, dicto Rege & suis fere omnibus captiuatis, caesis, aut in fugam conuersis: quod fuit admodum mirabile & stupendum, attento maxime, quod pro vno ex victoribus visiti erant decem & ultra. Eorum etiam apparatus tam in armis, quam equis & alijs ad bellum necessarijs & opportunis, erat multo solemnior & validior, & ad vincendum alios magis dispositus in cunctis. Sed talis fuit voluntas Dei seu ordinatio, cui resistere nemo potest.* Eduardus porro victor agnouit non suis viribus, quæ imbelles erant, sed diuini Numinis manifesta ope potentissimum hostem debellatum: eiusque pater Rex non festos ignes, vt se fumo pasceret, excitandos curauit, sed diuina sacrificia octo diebus cõtinuis ad agendas Deo grates, ac pro eorum, qui occubuerant in acie, animabus a sacerdotibus peragi iussit: quo modestiæ specimine maiorem gloriam, quam filius triumpho collegit.

8 Accepto de Gallica elade nuntio, Innocentius delphinum optimis consilijs, vt se aduersus res asperas muniret erudiuit; neque dolori, sed instaurandis lapsis rebus vacaret: probos consultores sibi ascisceret: diuinum timorem inferret animo: neue iniustis oneribus populum opprimeret; atque internuntios Cardinales ad abruptu moties pacis colloquium redintegrandum iussit incumbere. Tum vero Eduardus, licet capto Ioanne Regeposset vltius excurrere; veritus tamen ne Galli, collectis nouis viribus eundem Regem recuperarent, vel ne in ipsum Carolus Imperator profiliret, Burdegalam spolijs & gloria onustus se recepit. De cuius in parta victoria moderatione animi egregie sentiens Innocentius, illum ad clementiam in victos explicandam, accommodandum paci in triumpho animum, ac reponenda diuino Numini grati animi officia hisce literis est adhortatus e.

Eduardo primogenito charissimi in Christo filij nostri Eduardi Regis Anglia illustris principis Vallie.

Quamquam, fili, ex tuorum felicitate successuum cum mundo sentiens, vt probabiliter credimus, glorieris; tenemus tamen indubie, quod sicut Deo deuotus, & ex deuotis ei parentibus editus triumphorum gloriam & victoriarum honorem ad Deum creatorem tuum, a quo est omnis victoria omnisque triumphus, cum reuerentia refers: tenemus, quod in eis effusionem cruoris humani consideras: tenemus, quod animarum pericula intueris; & quod proinde in conspectu ipsius Dei tui eo te humilias amplius, quo sicut circumspectus & prudens plane perpendis, debere te illi pro ijs referre gratias, pro his ab eo veniam deprecari. Licet enim idem ipse Deus, prout vult, distribuens dona sua, te victoriarum titulis & triumphorum pompa fecerit gloriosum; detestatur tamen plebis suæ stragem, nec regnantium rancorem aut odium, ius vel iniuriam compensari vult excidio fidelium & innocentiū populorum. Quod nos

attenta nobiscum meditatione pensantes, non reuocamus in dubium, immo verisimiliter certifimus, quod tu quanto de manu Domini prosperiora te suscepisse cognoscis, tanto ad pacem sis promptior, tanto ad concordiam fauorabilius inclineris; maxime cum ea sit consuetudo potentium imitantium pietatem, vt plus eos ad clementiam quotidie prosperitas excitet, plus ad mansuetudinem felicitas indefinenter inducat nunquam enim pietas in aliquo, nisi cum possit scire, perpenditur: nunquam dulcedo mansuetudinis, nisi cum possit rigide agere, innotescit. Dat ergo potentia occasionem clementiæ: dat causam etiam pietati.

9 Hanc igitur occasionem, hanc causam a te, cum exhibere possis, exigimus vt pro pace inter charissimum in Christo filium nostrum Ioannem Regem Francorum illustrem, quem ad carcerem tuum bellicus euentus adduxit, & te (actore Domino) reformandam, nobilitatem tuam confidenter adimus; illam quantum possumus affectione rogantes, ac per vicera misericordiæ Dei obsecrantes attentius, quatenus reddens gratitudinis vicem domino Deo tuo pro his, quæ tribuit ipse tibi, ad pacem & concordiam habilites animum, cor præpares, disponas & mentem: nosti enim, quod ille Rex pacificus, per quem viuis & regnas, pacem te diligere præcipit, & immisericordium cordium refugit incolatum. Et ne longis sermonibus diffusius extendamus epistolam, precibus nostris adiicimus, vt quæ venerabilis frater Talayrandus episcopus Albanensis, & dilectus filius noster Nicolaus tit. S. Vitalis presbyter Cardinalis Apostolicæ sedis nuncijs, vel alter eorum tibi super hoc pro parte nostra per se vel alios retulerint, aut literis indicarint, credas indubie; illaque speratis operum fructibus pia velis prosecutione complere. *Dat. Auin. v. non. octobris anno 14.*

Collaudauit alijs literis Pontifex a eundem principem, honorificentissime excepisse Talayrandum Cardinalem, fregisse in secundis rebus superbiam animi, quæ victoribus dominatur; gratesque ei egit, fuisse singulari comitate Francorum Regem profecutum: *Venerabilis, inquit, frater noster Talayrandus episcopus Albanensis A. S. N. per suas literas scripsit nobis, quod tu nobilitatem, quam derivas ex genere, confirmans & amplians generositate animi ac operatione virtutum, tantis eum es profecutus honoribus, tantisque fauoribus, quantos filium in Christo patri deuit exhibere: quodque (quod bis omnibus maius est) animum tuum equaliter ad omnia præparans, nulla erectus prosperitate successuum, sed in conspectu domini Dei tui semper humilior, ei omnia deputans, a quo omnia suscepisti, charissimo in Christo filio nostro Ioanni Regi Francorum illustri, quem ad carcerem tuum bellicus euentus adduxit, honorificentiam qua tanto principi conuenit, benignus impendis: super quo nobilitatem tuam meritis laudibus prosequentes, & sperantes indubie, quod omnipotens Dominus, qui humilia respicit & alta de longe cognoscit, in te uberius & copiosius gratiam suæ benedictionis effundet, &c. Dat. Auin. 11. non. octobris anno 14.* Commendat Eduardum iuniorem Villanum, tantis illi officijs Ioannem esse profecutum, vt etiam mensæ accumbenti inferuerit.

10 Leuandæ vero Gallorum consternationis, & impendentium malorum auertendorum sollicitus

Costa. I. nec. VI. apud Bosq. Numero superiores erant Galii.

Anglorum pietas commendanda.

Matth. Will. 7. c. 21.

Delphinus Pontifex ad consuetudinem excitar. e Ta. 4. ep. secr. pag. 204.

Matth. Will. 1. 7. c. 20. Burdegalam Ioannes ducitur.

To. 4. ep. secr. pag. 201.

Pontificis ad victoriam litteræ.

Adhortatio ad clementiam.

Et ad m. 6m.

De legibus honorifice excepto sita gratia.

De legibus Gallicis ge. clem. ter. h. 10.

Matth. Will. 1. 7. c. 20.

tus Pontifex, ad componendas res Carolum Imperatorem Romanorum adhibendum censuit: misitque ad eum Androino abbate Cluniacensi, hortatus est a, vt pacis interpretet Francos inter & Anglos ageret: reseruatum vni ipsi tanti operis gloriam, atque internuntios Cardinales in ea re diligentem operam locaturos. Quanto vero dolore ex Francorum Regis vinculis confectus esset, his verbis descripsit b.

Innocentius, &c. Carolo Imperatori Romanorum semper Augusto.

Tanta, fili charissime, amaritudine nos repleuit, tamque vehementis doloris aculeo cor nostrum & intima quæque sauciavit sinistra casus euentus charissimi in Christo filij nostri Ioannis Regis Francorum illustris, quem ad te ante receptionem presentium credimus peruenisse, vt pene in nobis virtus defecerit, emarcuerit vigor, & sensus euauerint quasi omnes. Quis enim sanæ mentis, quis sui compos, quis carni cordis, quis humani animi non erumpat in lachrymas? quis amara de profundis pectoris suspiria, non educat? quis prohibeat gemitus? quis compescat fletus? quis lamenta contineat? singultus etiam quis refrænet in effusione Christiani sanguinis, tantorum casu nobilium populorum, ruina fidelium, & multarum, quæ deploranda sunt amplius, periculis animarum? Nullum enim cuiusquam tam faxeum credimus pectus, quod hæc audita non frangerent: nullum tam ferreum, quod non mollirent & funderent; nullumque tam rigidum, quod horum consideratio non leniret. Cumque inter angustias plurimas, quibus propter hæc & alia obuoluimur, vndique ad necessariam reparationem casus huiusmodi animum dormientem sensu amaritudinis excitamus, vt cumque de conamine vel ministerio humano pene diffisi, ad eum attollimus attenuatam mororibus aciem, ad eum deuotas preces & orationes effundimus, qui mari & ventis imperat, & ad cuius nutum stat spiritus procellarum; vt ipse super tot plebis suæ flagellis acerbioribus pia compassione commotus, mittens de alto potentia suæ manum, nos de aquis harum tempestatum eripere, ac secundum multitudinem dolorum in corde nostro consolationibus suis animam nostram latificare dignetur. Et speramus in eo, quod etsi precibus nostris aurem suam, pro peccatis nostris accommodare refugiat, miserbitur saltem calamitatibus populi, quem ipse pia proprii cruoris effusione redemit.

11 Et hinc est, quod tenentes firmiter ipsius Redemptoris nostri munere procuratum, vt tu, qui solus inter homines languoribus his vehementioribus potes necessariam adhibere medelam, hoc tempore turbinum ad extremas imperij tui partes regno Francorum proximas declinatis; ad te, vt hanc rabiem procellarum virtute industriæ ac prudentiæ tuæ franges, & tranquillæ pacis beneficio tollas de medio guerrarum incommoda, & commotiones hostiles confugimus; pietatem tuam per eum, cuius nutu imperiali fastigio præemines, deposcentes, quatenus præmissa & alia, quæ breuitatis gratia subticemus, in debitam considerationem adducens, pro reuerentia Dei, consideratione salutis & honoris tui, publicæ utilitatis intuitu, & nostræ intercessionis obtentu, ne moreris; sed festinans descendas desolationi catholici occurrere populi Christianæ gentis excidia tollere, obuiare periculis

animarum. Tibi enim hæc gloria, tibi honor, tibi hæc laus a Domino reseruantur: tu namque partibus coniunctus es sanguine: tu licet sis proximior alteri, vtriusque tamen causam iuste respicies, & ad æquitatem, non ad sanguinem, oculos inclinabis: tu efficax tractator pacis, & promotor concordia tam fauore dignitatis casareæ, quam gratia charitatis. Habebis etiam ibi venerabilem fratrem nostrum Talayrandum, episcopum Albanensem & dilectum filium nostrum Nicolaum tit. S. Vitalis presbyterum Cardinalem Apostolicæ sedis nuntius, quos boni huius vitales cooperatores inuenies, & quorum in occurrentibus consilijs dirigi, & auxilio poteris adiuuari: super quo, quia dilecto filio Androino abbati monasterij Cluniacensis Matisconenfis diocesis latori presentium imposuimus aliqua clementia tua ortenus exponenda, precamur attentius, vt ipse pro parte nostra relatibus adhibeas plenam fidem. Dat. Auin. v. non. octobris anno 1101.

12 Contulit a se ad eundem Carolum, qui Metis comitia augustalia indixerat, Carolus ipse nepos ex sorore dux Normanniæ, vt illum ad præstandam laboranti regno opem permoueret: nec enim modo Angli belliterore, Regem iam capto, ac casu nobilitatis flore; sed intestinis etiam seditionibus fluctuabat: Regis Nauarræ frater Normanniam ob illum in vinculis tentum infestabat; plebeij furebant in nobiles, ipsorum proditione vel ignauia Regem captum: quæ etiam nota aspergebatur Gallici sceptri heres ipse, qui vna cum agmine suo post leue prælium, fuga arrepta, Ioannem deseruisset. Conuenisse Metis Francorum & Anglorum oratores cum Carolo Imperatore ad festa natalitia Domini, sed nullam concordia rationem a Germanis principibus inter Francos Anglosque conciliari poruisse refert Villanus b, de quo etiam meminit Rebdorfius his verbis c: *Mense decembri præscriptus Imperator vocatus per dominos & ciuitates regni Francia post bellum præmissum venit in ciuitatem Metensem, ubi iura imperij & clauis ciuitatis ab incolis requisit: & per dominum Innocentium Papam Cardinalis Petragoricensis transmissus ad ipsum, ac filius Regis Francia consanguineus Imperatoris, qui de bello supra scripto cum multis armatis fugit, ac multitudo magna principum Alemânia & Francia conuenit ad ipsum: et per festum natiuitatis dominice fuerunt apud ipsum. Demum transit in ducatum Brabantia, et huiusmodi guerram sedauit.*

Adhibuerat Pontifex pro sopiando eo bello inter Brabantia ducem Venceslaum ac Ludouicum comitem Flandriæ suborto Caroli Imperatoris auctoritatem, ad quem ea de causa Petrum episcopum Cameracensem miserat, vt ostendunt pontificiæ literæ ad Imperatorem ipsum, nec non ad Venceslaum ducem & Ludouicum comitem data: de demumque pax in ita, Mechliniæque, Flandriæ comitis potestati permissa. Ita tenuissimum bellum restinctum Pontificis & Caroli Imperatoris studio. Agunt de eodem bello inter alios Rebdorfius e, Matthæus Villanus f Ioannes a Leydis g ac M. S. Vaticanum, cuius verba decerpemus h: *Guerra, inquit, terribilis et fortis surrexit inter ducem Brabantia, suum germanum, et comitem Flandria, ipsorumque communitates et gentes anno 11. sua coronationis imperij; fuitque bellum campestre inter dictos Brabantinos et Flandrenses prope Bruxellas: quod bellum Flamenghi obtinuerant, et circa octo millia Brabantinorum*

Obortam inter Reges licem cõponat.

a Eod. to. 4. ep. sec. pag. 240. & tom. 3. colle. 7. Plat. pag. 103. Galliciu li bello impliciti.

Conuenus Metis habui ab Imp.

b Math. Vill. l. 5. c. 46. c Robt. in annual. hos. ann.

Bellum inter: Belgæ & Brabantinum.

d To. 4. ep. sec. pag. 224.

e Rebdorf. in annual. f Math. Vill. l. 7. c. 38.

g Io. a Leydis l. 30. c. 16. Agid. e R. Jan. in annual.

h Bel Mey. & bist. Fland. l. 11. b M. S. bibl. Var. sig. n. 2090.

Sollicitat. Imp. vt pacis se. questrem. 11. pag. 224.

Conce. ptum a se. Ioannis vinculis dolorem. 11. signifi. car. Pont.

Et effusas. ad Deum. 11. 224.

rogatur. Caiaz, vt. ad Iunice. imperij. 11. 224.

Vvences. lao duci restituta Brabãtia.

mortui ceciderunt: et facto bello totus ducatus Brabantia fuit in gubernationem et ad mandata comitis Flandriae per plures menses: et paulo post dictus dux recuperavit totum ducatum prater Malinas.

Metenses conuentus a Rebdorf in annuali Argenti in chron. Lib. priu. Rom. eccl. to. 1. pag. 401. ext. etiam in arce S. An gel. et in- ter collect. Platini. to. 3. pag. 103 128. et 156. et apud Goldast. in collect. cost. imperial. to. 1. in Carolo IV Ad eos delphinus accessit.

13 Quod ad Carolum Imperatorem attinet; agit pluribus Rebdorfius a de Metensis conuentus splendore ac magnificentia; cui etiam consentanea Albertus Argentinensis b & alij referunt: extantque in libro priuilegiorum Romanae ecclesiae c plures leges ab Imperatore in eo promulgatae hoc praefixæ titulo.

Infra scripta leges promulgatae sunt in curia Metensi per dominum Carolum IV. Romanorum Imperatorem et Boemiae Regem Augustum anno Domini MCCCLVI. in die natalis Christi, assidentibus sibi omnibus sacri Romani imperij electoribus, praesentibus dominis venerabilibus in Christo patre domino Talayrando episcopo Albanensi S. R. E. Cardinale, ac Carolo Regis Franciae primogenito Normanniae duce illustri ac delphino Viennensi. Prima lege statuuntur grauissima poenae in eos, qui in necem electorum principum coniurarint. Dein ad eorundem electorum principatus confirmandos sancitum, ne Boemiae regnum, palatinatus Rheni, ducatus Saxoniae, & marchionatus Brandenburgensis, atque alia ditio beneficiaria, vestigalesque vrbes, agruæ discindi possint aut dissolui: sed principatus, dignitas, & amplitudo in vno capite, maiori scilicet natu filio, qui fratribus ac fororibus benignum se impertiturus sit, retineantur. Subiicitur deinde pompæ ordo, cum Imperator instructo agmine, augustali ornatu insignis ad comitia pergat. Descripta etiam principum munerum in huiusmodi conuentibus exercenda. Definitum quæ stipendia officialibus tribuenda, cum principes imperatorio beneficio ac liberalitate ditionem acceptam profitentur. Denique, vt principes electores linguas calleant pro expediendis negotijs audiendisque exterarum gentium oratoribus, hac lege cautum.

De filiis principum instruendis.

Statuimus vt illustrium principum, puta Regis Boemiae, comitis Palatini, ducis Saxoniae, & marchionis Brandenburgensis electorum filij vel heredes & successores, cum verisimiliter Theutonicorum idoma sibi naturaliter inditum sciri praesumatur, & ab infantia didicisse, incipiendo a septimo aetatis sua anno in grammatica, Italica & Sclauica linguis instruantur; ita quod infra quartumdecimum aetatis annum existant in talibus iuxta datam a Deo gratiam eruditi; cum illud non solum vtile, immo ex causis praemissis summe necessarium habeatur, eo quod illa lingua vt plurimum ad vsum & utilitatem sacri imperij frequentari solet, & in ijs plus ardua ipsius imperij negotia ventilentur. Lata est in iisdem Metensibus cœtibus sententia d a Ruperto comite palatino, eodemque archidapifero Caesaris & duce Bauariae, qua septemuiratus dignitas iusque creandi Caesaris, ne qua de ijs controuerisa moueretur Regi Boemiae, asserta est. Consignatur id decretum hac loci & temporis nota. Datum Metis anno Domini MCCCLVI. proxima dominica ante festum B. Luciae virginis.

Ext. apud Goldast. in coll. ledum imperial. Boemo asseritur ius creandi Caesaris.

14 Celebrarat ante Carolus ineunte hoc eodem anno Nurembergæ alia ordinum imperij comitia, de quibus hæc narrat Rebdorfius e: Mense ianuario idem Imperator conuocat curiam in Nuremberg, in qua archiepiscopi Moguntinensis, Coloniensis, Treuerensis, & alij principes conueniunt electores, & quamplures alij: sed filij Ludouici duo, Ludouicus marchio Brandenburgensis & dux Stepha-

Rebdorf. in annuali. Alia comitia Nurembergæ habitata.

nus ad hanc curiam non conueniunt, timentes potentiam Imperatoris praedicti: Ludouicus vero dictus Romanus etiam filius Ludouici bene interfuit huic curiae cum magno apparatu, & de marchionatu Brandenburgensi per Imperatorem est inuestitus ibidem. De iisdem celeberrimis comitijs Nurembergæ a Carolo Imperatore habitis, in quibus ad componendas res imperij constitutasque, leges tulit, meminit vita Innocentij auctor a, de Carolo loquens, his verbis: Dum ad Alamaniam peruenisset, vocatis principibus in * Varemberch, multas leges edidit, & constitutiones fecit, statum & utilitatem imperij concernentes, ad pacem & concordiam inter ipsum & ecclesiam conseruandas. Extant etiam in molis Adrianae tabulario, & inter illustria monumenta iussu Sixti IV. a Platina collecta b & in libro priuilegiorum c Romanae ecclesiae M. SS. Vaticani tabularij, e quo praecipuas decerpemus, quarum ferendarum causas, rationes, locum, ac tempus Imperator his verbis consignat.

a Gesta Innoc. VI. apud B. Præcipua in eo gesta. * Nuremberch

b Ext. in arce S. An gel. & in- ter collect. Platini. pag. 86.

c Lib. priu. Rom. eccl. to. 1. pag. 401. ext. atiam a. pud Pan. post lib. de comitijs Imp. & a. pud Goldast. in coll. ledum. imper. in Carolo IV. to. 1.

Infra scriptas leges ad vnitatem inter electores fouendam, & electionem vnanimem inducendam, ac detestandae diuisioni praedictis varijs periculis ex ea sequentibus aditum pracludendum, in solemnibus nostrae Nurembergensi, assidentibus nobis omnibus principibus electoribus ecclesiasticis & secularibus, ac aliorum principum, comitum, baronum, procerum, nobilium, & ciuitatum multitudine numerosa, in solio maiestatis caesarea imperialibus insulis insignijs, & diademate decorati, matura deliberatione praesia de imperiali potestate plenitudine edidimus, statuimus, & duximus faciendas sub anno Domini MCCCLVI. nona indiæ. IV. id. ianuarij regnorum nostrorum anno x. imperij vero II. Cauter primum pluribus legibus de tuto ac libero comitatu praestando septemvirum, cum ad comitia, pro creando Rege Romanorum erunt profecturi, quiescentes stipaturi sint, designat. Quo veru ita Moguntino archiepiscopo principibus, mortuo Imperatore, interregnum sit significandum, atque indicendi solemnes septemuirum conuentus, celebrandiue Francofurti, vel quo succincti comitatu adituri sint, his verbis sancit.

De cre. do Rege Romanorum.

15 Cum ad hoc peruentum fuerit, quod de Imperatoris vel Regis Romanorum obitu in dioecesi Moguntinensi constituerit, ex tunc infra vnum mensem, a die notitia obitus huiusmodi continue numerandum, singulis principibus electoribus obitum ipsum & intimationem, de quibus praemittitur, per archiepiscopum Moguntinensem iubemus et decernimus suis patentibus literis declarari. Quod si idem archiepiscopus in executione et intimatione huiusmodi negligens aut remissus fortassis existeret, ex tunc ydem principes motu proprio, etiam non vocati, pro fidei sua virtute, qua sacrum prosequi tenentur imperium, posthac infra tres menses, sicut in constitutione supra proximo posita continetur, in ciuitate Franckenfort sepedita conueniant electuri Regem Romanorum in Caesarem promouendum. Debet autem vnusquisque princeps elector vel sui nuncijs praedictam ciuitatem Franckenfort cum ducentis equitaturis tantummodo praefatae electionis tempore introire, in quorum numero quinquaginta tantum armatos vel pauciores introducere secum poterit, sed non plures. Princeps vero elector ad electionem huiusmodi vocatus & requisitus, & ad ipsam non veniens vel legales nuntios cum literis patentibus sigillo suo maiore sigillatis, plenamque & liberam ac omnimodam potestatem continentibus ad eligendum Romanorum Regem futu-

Vt conuenire debeant electores.

Equitum stipatorum numerus.

rum Imperatorem non dirigens, aut veniens, aut huiusmodi nuntios fortasse transmissens, si postea princeps ipse aut predicti nuntij a predicto electionis loco recedent Rege Romanorum futuro Casare non electo, nec ad premissa procuratore legitimo sublato solemniter & relicto, electionis voce seu iure, quod in eadem electione habuit & tali modo deseruit, careat ea vice.

Iniungimus autem civibus de Franckenford & mandamus, ut ipsi uniuersos principes electores in genere & quemlibet eorum ab inuasionem alterius, si quid inter eos aduersitatis emergeret, & etiam ab omni homine cum omnibus eorum hominibus, quos ipsi & eorum quilibet in presato ducentorum suorum equorum numero ad presatam duxerint civitatem, in virtute iuramenti, quod super hoc ipsos ad sancta prestare statuimus, fidei studio & solerti diligentia protegant ac defendant: alioquin periurij reatum incurrant, & nihilominus omnia sua iura, libertates, priuilegia, gratias, & indulta, que a sacro obtinere noscuntur imperio, omnino amittant, etc. Incessa alia pena: tum prohibiti quemquam alium, dum agitur de eligendo Rege, in urbem inducere. Dein seruandi in electione ritus his verbis descripti.

16 Postquam autem sapediti electores seu nuntij civitatem Franckenford ingressi fuerint, statim sequenti die diluculo in ecclesia S. Bartholomai Apostoli ibidem in omni ipsorum presentia missam de sancto Spiritu faciant decantari ad finem, ut ipse sanctus Spiritus corda ipsorum illustret, & eorum sensibus lumen sue virtutis infundat, quatenus ipsi suo suffulti presidio hominem iustum, bonum, & utilem eligere valeant in Regem Romanorum futurumque Casarem, ac pro salute populi Christiani. Peracta quoque missa huiusmodi, omnes illi electores seu nuntij accedant ad altare, in quo missa eadem extitit celebrata: ubi principes electores ecclesiastici coram euangelio B. Iohannis, in principio erat Verbum; quod illic ante ipsos poni debet, manus suas pectori cum reuerentia supponant: seculares vero principes electores dictum euangelium corporaliter manibus suis vngant: qui omnes cum tota sua familia tunc ibi debent inermes assistere. Et archiepiscopus Moguntinensis formam iuramenti eis dabit, & una cum ipsis, & ipsi vel absentium nuntij una cum eo iuramentum prestabunt vulgariter in hunc modum.

Ego N. archiepiscopus Moguntinensis sacri imperij per Germaniam archicancellarius & princeps elector iuro ad sancta Dei euangalia, hic presentia tua coram me posita, quod ego per fidem, qua Deo & sacro Romano imperio sum strictus, secundum omnem discretionem & intellectum meum cum Dei adiutorio eligere volo temporale caput populo Christiano, id est, Regem Romanorum in Casarem promovendum, qui ad hoc existat idoneus, in quantum discretio & sensus mei me dirigunt: & secundum fidem predictam vocemque meam, & votum seu electionem presatam dabo absque omni pacto, stipendio, pretio, seu promisso, vel quocumque modo talia valeant appellari. Sic me Deus adiuuet, & omnes sancti.

17 Praesto denique per electores seu nuntios in forma & modo predictis huiusmodi iuramento, ad electionem procedant: nec amodo de iam dicta civitate Francoford separentur, nisi prius maior pars ipsorum temporale caput mundo elegerit, seu populo Christiano, Regem videlicet Romanorum in Casarem promovendum. Quod si facere distulerint infra triginta dies, a die prestiti iuramenti presati

continuo numerandos, ex tunc transactis eisdem triginta diebus amodo panem manducent & aquam, & nullatenus civitatem exeant antedictam, nisi prius per ipsos vel maiorem partem ipsorum rector seu temporale caput fidelium electum fuerit, ut presertur. Postquam autem in eodem loco ipsi vel pars eorum maior numero elegerit, talis electio perinde haberi & reputari debet, ac si foret ab ipsis omnibus, nemine discrepante, concorditer celebrata: sique per tempus aliquod morari, abesse, & tardare contingeret aliquem de electoribus seu nuntijs antedictis, dum tamen venires, antequam predicta esset electio celebrata, hunc ad electionem ipsam in eo statu admitti decernimus, in quo ipsa aduentus sui tempore consistebat.

18 Et quia de antiqua, approbata, & laudabili consuetudine inconsuse quod subscribitur semper extitit hactenus obseruatum, ideoque & nos constituimus, & de imperiali decernimus plenitudine potestatis, quod is, qui modo premissis in Regem Romanorum electus fuerit, peracta statim electione huiusmodi, priusquam in aliquibus causis alijs suis negotijs virtute sacri imperij administraret, uniuersis & singulis principibus electoribus ecclesiasticis & secularibus, qui propinquiora sacri imperij membra esse noscuntur, omnia ipsorum priuilegia, literas, iura, libertates, concessionem, antiquas consuetudines, & etiam dignitates, & quidquid ipsi ab imperio usque in diem electionis sue obtinuerunt & possederunt, absque dilatione & contradictione confirmare & approbare debeat per suas literas & sigilla: ipsisque premissa omnia innovare, postquam imperialibus insulis fuerit coronatus. Confirmationem autem huiusmodi electus ipse cuiuslibet principi electori in specie primo suo regali nomine faciet, & deinde sub imperiali titulo innovabit: et in his ipsos principes omnes in genere, & quemlibet eorum in specie nullatenus impedire, sed potius absque dolo gratiose tenebitur promouere. In casu denique, quo tres principes electores presentes seu absentium nuntij quantum ex se seu ipsorum consortio, videlicet principem electorem presentem vel absentem in Regem Romanorum elegerint, vocem illius electi, si presens affuerit, aut nuntiorum ipsius, si eum abesse contingerit, plenum vigorem habere & eligentium augere numerum, partemque maiorem decernimus constituere ad instar ceterorum principum electorum.

19 Ad dirimendas contentiones, qua de sedium dignitate atque ordine inter septem viros principes exorti possent, hic ordo prescriptus. Primum, quod spectat ad archiepiscopos, ita constituit Carolus.

De imperiali potestatis plenitudine ac dicta lege perpetuo valitura sancimus, quod supradicti venerabiles archiepiscopi, Treuerensis videlicet ex opposito lineari directione versus Imperatoris faciem, Moguntinensis vero in suis diocesi & prouincia, & extra prouinciam suam in toto archicancellariatu suo Germanico, prouincia Coloniensi dumtaxat excepta, & demum Coloniensis in suis diocesi & prouincia & extra prouinciam suam in tota Italia & Gallia in dextero latere Romanorum Caesaris sedere possint, valeant, & debeant in omnibus publicis actibus imperialibus, puta iudicij, collationibus feudorum, & in refectionibus mensarum, ac etiam in concilijs & omnibus alijs agendis, propter qua contingit seu contingeret eis pro honore seu utilitate imperiali tractandis mutuo conuenire. Et hunc modum sessionis sub omni eo ordine, sicut expressatur superius, ad predictorum Coloniensis,

Suffragij iure excelsi, qui e conuentione abeat.

Serame-to mutua concordiam feruent.

De peragenda diuina re.

Serame-to praesentia ab electoribus.

Illius forma.

Non di-grediamur a prece-pto nisi creatio Re-gis.

* bibant

Creatas Rex principum in munitates constituet.

Tres electores quantum possunt eligere.

De dignitate sedium principum electorum.

Eorum ordo inter electores archiepiscopos.

Treuerensis, & Moguntinensis archiepiscoporum successores perpetuo extendi volumus, ut nulla unquam tempore super his quavis dubietas generetur.

20 Statuimus insuper, ut quotiescumque imperialem curiam ex nunc in antea celebrari contigerit, in qualibet sessione, videlicet tam in consilio, quam in mensa & locis alijs quibuscumque, ubi Imperatorem vel Regem Romanorum cum principibus electoribus sedere continget, a dextro latere Imperatoris vel Regis Romanorum immediate post archiepiscopum Moguntinensem vel Coloniensem, illum videlicet, quem tunc temporis pro qualitate locorum & varietate provinciarum in tota privilegij sui tenorem dicto latere dextro Imperatoris affidere contigerit, Rex Boemia, cum sit princeps coronatus & unctus primum, & post eum continuò comes Palatinus Rheni secundum sedendi loca debeant obtinere. Ad sinistram vero partem immediate post illum, quem cum prædictis archiepiscopis in latere sinistro sedere continget, primum locum dux Saxonia, & post eum marchio Brandenburgensis alterum obtineat. Cæterum quoties & quando deinceps sacrum vacare continget imperium, ex tunc Moguntinensis archiepiscopus potestatem habebit, sicut potestatem habuisse dignoscitur ab antiquo, cæteros principes antedictos suos in dicta electione consortes literarie convocandi. Quibus omnibus seu his, qui poterunt & voluerint interesse, in electionis termino inuicem congregatis, dictus archiepiscopus Moguntinensis, & non alter, eorundem electorum suorum vota singulariter habebit inquirere ordine subsequenti.

Primo quidem interrogabit a Treuerensi archiepiscopo, cui primam vocem competere declaramus, sicut inuenimus hætenus competisse: secundo a Colonienfi archiepiscopo, cui competit dignitas, nec non officium Romanorum Regi primum diadema regium imponendi: tertio a Rege Boemia, qui inter electores laicos ex regia dignitatis fastigio iure & merito obtinet primatiam: quarto a comite palatino Rheni: quinto a duce Saxonia: sexto a marchione Brandenburgensi. Horum omnium vota præmissa iam ordine dictus archiepiscopus Moguntinensis perquiret: quo factò, dicti principes sui consortes ipsum vice versa requirent, ut & ipse intentionem suam exprimât, & ipsis aperiat votum suum.

Præterea in celebratione imperialis curia marchio Brandenburgensis aquam lauandis Imperatoris vel Regis Romanorum manibus ministrabit: primum vero potum Rex Boemia, quem tamen sub regali corona iuxta privilegiorum suorum continentiam, nisi libera voluntate voluerit, non tenebitur ministrare. Comes etiam Palatinus cibum afferre tenebitur: & dux Saxonia marscallatus officium exercebit, ut solitum est fieri ab antiquo.

21 Quoties insuper, ut præmittitur, sacrum vacare continget imperium, illustris comes Palatinus Rheni sacri imperij archidapifer ad manus futuri Regis Romanorum in partibus Rheni & Suetia, & in iure Franconico ratione principatus seu comitatus Palatini privilegio esse debet prouisor imperij cum potestate iudicia exercendi, ad beneficia ecclesiastica præstantandi, reco'ligendi redditus & prouentus, & inuestiendi de feudis, iuramenta fidelitatis vice & nomine sacri imperij recipiendi. Quæ tamen per Regem Romanorum postea electum suo tempore omnia innovari, & de nouo sibi iuramenta ipsa præstari debebunt, feudis principum

dumtaxat exceptis, & illis, quæ vonthen vulgari- ter appellantur, quorum inuestituram & collationem soli Imperatori vel Regi Romanorum specialiter reseruamus. Ipse tamen comes Palatinus omne genus alienationis, seu obligationis iurium imperialium huiusmodi prouisionis tempore expresse sibi nouerit interdictum. Et eodem iure prouisionis illustrem ducem Saxonie sacri imperij archimarscallum frui volumus in illis locis, ubi Saxonica iura seruantur, sub omnibus modis & conditionibus, sicut superius est expressum. Et quamuis Imperator siue Rex Romanorum super causis, pro quibus impetitus fuerit, habeat (sicut ex consuetudine introductum dicitur) coram comite Palatino Rheni sacri imperij archidapifero electore principe respondere, illud tamen iudicium comes ipse Palatinus non alibi præterquam in imperiali curia, ubi Imperator seu Romanorum Rex præsens extiterit, poterit exercere.

Ad anteuertendas etiã discordias, quæ deferendi in creando Rege Romanorum suffragij iure inter principes ex eadem stirpe factos exoriebantur; ac deinde, ut vidimus, intestina imperio bella inuexerant, hac lege a Carolo de successione regni Boemiæ, palatinatus Rheni, ducatus Saxonie, ac marchionatus Brandenburgensis cautum est.

Decernimus, ut postquam ydem principes electores seculares, & eorum quilibet esse desierint, ius, vox, & potestas electionis huiusmodi ad filium suum primogenitum legitimam laicum, illo vero non existente, ad eiusdem primogeniti primogenitum similiter laicum & sine contradictione cuiuspiam deuoluatur. Si vero primogenitus huiusmodi absque heredibus masculinis legitimis laicis ab hac luce migraret, virtute presentis imperialis edicti ius, vox, & potestas electionis prædicta ad seniore fratrem laicum per veram paternam lineam descendentem, & deinceps ad illius primogenitum laicum deuoluatur: & talis successio in primogenitis & heredibus principum eorundem iure, voce, & potestate præmissis perpetuis temporibus obseruetur; ea tamen conditione & modo, ut si principem electorem, vel eius primogenitum, aut filium seniore laicum mori, & heredes masculinos legitimos laicos defectum ætatis patientes relinquere contingeret, tunc frater senior eiusdem primogeniti tutor eorum administrator existat, donec senior ex eis legitimam ætatem attigerit, quam in principe electore decem & octo annos completos censeri volumus, & statuimus perpetuo haberi: quam dum attigerit, ius, vocem, & potestatem & omnia ab ipsis dependentia tutor ipse sibi totaliter cum officio teneatur prorsus assignare. Si vero aliquem ex huiusmodi principalibus ipsorum Imperio sacro vacare contingeret, tunc imperator seu Rex Romanorum, qui pro tempore fuerit, de ipso prouidere debet & poterit tanquam de re ad se & imperium legitimam deuoluta; saluis tamen semper privilegijs, iuribus, & consuetudinibus regni nostri Boemiæ super electione Regis in casu vacationis, per regnicolas, qui ius habent eligendi Regem Boemiæ, faciendâ, &c.

22 Adiectæ aliæ leges de Boemorum immunitatibus, ut extra regnum accersiri iudicium non possint: de fodinis auri, argenti, alteriusue metalli in regno Boemiæ constitutis: de auro argentoque signando: de Treuerensis, Colonienfis, & Moguntinensis archiepiscopatum clientibus, ad subsellia iudicum extra eorum fines non vocandis; qua prerogatiua cæteri lai-

Inter electores laicos

Moguntinus suffragia feruata

Quo ordine

Officia electorum

Palatinus vacuo solio in qua imperij parte administratur sit

In qua Saxo

Primogenitus ius patri electioni succedit

Quo casu frater succedat

De principatu vacante Casar prouidet

Latus de regno Boemiarum leges

laicorum electorum subditi etiam exornati: de solemnibus imperij conuentibus habēdis. Abrogata priuilegia quibusuis concessa, quæ septemuirum dignitati & iuribus detrahebant: ac plura alia de fiduciarijs clientibus, de opprimendis coniu-ratoribus, tuendis urbium iuribus, scelestisque reprimendis constituta. Ad fouendam præterea inter septemuiros coniunctionem animorum præscripta est ab Imperatore literarum forma, suis concepta verbis, quibus coelectores ad comitia in interregno pro Rege designando vocandi sint: si princeps procuratorem ad id constituat, qua ratione procuratio committenda conficiendaue: definitum etiam qui admittendus ad comitia, cum duo de principatu disceptant.

Præsenti edicto imperiali perpetuo valituro sancimus, vnumquemque principatum prædictorum, cum iure & voce electionis, ac officio, cæterisque omnibus dignitatibus, iuribus, & pertinentijs ad ipsum spectantibus ita perseuerare & esse debere vnitum perpetuis temporibus indiuisibilibiter & coniunctim, quod possessor principatus cuiuslibet etiam iuris, vocis, officij, dignitatis, & pertinentiarum omnium ad illum spectantium quata debeat & libera possessione gaudere, ac princeps elector ab omnibus reputari: ipseque & nemo alius per ceteros principes electores ad electionem & omnes actus alios, pro sacri imperij honore vel opportunitate gerendos, omni tempore assumi sine contradictione qualibet & admitti, nec aliquid præmissorum ab altero, cum sint & esse inseparabilia, diuidi vel nullo tempore debeant separari, aut in iudicio vel extra diuisim repeti valeant vel euinci, vel etiam per sententiam separari, nec aliquis vnus sine alio impetens audiatur. Quod si per errorem vel alias auditus quis fuerit, aut processus, iudicium, sententia, vel aliquid huiusmodi contra dispositionem nostram emanauerit, seu quomodolibet attentari contigerit, hoc totum, & omnia ex his & quolibet eorum sequentia, eo ipso viribus non subsistant.

23 Descriptus præterea ordo, quo instructo agmine religioso vna cum Imperatore incedant septemui: Archiepiscopus Treuerensis in directâ diametrali linea ante Imperatorem vel Regem transeat, illique soli medijs inter eos ambulent, quos imperialia vel regalia continget insignia deportare. Dum autem Imperator vel Rex absque insignijs eisdem incessevit, ex tunc idem archiepiscopus Imperatorem vel Regem præfato modo præcedat; ita quod nemo penitus inter eos medius habeatur, alijs duobus archiepiscopis electoribus loca sua iuxta distinctionem provinciarum suarum circa sessionem superius declaratam etiam circa processionem perpetuo seruaturis. Et infra: Dux Saxonie imperialem seu regalem ensen deferens Imperatorem seu Regem immediato præcedat, & inter illum & archiepiscopum Treuerensem medius habeatur: comites vero Palatini pomum imperiale portans a latere dextro, & marchio Brandenburgensis sceptrum deferens a sinistro latere ipsius ducis Saxonie linealiter gradientur: Rex autem Boemie Imperatorem seu Regem ipsum immediato, nullo interueniente, sequatur.

Quoties insuper in Imperatoris vel Regis Romanorum præsentia missarum solemnitas celebrari, ac Moguntinensem, Treuerensem, & Coloniensem archiepiscopos vel duos ex eis adesse contigerit, in confessione, quæ ante missam dici consuevit, ac in porrectione euangelij osculandi, & pace post Agnus Dei portanda; nec non in benedictionibus post finita

missarum solemnitas, ac etiam ante mensam faciendis, & in gratijs post cibum acceptum agendis, is inter eos ordo seruetur, prout de ipsorum consilio duximus ordinandum, quod prima die hæc omnia & singula a primo, secunda a secundo, tertia vero a tertio peragantur: primum autem vel secundum aut tertium hoc casu secundum quod prius vel posterius quilibet eorum consecratus existit, debere intelligi declaramus. Et ut se inuicem honore condigno præueniant, & exemplū alijs præbeant inuicem honorandi, is quem circa præmissa ordo tetigerit ad hoc alterum conuenientia & charitatiua inclinatione inuitetur: & tunc demum ad præmissa procedat, seu quodlibet præmissorum. At de cæsareis rebus hæctenus; nunc ad Vngaricas traducenda narratio.

24 Hoc anno Ludouicus Vngariæ Rex, cum Stephanus Rex Rasciæ, qui antea ad Romanæ ecclesiæ coniunctionem Vngariæ potentia terrore se rediturum sponderat, in hæresi & schismate obdureceret, sacram, auctore B. Petro Thoma episcopo Pastensi apostolico internuntio, qui e Rascia in Vngariam se contulerat, expeditionē in eum decreuit, vt regnum illud Vngarico imperio adiungeret, atque ex eo hæresim & schisma excinderet. De quo Card. Baronius a. in suis ad hunc annum notis hæc appofuit: Anno Christi MCCCLVI. indictione IX. Ludouicus Rex Vngariæ præliturus aduersus Rascios, quod illorum regnum pertineret ad Vngariæ ditionem, legationem misit ad Romanum Pontificem, vt pro hæc ipsa causa oracem indiceret; spondens idem regnum ad arbitrium sedis Apostolicæ dispositurum. Habentur litera libro priuilegiorum Romana ecclesia. Addendas in medium ex eodem libro priuilegiorum b, atque ex codice M. S. Vallicellano c de-cerpendas regias literas duximus.

Nos Ludouicus Dei gratia Rex Vngariæ. Notum facimus vniuersis præsentibus literas inspecturis, quod cum nos iam diu, diuina gratia fauente ac Domino inspirante, & vt catholicis & Christianissimis princeps optauerimus, & affectanter optemus intuitu Dei & sanctæ matris ecclesiæ, ac totius fidei Christianæ, & ad ipsius laudem & augmentationem regnum nuncupatum Rasciæ, quod iuris prædecessorum nostrorum ac nostri fuit & existit, & quod de facto tentum est & tenetur occupatum per sanctæ & vnicæ matris ecclesiæ rebelles, schismaticos, infideles, & catholicæ fidei contemptores, atque vesanos, ipsum regnum ad fidem Christianam, & sanctæ matris ecclesiæ vnitatem, obedientiam, reuerentiam debitam, & honorem, & ad ius nostrum trahere & traducere, prout etiam tenemur, & ad prædicta ex debito sumus astricti; potissime cum regnum illud nostrum, quod possidemus, contiguum existat, & propterea crucem sanctam sumere, & per subditos nostros, in quantum possumus, sumi facere incessabili affectione peroptemus; hinc est, quod sanctissimus in Christo pater & dominus noster dominus Innocentius, diuina prouidentia Papa VI. auditis & intellectis præmissis optatu & affectione nostris sanctitati que suæ intimatis, seu relatis per dilectum Ioannem capellanum nostrum, seu alios de prædictis notitiam habentes, per suas patientes literas apostolicas more Romanæ curiæ bullatas nobis filio obedientia scribere dignatus est, præfatos affectum & voluntatem multipliciter commendando, ac sibi seu sanctitati suæ grata & accepta significando.

Vnde mouemur & inducimur formam,

Ludouic⁹
Vng. Rex

Rasciæ
bellum in
dicit.
a Card.
Baron. in
not. M. S.
bibl. Vall.

b Lib. priu.
Rom. eccl.
tc. 2. pag.
185. ext.
etiam in
arce S. An
geli.
De pio il
lius studio
ad schisma
in eo re
gno excia
dendunt.
c M. S. bib.
Vall. sign.
lit. B n. 12
pag. 246.

Vt pactus
sit cum
Innocen
tio.

Lex de
non dispe
tendo se
premitra
tus prin
cipatu.

Ordo in
septemui
in iudicio

Quis in
archie
scopus
laudand.

modum, conditionem, & statum, secundum quos prædicta intendimus adimplere, sanctitati suæ notificare, & procuratores seu procuratorem, nuntium seu nuntios specialiter ad hoc constitutos destinare, qui in animam & super animam nostram ad sancta Dei euangelia corporaliter tacta iurent seu iuret, quod ipsos modum & formam infrascriptos attendemus & obseruabimus, ac attendi & obseruari faciemus omni posse totaliter extenso.

25 Quapropter, prædicta sic (diuina gratia fauente) excogitata, ac nutu diuino ad propositum nostrum iam diu deducta exequi volentes, prout possumus & debemus, auctoritate, licentia, & assensu ipsius sacratissimi Pontificis prædicti, ac sanctæ sedis Apostolicæ, vt merito dici valeamus iustum & catholicum bellum inire, & habere, prout etiam vere fouemus & habere nitimur, per præsentem literas seu instrumentum sigillo nostro maiori meliori modo, iure, & forma quibus possumus, facimus, constituimus, creamus, & ordinamus nostrum certum missum, nuncium, factorem, ac legitimum, specialem, & indubitatum procuratorem, & alias quicquid dici, & esse melius posset; videlicet honorabilem virum dominum Stephanum Vaudensis ecclesiæ præpositum cappellanum nostrum fidelem & specialem, specialiter ad comparandum coram domino nostro Papa, vel ab eo seu a sede Apostolica ad hoc deputato, seu coram sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus pro obtinendo, & ad obtinendum pro nobis quascunque literas apost. in præmissis & circa præmissa, & quodlibet eorundem necessarias seu opportunas; & ad iurandum in manibus dicti domini Papæ, seu cuiuscunque super hoc potestatem seu consensum habentis, in animam & super animam nostram, & ad sancta Dei euangelia corporaliter tacta, quod præfatum bellum, seu verius sanctæ crucis assumptionem contra prædictos facimus, inimus, seu facere, inire, & habere fatagemus, & properamus ad honorem domini nostri Iesu Christi & eius sanctæ matris gloriosæ Virginis Mariæ, & ad honorem, reuerentiam, & laudem sanctæ Romanæ ecclesiæ, & zelo fidei Christianæ inducti, & ad ipsius augmentationem, nec non ad nostri memoriam bonam in posterum recolendam; & ad conseruationem & reformationem iuris nostri, quod prædecessoribus nostris & nobis competijt & competit, ne de negligentia seu desidia argui valeamus; & quod regna, ciuitates, castra, terras, villas, & alia loca, quæ per fideles Christianos teneantur, prætextu præmissorum inuadere seu occupare minime intendimus, nec nostræ intentionis existit, præterquam ad passum seu transitum faciendum; nec non, quod ipsum regnum, ciuitates, castra, villas, terras, & tenutas, quæ de dicto regno, Deo annuente, nos inuadere, recuperare, & habere continget, vltra ius debitum non grauabimus; sed suis priuilegijs antiquis & laudabilibus & honestis vti volumus & permittemus, & ad iustitiam, reuerentiam, & obedientiam in diuinis dictæ S. R. E. deducemus, prout facultas nobis erit, & potestas, Domino concedente; & quod ecclesias, monasteria, & alia pia loca ad libertates ecclesiasticas, ac sua priuilegia & immunitates deducemus, & reduci faciemus; & ipsa in eisdem conseruabimus, & alias honorem, & statum ipsorum augmentabimus iuxta posse; ac quod parati sumus & erimus quocun-

que, quinimmo affectamus recipere legatum apostolicum, qui crucem prædicet contra prædictos, & alias faciat, prout & quemadmodum dicto domino nostro Papa, & sedi Apostolicæ placuerit, & visum fuerit opportunum.

26 Item alias facimus, constituimus, & ordinamus dictum procuratorem ad iurandum, promittendum, & faciendum quicquid & quæque circa præmissa, & quodlibet præmissorum fuerint necessaria seu opportuna, & etiam si talia sint, quæ mandatum exigant speciale, & etiam quæ præfens procuratio emissa non præstabit, quæ nosmet facere possemus si personaliter essemus præsentem; promittentes in omnibus, & per omnia stare & obedire mandatis, dispositioni, & ordinationi dicti domini Papæ, sacrique collegij Cardinalium, & sanctæ sedis Apostolicæ in his, quæ in præmissis & circa præmissa visa fuerint necessaria seu opportuna, & eius seu eorum arbitrio cuiuslibet conuerenti omnia damna & interesse occasione præmissorum per nos illata (quod tamen Deus auertat) resarcire; dantes & concedentes dicto procuratori nostro liberam facultatem, & generale mandatum prædicta faciendi, iurandi, obligandi, & exercendi, vt præmittitur, & alias omni modo, iure, & forma, quibus melius possunt seu poterunt, & quæ nos facere possemus, si præsentem compareremus. Et volentes eum releuare ab omni onere satisfidandi verbo nostræ regis celsitudinis, promittimus nomine & vice quorum interest, seu intererit quomodolibet in futurum, habere ratum & firmum quicquid per prædictum procuratorem nostrum, actum, gestum, & factum fuerit in præmissis & circa præmissa; ex nunc ratum, gratum habemus sub hypotheca, & obligatione omnium bonorum nostrorum præsentium & futurorum, & etiam regni seu regnorum nostrorum, in quantum debemus, possumus, & valeamus, præsentium sub nostræ maiestatis testimonio literarum. *Dat. Zagabriae indictione VIII. mensis iunij die quarto, anno Domini MCCO. quinquagesimo sexto.*

27 Cum accessisset ad sedem Apostolicam Stephanus Vngariæ Regis orator, & præposito Vaudensis ecclesiæ Zagabrienfis episcopus designatus, contendit a Pontifice a, vt sacram expeditionem in Rascios hæreticos & schismaticos decerneret, illiusque conficiendæ Ludouico Vngariæ Regi prouinciam daret: cuius petitis assensisse Innocentium, indicat Matthæus Villanus b, dum ait, Pontificem mense augusto maximis honoribus Regem Ludouicum affectisse, illumque in Cardinalium consistorio signiferum ecclesiæ aduersus infideles creasse: quibus subiecta pontificiæ ad Vngarum literæ consentiunt c.

Innocentius, etc. charissimo in Christo filio Ludouico Regi Vngariæ illustri.

Per venerabilem fratrem nostram episcopum Paçensem & dilectum filium electum Zagabriensem nuntium tuum & literas regias nobis exhibitas per eundem nuntium, quas & eum benigne placideque recepimus, nobis nouiter intimasti, quod tu moleste ferens iniurias, contumelias, & opprobria, quæ Redemptori tuo per eosdem schismaticos & hæreticos dicti regni Rasciæ ac terrarum, quæ Orosij se Regem Rasciæ nominantis subsunt tyrannidi, & quæ viciniantur eisdem, iugiter inferuntur; illaque vltimæ dextera tua cupiens vindicare, ac desiderans, vt schismaticorum & hæreticorum ipsorum allisa perfidia,

De missio oratore.

Quæ spõsiones nõ cupatæ.

De fidelium iuribus non inuadendis.

Tuenda Rascios libertate.

Instauranda ecclesiastica immunitate.

Indictio sacrae expeditionis in Rascios. a T. 4. p. 165.

b Matth. Vill. lib. 60.

c Bodin. ep. ser. pag. 190.

Indictio pontificiæ de licentia.

ac confutatis & eradicatis erroribus eorundem, Christiana fides vbique clariore luce resplendat, & nomen domini Dei tui puris & deuotis catholicorum vocibus collaudetur, eosdem schismaticos & hæreticos sub spe diuini auxilij & fauoris expugnare constanti animo decreuisti; humiliter supplicans, vt ad tam pij, tamque fauorabilis executionem operis tibi spiritualis fauoris præsidio assistentes, aduersus illos crucem, in cuius signo per virtutem eius, qui pependit in illa, ipsius fidei hostes delere confidis, cum consuets indulgentijs & remissionibus prædicari mandaremus, teque huiusmodi negotij Christiani & populi proficiscentis ad promotionem illius capitaneum generalem constituere dignaremur. His itaque, princeps in clyte, per quæ catholicorum principum, ex quibus ducis originem, prioris atatis gesta magnifica in memoriam redeunt, & eis adijcitur multa gloria titulus, lætanter auditis & lætantius intellectis, magnificauit anima nostra Dominum, & noster in Deo salutari nostro spiritus exultauit; apud eum deuotas preces & humiles effundentes, vt te in hoc seruore zeli, in hoc ardore spiritus, in hac sinceritate fidei per tempora longiora conseruans, gressus tuos dirigat, actiones informet, processibus faueat, viribus vires adijciat, tibi de solio sancto suo mittat benignus auxilium, & de sede maiestatis eius opportunis te indefinenter fauoribus prosequatur, quatenus in brachio potentia tua, ac virtutis virga infidelibus quibusque conuersis, & schismaticis & hæreticis prauitatis & errorum suorum abiuratis tenebris, sacrosancta mater ecclesia, toto terrarum orbe in Christi fundatoris rectorisque sui glutino adunata, vna sit fides mentium & pietas actionum. Votis igitur & petitionibus tuis in his de fratrum nostrorum consilio gratanter annuimus, & huiusmodi verbum crucis in eodem regno tuo, & nonnullis partibus alijs (in conficiendis super hoc literis exprimendis) sub certis modis, formis, & conditionibus concessimus proponendum.

Eia ergo, pugil Christi, athleta Domini, miles fidei Christianæ, accingere gladio, tolle arcum & pharetram, fume arma in virtute illius, qui manus docet ad prælium, & digitos informat ad bellum: in virtute, inquam, eius, in conspectu cuius non est differentia in multis liberare, vel in paucis, & qui belli victoriam fortitudinemque largitur, fidem ipsam impugnantem impugna, & aufer opprobria ipsi tuo exprobrantium Creatori. Et quamquam teneamus indubie quod tu, qui in remotis infideles & schismaticos persecutus es hæcenus, & proponis persequi (vt præfertur) eos in ipso regni tui gremio pati non debeas, quoniam reprehensibile esset tibi sustinere in proprijs partibus, quod in alijs execraris; vt tamen feruens in hoc propositum tuum nostris exhortationibus fortius accendamus, serenitatem tuam monemus, requirimus, & hortamur in Domino, illam attente precantes, tibi que tui honoris ac salutis intuitu paternis & sanis consilijs suadentes, quatenus prudenter attendens, quod ignis, cuius longe positi vitatur incendium, periculosus in proximo est, & serpentis morsus & venena propinqui timenda sunt amplius, quam remoti; ante omnia pelle de Bosneasibus & alijs dicti regni tui partibus hæreticam prauitatem: morbus enim infectiuus est hæresis, & veluti serpens latenter in serpens, facile inscit, simplices maxime, nisi prudentum studio & peritia confutetur, &c. *Datum*

apud Villamnouam Auinionensis diocesis 11. id. augusti pontificatus nostri anno 10.

28 Caterum impositæ sunt nonnullæ leges a Vngaro Regi in ijs, quæ ad cruce signatam illam expeditionem spectabant: ad quas seruandas electus Zagabriensis regio nomine sacramento se deuinxit. Qui cum, his gestis, superiores Ludouici literas a Pontifice repeteret, Innocentius Regi significauit, illas de more ob rei dignitatem in Romanæ ecclesiæ tabulario reconditas. Ad conciliandam autem eidem Regi diuinam opem, vt felices triumphos de Rascijs reportaret, atque etiam regnorum successorem ex coniuge suscipere, encyclicis literis fideles ad preces apud Deum ea de re fundendas, propositis quadraginta dierum indulgentijs, pellexit: Cum, inquit, charissimus in Christo filius noster Ludouicus Rex Vngaria illustris tactus dolore cordis intrinsecus super iniurijs & opprobrijs, quæ ab infidelibus & schismaticis regni Rascia, ac partium regno vicinarum, eidem fidei memorate, immo Christo, qui eiusdem institutor & caput est fidei, multipliciter inferuntur, ad tollendum illa viuifica crucis insignitus signaculo viriliter se accingat; nos ipsum in tanto ac laudabili opere, & vt vita longioris consequatur spatia, & numerosa prolis felicitate lætetur, orationum vestrarum opitulatione inuari apud Dominum, a quo victoria omnis est, quique largitor vitæ ac indultor benignus est sobolis, cupientes; vniuersitatem vestram monemus, requirimus, & hortamur in Domino, vobis in remissionem peccatorum iniungentes, quatenus pro victoria & vita longitudine Regis ipsius, ac vt eum susceptione prolis amplifica secundet omnipotens, apud eum deuotis orationibus insistatis. Nos enim, de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vobis vere penitentibus & confessis, qui pro præmissis orationes effundetis ad Dominum, quotiens effuderitis illas, quadraginta dies de iniunctis vobis penitentijs relaxamus. Datum apud Villamnouam Auinionensis diocesis xv. kal. septembris anno 10. Vt feliciter bellum hoc sacrum geri posset in Rascios, Pontifex Aquileiensi & Gradeni patriarchis atque archiepiscopo Salisburgeni munus iniunxit e, vt omnes catholicos, qui hæreticis & schismaticis præstarent auxilia, locarent operam, censuras ecclesiasticas contraxisse denuntiarent.

29 Implicite porro erat alio cum Venetis bello Vngarus. Iunxerant enim cum Rascijs fœdera Veneti, vt vires aduersus Regis Vngarorum potentiam, cum quo ipsis intercedebat vtus de Iadera ac nonnullis Dalmatiæ locis controuersia, confirmarent, in quos tum Vngarus signa conuerterat, antequam meditata Rascijs bellum inferret: quo primum nuntio percussus Pontifex, qui arma stringi in schismaticos non in fideles peroptabat, Boniannem episcopum Firmantum Apostolicæ sedis interuentum misit, vt Vngaros ac Venetos conciliaret, quo sacra in Rascios expeditio gereretur. Grauius hinc literis apud Ludouicum est questus, & meditata in hostes fidei arma in catholicos conuerti; Sperabamus, inquit, in eodem regno Rascia latentem sub modio lucernam ipsius fidei Christiana, per ministerium tuum super candelabrum eminentius reponendam, lucere clarius & fulgere limpidius ijs, qui longe sunt, & qui prope. Sperabamus, quod dextera tua infidelium ceruices indomitas, & tumentia colla humilianet in Domino, & elata

Decretæ pro victoria adipiscenda preces. b Bod. 10. 4. ep Socr. pag. 162.

Solicitati fideles ad preces fundendas pro impetranda Ludouice prole.

c Ibid. ep. Socr. pag. 152.

d Reg. 128

schismaticorum contereret cornua, subactisque fidelibus, quos in djeſto regno Raſſia furor tyrannica poteſtatis angariat, beneficium redderet libertatis. Sed ecce extrema gaudij meror occupat, dulcedo in amaritudinem verſa eſt, & latitia iubulum doloris conuerſum eſt in clangorem: fertur enim, quod pacis amulus, eiſdem fidei inimicus, Dei negotia ſatagens impedire, inter te & dilectum filium nobilem virum ducem Venetiarum diſcordia ſemina ſpargere nititur, & te uſque adeo prouocauit, vt robur potentij meror occupat, quod aduerſus ipſius fidei amulos exercere decreueras, contra renatos fonte baptiſmatis experiri conuertereque proponas. Adiungit preces, vt ſcedas cum Venetis redintegret, atque arma in hoſtes fidei conuertat. Dat. apud Villamnouam Auinionenſis diœceſis 10. non. iulij anno 10. Scriptæ ſunt alia eodem argumento ad pacem hortatoriæ literæ a.

Obſecutus monitis Pontificijs Ludouicus Rex paratum ſe ad dirimendas æquitate & beneuolentia controuerſias cum Venetis ſuſceptas, & apoſtolico arbitrio committendas eſt profeſſus: tum exercitum, quem Venetæ ditioni infuderat, ſe reuocaturum. Cui Pontifex ob eximia illa concordia in eundem oſtenſa ſigna gratias egit. Tū B. Petrum Thomam Carmelitam epiſc. Pactenſem, vt ceptam concordiam perduceret, tranſmiſit b: ſolicitauitque Ioannem Gradenicum ducem, vt internuntio apoſtolico æquas aures praberet: ne reſpueret pacis conſilia, cum bellum illud Venetum Vngariæ Regem ab expeditionis ſacræ in Raſcios ſchiſmaticos conſilij retardaret. Deſcribit eius belli cum Venetis cauſas euentuſque Matthæus Villanus c, Ludouicum ſcilicet Regem Iaderam atque alia plura in Dalmatia loca, quæ olim ditionis Vngariæ fuerant, repetiſſe; præſectumque d a Carolo Imperatore bello in Venetos pro Taruiſio atque alijs vrbibus Romano ereptis imperio, dum in teſtibus ſeditionibus exarſit, recuperandis: quadraginta equitum militia extremo iunio marchæ Taruiſinæ infuſiſſe: verum inedia in caſtris ob maximam multitudinem ingraueſcente, Germaniſque cum Vngaris diſſidentibus, Taruiſinæ vrbis obſidionem ſoluere, inque Vngariam abſcedere coactum e.

30 Antequam Vngariæ Rex exercitum, cuius aſpectu perhorruerat Italia, diſſolueret, Pontifex illius in marchiam Taruiſinam aduentus occaſione vtendum ratus, ad debellandos reliquos tyrannos, qui ditionis eccleſiaſticæ in Flaminia vrbes oppreſſerant, ipſum literis pluribus reſertis encomijs ſolicitauit, vt qui ſapius maximis prælijs Tartaros, Lithuanos, Ruthenos, Raſcios obtruiſſet, clientelam eccleſiæ ſuſciperet; ipſumque aduerſus Franciſcum Ordelaſſum & Manfredos, alioſque perduelles ducem eccleſiaſtici exercitus creauit f.

Innocentius, &c. Ludouico Regi Vngariæ illuſtri.

Quanta te, fili chariſſime, gratia ſua vbertate præuenerit diſtributor ille gratiarum, munificus Dei filius Ieſus Chriſtus, qui dat omnibus ſine improprio affluenter, quamque præcordia tua ſua benediſtionis imbre copioſe perfuderit, luculenter apparet: ipſe namque tibi adhuc iuueniles annos agenti animum prouectioris infudit ætatis: ipſe adhuc tenello corpori tuo robuſtiorum ſpiritum inſpirauit: ipſe tuum circa beneplacita ſua direxit proſitum, firmavit cor, roborauit & mentem; ita vt non mollia qualibet aut leuia, quibus vt

plurimum implicari ſolet iuuentus illecebris multis obnoxia, complexus extiteris: ſed velut annis maturior, abhorrens delicias & otia fugiens, ardua quærens appeteres, ſtrenua interciperes, magna & virtuoſa diligentius ſectareris. Nec ſatis fuit tibi famæ tuæ clare naſcentis auſpicia intra regni tui ſinus latiffimos contineri; immo vt nomen tuum longe lateque clareſceret, peregrinas perlustrare prouincias, & adire nationes extraneas voluiſti. In quibus licet more principum ſtuduere ipſius famæ compendijs prouidere, principalis tamen ad hoc tua pia dirigebatur intentio, vt Conditoris redemptoriſque tui beneplacitis ætatis & operum tuorum primitias deuotus offerres: Probaſti hoc certe idololatrias Tartaros ab ipſius regni tui ſinibus in manu forti & excelſo brachio coanguſtans. Hoc ſape, Lithuanos & Ruthenos infideles impugnans & expugnans potenter & ſtrenue, oſtendiſti. Hoc ſæpius; regni Raſſia ſchiſmaticos & hæreticos inuicta magnitudine perſequens, demonſtraſti. Hæc, princeps inclyte, regni tui primordia: hæc fundamenta virtutum, tuis natalibus debebantur, ſuper quibus actionum tuarum ſtructura conſurgens, altius præmineret.

His (per quæ catholicorum principum, ex quibus trahis originem, magnifica geſta prioris ætatis in memoriam redeunt, & in ſpeculo quodam operum tuorum intuenta poſteris proponuntur, quibusque illis accreſcit cumulus honoris & laudis) magno cum gaudio crebrius reuoluit, ſpem amplam concipimus, & fiduciam gerimus ampliorem, quod tu, qui virtutum amore ac æternæ ſalutis obtentu labores ſpontaneus adhuc annis infirmior in remotioribus aſſumpſiſti, perfectum iam productus in virum, iniurias & opprobria, quæ matri tuæ Romanæ eccleſiæ a ſuis filijs olim & ſubditis, quos obſtinata rebellio vertit in hoſtes, & in perſecutores eius perfidia commutauit, aſſidue inferuntur, æquo animo pati non debeas: quiniſimo ad propulſanda illa, & ipſorum colla rebellium ſubiſcenda, ſuaui iugo eiſdem eccleſiæ, tanto promptior deuotiorque conſurges, quanto iniurias & opprobria huiſmodi in vicino poſitus & ſentis & palpas, & quanto manifeſte cognoviſcis Redemptoris tui & eccleſiæ prædictorum ſic fore connexa negotia, vt qui offenderit alterum, pariter offendet vtrumque. Sub huiſmodi ergo vberè conceptu fiduciæ, ex quo vberiore proculdubio ſperamus effectum, te aduerſus Franciſcum de Ordelaſſis Forliuieſem & Guillelmum ac Ioannem natos quondam Ricciardi de Manfredis Fauentinos ciues & alios rebelles ipſius eccleſiæ, qui ſunt in omnibus terris eius in Italia conſtituti, ad laudis & mercedis tuæ cumulum duximus de fratrum noſtrorum ipſius eccleſiæ Cardinalium conſilio capitaneum ordinandum, &c.] Subdit ſe ad ſuſtinendos ſumptus bellicoſtrium annorum decimas vectigalium eccleſiaſticorum regni Vngariæ, adieſtis certis legibus, in militum ſtipendia attribuere. Dat. apud Villamnouam Auinionenſis diœceſis III. id. auguſti anno 10. Decretum iam ante fuerat ſacrum bellum in hoſtyrannos, ac fideles, propoſitis indulgentiarum præmijs, excitati crucis ſymbolo inſigniebantur a duce Egidio legato Cardinale. Neque Itali modo, verum e finitimis etiam regnis, præcipueque ex Vngariâ a præfulibus conductæ ſubſidiariæ copiæ ſubmittebantur pro aſſerendo eccleſiaſtico imperio vel,

De intermiſſo ſacro bello querelæ.

a Rod. to. 4. ep. ſecr. pag. 152.

Agitatum de concordia.

b Ib. pag. 153.

c Matthe. Vill. l. 6. c. 36. & 60. Bonif. dec. 2. l. 10. d Matthe. Vill. ſuper cap. 60.

Diſſolutio eius exercitus.

e Cap. 66.

Solicitatione Vngariæ ad potiſſimam opem eccleſiæ.

f To. 4. ep. ſecr. pag. 152. & 10. 5. ep. ſecr. pag. 185.

Ludouici elogium.

Præſentia eius inſta. dei hoſta. geſta.

Neque præſentia eius inſta. hoſta. geſta.

De tyrannide.

a Matthe. Vill. l. 14.

vt loquitur Pontifex a, ad eripiendum de iugo tyrannica seruitutis fideles & deuotos eiusdem ecclesie partium Italia, quorum sudores & lacrymas lamberunt & lambunt damnationis filij rebelles ecclesie memorata.

In Insubria grauissimum bellum aduersus Barnabonem & Galeatium Mediolanenses tyrannos exarsit: Marquardus enim episcopus Augustensis caesareus in Italia legatus b praedatrices turmas ad signa imperialia traxit: ac legibus primum acturus Barnabonem & Galeatium in ius vocauit, sacerdotia magno ecclesie imperijque contemptu conferre, insidias Imperatori Pisis struxisse, Insubria dominatum tyrannide corripuisse, reuertenti Imperatori vrbiu[m] portas clausisse, ac moenia sepissime armatis. Constituta dies vndecima octobris ad dicendam causam cum effluxisset, Marquardus signa per Insubriam circumtulit, atque Parmensem, Placentinum, Mediolanensem, Cremonensem agros est populatus. Coniunxit etiam arma cum Marquardo Ioannes Montisferrati marchio, nonnullaque vrbes cepit c: qua occasione vsi Genuenses, cum grauissimo bello Vicecomites implicitos vidissent, iugum excussere, atque euocato Pisis Simone Buccanigra se in libertatem asseruerunt d. Ita Simon iterum Genuensem praefecturam iniit, depulsis Vicecomitum administris aliisque praesidiarijs. In tot aduersis Barnaboni ingruentibus Pontifex e illum admonuit, vt in se descenderet, & quae diuinas iras asperare possent, tolleret.

Arrisere postea Barnaboni & fratri Galeatio felicior successus: Marquardum enim Imperatoris legatum nimium sibi praesidentem adorti fudere, cepereque cum pluribus alijs f: cumque Pontifici significassent, post plura, quae ipsis eueniant, demum secundis rebus potitos ipse suaque etiam illi obsequia addicerent g, Pontifex, sequenti ineunte anno datis literis ipsos excitauit, vt humana instabilitatis memores essent, diuinamque sibi gratiam conciliarent. Verum licet Bernabos & Galeatius pontificiam amicitiam colere visi sint, tamen paulo post cum Innocentius Bononiam ereptam antea scelere ecclesiae recuperaret, apertum illi bellum mouere. Subiecerat sibi ea, vt dixi, vrbes Ioannes Olegianus, in quem plures hoc anno coniurationes, iubente Bernabone, constatae h: sed patefacta auctoribus suis exitium attulere. Cumque Ioannes in Bernabonis conatibus superandis pari semper vsurum felicitate diffideret, de Bononia ecclesiae restituenda agitauit, ac Pontifex Aegidio Cardinali legato rei transigenda potestatem contulit i: quae postea, vt dicitur, Firmano dominatu Ioanni Olegiano tradito, perfecta est.

31 In Sicilia citeriore, proceribus populisque Aragonicum iugum excipientibus, Ludouici Regis res se extulere, quem Innocentius apostolicis studijs adiunxit. Aegerat quidem superiori anno sacramento Petrum Regem Aragonum, ne stirpis Aragoniae principes, qui iniusto dominatu Trinacriam tenebant, armorum potentia in tyrannide fulciret; conceptamque illius sacramento formulam pontificijs insertam literis diuulgauit l, ne Trinacrijs spe Aragonici auxilij inperduellione perstarent: Messanenenses vero, Paenormitanos, Agrigentinos, & alios, qui ad Ludouici Regis ac Ioannae Reginae redierant obsequium, in eo confirmauit m.

Interea exorta est religiosa contentio de sanctorum Fortunati & Hermagorae reliquijs in-

ter Venetos & patriarcham Aquileiensem, cum Nicolaus patriarcha sacras illas exuias e Gradensi templo ad Aquileiam ornandam euexisset: qua de re Ioanne Gradenico ac Venetis apud sedem Apostolicam exoptulantibus, Innocentius Nicolaum est adhortatus a, vt ea ipsana restitueret, ne qua inde dissidia erumperent, causamque addidit subiectis verbis: *Idem dux subditos sibi populos eo amplius asserit contristari, quo ipsi in opportunitatibus eorum Deum sibi propitium eorundem sanctorum meritis & intercessionibus cognouerunt.*

32 Praeterrittendum non duximus ad Ioannis Gradenici ducis Venetorum commendationem, ipsum de sacro federe in Turcas redintegrando egisse cum Innocentio, atque ad liberandum orientem egregie affectum se exhibuisse. Cui Pontifex actis gratijs, vt oratore constituta die mitteret, suavit b: *Literas, inquit, tuas per quas circa negotia vnionis ad reprimendos insultus Turcorum infelicium, auctore Domino, facienda affectionis tuae nobis innotuit plenitudo benigne recepimus, Zelum tuum circa Dei negotia merita commendationis laudibus prosequentes. Et quoniam attente cupimus Christiano populo partium orientis super angustijs suis multis opem ferre, nobilitatem tuam non quod credimus expediens, sed ad rememorationem quandam attente rogamus, quatenus huiusmodi ad vnionis consummandam feliciter, Deo iuuante, negotium in constituto termino nuntios tuos transmittas huc, sicut liberaliter promissisti. Dat. apud Villanouam Auinionensis diocesis 10. non. iulij anno 10.*

Promouere c cepta reuocanda ad Romane coniunctionem & obsequium orientalis ecclesiae consilia annitebatur Innocentius: extremo enim anno superiori, vt diximus, Ioannes Palaeologus Constantinopolitanus Imperator sacramento se deuinxerat, Romano se Pontifici Imperatorum & Regum catholicorum more obsequentem futurum, cuius exceptis hoc anno oratoribus Pontifex de submitendis illi auxiliis agitabat. Meminit de oratoribus Constantinopolitanis M. S. Vaticani auctor his verbis d: *MCCCLVI. infra octauas pentecostes nuntij Imperatoris Constantinopolitani cum parua galea applicant iuxta ecclesiam. B. Mariae de miraculis Auinionensis, offerentes dominum suum rediturum ad ecclesiae unitatem, vt sibi ab ecclesia subsidium fieret contra Turcas. Vt igitur Graecos ad fidem orthodoxam pelliceret Dei vicarius, B. Petrum Thomae Patensem & Sisopolitanum episc. legauit in Graeciam, quos Hugoni Regi Cyprae, Ludouico Regi Vngariae, Rogerio e Pinibus Rhodiorum equitum magistro commendauit e: Palaeologum vero hortatus est f, vt eorum consilij morem gereret.*

Magnifico principi Ioanni Palaeologo Imperatori Graecorum illustri.

33 Venerabilis frater noster Paulus archiepiscopus Smyrnenis & nobilis vir Nicolaus Sigeros Megateriarcha & apocrisarij magnitudinis tuae, ad sedem Apostolicam venientes, quasdam clausas, per quas eorum adhiberi fidem relatus petijisti, & quasdam alias patentes literas tuas, aurea bulla tua & imperiali manus subscriptione munitas, nobis tuo nomine obtulerunt, inter caetera continentes, quod tu, vt literarum ipsarum verbis vtamur, iuraueras tatis per te sacrosanctis scripturis ad sancta Dei euangelia & sanctam Trinitatem Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, vnum verum, Deum

To 4. ep. f. 17. p. 17. Quanta foret horum tyrannorum acerbitas. M. S. lib. Var. sign. n. 2740. Mart. Vill. 17. c. 23. & Reb. 23. p. 17. Bernabos edictis & armis peruenit. Mart. Vill. 17. c. 23. & 40. Genuenses eundem iugum excussit. E. d. 40. Pol. 17. c. 1. Gen. dicitur. G. 16. & Aug. 1. 1. 4. Bernabos Pollem fundit ca. p. 17. To 4. ep. f. 17. p. 17. Mart. Vill. 17. c. 23. Olegianus? de Bononia Pontifex i. restituta. Mart. Vill. 17. c. 23. To 4. ep. f. 17. p. 17. Siciliani scilicet ad Gall. imperium. To 4. ep. f. 17. p. 17. To 4. ep. f. 17. p. 17.

To 4. ep. f. 17. p. 17.

Ioannes Grad. de instaurando bello Turcico agit.

1b. pag. 119.

Laudatur ab Innoc. vt cepta perficiat.

Astringenda Graecorum coniunctioni nauata. 1b. pag. 140.

M. S. lib. Var. sign. n. 3765.

1b. pag. 162. f. 10. 10. 4. ep. f. 17. p. 17.

Missi a Palaeologo oratores.

Deum & tres personas, & per Iesum Christum. Deum & saluatorem nostrum, & per virginem. Dei genitricem Mariam, ac per sanctam & viuificantem crucem Christi, ac per Apostolos aliosque sanctos; ac eidem insuper archiepiscopo nomine ac vice nostris recipienti promiseras, quod absque dolo, fraude, ac defectu toto posse ac omnibus viribus tuis & cuncto conatu esses fidelis, obediens, reuerens, & deuotus nobis & successoribus nostris Romanis Pontificibus: & quod reciperes legatos & nuntios nostros & eorum cum omni reuerentia & deuotione, ac faceres toto posse totoque conatu tuo, quod omnes populi sub tuo imperio consistentes & tuæ iurisdictioni subiecti, siue essent laici siue clerici, cuiuscumque conditionis & status aut dignitatis existerent, essent fideles, obediens, reuerentes, & deuoti nobis & successoribus nostris antefatis.

Hæc, princeps inclyte, tuæ conuersionis initia, hæc deuotionis primordia, hæc firma fidei fundamenta huiusmodi literæ tuæ, vt præmittitur, continebant. Hæc iidem apocrisij viua vocis ministerio clarius & seriosius referarunt, humiliter supplicantes, vt tibi, velut de regione dissimilitudinis venienti, effunderemus benedictionis apostolicæ gratiam, & panderemus paternæ dulcedinis gremium, & aduersus insultus & impugnationes hostiles Turcorum infidelium, ac rebellium dictorum audaciam auxilij dextram salutaris extendere dignaremur.

In quorum lectione mellisua, & placito auditu verborum, tanto nos & fratres nostri S. R. E. Cardinales alijque prælati, exultauimus gaudio, tanta fuimus reperiti lætitia, tantaque iucunditate perfusi, quantam vix intellectus capere sufficit, vix humana potest lingua narrare. Exultauimus siquidem in tuo diu desiderato & expectato reditu ad ipsius ecclesiæ vnitatem: exultauimus in conuersione numerosæ multitudinis quam, præstante Deo & cooperante te, absque dubitatione speramus: exultauimus, quod malignus hostis, superatis fraudibus eius, elusis artibus, & vinculis dissolutis, ingemiscit & plangit plebis, quæ sub ipsius antea tyrannide fuerat, libertatem & animarum millia, quæ gehennæ flammis crucianda immaniter expectabat, sentit & videt paradisi gaudij inferenda. Sed licet nobis & vniuersis, qui Christiana professione censentur, vna lætandi communis ratio; tibi tamen principalis est causa gaudendi, tibi exultationis materia singularis, tibi iubilationis occasio potior, tibi gloriæ principatus: tu enim principij princeps, tu minister huius ministerij salutaris, tu huiusmodi opifex operis, tu promotor, tu populorum dux & director errantium, tu auriga, tu currus, tu illuminatus ab eo, qui omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, lucernam in te fidei & veritatis accensam sic super candelabrum altius ponere satagis, vt non solum tibi, sed habitantibus in regione vmbre mortis luceat ad salutem. Tu terreni regni gubernacula sic studes secundum beneplacita illius, a quo tibi concessa sunt, moderari vt nationes, quæ imperio tuo subsunt, & temporaliter iuste regens, & spiritualiter ea dirigens, eorum deliramenta, quibus hætenus peccatis exigentibus oculi eorum, ne lumen veritatis agnoscerent, tenebantur, pio laboras abijcere studio ab eisdem.

34 Hæc sunt, quæ regnantium sceptrâ cla-

rificant: hæc principantium culmina erigunt; hæc imperia roborant: hæc regna confirmant; hæc certe catholicorum fides principum exigit, hæc requirit. Fides enim est, quæ in principibus pulchrius nil resulget: fides est, quæ iustificat impios: fides est, quæ de impijs efficit sanctos: fides est, extra quam nulli est gratia, nulli salus; quæ cum vna & indiuisibilis sit, quisquis ab ea diuisus est, abscissus est a salute. Age itaque, & considera, quod si bonum opus in intentione fuerit, erit in perfectione quod laudabile prosequaris, & ad finem vsque perducas optatum. Considera, quod si gaudium est Dei angelis super vno peccatore penitentiam agente, quantis curia illa cœlestis perstrepet gaudijs, quantis beata illa supernorum ciuium agmina laudum præconijs exultabant in penitentia & conuersione tam innumerabilem populorum. Perfata, satage, & labora, vt ille, cuius perfecta sunt opera, perficiat benignus per te, quod per te dedit pius & misericors inchoare: vnaquæque enim res denominatur ab exitu: sicut ciuili sapientia clamat, nihil actum videtur existere cum superest aliquid ad agendum: ac iuxta euangelicam veritatem, non qui incœperit, sed qui perseuerauerit, saluus erit.

Vt ergo exitus acta probeat, & nihil superesse penitus videatur, opere feliciter consummato, ac vsque ad finem constantius perseuerans salutis æternæ mercedem percipere merearis, iuxta doctrinam Apostoli non solum oportune, si sufficit; sed etiam si expedit, importune: tunc enim læta tibi & festiua celebritate præfata occurrerit ecclesia in adiutorium tuum, intendet sollicita supplicationibus apud Deum: tunc tibi spiritualibus auxilijs aderit: tunc principum Christianorum præsidia in tuum subsidium implorabit, vt eorundem infidelium persecutione sublata, ac rebellium tuorum humiliata ceruice, tibi & eisdem populis tuis hic pacis & quietis ardeat plenitudo, & in futuro cum sanctis & electis Dei gloria præstetur æterna. Cæterum vt nostra tibi super his affectio certius & plenius pateat, & quod scriptura nequit compendiosa comprehendere, suppleat. * homo viuus, venerabiles fratres nostros Petrum Patensem & Guillelmum Sisopolitanum episcopos Apostolicæ sedis nuncios, latores præsentium, viros vtique pauperes spiritu, sed insignes virtute, & in lege Domini plenius eruditos, ad te ac partes ipsas prouidimus destinandos. Et ideo serenitatem tuam moneamus, requirimus, & hortamur in Domino, illam attente rogantes, tibi que tuæ salutis intuitu iniungentes, quatenus eosdem nuncios pro nostra & dictæ sedis reuerentia benigne recipias, & eorum & cuiuslibet eorum salutaribus monitis, sicut speramus & credimus, acquiescas. Datum apud Villanouam Auinionensis diocesis XXI. kal. augusti anno 10.

35 Commendati fuere iidem legati Franciscus Ctelasio & Genuensi Mitylenes principi, quem Palæologum læurum restitutum ipsius opera imperio ad Vrbanum V. Romam venientem stipasse visuri sumus: tum patriarchæ Græcorum b, ad quem perceptæ a se ex Imperatoris ad Romanæ ecclesiæ sinum adducti nuntio lætitiæ indices extant literæ, in quibus hæc subiicit: Quanto exultauimus gaudio, quanta fuerimus lætitiæ & incunditate perfusi, difficile humana posset lingua narrare: sed illud nobis ad lætitiæ cumulum potioris accreuit, quod te, cuius in omnibus

Additi pro conuersione perficienda stimuli

* sermo

Missi in Græciam interuenij apollo licet.

a 16. p. 164.

b 16. p. 163.

Solicite patriarcha Constantinopolitana ad ecclesiasticam unionem

idem

Facta ab eode reducendis ad ecclesiasticam Romæ Græcis promissa.

Perita contra Turcas auxilia.

Quanta de his cepta lætitia.

Ioannis Palæologum.

idem Imperator, sicut fertur, consilio regitur, principalem salutaris huiusmodi credimus operis promotorem: quamquam, scribentibus nobis super hoc multis Latinis & Græcis, ad gaudium nulla nobis litera tua fuerit presentata, quod vel ex incuria nuntiorum, aut ex aliquo casu fortuito, non ex proposito credimus contigisse.

Excitati etiam alijs literis a ad tantum opus perficiendum Maximus, Caloferos, & Caloieros, alijque plures imperij proceres: tum Hugo Rex Cyprî, Ioannes Gradenicus Venetorum dux, Rhodiorum equitum magister, ac Genuenses rogati b, vt postquam Græcorum Imperator. cœptam cum Romana ecclesia coniunctionem confirmasset, auxiliarijs copijs ad frangendos Turcicos impetus, restituendasque imperij ruinas munirent. Cum vero illi in superiori bello cum Venetis gesto, quod tantas clades rei Christianæ inuexit, se turpissimo fœdere, Cantacuzeni Constantinopolitani imperij inuasoris odio, Turcis coniunxissent, Pontifex ipsos ab infanda societate abscedere, ac potius Ioanni Palæologo ad retundendos infideles subsidio esse iussit e datis literis, in quibus vbi pluribus Genuensium in ecclesiæ tuenda dignitate, ac religione Christiana amplificanda ardorem extulit, infelicitati temporum inita cum Turcis fœdera tribuit.

36 Hoc anno Turcas adornasse classē ad Græcos diuexandos bello, refert Matthæus Villanus d, ac magnas ijs clades intulisse magnatis cuiusdam fide Christiani, sed scelere Mahometanis non imparis opera, cui vt referrent gratiam barbari portu ab ipso excepti, prædarum, quas e Christianis auexerant, decumas persoluebant. Ita Christianorum perfidia res Christiana est collapsa: cui erigendæ intentus Pontifex Cyprîo Regi, Rhodijs equitibus, Venetis, ac Genuensibus, vt triremes eo numero, qui a Clemente VI. erat constitutus, egregie instructas in Smyrnenſi portu tenerent, imperia dedit e; atque archiepiscopo f Cretensi, vt exercitum ducem Smyrnæ præficeret, ne tanto sanguine Christiano parta in Turcarum recideret seruitutem. De congreganda porro in Smyrnenſi portu sociali classe in Turcas non prætermittendæ viſe sunt subiectæ literæ. g

Innocentius, &c. charissimo in Christo filio Hugoni Regi Cyprî illustri.

Quot & quanta comoda pusillo gregi dominico, populo scilicet Christiano partium orientis ex ordinatione per felicitis recordationis Clementem Papam VI. prædecessorem nostrum cum tuis & dilecti filij magistri & conuentus hospitalia S. Ioannis Ierosolymitani, ac nobilis viri ducis Venetiarum procuratoribus de tenendis galeis quibusdam in mari partium earundem olim facta prouenerunt, magnitudo tua, fili charissime, non ignorat, & nos etiam hucvsque sentimus: cum per gentes galearum ipsarum infidelium Turcarum Christi & crucis hostium in virtute Domini audacia præsumptioneque repressa, & allisa potentia, fideles iidem a persecutionibus & angustijs, ac afflictionibus multis & varijs, quibus infideles iidem eos vexabant immaniter, quietis optata beneficio respirarint. Nec te latet, quod eodem ducē, ac dilectis filijs communi ciuitatis Ianuensis dissidentibus inuicem, ac proinde ordinatione huiusmodi minus debite obseruata, memorari Turchi resumpserunt audaciam, & per mare ipsum hostiliter discurrerent, eisdem fidelibus granamina & damna plurima intulerunt: ac multis locis fidelium eorundem absumptis in-

condio, & ruina destructis, ac incolis & habitatoribus eorum, qui persecutorum euaserunt gladios, miserabiliter abductis in prædam, & subactis iugo abominabilis seruitutis, nomen Domini pollutis blasphemare labijs non verentur. In quibus tam execrandis & abominandis operibus, etsi damna gregis desicemus ipsius; personarum tamen excidia animarumque pericula, & contumelias ipsius Saluatoris nostri peramplius & amarius deploramus.

Ad occurrendum itaque damnis, & periculis obuianum huiusmodi, ac eiusdem Saluatoris nostri opprobria sibi exprobrantium refellenda, anxie perscrutationis & sollicitudinis studio remedia opportuna quærentes, illud consideratis omnibus prouenire potissimum credimus, quod huiusmodi ordinatio vsquequo super hoc ordinandum duxerimus aliud, inconcussa ac inuiolabiliter obseruetur. Et ideo serenitatem tuam requirimus & hortamur in Domino, illam attente rogantes, tibi que tuæ salutis obtentu paternis affectibus suadentes, quatenus galeas illas, quas iuxta ordinationem huiusmodi tenere debes, & quas te tenuisse ac tenere continue lætanter audimus, teneas (prout tenes) sufficienter armatas, & procures omnino, quod in kal. iulij proximo futuri cum galeis dictorum magistri & conuentus ac ducis, quibus respectiue super hoc scribimus, in portu ciuitatis Smyrnarum, legitimo impedimento cessante, possint auctore Deo inuicem conuenire: ac insuper procuratores tuos cum pleno & sufficienti mandato ad ordinationem huiusmodi roborandam, vel innouandam & firmandam aliam ad sedem Apostolicam transmittere non postponas, sicque ipsorum acceleres & disponas accessum, quod infra kal. nouembris immediate venturi, duce Domino, infallibiliter hic intersint: ita quod ipsis tuis ac magistri & conuentus nec non ducis prædictorum nuntijs, quos ad huiusmodi terminum ad eandem sedē similiter conuocamus, conuenientibus inuicem, idem negotium & disponatur vtiliter & feliciter dirigatur, dictorumque Turcorum sub manu Domini in conspectu, cuius non est differentia in multis liberare vel paucis, quique molimina iniqua debilitat, & iniustam potentiam potenter enervat, fœda multitudo dispereat, conterantur elata superborum cornua, elidatur iniquitas, & audacia reprimatur, & fideles ipsi quietis et pacis dulcedine in id ipsum, quod est pax & quies vera credentibus, perfruantur. *Dat. apud Villanouam Auinionensis diocesis xxi. kal. aprilis anno. xv.*

37 Eodem anno conciliandis occidentis principibus intentus Pontifex, colloquium pacis inter Genuenses & Regem Aragonum cœptum, redintegrandum ratus, pluribus eos literis ad pacis consilia prouocauit, vtque oratores mitterent sollicitauit a. Propendere ad eam Genuenses significarunt, qua de re Pontifex gratulatorias ad ipsos literas dedit b vlt. id. octobris, antequam iugum Vicecomitum depellerent. Petro vero Regi noua bella incubere: auctē enim sunt veteres fidelium principum discordiæ, nouo eoque atrocissimo bello inter præpotentes duos Reges Aragoniæ & Castellæ accenso: qui si arma in Mahometanos more maiorū vertissent, fidē magna laude facile propagare potuissent. Cœpit ex ea dissensione maximum dolorē Pontifex atque Guillelmo tit. S. Mariz in Cosmedin Apostolicæ sedis in Hispania legato munus imposuit c, vt dissidentes Reges in concordiam re-

Compara-
rata in
eos classis

De Genuensibus
Aragoni concilian-
dis actū.

a To. 4. ep.
sec. pag.
165.
b 1h. pag.
212.
c Ortum
inter Ca-
stellanum
& Arago-
nem bellū

c To. 4. ep.
ep. sec.
pag. 199.

Ib. pag.
192.
Adiunct
Card. le-
gato Con-
uenarum
episc.
b *Ib. pag.*
195. &
196.
c *Super.*
pag. 195.
d *pag. 230.*

uocaret: Castellanumque & Aragonium admo-
nuit a, Saracenos inde aduersus vtrumque po-
tentiam confirmaturos. Cumque eadem dissensio
ingrauesceret, Bertrandum Conuenarum episco-
pum legato adiungendum putauit b, ipsumque
auctoritate, vt coitiones dissolueret, iura-
menta rescinderet, indiceret inducias, instruxit: ac
Reges, vt illius consilij salubribus obtempe-
rarent, est adhortatus c. Iterumque repetitis li-
teris causas, ob quas agente in Hispania Cardina-
le legato internuntium transmitteret, Aragonio
expressit d.

*Quia, inquit, habet id proprium charitas, vt
non putet in negotijs dilectorum prouidisse sufficien-
ter, sed prouisionem prouisioni existimet adiungen-
dam; nos charitatis, quam ad te dictumque Re-
gem, nimirum Castellæ, gerimus affectione com-
moniti venerabilem fratrem nostrum Bertrandum
episcopum Conuenarum A. S. N. latorem presen-
tium ad te & Cardinalem ac Regem predictos pro-
uidimus destinandum, &c. Dat. Auin. viii. id. no-
uembrii anno 10.* Conceptæ sunt iisdem verbis
ad Petrum Regem Castellæ literæ e, quibus
etiam conqueritur, ipsos leuibus de causis ad
grauissima bella prorumpere. Agunt de hoc bel-
lo Matthæus Villanus f, Rodericus g, Maria-
na h, Surita i, & alij.

e *Ead. pag.*
f *Matth.*
Vill. l. 6. c.
83.
g *Roder.* p.
4. c. 17.
h *Marian.*
l. 17. c. 1.
i *Sur. l. 9.*
c. 1. &
seqq.
l. 10. 4. ep.
sec. pag. 97

38 Accerserat vero sibi exitium criminibus
suis Petrus Castellæ Rex, in quem Pontifex ob
abiectam Reginam Blancham, turpiaque adul-
teria legum acerbitate districturus Ioannem Gallie
Regem consuluit: hinc enim & scditas criminis
ecclesiæque contemptus apostolicam seueritatem
asperabant: hinc Regina salus, quæ periclitatura
erat, Pontificem ab exerendis censuris deterrebat.
Sumptum denum est a Pontifice consilium
illud, vt antequam legibus in Petrum ageret,
iterum illum ex adulterij cœno grauissimis mo-
nitis excitare pertentaret. Exposuit itaque in vi-
rij turpitudinem, sollicitudinem apostolicam pro
eo ad sanio rem mentem reuocando, ingentia pe-
ricula quibus se obijceret, diuinas iras, firman-
dam suscipienda ex Regina prole solium: ni vero
consilij salubribus obsequeretur, apostolicam se-
ueritatem illi intentauit.

Monet of-
ficij Cas-
tellæ Re-
gem Pon-
tificem.
m *Ib. pag.*
147.

*Innocentius, &c. charissimo in Christo filio
Petro Regi Castellæ & Legionis illustri.*

Si diligenter attenderes, & debita medita-
tione pensares, quantum citra decentiam regis
dignitatis, ac in tuæ salutis & famæ dispendium,
regnorumque tuorum periculum euadens, affe-
ctionibus tuis licenter indulgens & sensualitati,
quæ ad peccandum prona est non repugnans;
immo eneruiter illi assentiens & molliter fa-
uens, in abiectione propriæ coniugis, & in
superinductione ac detentione publica concubi-
næ, Creatorem tuum vehementer offenderis, &
aduersum te graueriter prouocaris, profecto credi-
mus, & sine dubitatione tenemus, quod tu, qui
per iuueniles illecebras a te recessisse videris,
ad te quandoque reuersus te peccasse cognosce-
res, & commissa desens, retraheres a lubrico
pedes tuos, gressus in salutem dirigeres, & er-
rata priorum temporum fruge vitæ redimeres
melioris. Sed ita in te succubuit ratio, pro-
dolor! voluntati; ita virtus passionibus tuis ces-
sit, quod ad percipiendum veritatis & iustitiæ
lumen non solum per te non excutis tenebras,
quibus intolutus es peccatorum, immo saluta-
ribus monitis Romanæ frequenter sollicitatis ec-
clesiæ, ac præceptorum nonnunquam acrimonia

Proponit
ob oculos
illaram.
Deo
iniuriam.

punctus ipsius, defixam carnalibus & lubricis de-
siderijs aciem non attollis.

Ecce iam multorum annorum exacta sunt
spatia, ex quo vnus mulierculæ amore pelle&us,
& carnis, quæ cinis mox futura est, decore sedu-
ctus, contemnis famam, honorem despicias, pe-
ricula domus regie, ipsorumque regnorum, quo-
rum status tuo pendet ex filo tenui, negligis; &
(quod grauius est) tuæ populorumque tuorum,
qui (vt subditorum moris est dominorum con-
formare se moribus) peccantem te sectantur
etiam peccatores, contemnis animarum salutem:
immo te ac illos in damnationis præcipitium
præceps mergis. Super quo, licet apud te nunc
per literas iteratas sapius, nunc per nuncios
apostolicos plures, & tandem per dilectum filium
nostrum Guillelmum S. Mariæ in Cosmedin dia-
conum Cardinalem A. S. L. soluerimus debitum
apostolicæ seruitutis; quia tamen monentem &
monita, ac mittentem respuere probaris & mis-
sos, immo quasi dormiens somnum mortis obau-
dis obturatis auribus, verba vitæ silere non
possumus; immo compellimur adijcere monita
monitis, exhortationes exhortationibus incul-
care, ac in vocem clamoris erumpere potioris.
Ad quod duplex causa nos incitat, amoris vide-
licet, & timoris: amoris, quo vellemus gressus
tuos dirigi semper in melius, & tuas incessanter
disponi consultius actiones; ac timoris, ne si te
patiamur in peccato deficere, sanguis tuus de
nostris manibus a Domino requiratur. Nouimus
enim, quod licet summus sacerdos Heli bonus in
se iustusque fuisset; quia tamen delinquentes
filios, quos corrigere potuit, non correxit, di-
uini iudicij ultione percussus, de sella corruens
fractis ceruicibus expirauit. Quid igitur mirum
si nos, quem peccatrix conscientia indefinenter
accusat, apud Deum de peccatis tuis pertimesci-
mus, quando sacerdos idem, qui bonus in se ne-
quaquam describeretur & iustus, si peccati vincu-
lo teneretur, pro aliena culpa sententiam in se
mortis exceptit?

39 Quæsumus itaque magnitudinem tuam,
& per viscera misericordiæ Dei attentius obse-
cramus, tibi sub interminatione diuini iudicij
obtestantes, quatenus prudenter considerans,
quod cum in virum iam creueris, euacuandi ea,
quæ sunt paruuli, tempus aduenit. Abijce adul-
teram: repelle libidinis incentiuum: dimitte
peccati fomitem: eijce mortis tuæ laqueum.
Concubinam denigrantem famam, offuscantem
gloriam, honorem penitus absorbentem pellicem
non solum expelle, sed fuge: sectare pudici-
tiam: castitatem sequere: amplectere honesta-
tem; ac præceptis Domini humilis & deuotus
obtemperans, abiectam coniugem readmitte,
admissam dilige, & honorificentia, quæ tantæ
principissæ tantoque principi matrimonio copu-
latæ conueniat, prosequere iam deinceps. Pro-
pter hanc certe, patrem, si viueret, matremque
dimittere, huic adherere, hanc diligere,
hanc sicut teipsum amare luberis: vna etenim
caro tecum est, vnum corpus. Sic namque
famæ tuæ consules, sic honoris dispendijs præ-
cauebis, sic regnorum ipsorum occurreris pericu-
lis: sic salutem, quæ præferenda est omnibus,
prouidebis. Sic Deus super te gratiam suæ benedi-
ctionis effundet: sic, vt pie credimus, tollens de
domo tua sterilitatis opprobrium, & gremium
tuum susceptione prolis numerosâ fecundans,
stabiliet solium, iustaurabit thronum, & robo-

Adhuc
fœditas.

Dolet de
illius in-
sceleris
pernici-
cia.

Adhuc
se. mone-
ris religio-
ne ad in-
culcanda
monita.

Diuino
in ama-
da vocem
legem lo-
quatur.

Hereditas
suscipere
suscipere
natura.

rabat fortius scepra tua: sic inimicorum & hostium eneruabit vires; sic rebellium tuorum humiliabit superbiam, audaciamque frānabit: sic aspera qualibet in plana conuertens, dies tuos in vtriusque hominis pace ac salute disponet.

Quia igitur speramus & credimus, quod tu his ultimis obsecrationibus nostris, sero quantumlibet, condescendes; petimus, vt tuā melius emendationis auspicia rescribas per literas tuas nobis, pro certo tenens, quod nisi benigne monentem, & obsecrantem suauiter patrem audieris humilis & obediens filius, rigorem deinceps iudicis scūientis agnosces: quoniam patientia nostra, negligentia notaretur de cetero, & honor, qui tibi deferretur vltierus, iniuria Christi Iesu, per quem viuus & regnas, potius censeretur. Super quo quia p̄fator legatio plenius scribimus, verbis, quæ in longius materia texeret, finem imponimus, & ipsius legati pro parte nostra relatus adhibere te cum effectu satisfactionis & fructu, petimus iterum, plenam fidem. *Datum apud Villannouam Auinionensis diocesis vi. kal. augusti anno 10.* Illaqueatus adeo erat Castellanus voluptatum illecebris, diuinumque omnem timorem extinxerat, vt nullis monitis ad reuocandam Reginam flecti potuerit; qua de re hæc Rodericus Sanctius tradit historia: *a: Legatus, Regem inflexibilem reperiens, parum profecit. Et infra: Sic igitur in nostra misera Hispania verificatum est illud Nabum propheta vaticinium b: Ecce corruet ciuitas propter fornicationem meretricis speciosa & grata, habentis maleficia, que vendit ad gentes & familias in maleficijs suis. Et sequitur: Propterea, dicit Dominus exercituum, reuelabo pudenda tua, & ostendam regnis nuditatem tuam. Quod ad literam calamitosa Hispania experta & passa est.*

40. Cumularat superiora flagitia Petrus Rex non modo scūitia in suos, de qua plura immania narrant historici, verum etiam rapinis in ecclesiasticis vectigalibus in regium ararium conuertendis; nam & Ægidij Cardinalis, Italica legatione clarissimi, sacerdotium, quæ obtinebat in Hispania, redditus inuasit: cumque increbresceret ipsum auidas manus pari exemplo alijs Cardinalium ac p̄fatorum, qui in aula pontificia versabantur, bonis iniecurum, Innocentius ipsum subiectis literis corripuit c.

Innocentius, &c. Petro Regi Castella illustri.

Quis sanæ mentis crederet, quod princeps catholicus, ex Christianissimis parentibus editus, ministris Dei, per quem maiestatis regie splendore coruscet in terris, & æterna gloria coronari sperat in cælis, alimenta subtraheret, quando ille Pharaō diuinæ legis ignarus, subactis cæteris seruituti, sacerdotes Dei & possessiones eorum donauit pristina libertate, ac sacerdotibus ipsis alimoniam de publico ministravit? Quis rationis capax facile crederet, quod tu, cuius progenitores ecclesias & personas ecclesiasticas extulerunt, honoribus decorauerunt, privilegijs ampliarunt, gratiis dotarunt, libertatibus & immunitatibus munierunt; quique pro fidei dilatatione catholica velut athleta ac pugiles Christi fortes aduersus hostes eius strenue decertarunt, & in virtute Domini, qui eiusdem auctore fidei, suffragantibus & opitulantibus etiam ministrorum eius orationibus, ipsorum hostium domita superbia & allisa potentia, regnorum suorum fines & terminos

ampliarunt; velis eorundem progenitorum tuorum virtutum derelinquere semitam, & id agere, aut agi permittere, per quod eis impar meritis habearis ac fama; & per quod detrahatur ecclesiasticæ libertati, ipsi derogetur Christianæ fidei, & ipse insuper Christus grauitur offendatur? Et infra.

Serenitatem tuam monemus, requirimus, & hortamur in Domino, illam attentius deprecantes, tibi que sanis consilijs & sinceris ac paternis affectibus suadentes, quatenus prudenter considerans, quod Cardinales iidem ad regendum vniuersalis ecclesiæ firmitatem indefessa nobiscum operatione laborant, & quod ipsis velut quibusdam columnis innititur structura ecclesiæ memoratæ; ac intuens etiam, quod qui seruitio ecclesiæ generalis insunt, debent veluti resistentes in ecclesijs & beneficijs, quæ obtinent, reputari, quod nostris & dictorum Cardinalium obsequijs immorantes absentiam suam ab ecclesijs, in quibus beneficiati sunt, quæ vbertim in necessaria prætatione fauorum, in occurrentibus frequenter casibus compensant; pro reuerentia Dei, tuæ consideratione salutis, & nostræ intercessionis obrentu animum tuum omnino ab huiusmodi proposito reuocet: & si forsitan propositum huiusmodi processit in actum, quidquid attentatum est, irrites & annullas, &c. *Dat. apud Villannouam Auin. diocesis x. kal. aprilis anno 10.*

41. Auctum hoc anno Cardinalium collegium ab Innocentio, refert eius vitæ auctor his verbis a: *Eodem anno die xlii. mensis decembris diebus Innocentius Papa VI. creauit sex novos presbyteros Cardinales, videlicet dominos Petrum de Foresta Gallium, tunc archiepiscopum Rotbomagensem & cancellarium Regis Francie: Eligium de sancto Arelie diocesis Lemouicensis monachum ordinis S. Benedicti, tunc episcopum Vtiensem: Franciscum de Cuderto. * Italicum, tunc episcopum Florentinum: Petrum de Monturaco diocesis Lemouicensis nepotem suum ex sorore, tum electum Pampilonensem: fratrem Guillelmum Farinerij de Gordonio diocesis Caturcensis, tunc generalem ministrum ordinis fratrum Minorum: & fratrem Nicolaum Rossella Catalanum, tunc inquisitorem hereticæ prauitatis prouincie Aragonum.* Consentiunt his M. S. Vaticanæ b auctor, Contelorius c, & alij: meminitque postremi Surita d, quem virtutibus fuisse insignem ait. Ad cuius gratiam, cum Petrus Rex Aragonum vrgeret Innocentium, vt pileum rubeum ad ipsum transmitteret, ei exposuit sequentis anni kalen. februar. Pontifex e, non moris esse, vt cuiquam nisi pontificia manu detur; seque ea de re Cardinales, vt regijs votis morem gereret, consuluisse; neque ipsos ad suam sententiam adducere potuisse. Cum vero Petrus Rex Petri Rothomagensis Cardinalis exemplum attulisset, ad quem Pontifex pileum rubeum transmississet referri sit Innocentius disparem esse rationem, cum ille missus Burdegalam fuisset, vt de pace inter Anglorum & Francorum Reges ageret.

42. Ad huius anni calcem addimus, Innocentium commendasse se enixe precibus g. Carthusianorum, quibus ex singulari in eos studio ecclesiæ B. Ioannis Baptiste sacram Villanouæ, atque ædes, quas ad religiosorum virorum vsus in palatio, quod ante adeptum pontificatum possederat, adornari iusserat, dono contulit. Extat de eadonatione diploma, in quo pluribus elogijs Carthu-

Cardinales hoc anno creati ab Innoc. VI. a Gesta Inn. VI. apud Bosq.

* Tuderto.

b M. S. bib. Vat. sign. n. 2010.
c Contel. in elench. Card. creatione 2. m. Inn. VI. et alij.
d Sur. l. 9. c. 6.
e To. 5. sp. secr. pag. 18.
f Pag. 16. 18.

Carthusianos Innoc. beneficijs cōplectitur. g lb. pag. 82.

ad. ep.

h. Pasce.
temporē
in sex.
2101.
Vifum ca
leste mi
rabile.

thufianos effert a. Complexum fuisse Innocentium singulari studio Carthusianos, refert etiam fasciculi temporum auctor, atque de eo ordine sanctitatis opinionem conceptam e cœlestis cuiusdam visi sancto eremita obiecti occasione narrat b: *Vifio, inquit, febilis facta cuidam eremita in præfentia domini Innocentij Papa VI. dum ad huc Cardinalis efferet, unde aiebat: Vidi animas in infernum descendere ficut niues deniffimas, in purgatorium ficut niuem rariffimam: fed ad paradifum tantum tres vidi introire, feilicet illius epifcopi, ac illius viduæ Romana, & illius prioris Carthufienfis. Quæ omnia fic poft reperit vera: & ex tunc maximam deuotionem erga viros religiofos habuit, & præcipue Cluniacenes & Carthufienfes. Hos enim duos ordines fpecialiter præ cæteris priuilegiauit, & ab omni patriarcharum, archiepifcoporum, epifcoporum, & quorumcumque principum, & c. iurifdictione, vifitatione, taxatione, & qualicumque vexatione exceptos efferet fub anathematis vinculo: eoque fub sancti Petri ac Romana ecclefia protectione fufcepit.*

IESV CHRISTI

Annus 1357.

INNOCENTII PP. VI. CAROLI IV. IMP. OCCID. 12.
annus 5. IO. PALÆOLOGI IMP. OR. 17.

H Vmanæ salutis anno quinquagefimo feptimo fupra millefimum trecentefimum indictione decima, cum Gallia ob captum Regem mœrore oppleta tumultibus vndique quaterentur, Germania & Belgium in armis efferent, Hispania ab impudiciffimo Castellæ Rege Petro fœdaretur, nec bellicis motibus careret, atque Italia pars a tyrannide vexaretur; communi parenti, vt tot malis occurreret confuleretur, non parum fuit defudandum, vt ex ijs, quæ infra afferentur, conftabit. Quod igitur ad Ioannem Francorum Regem attinet; tenebatur in vinculis Burdegala ab Eduardo Vvallia principe. Cui Põtifex kal. martij datis literis animum fuum optatiffimæ pacis expectatione pendere, ac languere defiderio fignificauit, vt Chriftianus orbis e tot tantifque calamitatibus, quas funefta ipforum diffenfiones inuehant, poffet emergere. Adducto eo demum res efferet, vt pacis leges Talayrandi epifcopi Albanenfis & Nicolai tit. S. Vitalis presbyteri Cardinalium Apoftolicæ fedis internuntiorū ftudijs compositæ inter viftum viftoremque fuerint, de quibus meminit fubiectis verbis M. S. Vaticanum c.

Gallus
Rex tent
in custo
dia Bur
degala.

g. M. S. bib.
Vat. fig.
n. 2010. 12
Clem VI.
De pace
actum.

Dominus Talayrandus Petragericenfis Cardinalis & dominus Nicolaus Capotij Vrgellenfis Cardinalis nuntij apoftolici, miffi per dominum Innocentium Papam VI. in regno Francia & Anglia pro pace vel treugua tractanda inter dictos Reges & eorum regna, gratia Dei mediante, & ipforum operationibus treugua firmauerunt dictorum Regis & principis Vallenfis & ipforum regna, incipiendâ in proximo feho refurrectionis Domini & finiendam ad feftum S. Ioannis Baptifta, non primum, fed venturum feu fecundum. Dicti vero Cardinales tractauerunt de confenfu & voluntate dictorum Regum de pace finali habendâ inter ipfos Reges & regna. Item prædicti Cardinales fub die fecunda iulij dicti anni cum maximo honore recepti fuerunt apud Londonium per Regem Anglia.

Arte & dolo pacis colloquia tractabat Anglus: cum enim a Vvallia principe paternus affen-

fus fuiffet defideratus, tum is a ad deludendos Vafcones, quorum fidei Ioannes fe commiferat, quique obftabant, ne in Angliam auheretur, finxit ad firmandam pacem omnino pernecessarium, vt diffidentes Reges in colloquium venirent: atque ita Ioannem Regem, ac Philippum filium & alios principes Francos in acie captos in Angliam abduxit. Quibus de rebus a Cardinalibus internuntijs certior factus Pontifex, Eduardo Anglorum Regi, cuius arcani doli artesque nondum patuerat, magna fe ex fœderis initi nuntio lætitia ipfum perfufum fignificauit b: hortaturque, efferet, vt qui maximis a Deo beneficij exornatus efferet, grati animi in pace populo Chriftiano, grauiffimis attrito calamitatibus, reftituenda officia reponeret: ipfius ac Regis Francorum vires non in mutuas cædes, fed ad Syriam dominico imbutam fanguine e Mahometanorum feruitute eripiendam conuertendas: *Quafumus, inquit, pietatem tuam, & per vifcera mifericordie Dei attentius obfecramus, quatenus gratie ipfius dona, quibus te copiofa diftributione præuenerat, filiali gratitudine recognofcens; & diligenter attendens, quod tanto ipfi creatori tuo magis efferet debitor, quanto ab eo maiora beneficia percepiffi, cum adauctis donis, donorum crefcant etiam rationes; nec minus memorans difpendia rerum, difcrimina corporum, & animarum pericula, qua in tua & Regis Francorum difcordia multifarie perpeffus efferet populus Chriftianus (vt impedimenta negotiorum Dei, & præcipue terra sanctæ, & ancilla canibus & tributaria Saracenis tuum & ipfius Regis Francorum auxilium in fua liberatione deplorat & expectat anxie, taceamus) animum tuum ad pacem habilites, cor præparas, difponas & mentem. Sic enim fama tua titulos clariores efficies: fic honoris gloriæ confitues ampliores: fic lauibus fuis indeficientem adicies cumulum: ficque Romanam ecclefiam matrem tuam lætificabis in gaudio; & quod his omnibus maius efferet, æterna salutis præmia confequeris.*

2 Optarant Talayrandus & Nicolaus Cardinales internuntij, vt Petrus ipforum collegio nuper cooptatus, qui regij figilli præfecturam gesserat, ac Ioannis Regis omnium confiliorum particeps extiterat, ipfius focius adiugeretur: ac ne dignitatis in fignibus difcrepare videretur, pileum rubeum ipfi transmitteret. Quibus Pontifex fub anni initio hæc de more dandi pilei cardinalitij fcripferat c: *Cum fratribus noftris huiusmodi literis eis feriofe perlectis, deliberationem habuiffimus, & eorum fere omnium in hoc confilia refederunt, quod licet fupplicatio veftra fauorem & gratiam mereretur, & idem Cardinalis confideratione potiffime vilitatis publicæ, cui multum præfentia eius huiusmodi conferre poterit, honorandus exifteret; non erat tamen præfca confuetudini, quam fæctorum patrum immutanda pofteris obferuantia introduxit, aliquatenus derogandum: vnde nos huiusmodi confuetudinis rigorem temperare quarentes, hanc viam elegimus, vt capellum ipfum Pictaui Cardinali mitteremus eidem; ita tamen, quod Cardinalis ipfe illo in cafu, quo accedendi ad prædictum Regem faluū poffet habere conductum, & non aliter, vteretur. Cumque nec ad viam hanc ipforum fratrum immutari confilia potuiffent, cogitauiſſimus inter nos, quod vobis capellum ipfum Burdegalam mitteremus, per vos tradendum præfato Cardinali, fi veniendi ad antefatum Regem huiusmodi poterit habere conductum, vel alias retinendum. Dat. Avin. kal. february anno v. Transmiffum poftca ipfi pileum cardinali-*

M. S. bib. Vat. fig. n. 2010. 12 Clem VI. De pace actum.

Petrus Thom. Card. p. eis n. p. p. r. t. u. s.

De tra. mittere illi pileo rubeo p. tatum. e. lib. 4. p. 16. Cur et. re dif. tas ob. s.

nalitium, ex literis ad Regem Aragonum scriptis colligitur, de quibus superiori anno mentionem fecimus: ac x. kalend. iunij, assentiente Eduardo, liberi comitatus syngrapha ad Angliam adeundam data a illi est ab Innocentio: De Petro ac Talayrando & Nicolao Cardinalibus in Angliam profectis meminit Vvalfgangus b, ut paci conciliandæ operam nauarent; sed frustra eam consumptam addit: *Quis in Anglia, inquit, moram traxerunt biennalem, sapius cum Regibus & eorum consijs colloquentes: sed tandem discordes recesserunt.* Quibus consentanea vitæ Innocentij scriptor narrat. At non integro biennio moratos Cardinales internuntios indicat Matthæus Villanus, dum ipsos ait e extremo augusto abcessisse, cum animaduertissent, Eduardum Regem, quamuis magnificentissime Francorum Regem excepisset d, pacis colloquium initum, in quo perficiendo ipsius tantum assensum desiderabatur, varijs coloribus extraxisse, vt rerum gerendarum occasionem captaret e, acerbioresque leges victis imponeret.

3 Fauebant eiusdem Angli consilij intestina dissidia Francorum, qui licet initio pacis leges, quæ nisi grauiore capto Rege esse poterant, respuerent atque ad repetendam vltionem subsidiarium zs ingens exigerent; solutis tamen ordinum regni conuentibus, in maximas discordias distracti, regnum in discrimen coniecere f, quod socialium prædonum exercitus laniarunt g, qui fræna furori ac licentiæ laxabant, præcipuo duce Arnaldo h e Ceruola. Cumque glomerata illa prædonum tempestas effundenda in Prouinciam comitatu Venusino ingrueret, Innocentius Auenionenses in armis iussit esse i, & Caroli Imperatoris promissam opem implorauit l.

Innocentius, &c. Carolo Romanor. Imperatori semper Augusto.

Magnificauit anima nostra Dominum, quod ipse talem vniuersa reipublicæ temporibus nostris præsidere concessit, qui quanto potestate terrena præceminet amplius, tanto zelo purioris deuotionis ad Deum potius feruens sincerioris fidei fulgore resplendens, in humilitatis spiritu, quæ virtutum omnium comprobatur origo, ad nostra beneplacita sic se liberaliter obtulit, vt de se ipso sibi nihil reliquerit inoblaturum. Ex quo post laudes & gratias Deo, cuius locum immeriti gerimus, & B. Petro Apostolorum principi, cuius nos illius dignatio constituit successorem, & quibus in humilitate nostra impendis honorem, exhibitas reuerenter, Creatori redemptori que tuo humiles preces offerimus, vt te prosperorum dierum longitudine gaudere concedat, gremium tuum numerosæ prolis vbertate lætificet, & imperij tui latissimos sinus optata pace componat. Cæterum oblationem tuam huiusmodi acceptantes, præsidia & fauores tuos ad extinguendum spiritum tempestatis, quæ in partibus istis peccatis exigentibus, sicut per alias literas nostras tibi latius scribimus, procurante inimico homine suscitatur, confidentissime & instantissime imploramus, &c. *Dat. Aui. vii. kal. augusti anno v.*

Significauit eidem alijs literis m, prædatrices turmas in Prouinciam per Venusinum comitatum irupisse, vtque exortis inde malis occurreret rogauit, cum imperialis esset muneris & sedis Apostolicæ concordiam tueri, & prouinciam imperij fiduciarium ex prædonum tyrannide vindicare n: *Tu, inquit, qui potes solo nutu omnia ista cõprimere,*

de illo remedio super ijs provideas per te ipsum, quod curationis tantarum plagarum putaueris necessarium posse conferre medelam: gratissimum etenim B. Petro Apostolorum principi, quem honoras in nobis, prestabis obsequium: & vt loquamur paterne tecum, debitum tuum solues, si patem nobis & fratribus, ac securitatem curia cursalihalque prædictis instauras, & lacerationi comitatus, qui de feudo tuo est, occurras ipsius, &c. Dat. Aui. xi. kal. septembris anno v.

4 Questus etiam est Pontifex grauissime, datis ad Ioannem Regem Francorum literis, vt has copias reprimeret, reuocaretque e Prouincia a: quamuis enim ex Prouinciæ inuasiõne ille indoluisset, & filio Carolo delphino dedisset imperia, vt proscriptionis pœnas renouaret exerceretq e in eos, qui e regno ac delphinatu signa infesta in Prouinciam attollerent; vicisse tamen sceleratorum audaciam regiam diligentiam, ac plures turmas, quas criminum licentia coegerat, in Prouinciam se effudisse, quam luxuria, crudelitate, rapinis, ferro, flammaque fœdent.

Innocentius, &c. Ioanni Regi Francorum.

Quoniam morbus hic, præstante per ministros membraque sua fomenta diabolo, sic excreuit, vt ad curam eius, in qua medicum aut nihil lenitiua proficerent, præcisionis & alijs validioribus remedijs sit vtendum; tibi, cui lata & placida libenter insinuare vellemus, amara pro dolor! & tristia compellimur nuntiare. Siquidem nonnulli de regno [Gallia scilicet] & delphinatu prædictis huiusmodi prohibitione dicti ducis [nimirum Caroli Normanniæ] omnino contempta, associatis sibi quibusdam eorum in hac parte complicitibus, comitatum nostrum Venusini diebus ijs non longe præteritis intrauerunt: vbi diebus aliquibus commorati, tandem post aliqua damna, quæ intulerunt ibidem, in dictum comitatum Prouinciæ descenderunt: vbi licet indifferenter & vniuersaliter omnibus pro viribus noceant ecclesijs, tamen & personis ecclesiasticis potissime sunt infesti; ita vt detur omnibus patenter intelligi, quanta sit in cordibus eorum malitia, dum Deum in ministris eius offendere tan grauit non verentur: occuparunt enim in dicto comitatu Prouinciæ aliqua loca, & quadam aha destruxerunt, quæ dumtaxat ad ecclesias & monasteria quadam pertinent pleno iure; & tot inibi mala nefanda committunt, vt abhorreat calamus illa describere, & lingua depromere erubescat. Audimus enim quotidie quasi ecclesiæ filios angariari, spoliari, opprimi, torqueri, truncari, priuarique varijs supplicijs vita. Audimus corrumpi virgines, adulterari nuptas, viduas violentiam pati, ipsisque Deo dicatis sanctimonialibus a viris impijs non deferri. Audimus (quod etiam apud infideles inauditum est) confugientibus ad loca sacra loca ipsa remedium non afferre. Audimus matres patresque, derelictis filijs in manibus hostium, se pro vitæ remedio fugæ committere. Audimus filios, confuso pietatis officio, id agere e conuerso.

Considera itaque, princeps inelyte, considera quantas sit dolor noster, angustia quanta, quantaque tristitia. Considera vtrum talia inrenatos fonte baptismatis ab ijs, qui censentur professione ac nomine Christiani, deceat exerceri. Considera vtrum hæc fama conueniant eiusdem regni tui fidelium populorum, qui timorem Deo, honorem ecclesijs & ministris Dei, ecclesiasticis videlicet viris soliti sunt reuerentiam.

Intetur Romanâ curiam.

Gallus Rex de suorum excursiõne in Prouinciam sic certior a 16. pag. 164. & 177.

De patratia a latro num exercitu malis

Nullus ab ijs locorū factorum respectus habitus

exhibere. Considera, quod licet omnium mala nos urgeant, cum affectum dilectionis omnibus pater omnium debeamus; horum tamen calamitas eo vehementius nos affigit, quo in conspectu quasi nostro hæc ab impietatis filijs impune committuntur, &c.] Addit preces, vt cum Romana ecclesia certissimum asylum in ipsius domo Christianissima semper repereret, regijs imperijs imminentem eam tempestatem propulset, *Dat. Aym. 11. id. augusti anno v.* Solicitavit iterum a, vt viros auctoritate graues mitteret, qui e Prouincia turmas Gallicas abducerent. At capti Regis auctoritas in vinculis obsoleuerat, cateruæque Vasconum prædatrices in Prouincia, dum Massiliam Martinenchi alijque de Ierusalem dicti infactiones diuidebant b, grassari gulamque pontificiam turbare perrexerunt: ad quas reprimendas, cum Rodolphus dux Austriae se Pontifici paratum exhibuisset, Innocentius egregiam illius in sedem Apostolicam voluntatem admisit, gratesque egit. c

5 Caterum susceptas a patre Alberto restituendi in gratiam cum ecclesia Ludouici marchionis Brandenburgensis, ob secutas Ludouici Bauari parentis schismatici partes censuris notati, curas urgere cupidus Rodolphus dux Austriae, publicis literis a datis ad Paulum episcopum e Gurcensi ad Frisingensem sedem traductum, Apostolicæ sedis internuntium ac Petrum abbatem, quibus marchionis causæ cognitio delata erat a Pontifice, professus est, vt Albertus dux, missis oratoribus ad Innocentium VI. fidem suam obstrinxisset, Ludouicum marchionem demisse veniam poscere, omnesque pœnas ad scelus illud expiandum imponendas subiturum; flexumque ad supplices preces Pontificem Ortholpho archiepiscopo Salisburgensi & Paulo Gurcensi episcopo prouinciam dedisse, vt rite marchionem censurarum nexu exolverent.

Reuerendus in Christo patribus Paulo Frisingensi olim Gurcensi episcopo, & Petro abbati monasterij S. Lamberti Salzeburgensis diocesis, super infra scriptis a sede apostolica commissarijs specialiter deputatis, Rodolphus Dei gratia dux Austriae, Stiriae, & Carinthiae reuerentiam in omnibus debitam & condignam.

Ad paternitatum vestrarum deducimus notitiam, nos plene olim sciuisse & scire, quod clara memoria dominus Albertus dux Austriae genitor noster, cupiens quod magnificus princeps dominus Ludouicus marchio Brandenburgensis consanguineus noster ad gratiam & communionem sanctæ Romanæ ecclesiæ, extra quas erat, rediret & gratiose reciperetur ab ea; & vt omnia & singula, quæ dictus dominus marchio ea occasione offerret, promitteret, iuraret, ac facere implere secundum mandata apostolica deberet, firmiorem consequeretur effectum, vos dominum Paulum, tunc Gurcensem nunc vero Frisingensem episcopum, ac Fridericum comitem Ciliæ suos procuratores constituit, & ad præsentiam sanctissimi patris domini Innocentij, diuina prouidentia Papæ VI. vobis & eidem comiti ab eodem genitore nostro mandato super hoc tradito, sui nomine promittendi ac ipsum etiam obligandi, quod ipse genitor noster faceret & facere curaret, quod idem marchio ea omnia & singula, quæ offerret, promitteret, & iuraret, & effectualiter adimpleret; & quod omnes pœnitentiam, satisfactionem, & emendam, quæ dicto domino marchioni pro eius culpis & excessibus,

per præfatum dominum Papam, vel alium, seu alios eius nomine & mandato forent imposita, infra tempora, super his per ipsum dominum Papam, vel alios deputatos ab eo præfigenda, deuote, realiter, & cum effectu perageret, & completeret.

Et quia, sicut domino placuit, antequam prædicta fieri possent, genitor noster debitum naturæ persoluit; nos, intendentes voluntatem & factum paternam prosequi reuerentia filiali, asserimus nos vidisse, & audiuisse literas dicti domini Papæ super præmissis vobis directas, & eorum contenta, nobis per literatos viros fore exposita & vulgarizata, quarum literarum tenor sic incipit: *Innocentius episcopus, seruus seruorum Dei venerabilibus fratribus Ortholpho archiepiscopo Salzeburgensi, & Paulo episcopo Gurcensi, ac dilecto filio Ioanni abbati monasterij S. Lamberti Salzeburgensis diocesis salutem, &c. Patris misericordiarum, & saluatoris nostri domini Iesu Christi, sancta Romana ecclesia cunctorum mater, & magistra fidelium, cuius licet immeriti, regimini præsidemus, &c. Et finiunt, rata, firma, & grata habeo, & approbabo, & nihilominus per eundem marchionem adimpleri curabo. Dat. Vienna xvi. die nouembris anno Domini mcccclvii.* Aggregarunt fideliæ consortio Paulus episcopus ac Petrus abbas Ludouicum marchionem Brandenburgensem, de quo inferius agendum erit; creatus vero fuerat Paulus a v. id. iunij Apostolicæ sedis internuntius in Salisburgensi diocesi, amplissimisque prerogatiuis exornatus b. Præterea data ei prouincia fuerat c extremo superiori anno, vt exortam inter Albertum ducem Austriae Rodulphi memorati parentem atque Ioanem marchionem Morauia Imperatoris fratrem controuersiam, quæ in atrox erumpebat bellum, componeret, inducensque sedis Apostolicæ auctoritate indictis hostiles excursions compesceret.

6 Hoc anno confecta est a Vinricho cruciferos equitum magistro expeditio d aduersus Lithuanos infideles, cum plures e Germania principes, atque ex ipsa Anglia turmæ in Prussia confluisissent; ijs enim auctus irrupit magno terrore in Lithuaniam, atque infidelibus in aciem descendere non ausis, late agros populatus spolijs & manubijs hostium onustus redijt. Felicius quidem Germanæ illæ Anglæque copias a suis dimissæ Regibus arma vertere aduersus infideles, quam alia, quæ Lando duce ad exercenda in Italia latrocinia, omnisque generis patranda scelerum ferrum conuerterant, ac demum, vastata Insurbria, se Romanæ ecclesiæ terris infuderant: ad quas inde renouandas Pontifex Carolus Imperatorem sollicitauit e. Premebat tum legatus Casenam obsidione, cum fœderati prædones ecclesiæ hostibus subsidio missi f sunt. De quibus imminentibus a Pontifice monitus g obfidionem die noctuque vrsit; ac demum urbem inuito cum ciuibus fœderis colloquio obtinuit, arcemque subritis propugnaculis expugnauit, in qua Ciam cepit h Ordelaiffi tyranni coniugem, pertinacissimi pectoris feminam, quæ casis ferro ijs i, a quibus se proditam putabat, incredibili audacia interiora mœnia cum fidissimis militibus ruebatur. Cuius victoriæ nuntio recreatus Pontifex, ad Agidium Cardinalem legatum gratulatorias literas dedit l.

In ea Casenæ expugnatione Vngaricum equitem egregiam legato operam nauasse, refert

¶ *Eod. 10 5 ep. sec. pag. 164. & 216. h Pag. 113, 114. Rodolphus Austriae Pontifici operam deserit. f Pag. 234, 244.*

d *Ext. in arca S. An gels & in ter collect. Plat. ro. 3. pag. 144. et lib. primil. Rom. eccl. 10. 1. pag. 227. & M. S. bib. V. all. sign. lit. B. n. 12. pag. 552. Ludouicus marchio Brandeb. ecclesiæ gratiam expetit.*

Missi ab eo oratores.

Albertus Austriae interpres adhibitus.

Marius filio Ro dulphi muoia mand.

¶ *7. 10. 96. h pag. 101. Austriae & Morauia Imperatoris fratrem controuersiam, quæ in atrox erumpebat bellum, componeret, inducensque sedis Apostolicæ auctoritate indictis hostiles excursions compesceret.*

Cruciferorum in Lithuania expeditio d. Morauia l. 6. 57.

Lando pr. doni l. 11. am cur. Rantium dux.

¶ *7. 10. 96. 79. Casenæ expugnatio. f. Mart. Vill. l. 1. c. 64. g. Te. l. 1. c. 78. h. V. l. 1. c. 78. i. Mart. Vill. l. 1. c. 78. l. 1. c. 78.*

Nicolai Laurentij vitæ auctor a: Ludouicum, quippe Vngariæ Regem Pontifex cruce signati exercitus ducem aduersus ecclesiæ peruelles, ac præsertim Ordelaßum crearat, vt eo honoris titulo ipsum ad præstanda legato auxilia obstringeret; in deprecatorijs enim ea de re literis in eunte anno datis hæc ad Regem ipsum scribebat b: *Aduersus eum, nimirum Ordelaßum, velut hæreticum, iusto iudicio sententialiter condemnatum; et spirituali simul & temporalis virga percussus redderetur omnino impotens ad nocendum, crucem cum consuetis indulgentijs mandauimus prædicari, te sicut specialem filium ecclesiæ Dei, & athletam Domini strenuum, contra illum specialiter & contra alios rebelles eiusdem ecclesiæ capitaneum generalem deputantes, &c. Dat. Avin. id. ianuarij anno v.* Procurrebant in Ordelaßi opem prædonum sociæ turmæ: sed Aegidij legati studio dissolutæ c dissipatæque fuerunt. Qua de re Innocentius Aegidio Cardinali est gratulatus: *Receptis, inquit, nuper literis tuis benignitate solita, & tam ijs qua continebantur in illis, quam ijs, qua dilecto filio nostro Andoino tit. SS. Ioannis & Pauli presbytero Cardinali scripseras intellexis, gaufi sumus, quod societas illa pestilens tuo studio dissoluta sit, sperantes firmiter multis malis, qua societate ipsa nesciente a vetitis & solitis abstinere, ventura fidelibus Italiae populis timebantur, salubriter obuiatum.*

Cumulati sunt secundi ijs successus Castrî noui & Britenorianæ arcis expugnatione d: tū Aegidius Cardinalis castra promouit ad Forumlium e, in qua vrbe Ordelaßus sedem tyrannidis fixerat: propugnabatq; tanta pertinaciæ ferocia f, vt cum Aegidius legatus ipsi coniugem ac liberos Casenæ captos redditorum se polliceretur e, opportunatque pacis leges offerret, tyrannus illum accusaret amentia, ac si in suam potestatem caderet, laqueo præfocaturum iactaret. Si quos vero in eruptionibus cruce signatos caperet, ipsos ludibrii causa detracto crucis symbolo vestibus affixo, quod facile marcere ac deleri aiebat, candenti ferro in formam crucis efformato inurebat, vel exquisitissimis supplicijs conficiebat. Cumque filius amicorum consilij madentibus oculis lacrymis eum obsecraret, vt legati clementiæ se permitteret, seque ac suorum vitam redimeret, indignatus isuo negauit satum sanguine, extractoque cultro fugientem transfixit, ex quo vulnere a crudeli patre necatus filius paucis post horis animam efflauit. Par crudelitatis genus experta est illius filia nupta, quæ cum ipsum passis comis in genua prouoluta deprecaretur, vt matrem e vinculis liberaret; Ordelaßus nullo responso dato, arrepta manu coma filia collum ferro secuit. Quibus editis immanitatis in suos exemplis, nemo ipsum de facienda deditione interpellare ausus est, ac producta obsidione, Aegidius legatus, relicto in castris successore Androino Cluniacensi abbate, ad aulam pontificiam redijt, frustratusque est votis suis Pontifex, qui Androino dare operam iusserat g, vt antequam Aegidius Italia abscederet, Franciscus Ordelaßus tyrannide depulsi esset.

7. Quod attinet ad Ludouicum Regem Vngariæ, cuius equestribus copijs in domandis hostibus Pontificem vsu vidimus; vexabat ipse acerrimo bello Venetos in Dalmatia & marchia Taruisina, cuius molem cum sustinere posse differrent Veneti, Trantum ac Spalatum, missis oratoribus, ad redimendam pacem obtulere. Quo

audito eæ vrbes, nediuidi viderentur, sponte in Vngarorum potentiam concesserunt a: neque ita multo post ladera impetu noctu capta ab Vngaris b: qua vrbe potitus Ludouicus obsidendarum Venetiarum terrore Venetis incussit. Fluebant ipsi secundæ Taruisinæ res: commisso enim cum Taruisinis pralio, Vngari victoriam retulere c. Quibus cladibus attritus Ioannes Delphinus dux pacis leges a victore accipere, ac Dalmatiæ arces Vngaro restituere coactus est.

8. In Sicilia Ludouicus Rex ac Ioanna Regina, recuperanda Trinacria atque ex inuasorum manibus eripiendæ intenti, insularum studijs pluribus secundis successibus sunt ausi: ac Pontifex, abolendæ in ea Aragonia tyrannidis cupidus, Thomam e S. Seuerino Marsicanum comitem, aliosque ceterioris Siciliae proceres sollicitauit d, vt Regi opem certatim explicarent. Defixerat castra apud Cataniam Ludouicus Rex e in qua Fridericus Catalanorum ope duce præcipuo Artale de Alagona se tuebatur, demumque veniente Catalanorum auxiliari classe, Ludouicus turpiter obsidionem soluit.

Quod ad Genuenses Ludouici Regis in Catalanæ bello fœderatos spectat, præerat ijs Simo Buccanigra, qui hoc anno publicam rem admodum auxit, Saona, Vigintimilio, & Monacho illi restituitis f: voluensque maiora, in Sardiniam classem immisit g. Ne vero ea discordia maiora pareret bella, Pontifex apostolicam auctoritatem adhibendam ratus, de redintegrando fœdere Petrum Regem h ac Simonem Buccanigram i interpellauit.

9. Implicitus alio bello grauissimo erat Petrus Rex, atque vrgebatur a Petro Rege Castellæ, qui in eunte anno magnis succinctus copijs irrupit l in Aragoniam, ac Tirafonam mense februario cepit: in quam vrbem mox pulsus Aragonijs coloniam Castellanos deduxit, interque eos agros circumiacentes diuisit. Attulit is casus ingentem terrorem Aragonio, vt se nec Casaraugustæ mœnibus tutum putaret, contraxitque mox ad Castellanum reprimendum quantum potuit exercitum. Constitit mense aprilis n aduersæ acies ad pugnam accinctæ, in quaplorimus sanguis Christianus fundendus erat, cum Guillelmus S. Mariae in Cosmedina diaconus Cardinalis A. S. L. per castra discurrit n, ac Reges principesque diuini Numinis ac religionis metu commouit, ne qui vires in barbaros coniungere erant soliti, se mutuo attererent, ac Mahometanis Hispanias inuadendas exponerent. Delegit vtraque pars Cardinalem legatum pacis interpretem, vt æquitate controuersiam dirimeret: ac sacramento se obstrinxit, illius sententiæ paritram: detrectanti centum millium marcharum, multa incussa, atque interdictum ecclesiasticum intentatum. Sancitum etiam, vt captæ vtrinque arces ipsius fidei committerentur, quo de ijs, vti visum foret, statueret. Induciæ præterea non modo firmatæ inter Reges, verum etiam Genuenses inter & Aragonios constitutæ.

Cum ita res compositæ putarentur, inopino casu in maiorem discordiam exarserunt: recusarunt Regis Castellæ præsidariæ copiæ controuersis arcibus, vt erat sancitum o, abscedere; sed Legati nomine eas retenturas respondere p: vr gente vero oratore Aragonio, vt legati potestati libera subijcerentur, Castellani repugnantibus, dissensio aucta est. Cuius pacandæ cupidus Pon-

a N. Attb
 Vill. 7. c.
 82.
 b Id. 18. c.
 19. Appon
 hist. And
 Dand. in
 10. Delphi
 no Diariv
 Vener. M.
 S. et alii.
 c Marth.
 Vill. 1. 8. c.
 30.
 Aragonio
 rum in Tri
 nacria res
 depressæ.

d To. 5. ep.
 fecr. pag.
 42.
 e Marth.
 Vill. 7. c.
 72. Faze.
 pop. dec. 19
 Sur. 1. 9. c.
 14. et alii.
 Genuen
 sis reipub
 res in nau
 rata.
 f Vill. eod.
 lib. 7. c. 49.
 86. et 93.
 g Eod. lib.
 c. 104.
 h To. 5. ep.
 fecr pag.
 108.
 i lb. pag.
 109.
 Castellani
 in Arago
 niam irru
 pto.
 l Marth.
 Vill. 1. 7. c.
 50. et Ge
 rva Innoc.
 v. l. apud
 Bosq. Ma
 rian. 1. 17.
 c. 1. et alii.
 Guillelm
 Card. pro
 ra pro re
 dntregran
 da pace.
 m Marth.
 Vill. 1. 7. c.
 60.
 n Sur. 1. 9.
 c. 11. Ma
 rian. 1. 17.
 c. 1.

o To. 5. ep.
 fecr. pag.
 122.
 p Sur. 1. 9.
 c. 12.
 Solicitati
 ad pacem
 Reges Hi
 spani.

trifex vtrumque Regem, conceptis eadem verborum forma literis, ad fidei religionem colendam hortatus est a: *Verbum, inquit, regium obtinere debet vim & vinculum iuramenti, &c.* Imposita præterea Guillelmo Cardinali prouincia b, vt cum Regibus intentatum esset anathema, interdictumque ecclesiasticum ipsorum terris, si a promissis discederent, censuris violata fidei reum percelleret. Pronuntiatum fuisse a legato Tudela xxvi. iunij die Regē Castellæ anathemate se deuinxisse, atque illius regnum sacris interdictum, donec Tirafonam ex fœderis tabulis sibi liberam tradidisset, narrat Surita c: ac tum magis exasperatis rebus, Reges Aragoniæ & Castellæ Anglos & Francos aliosque finitimos ad armorum societatem pellicere meditados. Cum porro Pontifex Cardinalem legatum bellum accensum restinguere non posse conspiceret, ipsum ex Hispanijs reuocauit d: ac Regem Aragonum, cuius precibus datum erat, vt aliquandiu subsisteret in Hispania e, rogauit f vt rem moderate ferret, vtque legato Cardinali censuras ecclesiasticas incussuro Petro Regi Castellæ, quem flectere ad adulteram a se abijciendam non poterat auxilio esset g. Sæpius iam ante in adulterij cœno iacentem Castellanum erigere paternis studijs, atq; ad diuinarum legum obseruantiam traducere erat conatus Innocentius, & hoc ipso anno violatæ in abiecta Regina Blanca diuinæ maiestatis commonefecit h.

io Si, inquit, quandoque petitiones tuæ quædam nequaquam ad gratiam exauditionis introeunt molestum, princeps inclyte, habere non debes; nec imputare voluntati, quod est potius rationis: cum enim illud posse dicamur, quod de iure possumus, quoties iuris transcendimus limites, rapimur extra potentiam; & Deo, cui est accepta iustitia, liquido displicere probamur. Et infra: *Ceterum quia non possumus sine praiudicio salutis nostræ ea, quæ salutis tuæ sunt contraria reticere, cum per prophetam annunciare populo Domini peccata iubeamur eorum, post salutaria monita, exhortationes, & preces, quibus apud te frequentissime recolimus insitisse, iterum petimus; & per viscera misericordie Dei attentius obsecramus, quatenus prudenter attendas, quod in abiectione charissima in Christo filia nostræ Blanca Regina Castellæ et Legionis illustris uxoris tuæ Deum creatorem tuum vehementer offendis, famam tuam detrahis, derogas & salutem, &c.* Dat. apud Villannou. Auin. die cæsis xi. kal. iulij pontificatus nostri anno v.

Nec Pontifex modo & Guillelmus Cardinalis legatus ad reuocandum ad sanio rem mentem Petrum Castellæ Regem incubuere; verum etiam Bertrandus episcopus Conuenarum, quamuis præcipue ad pacem ipsum inter & Aragonium redintegrandam legatus esset a sede Apostolica, operam nauare iussus est i. Quæ omnia cum cecidissent irrita, hæc ad legatū scripsit Pontifex l: *Attendentes, quod patientia nostra negligentia notaretur; nec intendentes deferre amplius homini contra Deum, habita cum fratribus nostris deliberatione matura, decreuimus aduersus eundem Regem (iustitia suadente) procedere, prout tanti negotij qualitas exigit, tantisque contemptus clauium exposcit ecclesie, & regnorum disti Regis conditio miseranda requirit.* Data demum mense augusto legato imperia m, vt legationis fines egressus iudiciario ordine adulterum Regem, consiliarios, & fautores censuris defigeret.

ii Addimus Hispanitis rebus, Alfonso Lu-

stania Regem hoc anno e viuis ereptum, quo ferme tempore Pontifex ipsi literas viii. kal. iul. de exceptis oratoribus mittebat a; cum regnasset annos triginta & eo amplius. Corpus Vlyssipponē ad aram templi maximam conditum b. Successit Alfonso in Lusitania regno Petrus filius; a quo de paterno obitu certior factus Innocentius, magno se dolore ideo affectum ei significauit: cum egregium principem, qui præclaris virtutibus dignitatem regiam decorabat, præcipuo amore esset profectus, optaretque vt diutissime magno publicæ Christianæ rei beneficio vixisset. Tam Petrum solatus hortatusque est c, vt parentis optimi imitaretur virtutes, Romanam vniuersalem ecclesiam obsequijs ac beneficijs complecteretur, ecclesiasticis viris faueret, orphanorum & viduarum tutelam suscipere, omnesque optimi principis partes imple-

Innocentius &c. charissimo in Christo filio Petro Regi Portugaliæ illustri.

Clare memoriæ Alfonso Regis Portugaliæ patris tui ab hac luce transitus, quem nobis literas tuas fama præueniens nunciavit, graui nos amaritudine, grauique mœrore conspersit. Siquidem virtutes eius, quibus dignitatem regiam illustrabat, debita consideratione pensantes; ac proinde illum inter cæteros catholicos orbis terræ principes, charum acceptumque habentes, desiderabamus attentius, vt longitudinem temporum ei tribueret Dominus, & regni sui dilataret terminos, paceque firmaret; sicque cum plenus dierum, in senectute bonæ cum patribus suis illum (Deo vacante) quiesceret, natus pro patre filius gubernacula regni suscipiens, illis feliciter præsideret. Sed quoniam vitæ mortisque arbiter & distributor omnipotens, quem cum libuit, nasci dedit; eum cum placuit in dicto fine vitæ ad se (vt pie credimus) reuocauit, dolori terminum ponimus, & in eo, qui dedit & abstulit, consolamur; sperantes firmiter, quod ipse, qui in tertis positus studuit operatione virtutum, & exercitio bonorum operum placere omnium Conditori; ab eo, apud quem nullum bonum irremuneratum esse constat, mercedis præmia est adeptus in cælis.

Quamobrem serenitatem tuam monemus & hortamur in Domino, illam attentius deprecantes, quatenus tu quoque, fili charissime, in Domino consolationem recipias; & attendens, quod illi succedis, qui se totum exhibebat vitæ & moribus Christianum, sta semper in timore Domini; honora sponsam suam sanctam Romanam & vniuersalem ecclesiam; personis ecclesiasticis faue; iura & libertates earum inlibate custodi; pupillorum & orphanorum, viduarumque protector & defensor existe; subditorum tuorum grauamina, reuera, & iniurias detestare; sicque sine personarum acceptance, iustitiæ verum exhibe te cultorem, quod nomen Regis implere operibus comproberis. Sic enim agens, temporum prosperitate lætaberis, & optata pace frueris, ipsumque Deum propitium amplius tibi constitues, & eandem ecclesiam ad honores & commoda tua promouenda reddes speciali quodam debito promptiorem, &c. Datum Auin. x. kal. augusti anno v.

ii Hoc anno ceptum in Fraticellos, qui ementito religioso cultu prauarum opinionum virus spargebant, iudiciorum ordinem vrsit Innocentius; atque encyclicis literis d in Italiam, missis, archiepiscopos, episcopos, abbates, aliosque

a To. 5. ep. secr. pag. 122, 123.

b Ib pag. 223.

c Sur. su. per. e. 12.

d To. 5. ep. secr. pag. 174, 175. et pag. 229. e. pag. 174 f. pag. 175. 201. g. pag. 193.

h pag. 114.

Commonitus Castellanus, vt vxore recipiat.

i Ib pag. 4. l. 1h. pag. 69. De legib. in eum exerendis actum.

m pag. 174.

Alfonso Reg. Lusit. obitus. ap. pag. 169.

Petrus Lusitanum sceptrum capessit. b. lo. Mar. de reb. Hisp. l. 1. c. 1.

c To. 5. ep. secr. pag. 161.

Pontifici ad eum literæ.

Horatius ipsum ad virtutes dignas principis.

Distictæ leges in Fraticellos. d. An. 5. ep. cur. 12.

IESV CHRISTI

annus. 1358.

INNOC. PP. VI. CAROLI IV. IMP. OCCID. 13. 6. IO. PALÆOLOGI IMP. ORIEN. 18.

que sacerdotes, ad comprimendam illorum nequitiam excubias agere iussit. Ii contra Apostoli oraculum, Quomodo predicabunt nisi mittantur? hæreticorum more sibi concionum habendarum munus sine præfulum auctoritate arrogabant. De quibus hæc habet Innocentius a: Sibi officium predicationis usurpant, & contra catholica fidei puritatem varias inducunt sectas, erroresque varios damnabiliter seminant. Commoniti etiam principes, urbium prætores, ac magistratus fuere, vt ad comprehendendos hos pseudoprophetas studio non deessent: cumque Fraticellorum magister Thomas Franciscani ordinis episcopus Aquinas apud Albenfes cum socijs impietatis delitesceret, Pontifex Alba præfidi dedit imperia b, vt eos vinculis traderet: quorum scelera hypocrisis inuolucro aureo subornata in luce collocavit.

Innocentius Episcopus dilectis filijs nobilibus viro iusticiario comitatus Alba, eiusque locum tenentibus.

Turbauit iam diu, nec immerito, mentem nostram rumor infestus, qui de nonnullis superstitionis viris, Fraticellis vulgariter nuncupatis, per partes illas euagantibus, eorumque detestandis ausibus vulgabatur. Sed tanto nunc inde maiori dolore perfundimur, quanto eorum damnata temeritas in adherentium seu credentium eis multitudinem ac præsumptionis audacia quotidie, sicut accepimus, periculosius inualefcit. Intelleximus equidem quod huiusmodi Fraticelli (quorum ille perditionis filius Thomas olim Aquinas episcopus dicitur dux & caput, & quorum nonnulli in comitatu Alba & alijs terris tuis sæpius se receperunt) velut pseudopropheta, a quibus iuxta præceptum Domini attendendum est, sub vestimentis ouium lupinam rabiem tegentes interius, sibi que predicationis usurpantes officium, ac in cælum os ponere non verentes, nouas & damnabiles induxerunt & inducunt sectas, erroresque varios seminant, edocent & obseruant, & sub cuiusdam simulatae humilitatis habitu, fictisque sermonibus multos simplices decipiunt & seducunt, aliaque plura enormia dicunt, faciunt, & committunt, quæ in diuinæ maiestatis offensam, catholicæ fidei detrimentum, ac præfatæ sedis contemptum, animarum periculum, & scandalum plurimorum cedere dignoscuntur, &c. Dat. Auin. x. kal. nouembris anno v. Finxisse hos hæreticos se purissima sancti Francisci instituta sectari, & simplices asperiore Minoritarum cultu circumuenisse, iam antea indicatum est, atque ex Lucæ Vvadinghi historia confirmatur.

13 Addimus ad huius anni calcem ex Mattheo Villano e infrauratum Florentiæ academiã, quam aliquot ante annis Clemens VI. instituerat d, latamque sanctissimam legem e, vt morientium animabus consuleretur, ne medici duabus exceptis vicibus adirent agros, nisi prius vocato sacerdote conscientiam expiassent, inculsa transgressuris quingentarum librarum multa: præterea annis singulis sacramento a magistratu medici obstringi iussi sunt. Quæ pia lex paulo post exoleuit.

Restituta est pluribus populis pax anno a virgineo partu millesimo trecentesimo quinquagesimo octauo indictione vndecima: recepit enim e diuturno carcere emissum Regem suum Scotia: pacata felici federe Insubria: Etruria composita: liberata intestino bello citerior Sicilia; Venetosque inter & Vngaros post diuturna & atrocia prælia reuocata concordia. Succumbere ceperat Veneta respublica diuturno attrita bello sub Ludouici Vngariæ Regis potentia, & Iaderam, ob quam susceptum potissime erat bellum, amiserat; neque vlla secundorum successuum spes collapsis rebus affulgebat. Exorant itaque pacem a, quæ ijs legibus percussa, vt Ludouicus Vngariæ Rex marchiam Tarnisiam, quæ Romani erant imperij, quamque ille imperialibus erectis signis oppugnarat, Venetis permitteret: terras quas suas contendebat in Dalmatia & Istria sitas vnâ cum Iadertina arce, quæ valido munita præsidio etiam capta vrbe adhuc a Venetis tenebatur, reciperet: præterea obstricti Veneti ad maritimam classem viginti quatuor trirēmum numero, cum libitum foret, regio sumptu instruendas.

Fessæ etiam bellorum cladibus Insubres in amplectenda concordia consensere b: Vicecomites quidem, licet pollerent viribus, plures tamen in Pedemontio terras, ac Nouariam, Ticinum, Nouocomum, Saoniam, Genuam amiserant: captata quippe belli occasione iugum Liguria excusserat. Federati vicissim Genuenses nimurum, Ioannes marchio Montisferrati, Ateffini marchiones, Bononienses, Ticinenses, ac Mantuani sumptibus triennalis belli erant exhausti. Quæuit tum Etruria, cum Senenses, qui de Cortona cum Perusinis magno tumultu contenderant, ab ijs profligati, meliores pacis fructus decerpere maluissent c. Quo etiam tempore cum Androinus abbas Cluniacensis rei militaris minus peritus esset d, Aegidius Cardinalis iterum in Italiam legatus est ab Innocentio e: & intestini tumultus in Sicilia citeriori prudentium virorum studijs sedati sunt f, ac post comitis Altimuri Palatini ignominiosam mortem (qua ille, qui se Regem Apuliæ dixerat, latronis instar papyracea corona, in qua descripta erant scelera, redimitus laqueo est præfocatus g) Ludouicus Dyrachinus princeps coniurationis particeps Ludouico Regi consanguineo est conciliatus. At vltiorem Siciliam insularum discordiæ veteres laniabant, cum Messana, quæ ad iusti Regis, Ludouici scilicet generis Gallici, obsequium reuerfa, illius partes tueretur: Catania vero Frederici principis Aragonij dominatum ferro flammaque firmare niteretur; ex quo maxima clades vltro citroque acceptæ.

2 Exagitabat etiam Gallias civilis furor, ad quæ sedandum Pontifex Talayrandum Albanensem episcopum & Nicolaum eiv. S. Vitalis presbyterum Cardinales omni studio & contentione extremo anno superiori dare operam iusserat h, vt delphinum ac Nauaræ Regem inter sese conciliarent, eundemque delinatus & Normanniæ principem, vt Cardinalium consilij se accommodaret, propositis ingentibus malis, quæ pareret discordia so-

Veneti Vngarico bello oppressi.

a Matth. Vill. l. 8. c. 30. Diar. Ms. Ven. Append. ad And. Dan. hist. austr. in lo. Delphino & alii. Pacem a Lud. redimunt.

Insubres ad pacem inclinant. b Matth. Vill. l. 8. c. 52.

Pacem e Etruria.

f Cap. 102 Abbas Cluniac. rei militaris minus peritus. g Ibid. c. 103 Aegidij Card. secunda in Italiam legatio. h Ead. cap. Siculæ turbæ cōpçitæ. Trinaeria bello laniata. i lib. c. 53. g Vna Nis Lau. c. 16

Duo Cardinales ad sedandas turbas laetati. h To. 6. op. ser. pag. 5.

licitavit a quo firmari cum Anglo fœdus, Ioan-
nesque Rex libertati restitui posset.

*Innocentius, &c. dilectio filio nobili viro Ca-
rolo duci Normannia charissimi in Christo filij
nostri Ioannis Regis Francorum illustris primoge-
nito.*

Et si te grauis negociorum multitudo circumstrepit, variæque sollicitudines, ultra quam tenella adhuc ætas tua requirat, pectus tuum ad expedienda; quæ imminet multipliciter interpellentur; nihilominus tamen illud tuis semper infixum esse debet affectibus, ut genitoris tui liberationem procures quanto potes ardentius festinare, quæ una cum desiderata nobis & toti Romanæ ecclesiæ pace inter ipsam & charissimum in Christo filium nostrum Eduardum Regem Angliæ illustrem fienda, ex huiusmodi discordijs, quasi obstaculis oppositis, recepisse verisimiliter creditur tarditatem. Igitur fili, ut liberationem præfati genitoris tui, & statum pacificum suum ac tuum, & præfati regni videre dignius merearis, audi & vide, inclina aurem tuam in monita patris tui; nec te adeo conceptus ex quacumque causa iuuenilis feruor incendat, ut non sentias plura intestinis discordijs, quam exteris bellis regna & imperia, & sæpe numero potentissimas ac famosissimas toto orbe respublicas corripuisse. Attende quanta sit pacis dignitas, sine cuius consortio bona cetera facile pereunt & turbantur: neue velis, quantum tibi fuerit, ex alto concessum, præfatum nobile regnum, quod (Deo annuente) annis ordinis suo currentibus tibi felici dominio reservatur, in manibus tuis taliter collabi, & suis in sanguinem suum conuersis viribus conuulsari, ut sibi nocuisse magis domestica scandala, quam arma hostilia videantur. Nos enim plenam gerentes de diuina pietate fiduciam, ad sedari huiusmodi domesticos turbines opportunis adhibitis remedijs cupientes, venerabili fratri Talayrando Albanensiepiscopo, & dilecto filio nostro Nicolao tit. S. Vitalis presbytero Cardinali Apostolicæ sedis nuncijs tractatum huiusmodi, & stabilitionem dictæ concordia duximus committendum, qui nobiscum in tantorum continuo incrementum malorum labore & afflictione participes, ad præfatum iungendam inter vos concordiam secundum datam eis a Deo prudentiæ plenitudinem infundebunt, prout etiam non cessant sinceris continuo affectibus infundere. *Datum Avin. vii. kal. ianuarij anno vi.*

Concepta sunt eadem pene verborum forma litera b ad Carolum Nauarræ Regem, ut ruentis patriæ miseretur. Sed spreuit ipse pontificia monita; ad Gallicum enim sceptrum materno iure Anglico antiquiore contendebat, eoque licentius grassatus in Gallos, quo imparatiores erant, cum rumor increbresceret Reges inter se de pace in Angliam conuenisse: Eduardus enim Gallo has fœderis leges mense maio proposuerat, ut Normanniam, Anghiensem, Ghinensem, atque Iriensem comitatus, ac sexcenta aureorum millia adipiscenda libertatis causa traderet: quibus cum assentiretur Ioannes Francorum Rex, mutuis Regum osculis sancita pax divulgata est. Fecellit tamen exitus omnium expectationem: licet enim Ioannes sincero animo remageret, Eduardus tamen cum ciuili bello ardere Gallias videret, illud magis inflammabat, ut eas sibi subiceret: utque violata pacis dedecus Gallo aspergeret, obstitit a, ne pacem aurum,

contraheretur; & miscebat Gallias, submisso Regi Nauarræ plurimo auxiliari milite, quo ille succinctus late ferrum flammisque circumferebat. Ea vero fama percussus Pontifex, qui ex spe pacis ingentem perceperat lætitiã, se dolore ex aquis tumultibus confectum Nicolao tit. S. Vitalis presbytero Cardinali, qui una cum Talayrando Card. episcopo Albanensi apostolica legatione, (ut dixi)ungebatur, significauit.

Pridem, inquit, exultantibus animis intellecto, quod Rege pacifico charissimorum in Christo filiorum nostrorum Ioannis Francia & Eduardi Angliæ Regum illustrium corda tangente, ac tua & venerabilis fratris nostri Talarandi episcopi Albanensis, quos ad Francia & Angliæ regna pro pace inter ipsos Reges, auctore Domino, reformanda audum antea duxeramus velut pacis angelos destinandos, ad id operationis instantia laborante, pax & concordia inter Reges eosdem inita fuerat & firmata: laetati sumus in Domino, deuotasque sibi laudes reddidimus, & vitulum labiorum. Sed postmodum pacis amulo humani generis inimico inter charissimum in Christo filium nostrum Carolum Nauarræ Regem illustrem, & dilectum filium nobilem virum Carolum ducem Normannia primogenitum suscitante nancorem, grauique inter eos commotione suborta, per quam non solum executioni pacis prædicta impedimenta aut saltem obstacula dilationis afferri, sed & regnum ipsum Francia intestini belli furore, ex quo mala iam plurima sunt secuta, & maiora etiam, non absque animarum periculis securura verisimiliter formidantur; perniciose nimis conuulsari timetur; grauis nos dolor arripuit, ac vexauit & vexat assidue turbationis verberentiam mentem nostram, &c. Dat. Avin. 11. kal. septembris anno vi. Visti eosdem Cardinales legatos, pluribus imperijs b, ut ad delphinum, ac Nauarræ Regem in concordiam redigendos incumbere. At ipsi, cum animaduertent Anglorum dolo consumi labores, mense octobri ad aulam apostolicam suam reuersi.

4. Quod ad res Anglicas spectat, tradunt auctores c. Eduardum in conuiujs, ludis, atque hastiludijs luxum explicuisse, dum duos Reges Gallicum Scotumque bello captos, ostentabat. Restitutum autem hoc anno ab Eduardo Rege Angliæ libertati Dauidem Regem Scotiæ, indicat Mathæus Villanus d, cuius fœderis leges Hector Boethius his verbis perstringit e: *Communis consensu utriusque regni Dauid liberatus est undecimo ex quo captus fuerat anno, numeratis quingentis milibus marcharum sterlingorum presentij pecunia, tantundem pollicens sese per pensiones daturum, datis in fidem obsidibus.* Addit auctor reuersum in Scotiam Dauidem feueritate usum in eos, qui ipsum in prælio deseruissent, ac Robertum Stuart a Roberto Brusio Rege annuente secundum regni heredem scriptum communi regni consilio, si absque prole mascula obiret, hereditario iure ob præteritam culpam priuasse, regni que iura in Alexandrum Sutyrland ex sorore nepotem transfudisse, adactis in illius verba sacramento proceribus; sed eo immature sublato, pristina iura Roberto Stuart sanguine coniunctissimo restituisse: coegisse præterea regni ordines, ut si Scoti assentirentur, regnum ad Angliæ Regis filium deriuaret, cum id Eduardo esset pollicitus: sed in medio procerum senatu tantam ex eo obortam indignationem, ut se nunquam, dum tela in dextris gestare possent, Anglo Scoticum sceptrum permiffuros exclamarent. Oppressit porro Angliæ Rex,

Monitus delphinus ut patre liberet.

Ciuiles discordias componat.

Aufculeet legatos.

b 16. pag. 7

Proposuit ab Anglo pacis leges.

c Math. Vill. l. 8. c.

d Eod. l. 8. c.

e 101.

476.

ep. can.

b 16. 10.

ep. sac.

pag. 5.

e Math.

Vill. l. 8.

101. V. cal.

in Edward.

III.

Scotia

Rex liber

tati resti-

tutus.

d Eod. l. 8.

c. 36.

e Hector

Boeth. l. 1.

Scot. l. 1.

Detro.

Scoti Ang-

glia sub-

ci.

Rex, ut effusos sumptus sustentaret, viros ecclesiasticos, ex quibus Ioannes Eliensis episcopus ad sedem Apostolicam per fugit a: motusque illius querelarum æquitate Innocentius, nonnullos sanctioris regij consilij senatores ferijt anathemate, atque eorum, qui censuris deuincti obierant, corpora exhumari iussit: qua seueritate exasperatus Eduardus, vt ob successus bellicos fastu turbidus erat, iras concepit, eiusque administri plura in apostolicæ auctoritatis contemptum pertentantur.

5. Nec leuis etiam persecutio religiosos viros mendicantes exercuit in Anglia, cum nonnulli clerici suffusi inuidia falsa in eos dogmata ventilent. De quo grauissimis querelis pulsata sedem Apostolicam, Innocentius ad clerum Anglicanum scripsit b: *Grauem, inquit, dilectorum filiorum Prædicatorum, Minorum, Eremitarum, S. Augustini, & Carmelitarum ordinum fratrum, querelam accepimus continentem, quod ipsi tam prætextu, quarundam prædicationum in regno Angliæ per nonnullos contra statum dilectorum fratrum, illum de facto deprauantium & condemnantium, & non esse in statu salutis falso asserentium, olim facturum; quam questionem, qua inter venerabilem fratrem nostrum Richardum archiepiscopum Armachanum ex vna parte, & fratres prædictos ex altera super nonnullis articulis per partes ipsas hinc inde propositis coram quibusdam ex venerabilibus fratribus nostris, S. R. E. Cardinalibus ex commissione nostra apud sedem Apostolicam pendere dignoscitur in confessionibus Christi fidelium audiendis, prædicationibus verbi Dei, & libera sepultura, nec non & elemosynis, ab eis fieri eisdem fratribus consuetis, quas eis facere asserunt mendaciter esse peccatum; contra iustitiam impediuntur, & etiam perturbantur in ipsorum fratrum præiudicium, & maximam lesionem, &c.* His addit imperia Innocentius, intuentata anathematis religione, vt ab his abstineant, neue eorum priuilegijs a superioribus Pontificibus concessis detrahant, donec ab Apostolica, sede secus constitutum fuerit: quibus literis adiecta dies kal. octobris anno VI.

De mora a Richardo archiepiscopo Armachano in Hibernia lite grauissima ordinibus mendicantibus memorat Innocentij, vita scriptor c, & has affert causas, quæ ipsam in eam contentionem impulerunt: *Quia secundum eum, in multis extendebant solem suam in messam alienam, hoc est plusquam a iure eis permittitur seu conceditur de pertinentibus ad ecclesias parochiales, earumque rectores, usurpando sibi: durauitque questio huiusmodi per aliquod tempus.* Consentit subiectis verbis M. S. Vaticanæ auctor d: *MCCCLVII. nouembris die octauo dominus Armachanus archiepiscopus primas Hiberniæ questionem cepit coram domino Papa contra omnes ordines mendicantium.*

6. Exponit nitide huius controuersia capita & argumenta præcipua. Henricus Bictvelt ordinis Prædicatorum theologus, qui de errore Ioannis e Poliaci, de quo plura a nobis alias dicta sunt e, locutus alium illi affinem ab Armachano confictum ait, confutatque; e quo hæc decerpimus f: *Alius error fuit Armacani, qui dictus est Richardus primas Hiberniæ, contra quem fecit & conclusit magister Guillelmus Iordani de Anglia coram Papa. Primo recitauit, sed asserere non audebat, vt patet in suo sermone coram Papa facta, qui incipit, Iustum iudicium iudicate; propter condemnationem articulorum præmissorum Ioannis de*

Poliaci, quod propter rationes, quas soluere non posset, sequitur quod stante statuto, Omnes vtriusque, quod populus parochialis a nullo peccato absolutus possit nisi semel in anno confiteretur suo proprio sacerdoti, id est plebano, propterea quia esset contemptus, qui esset peccatum mortale & vnum non dimittitur sine alio. Ergo quicumque confiteretur fratribus, adhuc prima omnia teneretur confiteri propter præceptum plebani. Et iste differt a primo errore in hoc, quod Ioannes de Poliaci negat potestatem absoluenti in fratribus: ipse autem concedit eos habere potestatem, sed nihilominus etiam de absolutis tenentur confiteri, suo propter cap. Omnes vtriusque, curato: & hoc probat multipliciter. Primo sic: Votuarium non tollit præceptum circa idem. Ergo confessio facta fratri non tollit præceptum, Omnes vtriusque sexus. Consequentia patet quia primum est voluntarium, vt patet per cap. Dudum; & per hoc præceptum idem reuocatur in cap. Omnes, &c. Ergo, &c. Et ponit duo exempla scilicet ter in anno in ecclesia parochiali offerre ex præcepto, & frequenter offerre de ben. placito in anno apud fratres: similiter de audiendo missam in die dominico, & ex debito apud parochiam, vt per cap. Dominic. de parochijs, et eodem die audire apud fratres. Ex quo sunt dua affirmatiua, quæ si in se non impugnant, & quia vtrumque est meritorium. Ergo meritorie iterari potest confessio sicut & missa & offerre. Et sic duo ponit pro questione, quia Papa potest mandare, quod eadem peccata confessa reiterentur apud plebanum, quæ confessa sunt apud fratres, ex quo sub merito vtrumque cadere potest: propter quod doctores frequenter persuadent, vt sapius de eodem quis confiteatur, vt dicunt S. Thomas, & Bonaventura, & Augustinus lib. de penit. c. 122.

Secundo probatur sic, quia Martinus Papa IV. concessit fratribus bullam talem, scilicet quod confessi fratribus teneantur iuxta cap. Omnes vtriusque, a que plebanis confiteri, & hoc sic est fixum, vt dicit. Ergo. Et quia cap. V. as electionis videtur huic repugnare. Ergo concordantiam contrarium petiuit a Papa. Tercio probatur sic: Si fratres dicerent, quod simul stare non possent, scilicet fratribus confiteri, & eodem anno plebano eadem peccata, cum ipsi in statutis habeant hoc, vt fertur, omnia peccata sua simul confiteri prealato suo. Ergo & hoc. Quarto quia dominus Benedictus XI. in extrauagante. Inter cunctas, dicit quod fratres hortentur populum, vt eadem peccata plebanis reiterent eis confessa. Ergo, &c.

Sed contra hoc, Primo quod peccata confessa fratribus non cadunt sub præcepto reiterationis cap. V. as electionis, vbi Papa dicit, quod non tenentur reiterare, sicut nec ille, qui proprio sacerdoti est confessus. Et infra: Certior est determinatio ecclesiæ vniuersalis, quam priuata rationes doctoris, propterea alias de facili cedendum esset hæreticis, qui rationibus suis declarationem ecclesiæ impugnant, di. 11. cap. Nolite. Quis porro huius controuersia fuerit exitus, narrat memorati supra. M. S. Vaticanæ auctor, dum ait a, vita sanctum Armachanum nondum lite decisa; quam cum nemo vrgeret, sopitam fuisse. Præcipuum vero illius argumentum, contemni namque parochorum ordinem, si fideles apud viros religiosos conscientiam expient, & apud parochos expiare abnuant, & noxam inde lethalem suscipi, falsum patebat. Ipsum autem pio ductum secularis cleri maiestatis obsolescentis restituendæ studio, non liuore in religiosos ordines permotum, putandum est: micuisse enim miraculis post obitum ferunt b,

Parochorum aduersus religiosos partes tue tur.

Quæ fuerint eius argumenta.

M. S. bibl. Vat. sign. n. 3765. Gesta Innoc. VI. apud Bosg.

by vad. sub an. 1352. n. 8.

Confirmata mendicantiu privilegia.

Vval'son in Ednar. 111. b An. 2. ep. diuervar. form. 347. Thomas Vagarus martyr.

e Bon. de sign. eccl. 1. 7. c. 3. sign. 27. §. 14. ex annal. Francisc. Vvad in annal. Mi. 707. 10. 4. hoc ann. 7. 4. d. Apud Sur. 10. 7. die 6. 100. Gertrud. pa mors.

aeque de ijs in examen adducendis Bonifacium IX. dedisse imperia, vt sanctorum cultus illi decerneretur. Tantum vero abest, vt priuilegia, mendicantium religiosorum rescissa fuerint ob intentatam ab illo actionem, vt potius nouo diplomate pontificio confirmata, Vvalingamus testetur a. Extat vero illud in regeſto Innocentij, a quo Ioannis XXII. in Ioannem e Poliaco sententia ad magistri Augustinianorum preces repetita b, instaurataque .

7 In oriente ob defensionem fidem ac promulgatam inter Mahumetanos Thomas Vvagarus, defensionis ad Mahumeticam superstitionem penitens, Christi fidem imperterritio animo professus, ab Aegypto soldano Alexandria casus gloriosam martyrij palmam vna cum tribus Minoritis Nicolao, Francisco, & Petro collegit c: quorum sacra corpora, dum a carnificibus secabantur, caelesti splendore circumfusa fuere. Quo etiam anno in occidete apud Belgas Gertrudes virgo pijsima sanctitate & miraculis illustris, ex huius vitae palæstra ad immortalitatis brauium a diuino Agnotheta vocata est, cuius felicem obitum describit vitæ illius auctor his verbis d: Cum iam annos non paucos inter Beghinas egisset Gertrudas, in feruore & vita duritia atque seueritate baud vulgari ad eam peruenit dies, qua erat itura ad sponsum caelestem, de quo solebat & loqui suauiter, & pie meditari, & etiam sanero dulciter. Itaque sacrosanctis Christi munita mysterijs ad beghinas ait: Sorores mea, ego domum proficiscor. Illis existimantibus præ morbi dolore sic eam loqui, dicentibusque ipsam domi esse, rursum ait sana mente: Nequaquam sum domi, sed illic volo esse, vbi platea sternuntur apud mundo. His diebus, paulo post spiritum suum Deo commendans in pace obdormiuit, videbanturque in manibus eius desuncta tanquam eburnei digiti. Obijt anno a Christo nato millesimo trecentesimo quinquagesimo octauo ipso sancto epiphania die, bumatumque est corpus eius extra ostium turris antiquæ Delphensis ecclesie parte ea, qua vergit ad austrum.

IESV CHRISTI

Annus 1359.

INNOCENTII PP. VI. CAROLI IMP. OCCID. 14. annus 7. IO. PALÆOL. IMP. OR. 19.

1 Anno decimitertij seculi quinquagesimo nono indictione duodecima, cum Eduardus Anglorum Rex fallacis pacis expectatione, Francos deluderet, tacito primum deinde aperto eos bello confecit. Delphinus vero, repressis seditionis (quorum princeps e cum se laqueorum Regem esse iactaret, ac plurimum cruorem fudisset, eadenti tripode caput inustus, & eiusmodi corona ignita a carnifice cinctus, solijque vice patibulum nactus, stultæ ambitionis penas dedit) ad conciliandam sibi maiestatem, facta prius a patre potestate, Gallicam coronam, vt regnum melius ab hoste vindicare posset, suscipere decreuit. Sumpta f inde est ab Eduardo Angliæ Rege occasio vocandi in inuidiã Gallos, qui fœderis superioris cum Ioanne Rege agitati leges aspernarentur: atque in spem regni Francorum sibi subijciendi erectus, florentissimum contraxit g exercitum, traiecitque mense octobri in Gallias. Exposito in terram exercitu, prædatrices Anglorum turmæ, quæ in Gallijs grassatæ erant, ipsius castris accessere h: quibus maximis viribus suc-

e Gesa. Innoc. VI. apud Bosq. Ambrosio Hieronis suppliciu. j Matth. Vill. 1. 9. c. 53. Carolus regis corona redimitus. g Id. ib. h v. a. h. i. in Eduard. 111. Froff. hist. 1. 1. Angli Regis expectant. i. Gallias. b Vill. 1. 9. c. 37.

cinctus veluti ad incundam regni possessionem. Rhemos contendit, in qua vrbe sacro Francorum Reges perungi oleo consuevere: sed quam irrito exitu, dicitur sequenti anno.

Interea Carolus comes Aleanconius regia stirpe Gallorum satus, caducarum rerum tædio affectus, rerumque diuinarum contemplationi se totum addicere meditatus, Prædicatorum ordini nomen dedit. Ex cuius secessu Maria mater comitissa maximum dolorem percepit, conatusque omnes, vt ipsum ad seculi curas & honores reuocaret, adhibuit. At Pontifex, vt pium illius consilium an iuuenili leuitate an Spiritus sancti instinctu conceptum esset, exploraturus Ioannem marchionem Montiferrati rogauit a, vt comitis animum pertentaret antequam tyrociniio religioso egressus votis euangelicis solemnè ritu se demitteret: Licet, inquit, præfata comitissa eiusque filijs complacere, quantum cum Deo possumus, ac vassallorum & subditorum dicti comitis securitati & quieti prouidere plurimum affectemus; nihilominus animarum salutem & vocationem Domini secularibus desiderijs & inanibus huius mundi honoribus præponentes, nobilitatem tuam rogamus atente, quatenus ab eodem comite cures sui propositi seriem diligentius indagare. Quod si illum inuenieris euangelica prosequi consilia, & mundum cum pompis & fallacibus suis illecebris voluisse & velle constanti perseverantia relinquere propter Deum; nos laudabile propositum suum multipliciter in Domino commendantes, nullatenus eum volumus ab inceptis distrabi, aut etiam aliquatenus impediri. Quinimmo nostris eum consilijs ad consummandam qua ceperit exhortamur, & per is supimus similiter exhortari, eamque egregij doctoris Hieronymi sententiam suis quotidie auribus inculcari, per calcatum patrem esse pergendum; & licet vbera, quibus nos nutrierat mater ostendat, ad vexillum crucis fidei oculis esse euolandum. Si vero, quod absit, iuuenilis ei hoc leuitas persuaserit, ac deinde vel complexionis suæ debilitas, vel forte ignota sibi prius religionis asperitas ex nunc sibi perseverantiam interdiciant; tunc cum iunioribus prouenire consilijs, & debita prouidentia præmunire, vt ne prior priore in posterum foret error, dum licet, ante statutum a iure professionis terminum futura prouideat, & sibi ac suis pro rerum grauitate consulat, eadem nobilitas tua velit. Dat apud Villamnouam Aunionensis diocesis x. kal. iulij anno VII.

2 Insigne etiam de mundi contemptu documentum dedisse per ea tempora memorant b alium in Hispania regij sanguinis principem, nimirum Petrum Iacobi II. Regis Aragonum filium Ripacurtiæ comitem, & Petri sceptrum Aragonium sustentantis patruum: qui temporam similiter iniquissimorum pertæsus seculo abire in animum induxit: atque e viuis erepta Ioanna coniuge comitis Fuxensis sorore, ac ditionem liberis ex ea susceptis partitus, Minoritarum familiæ se aggregauit. Hæc pluribus Vvadinghus c de tanto viro, de quo mentio alibi celebranda erit.

2 Dum Petrus princeps in religionis portu se recipiebat, concitatum iam ante in Hispania d bellu recruduit. Auertendi quoniam hostes fidei tanti discriminis sollicitus Innocentius, Guidonem episcopum Portuensensem A. S. L. in Hispanias misit e; qui a Regibus honorifice exceptus cultusque: de quo tum Aragonio tum Castellano nonis iulij gratias egit Pontifex f, ipsoque hortatus est, vt ad pacis consilia proniores se præstarent. Grauiissima etiam

Rheni obfidi.

Aleanconius comes regis filius tam amplexus.

a 207. 14. 50.

Illius constantem curam in loc. Pont.

Petrus regis Aragonum princeps Minoritis se addidit b Gestas. Innoc. VI. apud Bosq. Vvad. in annal. Mi. hoc ann. c Vvadingh. d Matth. Vill. 1. 9. c. 10. e Gestas. Innoc. VI. apud Bosq. Mariani. f 17. c. 2. Sur. 1. 9. c. 21. Guido Card. h Hispania pacatam eumbit. f To. 7. 14. ep. fect. pag. 61.

etiam ipsos sollicitasse oratione ad vertenda in-
barbaros arma Cardinalem Boloniensem refert
Surita a, ac de pacis legibus agitasse etiam: de
quo bello de quo legato ad illud sopiendum misso
memorat etiam Innocentij vitæ scriptor b, qui
præcipua tum superiori, tum hoc anno ac se-
quenti gesta aumat. Nec modo Guidonem
dare operam iussit Innocentius, vt Reges ad con-
cordiam adduceret; verum, vt Castellatum ad
eiectam a se Blancham Reginam recipendam vr-
geret c: quem etiam apostolicis literis hortatus
est d, vt Reginam vxorem moribus grauem, no-
bilitate illustrem, vt animæ suæ salutem consuleret,
ad se reuocaret, atque ex diuinis imperijs coniu-
gali amore complecteretur.

*Innocentius, &c. charissimo in Christo filio
Petro Regi Castella & Legionis illustri.*

Pij patris more, qui etiam obaudientem
filium verbis semper ex eodem amoris fonte
prodeuntibus pulsare, & in viam rectam, quo-
ad per eum fieri possit, reducere non desinit
oberrantem; eo minus tacere possumus, quo
te per amplius gerimus in visceribus charitatis.
Suscipe itaque, fili charissime, verba patris,
quæ pro tuæ animæ salute & honore regio in-
tuam magnitudinem diriguntur. Positus es,
princeps inclyte, sicut & ceteri principum, quos
in sublime prouehunt fastigia dignitatum, in-
populorum gentiumque conspectu, vt sicut do-
minando præficeris, ita illis esse debeas in vir-
tutis exemplar. Ex quo tibi maiori est diligentia
præcauendum, vt sic Dei beneplacito te co-
pates, sic illius mandatis obtemperes, ne tuæ
dignitatis titulis, & tot tantarumque virtu-
tum donis, quibus excellentiam tuam ab ipsis
indolis tuæ primordijs Deus ipse de suæ muni-
ficentiæ largitate multipliciter insigniuit, possit
in aliquo derogari. Considerare namque decet
excellentiæ tuam, fili charissime, si cum Regi-
nam habeas verecundia famosam, moribus gra-
uem, & magnitudine nobilitatis illustrem, mari-
tali tibi & inseparabili connexionem coniunctam,
ad tuæ animæ salutem & regiam videatur de-
centiam pertinere, illam non tantum a coniugali
thoro, sed ab omni etiam tuo consortio separare.
Nec illud minus attendere eidem excellentiæ tuæ
conuenit, & quia breuis & instabilis est, & omni
mutabilitate fugacior vitæ præsentis. excursus,
maturò consilio prouidere, quod tu, in quo solo
claræ memoriæ progenitorum tuorum titulus, &
regiæ stirpis successio conseruatur, spe tibi legi-
timæ prolis huiusmodi abiectione vxoris adempta
post solum naturæ debitum regni tui successio-
nem, quod de fœmore tuo ducem præstolatur &
Regem, ad heredes extraneos non transmittas,
&c. *Datum Auin. VII. id. aprilis anno VII.*
Repetita sunt iterum a Pontifice eadem monita e
extremo anno, ac legatus iussus f diuinum illius
animo timorem inferere: sed durius adamante
illius cor molliiri nunquam potuit: quocirca
qui Pharaonis pertinaciam imitari non perhor-
ruit, infelices illius exitus expertus est, vt suo loco
dicetur.

3 Interea Innocentius ad tuenda Terraco-
nensis sedis priuilegia, Romanæque ecclesiæ iura,
ne vetustasse temporu collata olim B. Petro prin-
cipum pietate donationes ex hominum memoria
delerentur, in quibus insignis illa erat Berengarij
Raimundi comitis Barchinonensis, qui Terra-
conæ, diuina ope ex Maurorum seruitute erepta,
supremum imperium in sedem Apostolicam.

contulit; edito ea de re diplomate, illud Innocen-
tius hoc anno pontificijs insertum literis a vna
cum literis Vrbanij II. qui beneficium admiserat,
diuulgauit hac forma.

*Innocentius &c. ad futuram rei memo-
riam.*

Tenores quarundam literarum felicitis re-
cordationis Vrbanij Papæ II, prædecessoris nostri,
& quondam Berengarij Raimundi comitis Bar-
chinonensis in libro censuali apostolico, in ar-
chiuis apostolicis existente, repertas de libro ipso
de verbo ad verbum transcribi & annotari præ-
sentibus fecimus, qui fuit talis: *Vrbanus episco-
pus, &c.* præmittimus eas literas, cum a
Card. Baroni in lucem fuerint editæ b, inscriptæ
quæ sunt Berengario episcopo Aufonensi ad Ter-
raconensem translato; deque ecclesiæ Terraco-
nensis priuilegijs agunt, quibus aliæ Berengarij
Raimundi adiectæ anno mxc. consignatæ. His
addimus Pontificem ad reprimendos eos, qui
aulam apostolicam ad inra imploranda adituros
afficerent iniurijs in Catalonia, Michaeli episcopo
Barchinonensi prouinciam contulisse c, vt ana-
themate ipsos defigeret.

4 In Sicilia ceteriori Ludouicus Rex contra-
xerat iam diu anathema ob non solum consti-
tutis temporibus Romanæ ecclesiæ censum, atque
ecclesiasticarum pœnarum, quæ animam ferunt,
acerbitatem sano vegetoque corpore non sentie-
bat; cum graui agritudine percussus Deus ad
expiendam quam intulerat ecclesiæ iniuriam,
poscendamque veniam excitauit. Pie enim Chri-
stiano more illum ad obeundam mortem se com-
posuisse, pontificiæ ad Neapolitanam & Bencuen-
tanum archiepiscopos ostendunt literæ d. At di-
uina misericordia, quæ Regem ipsum affixe-
rat vt in viam salutis aberrantem reuocaret,
non perderet, culpæ pœnitentem e morbo erexit.
Quo nuntio recreatus Innocentius grauissimis
eum literis monuit e, vt ex præterito morbo
meliorem vitam instituere disceret, curaret va-
letudinem, ac damna ecclesiæ illata sarciret.

*Excellenti principi Ludouico, Regi Sicilia illu-
stri, spiritum consilij sanioris.*

Fili, quem vtinam tam cito, quam liben-
ter appellare charissimum valeamus, visitauit te
Dominus: et cum minus forsitan metuebas, ac
vitæ longitudinem & bonæ spem valetudinis iuue-
nilibus tibi persuasionebus promittebas, tunc
inuasit incautum, & morbi vehementioris aculeo
te percussit, vt per huiusmodi suæ visitationis an-
tidotum te ipsum reformare curares in melius,
prout catholicum decet principem, digito Dei
tactus feruentiori cordis desiderio, illi te pro vi-
ribus de cætero gratiorem redderes, & coram
percutiente deuotius, disciplinabilem exhi-
beres. Cognosce igitur, princeps inclyte, vi-
sitantem: intellige corrigentem, nec mi-
nus, si interius aspicias, diligentem. Et qui
constanti proposito, ad quod te arctat, vt ver-
bis tuis vtamur, facta in Deo promissio, quod
si superuixeris, in nouitate vitæ melioris & bene-
placito Dei ambulabis, ad omnem reuerentiam
& obedientiam ecclesiæ sanctæ suæ in vitæ emen-
datoris semitas dirigere te disponis, ita fac, vt
laudabile hoc tuum propositum (de quo te
paternis præconijs, & sin ceris affectibus commen-
damus) non ex seruili timore, sed ex filialis potius
videatur dilectionis, ac reuerentiæ fomite proces-
sisse: nam nisi factis verba, & verbis facta respon-
deant; nisi semen diuini timoris, immo amoris

a To. 7. ep.
seer. pag.
119.

b Baron.
annal. 10.
11. auu.
Chr. 1091
n. 9.

c To. 7. ep.
seer. pag.
50.
Ludouic⁹
Neap. cœ-
suris irre-
citus.

Morbo
Correptus
resipiscit.
d To. 7. p. 1
ep. seer.
pag. 22.

e Ead. pag

Salubrib⁹
instruitur
monitis.

potius, in terram probetur fructiferam eecidisse, facile de miseriſente facere poteris iracentem; & eum, qui te in extremo corporalis vitæ discrimine poſitum, vt vtrumque hominem ſaluum faceret liberavit, indignationis acerbitate vehementius irritare.

Expergiſcere, fili, & quaſi Rex alter Ezechias, ad parietem Domini cum lacrymis & deuotione conuertere: ne obdormias. Iam tempus eſt, vt ſomnum mentis ſoporata diſcutias, & te ipſum ſatiſfactione debita recognoſcas. Neque velis a tuorum ſplendore natalium; & a progenitorum tuorum, quos noſti in reuerentia & obedientia ſedis Apoſtolice vſque ad ſolutum, naturæ debitum fama perſtitiffe celebri, ſemitis deniare. An forte, bonum tibi videtur, & titulis tuæ magnitudinis aſcribendum, ſi cum poſſis, vt debes, filius eſſe benedictionis & gratiæ, & apoſtolicis fauoribus inter cæteros mundi principes conſoueri, velis filius contumaciæ reputari? Non ſic, fili, non ſic: ſed exurge potius, & mentis oculis tui peccatoris arcana circumſpice: honora eccleſiam matrem tuam, & magnitudinis tuæ thronum debita iuſtitia adminiſtratione confirma. Nec recuperatæ iam forſitan ſoſpiratis inani perſuaſione fallaris, quo minus ſalutiſeræ promiſſionis tuæ debita exequaris, cum ſcias quod in manu Dei conſiſtit languor & ſanitas, valetudo atque debilitas, mors & vita: & quod ſæpe ille extremo incomprehenſibiliq; iudicio grauius homines ferit, vt pereant, quos primo leuius percuſerat, ne perirent. *Dat. Auinion. III. kal. martij anno VII.*

5 Exerere porro Ludouicum gemina bella: hinc enim Fredericus a Aragonij ſanguinis princeps Catalanis auxilijs ſultus in Trinacria Meſſaniam ac Panormum vexabat: hinc fœderatæ vagorum militum turmæ Apuliam depaſcebant b. Cui Aegidium Cardinalem auxiliares copias ſubmittere iuſſit Pontifex c, eidemque in Sicilia regno legationis apoſtolice munus demandauit d, vt prædones coerceret, ſtatumq; regni componeret: diſciplinam eccleſiaſticam in priſtinum ſplendorem aſſereret: tum Fraticellos hypocriſas reſprimeret. De qua ipſi decreta prouincia Ludouicum & Ioannam, nondum ob intermiſſam veſtigalis penſitationem cenſuris ſolutos, certiores fecit e.

Innocentius, etc. excellentibus principibus Ludouico Regi & Ioanna Regina ſpiritum conſilij ſanionis.

Cum ad audientiam noſtram & ſedis prædictæ inſeſtus rumor deduxerit, quod in dicto regno & terris citra pharum, in quibus nos & Romana eccleſia maius & ſupremum dominium obtinemus, quæ multo iam tempore ſæua fuerunt tam ab exteris quam internis gentibus guerrearum & commotionum tempeſtate quaſſata, & adhuc, humani generis inimico turbatore quietis aſſante, ipſius tempeſtatis reliquiæ multæ remanent, fauillæ recalcſcunt, ſeditiones repullulant, vigent ſcandala, commotiones ſuſcitantur aſidue, malorum furit audaciæ, publica quietis & iuſtitia turbatiua diſſoluta prædonum, temeritas vndecumque liberius debacchatur, & extra regnum etiam, ſolum inobedienciæ & rebellionis inſurgunt; & quod fortius eſt dolendum, diuiniſ ibidem cultus negligitur, hæreticorum quamplurimum, & præſertim illorum, qui Fraticelli vulgariter nuncupantur, damnata rabies inualeſcit, eccleſiarum & eccleſiaſticarum, perſonarum bona & iura violentis prædationi-

bus exponuntur, & vt plurimum etiam clerici; eccleſiaſtica diſciplinæ laxatis habenis, inhoneſtis actibus & vitijs ſe inquinant; nos mala huiuſmodi, & inde procedentia animarum pericula, ac fidelium ſubditorum excidia, rerumque lapſus & damna profundæ cogitationis moleſtiji attendentes, illiſque tanto diligentius remedium apponere cupientes, & infra, eundem legatum [nempe Aegidium] ad regnum & terras citra pharum prædicta tanquam pacis angelum & reformatorem eorum, ſibi in eis vices noſtras & plenæ legationis officium committendo, vt in ipſis euellat & deſtruat, diſſipet & diſperdat, deformata reformet, ædificet & plantet, ac ſtatuat ſalubriter in nomine Domini, & infra, de ipſorum fratrum conſilio deſtinamus, &c.] Addit vniuerſa edicta, quæ legatus pro temperando regni ſtatu ferret, a ſede Apoſtolica rata habito iri. *Dat. Auinion. x. kal. maij anno VII.*

6 Intulere etiam reliquæ Italia ingentem populationem alia palantium militum agmina, ductore Lædo comite viro nefario, cuius excuſſiones recenſet Matthæus Villanus a quaſq; breui narratione perſtringit Innocentius in literis datis b ad Ludouicum Regem Vngariæ, cuius opem implorabat, cum Franciſcus Ordelaſſus, ab Aegidio legato in anguſtijs coniectus, ad retundendas vires pontificias prædonum ſociales turmas in auxilium vocaret.

Cæterum auertendi ab eccleſiaſtica ditione ſocialis latronum exercitus ſolicitus Aegidius Card. legatus, illum paſſa quadam auri vi placuit; quod Villanus vitio tribuit c: ſed neceſſitate eo Cardinalem adegit, cum Forumliuum & Ordelaſſi tyrannide liberare aliter non poſſet, niſi ab illius fœdere prædatrices turmas abſtraheret: quæ quidem ille cæ promiſſo auro, cum iam Foroliuieſes depaſti, vix quæ poſſent abſumere reperirent, diſceſſere. Ac tum Ordelaſſus periculi extremi terrore cinctus, quippe qui Foroliuieſium ob inductos in eorum domos prædatores fœderatos in ſe accendemat, miſericordie legati Apoſtolici, ſcelerum ſuorum veniam poſtulat, ſe commiſit d. Ita redactum ad eccleſiaſticæ obſequium Forumliuum eſt: quam urbem legatus magna celebritate iv. iulij die, vt narrat Matthæus Villanus, ingreſſus eſt. Ex qua victoria Pontifex ingenti gaudio eſt affectus, atq; Aegidio eſt gratulatus e: *Licet, inquit, fama volantis aſſatibus, ante tuarum literarum miſſionem, felix tuus ingreſſus in ciuitatem Forliuieſem, ad noſtram notiſſiam perueniſſet; ſabi tamen deinde ex ipſarum literarum ſerie certiores, gauiſi ſuimus in Domino, & exultauit in illo cor noſtrum, cum ſperemus indubie, quod de cætero tam in marchia, quam Romaniola prouincijs, noſtris & Apoſtolice ſedis laboribus ſumptuumque proſtutis Deus, eccleſia ſua gubernator & rector ac iurium ſuorum ſuaque iuſtitia deſenſator, ſinem propitiatus imponet. Tibi quoque (vt quod interius gerimus, exterius exprimamus) ſicut anxietatum multiplicium tuæ mentis non eſſe participes minime valebamus, ſic congratulari cogimur, qui tecum etiam in tuis turbationibus turbabamur.* *Dat. apud Villannouam Auinionenſis diœceſis non. auguſti anno VII.* Confirmata ſunt a Pontifice f inita conuenta ab Aegidio Cardinale cum Franciſco Ordelaſſo, quem ait Matthæus Villanus g in publicis comitijs habitis Fauentiæ a Cardinale legato ſlagitia ſua ſolemni ritu execratum, veniamque poſciſſe; ac legatum clementiam in eum explicuiſſe, hæreſeos que

a Matth. Vill. 9. c. 11. & 51. b To. 7. ep. ſacr. p. 1. pag. 19. c 1b. pag. 39.

d An. 7. ep. cur. 13.

e Ep. cur. 14.

Neapolitani regni collaſus ſtat?

Ad eum reſponſum ſus a diuſus rus.

a Matth. Vill. 9. c. 23. 47. 26. ad 31. & 42. 49. 50. 57. 61. ep. ſacr. pag. 31.

c Matth. Vill. 9. c. 6. & 7.

Ordelaſſi ſi deſertio.

d Cap. 14.

e 77. 78. ep. ſacr. pag. 71.

De ſtat. For. litiuſque collaſus Aegid. Pont.

Politi in Or. laſſa. ment. ſtat. 73. ſtat. Vill. 9. c. 36.

que nota & censuris liberasse, iniunxisseque ut ad expianda crimina designata ab eo templa-
 Pauenitiæ pie lustraret, ac preces in ijs funderet:
 rum uxorem ac filios, quos in Cæsena expugna-
 tione ceperat, restituisse. Deinde Imola insignes
 prouinciæ conuentus habitos xvii. iulij die, in-
 quibus interfuit Io. Olegianus Bononiensis præfe-
 ctus, cuius opera Franciscus Ordellafus ad officij
 erat reuocatus, atq; in ijs Ordellafum Foripopulij
 ad decennium præfectura auctum: sed illum insigni
 perfidia apostolica clementia abutentem, redeun-
 temque ad vomitum inferius visuri sumus.

7 Conciliatus quoque est hoc anno Ludoui-
 cus marchio Brandenburgensis ecclesiæ vna cum
 uxore Margareta comitissa Charinthiæ, & censu-
 ris omnibus ac pœnis, quibus ob contractum
 legibus vetitum connubium, ac Ludouici patris,
 quem diuturno bello ac schismate ecclesiam af-
 flexisse vidimus, secutas partes deuinctus fue-
 rat, ab apostolico internuntio solutus est; cum
 prius rite admissa antea scelera execratus, illa se
 expiaturum, pœnasque iniunctas suscepturum,
 pollicitus esset; de quo hæc Cardinalis Baronius:
 Anno Christi mcccclviii. ind. xi. iniungitur pœ-
 nitentia, ut construeret monasterium Ludouicus
 marchio filius Bauari ob contractum matrimonium
 in tertio gradu consanguinitatis. Extant de his li-
 tere in libro priuilegiorum Romana ecclesiæ, &c.
 Extat in tabulario molis Adriane earum autogra-
 phum a, & a Platina b iussu Sixti IV. inter in-
 signia monumenta, quæ ad Romanæ ecclesiæ
 maiestatem pertinent, collecta, inserta sunt,
 producendæque a nobis in historiam visa.

Nos Ludouicus de Bauaria primogenitus
 quondam Ludouici de Bauaria, qui pro Romano-
 rum Imperatore, dum viueret, se gessit, sed iudi-
 cio ecclesiæ reprobati, in presentia coram reueren-
 tibus dominis Paulo Frisingensi episcopo, & Pe-
 tro abbate monasterij S. Lamberti Salzeburgensis
 diocesis commissarijs, super infra scriptis a sede Apo-
 stolica specialiter deputatis, sponte, humiliter, &
 ex certa scientia omnia & singula per vos, domine
 Paule episcopo, & per dominum Fridericum comi-
 tem Cilia procuratores nostros pro nostra reconcilia-
 tione a, & cum dicta sancta Romana ecclesiâ obtinen-
 da olim per nos cum nostro procuratorio ad di-
 ctam sedem Apostolicam destinatos, procuratorio no-
 mine nostro, coram domino Papa & reuerendissimis
 patribus sanctæ Romana ecclesiæ Cardinalibus,
 in præmissis nomine nostro exposita, confessata,
 recognita, asserta, & promissa, prout in dictis
 literis apostolicis continetur, de quibus omnibus
 reputamus nobis plene constare, & ea plene intel-
 ligimus ac scimus; ex certa scientia & expresse
 rata, & grata habemus, & ea omnia & singula
 personaliter ratificamus, ac in omnibus & per
 omnia approbamus, confirmamus, recognoscimus,
 asserimus, promittimus, & iuramento quod præ-
 stamus ad sancta Dei euangelia eis tactis confir-
 mamus. Et nihilominus de nouo in propria per-
 sona confitemur, & recognoscimus, quod olim
 propria salutis obliti, Deum & Romanam eccle-
 siam multipliciter & grauiter offendere non formi-
 dantes, quondam Ludouicum genitorem nostrum
 contra monitiones & mandata sanctæ Romana
 ecclesiæ, ac processus aduersus eum & sibi obedien-
 tes, obsequentes, ac præstantes auxilium, con-
 silium, & fauorem, factos & habitos per eandem,
 scienter habuimus, reputauimus, nominauimus,
 & recognouimus pro Romanorum Imperatore,
 eumque tanquã Romanum Imperatorem adnuada-

dum, occupandum, & detinendum Romanum imperi-
 um, eiusque terras, loca, iurisdictiones, & iura, ea-
 que ac alia terras, loca, & bona, quæ iure hereditario,
 seu alias quomodolibet, dum viueret, possidebat, etiam
 post reprobationem de ipso per dictam sedem factam
 defendendum, cum nostris personis, gentibus, &
 facultatibus pro viribus adiuuimus, eiusque requi-
 sitionibus, mandatis, & beneplacitis, quantum in-
 nobis fuit, efficaciter obediuimus: ab ipso quoque
 tanquam, ut præferitur, Romanorum Imperatore
 feuda recepimus, recognouimus, & tenuimus, &
 alias multipliciter eidem adhasimus, obsecuti sui-
 mus, & dedimus consilium, auxilium, & fauo-
 rem; ipsumque, ac eius consiliarios, auxiliatores,
 fautores, & complices, ac eidem in rebellionem ipsius
 contra dictam sanctam ecclesiam Romanam adha-
 rentes, grauib; sententijs & pœnis a præfata
 ecclesiâ propterea prolatis & inflictis, multipliciter
 irretitos, receptauimus, fouimus, & defendimus,
 ac cum eodem nostro genitore diuinis officijs, quam-
 quam nos ambo essemus diuersarum excommunica-
 tionum vinculis irretiti, scienter & temere interese
 præsumpsimus; illaque sic ligati in terris & locis
 nostra iurisdictioni subiectis, licet ea sciremus ec-
 clesiastico fore, prout erant, interdicto supposita,
 celebrari, quinimmo quantum in nobis fuit profa-
 nari ausu temerario mandauimus & fecimus: &
 in multis guerris ac prælijs, in quibus nonnulla
 ecclesiæ, & ecclesiastica persona in earum bonis &
 iuribus grauiter molestate & damnificata fuerunt,
 personaliter exiitimus, & ad ea frequenter nostras
 subditos destinauimus.

8 Præterea confitemur & recognoscimus,
 quod ciuitatem Tridentinam, & nonnulla oppi-
 da, castra, terras, villas, loca, bona, iura, &
 iurisdictiones, ad ecclesiam Tridentinam spectantia,
 occupauimus & per duodecim annos vel circa deti-
 nuimus occupata: sed ea omnia nuper vobis reue-
 rendis patribus dominis commissarijs prædictis, vice
 & nomine dictæ Romana ecclesiæ recipientibus, se-
 cundum præfati domini Papa mandatum libere
 realiter, & expedite restituumus, & assignauimus,
 seu assignari fecimus, prout nostis: & alia bona
 spectantia ad capitulum dictæ ecclesiæ Tridentina,
 per nos, seu alios nostro nomine, seu fauore hæc-
 tenus occupata & detenta, ipsis capitulo restituumus,
 assignauimus, tradidimus, & dimisimus, seu per
 alios occupata nostro fauore tenentes assignari, re-
 stitui, & dimitti plene & libere fecimus, prout
 de hoc per literas eorundem capituli, earum sigillo
 munitas, clare & sufficienter docuimus coram
 vobis. Et castrum Fursenberg Curienfis diocesis,
 spectans ad Curiensem ecclesiam diu etiam tenuimus
 occupatum: sed illud iam diu libere & expedite re-
 stituumus venerabili in Christo patri domino Petro
 episc. Curienfi, prout de hoc per literas dicti episcopi
 Curienfis eius sigillo munitas docuimus coram vobis.

Item confitemur & recognoscimus humiliter,
 quod olim cum nobili muliere Margareta ducissa
 Carinthiæ (quamuis ipsa & nos simul essemus in
 tertio consanguinitatis gradu ex utroque latere
 coniuncti, & iniuria etiam publicæ honestatis in-
 ter nos ex eo exorta fuisset, quod antea eadem
 Margareta per magnificum virum dominum Ioan-
 nem marchionem Moravia, nobis in quarto gradu
 consanguinitatis attinentem, per verba de presenti
 fuerat desponsata, licet ab eodem domino Ioanne
 fuisset postmodum iudicio ecclesiæ separata de facto
 matrimonium scienter & temere contraximus, &
 in eo per decem & septem annos vel circiter contra
 ius, processus, & sententias, per felicis recordatio-

Ipsi vti Im-
 peratori
 inhæserit.

Tridentū
 occupari.

Erepta ec-
 clesijs re-
 stitueret
 profiteretur

Contra-
 fias duxit
 se Marga-
 retā Ca-
 rinthiacā,

nis dominos Benedictum XII. & Clementem VI. Romanos Pontifices, seu alios, eorum siue alterius ipsorum auctoritate & mandato, super hoc contra nos & dictam Margaretam specialiter habitos & prolatas permansimus, & filios & filias procreauimus ex ea: & quod alias multipliciter contra processus predictos Deum verum patrem & dominum, ac prafatam Romanam ecclesiam omnium fidelium matrem & magistram, aliasque ecclesias & ecclesiasticas personas offendimus: propter quae diuersarum excommunicationum, priuationum, inhabilitationum in dictis prafatorum summorum Pontificum & aliorum, & alijs apostolica, seu alia quauis auctoritate factis & habitis processibus contentas, seu alias ab homine & a iure, ac constitutionibus prouincialibus & synodalibus ob praemissa latis & inflictas sententias atque poenas, & infamiae notam damnabiliter incurrimus: a quibus feruentibus votis absolui, & liberari desideramus, & ad eiusdem Romanae ecclesiae gremium, a quo imprudenter cecidimus, reuocari; in eo tanquam deuotus filius, perpetuis temporibus permanfuri.

9 Afferimus etiam, quod non credimus, nec unquam credidimus, quod Romanus Imperator, etiam per dictam Romanam ecclesiam approbatus, Romanum Pontificem possit deponere, & eidem alium subrogare: immo credimus & reputamus hoc asserere, esse haeresim damnatam, & ab ecclesia reprobata: & quod nulli persona unquam consensimus, nec consentimus, nec in futurum consentire intendimus in aliqua haeresi per Romanam ecclesiam pralibata, vel eius auctoritate damnata, vel etiam in antea damnanda: & omne schisma in propria persona abnegamus, ac dicimus et asserimus, quod de commissis huiusmodi sumus vere poenitentes et contriti, et omnes penitentiam, satisfactionem, et emendam, quas nobis propter praemissa imponetis, pure, deuote, et sincere acceptabimus, agemus, et perficemus cum effectu. Item sponte asserimus, et promittimus, quod ecclesias, monasteria, canonicatus, praebendas, et alia beneficia ecclesiastica, et alia omnia et singula, ciuitates, oppida, castra, terras, villas, loca, iurisdictiones, iura, & bona quorumcumque aliorum, ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum ecclesiasticorum & piorum locorum & ecclesiasticarum personarum, per nos seu nostro nomine, mandato, permissione, consensu, auxilio, & fauore quomodolibet occupata seu detenta, ipsis ecclesijs, monasterijs, & locis, seu personis, ad quae seu ad quas spectant, plene, libere, & expedite, ac realiter, ad mandatum vestrum assignabimus, restituemus, trademus, & dimittimus, & assignari, restitui, tradi, & dimitti faciemus, & ea redintegrabimus, & redintegrari faciemus ad illa, ac de fructibus, redditibus, prouentibus, & bonis ex eisdem ecclesijs, monasterijs, canonicatibus, praebendis, & beneficijs, ac ciuitatibus, oppidis, castris, terris, villis, & locis alijs occupatis ac detentis, occupationis & detentionis eorum tempore per nos, vel alios nostro nomine, mandato, permissione, consensu, auxilio, & fauore perceptis et habitis, illis ad quos pertinent satisfacimus et satisfieri faciemus: seu cum eis concordabimus: nec ea, vel aliqua eorum in posterum occupabimus per nostros subditos, aut alios nostro consilio, auxilio, et fauore, aliquone quasto colore directe vel indirecte occupari permittimus: et quod super dicto praesumpto matrimonio, et super omnibus et singulis praemissis deuote, et efficaciter parebimus mandatis predicti domini Papae ac ecclesiae, atque vestris: quodque

sanctissimo patri domino Innocentio Papae VI. dignissimo, et suis successoribus canonice intrantibus, tanquam alius verus et catholicus Christianus, fideles et obediens erimus: et quod nullo tempore erimus in liga, societate, seu confederatione cum quibusuis haereticis per dictam Romanam ecclesiam denotatis, seu denotandis: nec eis, seu ipsorum alicui per nos vel alium seu alios directe vel indirecte, publice, vel occulte, dabimus aliquod consilium, auxilium, vel fauorem: sed quod de terris nostris, et nostra administrationi subiectis et subiiciendis uniuersos haereticos, per eandem Romanam ecclesiam, vel eius auctoritate denotatos, exterminare et etiam expellere pro viribus procurabimus.

10 Item offerimus, et solemniter promittimus, quod pro satisfactione iniuriarum irrogatarum, et damnorum illatorum per nos Romana ecclesia pralibata, quandocumque per dictum dominum Papam seu officiales ipsius Romanae ecclesiae, in partibus Italiae constitutos, fuerimus requisiti, infra unum mensem a requisitione huiusmodi computandum, centum armigeros galeatos, viros fideles, ac in equis et armis bene munitos, quorum quilibet habebit unum socium armatum, et tres equos, ad quascumque partes Italiae eidem ecclesiae contra rebelles et hostes, et alias, prout fuerit expediens, fideliter seruituros destinabimus, eosque per duodecim menses integros continuos vel interpositos, secundum eorundem requirentium voluntatem, inchoandos a die, quo iidem galeati intrabunt terras praefata Romanae ecclesiae, in huiusmodi seruitio retinebimus; eisque de stipendijs et emendis, ac paghis duplis, si faciende occurrerint, prouidebimus nostris sumptibus et expensis, etc. Dat. Monaci Frisingensis diocesis penultima die mensis augusti anno Domini MCCC LVII. Reliquos etiam Ludouici Bauari filios ad obsequium ecclesiae rediisse, ac paternos damnasse errores; atque ita retulisse amplissimum triumphum ecclesiae de persecutoribus suis, visuri sumus. Ex his alijsque supra expositis refellendi recentiores a, qui Ludouicum Bauarum inter legitimos Imperatores, contemptis ecclesiae censuris, effutiunt. Solutam porro de Ludouici & Margaretae gratiam fuisse legem de impedimentis consanguinitatis pontificia indulgentia, & Bauaros censuris liberatos, narrat Rebdorfius b.

11 Extinctis schismatis illius in Germania, reliquijs, nonnulli noua scandala inijcere pertentarent. De coitionibus in litem sedem Apostolicam meminit Innocentius in literis ad Ademarum Metensem & Ioannem Argentinensem episcopos datis c, quos hortatur, vt ad eas dissoluendas incumbere. Instillatum etiam est Carolo nonnullas apostolicas constitutiones a Clemente V. editas in dedecus imperij, ac praesertim Henrici aui Imperatoris opprobrium editas, in quibus Imperatores fidei sacramento sedi Apostolicae obstrictos decernitur, atque lata in Robertum Regem Siciliae ab auo sententia reuocatur: quas ille ab Innocentio aboleri poposcit. Cui Pontifex ipsas iuri canonico insertas, atque in publicis scholis legi solitas, constanter respondit d, neque vllaratione rescindi posse. Impulsus quoque est Carolus, vt vitiorum, quibus notati essent ecclesiastici in Germania, castigandorum specie, facerdotiorum vestigalia inuaderet, libertatemque ecclesiasticam labefactaret: quamuis, enim pietatis studio Carolus ad restituendum ecclesiae Germanicae primarium sanctitatis splendorem accendivisus sit: inita tamen ab ipso ratio non secundum

Lesisse ini que ecele siam.

Censuras contraxisse.

Negat Pontificem posse ex auctoritate a Caesare.

Schisma eiurat.

Ad crimina expiam da paratum se offert.

Ad restituenda erepta ecclesijs.

Partitio se p... spondet.

Multa nomine centum equites suo sumptu contra ecclesiam hostis submittitur.

a Georg. Hornum & Nicol. Burgard in Ludou. Bauar. b R. d. in anst.

c T. 7. 4. ep. 101. pag. 97.

d l. 6. p. 101.

De instituta rade... nos ecclesiasticos... actum.

scientiam fuisse demonstrat: qui enim Romanum Pontificem veterum Imperatorum more rogare debuerat, ut legatum apostolicum ad ea, quæ censura erant digna, emendanda mitteret, aut præfules hortatorijs literis ad id excitare, minacia edicta proposuit, ecclesiastica vectigalia a laicis occupatum iri, ni clerum obsoletiores mores excoletet. Ex quo cum ecclesiastica res periclitatur foret, ac sacerdotes laicorum licentiæ, calumnijs, auaritiæ, ac latrocinijs essent exponendi, Innocentius Cauallicensem episcopum Apostolicæ sedis in Germania internuntium ut occupata restituerentur, operam dare iussit a, Imperatoremque monuit ut eiusdem internuntij consilij morem gereret b, cœptaque reuocaret c.

Carolo Romanorum Imperatori semper Augusto.

Habet fidedigna insinuatio facta nobis, quod tua serenitas, attendens quosdã clericos & ecclesiasticas personas tam seculares quam regulares, in partibus Alemanniæ constitutos, effrenata quadam viuedi licentia contra ecclesiasticam religionis decetiam & clericalis habitus honestatē secularibus sese actibus immiscentes, ad coercendos illorum errores, & transgressiones temerarias refranandas, imperialis sollicitudinis operam adhibere seruiore deuotionis intendit, iamque super his nonnullis prælatis earundem partium certas literas destinauit, comminationes sequestrationis ecclesiasticorum prouentuum faciendæ per seculares principes continentes, ne clerici ipsi, qui tanquam Dei ministri esse debent cæteris modestiæ & grauitatis exemplar, in suam & aliorum perniciem incorrecti vltius per vitiorum lubricum gradiantur. Si quidem, charissime fili, zelum tuum, quem habes ad domum Domini multipliciter commendamus, dum tanquam princeps catholicus ministros ecclesiæ fore modestiæ graues, pudicitia nitidos, denique & moribus exemplares, studio piæ deuotionis affectas; ut qui dati sunt ad abluendas peccatorum sordes in alijs, suis ipsi maculis non fordescant. Verum, cum tu defensor egregius & zelator præcipuus ecclesiasticæ libertatis existas, decet excellentiam tuam accurata diligentia prouidere, ne per id, quod ortum ex puritate deuotionis accepit, debitos transeundo terminos, nostro & Apostolicæ sedis honori, ac præfatæ libertati ecclesiasticæ, quæ potius defendere te conuenit, possit in aliquo derogari.

Ideoque magnitudinem tuam rogamus & hortamur attente, quatenus ab huiusmodi comminationibus sequestrationis ecclesiasticorum prouentuum faciendæ, quod absit, per seculares principes, de cætero abstinens; & si quid per comminationes ipsas attentatum forsitan extiterit, quod non credimus, cum id proculdubio foret illicitum, & in posterum eidem libertati possit præiudicium non modicum generare, in statum pristinum reformare procurans, prælatis de quibus expedire sublimitas tua cognouerit, debita charitate sollicitus & inducas, ut contra eosdem transgressores sui officij debitum exequantur; ut taliter delinquentes ad censuram debitam remittendo, aberrantes etiam Christi ministros tractare videaris honorificentia debita propter Christum. Nos enim, ad quorum spectat officium, ex iniuncto nobis desuper onere ministerij pastoralis prælatos prædictos per alias nostras literas sollicitatos reddemus & vigilantes, ut super huiusmodi prædictorum clericorum & ecclesiasticarum personarum excessibus limã correctionis intendant; alias tam contra prælatos eosdem, si circa præ-

missa negligentes extiterint, quam eorum subditos, cum de eorum defectibus sufficienter informati fuerimus, apostolicæ prouisionis remedium tam solcite quam efficaciter curabimus adhibere. Cæterum eidem magnitudini super præmissis per dilectum filium Guillelmum decanum Vifegradensem ambassiatorem tuum latorē præsentij nostræ mentis intentio, quæ eidem longiori sermone duximus referendã, latius & apertius innotescet. *Dat. Auin. xii. kal. maij anno vii.*

12 Dabat igitur hæc imperia Innocentius Carolo Imperatori, non ut clerum Germanum in vitiorum fordibus foueret, sed ita eorum vitia corripere, ut ecclesiastica dignitas non violaretur, atque iudicio præfulum, non laicorum sacerdotibus subijcerentur: Germanos enim archiepiscopos Colonensem, Moguntinum, Bremensem, Salisburgensem, & Treuirensis grauissimis literis excitauit a, ut in clericos, qui vestium luxu superbirent, inirent hastiludia, vectigalia ecclesiastica in profanos sumptus effunderent, vel in cœno impudicitia iacerent, censuram ecclesiasticam exercebant.

Innocentius, etc. venerabili fratri. archiepiscopo Treuerensi.

Nuper ad aures nostras rumor infestus, de partibus Alamanniæ progressus, fidedigna referatione perduxit, quod nonnulli, solo vocabulo clerici, & ecclesiasticæ personæ, non solum in minoribus gradibus consistentes, sed etiam ad fastigium pastoralis dignitatis erecti de partibus prælibatis, effrenato quodam viuedi more libitum pro licentia capientes, & per dissolutionis lubricum sine vilo rationis imperio gradientes, neglecta clericalis honestatis obseruantia, & grauitate ecclesiasticæ religionis abiecta, vitam suam, Deo & ecclesiasticis mysterijs dedicatam, quibusdam secularibus actibus contra sacrorum canonum prohibitiones immiscent, in ludis, hastiludijs, torneamentis, ac alijs militaribus & prohibitis eis actibus, nec non in deferendis vestibus sutellaribus, & alijs quibusdam a iure prohibitis ornamentis diapidantes bona pauperum, & patrimonium Iesu Christi in Dei offensam, propriæ salutis dispendium, & perniciosum populi talia conspicientis exemplar.

Nos igitur attendentes, quod qui tanquam Dei ministri positi sunt ad abolendas maculas subditorum, immaculatam & irrehensibilem debent ducere vitam suam, & quasi lumen accensum super candelabro positi, gregem dominicum sibi commissum in viam rectam dirigere verbo pariter & exemplo; considerantes quoque quod sæpe peiora malis addere solet impunitas delictorum, ac propterea huiusmodi talium personarum excessibus debitis obuiari remedijs cupientes, fraternitatem tuam requirimus & hortamur attente, per apostolica tibi nihilominus scripta mādantes, quatenus iuxta villicationis tuæ debitum, & incubens tuis humeris onus ministerij pastoralis attentæ diligentia & diligenti attentione te sollicitum reddas & vigilem circa prælatos & clericos aliasque personas ecclesiasticas, cuiuscunque gradus & dignitatis existant, tibi subiectos, ab huiusmodi excessibus coercendos, si quos in præfatæ temeritatis lasciniam inueneris incidisse; ut a talibus actibus prorsus abstineant, seculares huiusmodi mores grauitate ecclesiasticæ penitus indecentes abijciant, & diuinis obsequijs, vocacionis suæ non immemores, integritate vitæ & gestibus modestis intendant, correctionis tuæ firmam in pertinac-

Sedens
Apost. suo
non de
futuram
muneri.

Ecclesiastica
disciplina
restituenda
in Germania
data
opera.
a To. 7.
p. 1. ep. 56.
pag. 32.

Luxus
hastiludij
clericis
prohibita.

Præfules
corruptos
cleri mores
emendare
iussit.

ees & negligentes, prout ad tuum spectat officium, efficaciter impensurus: ac etiam venerabilibus fratribus nostris, . . . episcopis suffraganeis tuis mandaturus, vt circa subditos sibi clericos, & personas ecclesiasticas similem curam adhibeant, & ad huiusmodi corripendos abusus vigilanter aduertant. Sic ergo diligenter exhibeas debita sollicitudinis tuæ curam, & tuum ministerium impleas in prædictis, quod apud nos, cum tolerare negligentiam non possemus, adhibita solertia præconium merearis, & contra delinquentes eosdem aliud adhibere remedium non sit opus.

Dat. Avin. 111. kalend. maij anno VII. Hæc sanciebat summus Pontifex ad laxiorem disciplinam ecclesiasticam adstringendam, vt pio Caroli Imperatoris studio obsecundaret: quem vicissim imperialis muneris in tuendis ecclesiarum iuribus contra potentiorum vim & iniuriam admonuit. a

13 Non defuit casaræo muneri Carolus Imperator, insignem enim hanc constitutionem ad tuendum ius ecclesiasticum tulit b.

Carolus IV. diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, et Boemia Rex ad perpetuam rei memoriam.
Ad imperialis maiestatis audientiam pro parte honorabilium præpositi, decani, & aliorum prælatorum, & capituli Magdeburgensis, Moguntinensis, & Coloniensis ecclesiarum deuotorum nostrorum dilectorum per insinuationem querulosam suppliciter est deductum, quod seculares quidam, in potestatibus & officijs publicis constituti, videlicet duces, comites, & barones & alij domini temporales; nec non consules ciuitatum, oppidorum, villarum, & locorum rectores dictarum Magdeburgensis, Moguntinensis, & Coloniensis prouinciarum, Dei nomine postposito, statuta singularia & iniquas ordinationes motu proprio & de facto contra personas ecclesiasticas, ecclesiarum & locorum religiosorum libertates & priuilegia condididerunt, eisdemque publice & de facto insistere præsumperunt contra legitimas, ciuiles, & canonicas sanctiones; vt puta, quod nulla bona temporalia in potestatem ecclesiasticam transferantur, neque clerici in sacris constituti ad agendum & testificandum in ciuilibus, & maxime in pijs causis, aliquatenus admittantur: quod excommunicati laici, & publice denuntiati in ciuili foro minime repellantur.

Item præfati domini temporales, consules, & rectores per secularem potestatem res & bona clericorum occupant & arrestant: oblationes fidelium diminuunt & refringunt: exactiões & tallias indebite & de bonis ecclesiæ & redditibus exigunt & extorquent: possessiones ecclesiarum & personarum earumdem dehasiant incendijs & rapinis: contractus inter clericos & laicos factos legitime ad libros ciuitatum, villarum, & locorum recusant inscribere ac sigillare; donata & legata ad fabricas & ecclesiarum structuras contra prælatorum voluntatem & aliorum, quorum interest, præsumunt vsurpare contra iustitiam in fraudem & odium clericorum; de rebus & bonis etiam clericorum, quas non causæ negotiationis, sed pro vsibus proprijs per terras ducunt seu duci faciunt, telonium exigunt & recipere non verentur, & confugientes ad ecclesias & cœmeteria inde extrahere contra sanctiones imperiales præsumunt. Quæ omnia, & qualibet abinde secuta, cum per sacras & ciuiles & canonicas sanctiones expresse

reprobata sint, & in fraudem ecclesiasticæ libertatis de facto præsumpta; de principum, ducum, comitum, baronum, fideliumque nostrorum, consilio ex certa scientia auctoritate imperiali cassamus, irritamus, & annullamus; cassaque & irrita, & nullius esse momenti penitus deducimus, & expresse pronuntiamus; præcipientes sub indignatione imperialis banni vniuersis & singulis dictorum Magdeburgensis, Moguntinensis, & Coloniensis prouinciarum & locorum vicinorum principibus & dominis temporalibus, consulibus, & potestatibus, & in officijs publicis constitutis, quatenus mox, visis & intellectis præsentibus, dicta ipsorum statuta & ordinationes, sicut in præiudicium ecclesiasticæ libertatis edita sunt, omnino reuocent & de luce tollant: quodque secundum ea non iudicent amplius, nec sententias dicent, aut eisdem in iudicio vel extra iudicium quomodolibet pro se & contra ecclesiasticam libertatem potiantur.

Item pronuntiamus & declaramus imperiali auctoritate, quod quicumque laicus, cuiuscumque status vel conditionis existat, ausu sacrilego & propria temeritatis audacia sacerdotem vel clericum secularem vel religiosum diffidauerit vel captauerit, proscriserit, spoliauerit, occiderit, mutilauerit, aut in carcere detinuerit, aut huiusmodi maleficia perpetrantes scienter receptauerit, vel fauorem in his eis præstiterit, præter pœnas a sacris imperialibus & canonicis sanctionibus eis inflictas, sint ipso facto infames & omni honore priuati, nec ad placita vel concilia nobilium admittendi quouis modo.

Volumus etiam & hortamur & requirimus ipsos prælatos ecclesiasticos, vt hanc nostram legem & constitutionem in synodis & ecclesijs publicari procurent, et requisiti executionem pœnarum & sententiarum denuntient, ne in præmissis excedentes per simulationem ignorantiam suas malitias valeant excusare. Nulli ergo, &c.] Intentata est contra molientibus quinquaginta marcharum auri puri multa: adiectisque testium principum nominibus, consignatum est hac loci & temporis nota diploma imperiale. *Datum Praga anno Domini mccc lxx. indiction. xii. 111. id. octobris, regnorum nostrorum anno xlv. imperij vero v.* Hæc Caroli constituto ad asserendam ordinis ecclesiastici immunitatem Bonifacij IX. & Martini V. Pontificum decretis a postea confirmata est.

14. Solicitauit præterea Innocentius b. Carolum, vt nonnulla oppida & agros, quibus Vindelgraz, Triuin, Vvipacum, Venzonumque nomen erat, ab Austriaci ducis patre Alberto olim erepta, de quo meminit Cortusiorum historia, retentaque a filio Rodulpho Aquileiensi ecclesiæ restituenda curaret. Tum Ludouicus Vngariæ Rex sollicitatus est d, vt Austriacum ad id perpelleret, quem etiam grauissime Innocentius vsit e, ne amplificationem principatus animæ saluti præferret. Detinebat etiam alia ecclesiæ Aquileiensis loca Goritiæ dux sibi obstricta pignori a Nicolao patriarcha: cuius successor Ludouicus cum ea repeteret, ducem Pontifex monuit officij f; idemque sanctorum Hermagora & Fortunati martyrum corpora, quæ Nicolaus e Gradensi ecclesia ad Casamata oppidum clam euexerat, Gradensi ecclesiæ ad preces Venetorum restitui, instructaque religiosa pompa transferri iussit g.

Non prætermittendū hic visum est ex Rebdorfio h in Eystetenfi S. Vualpurgis monasterio in Germania sacrum oleum, quod ex sanctæ illius

Monitus
Cæsar, vt
ius ec-
clesiasticū
tueatur,
a 1b. pag.
31.
b Ext. in
M.S. Vall.
& apud
Gold.
in collect.
leg. imper.
10.3. in Ca
pulo IV.

Insigne
eius edi-
cium.

Laicorū
in cleri-
cos coer-
cita licen-
tia.

Constitu-
te in ecc-
lesijs cler-
cis atroc-
ius intuler-
int iniuriam
pena.

a Ext. in
pud. coll.
Gold.
b In m. s.
p. 10. 3. in
p. 10. 3.

c Ceru-
high. 10.

d. 3.
Monitus
Austriaci
ducis de
restituendis
dis. ecc.

e. Aquile-
inibus.
Reliquæ
SS. Her-
mag. &
Fortunati
ecclesiæ

f. Grad-
situm
a laici
e. 10. 3.

g. 10. 3.
10. 3.
10. 3.

h. in m. s.
10. 3.
10. 3.

i. 10. 3.
10. 3.
10. 3.

virginis sepulchro stillare consueuerat, exaruisse. xi. kalend. aprilis aliquandiu ob quorundam furum flagitium, qui ædituum adorti, vt trucidarent, aliquot eum vulneribus fauciarant; sed postea imminente eiusdem virginis festo die, vbertim profluxisse: *Propter quod, inquit, stillididium de reliquijs B. V. v. valpurgis consuetum hætenus manare cessauit per quatuor septimanas vel circa: & post octauas pasche, appropinquante festo eiusdem virginis, manauit vt ante. In octaua pentecostes, S. V. v. unibaldi confessoris in Haydenhaim facta est translatio in nouum eborum.* Subdit auctor cum deferrentur eiusdem sancti lipsana, sacrum balsamum e B. V. v. valpurgis virginis magna copia stillasse.

15 Geste sunt hoc anno vario euentu catholicorum in schismaticos, Polonorum quidem in Moldaunos, Vngarorum in Rascios ac Seruios expeditiones. Et quidem quod ad Moldauicam spectat; infelix ea extitit, quam Michouias a, & Cromerus b describunt. Successit feliciter Ludouico Regi Vngariæ altera expeditio c in Rascios, aduersus quos a Romano Pontifice submissa antea cruceata signa, & illi sacri belli imperatorem creatum vidimus; sed Danubium trajicere facile non poterat: cum duorum principum mutua inimicitia ipsi aditum præbuere. Hos Rasciæ Rex frustra diu in concordiam adducere conatus, iraque percitus facessere, seque inuicem bello insectari iussit: ex quo, cum alter viribus potentior in æmulum infesta signa circumferret. Impar alter bello Danubijque accola Vngaricas copias exciuit, quibus aduersarium profigauit. Mox etiam Ludouicus Rex Vngariæ mense maio Danubij traiecit potius d Rasciam, qua parte in æquã planitiem patet, victorijs percurrit, in montana nemorumque recessus fugiente Seruorum Rege, in quibus scrutari hostem tutum non erat. Ita victor Vngarus, cum nemo illi resistere auderet, exercitum in Vngariam reduxit.

Retulere etiam nobilem victoriam hospitalarij equites de Turcis in Græcia, quamuis longe numero impares: inuecti enim quatuor tantum triremibus, atque oneraria, viginti nouem barbarorum naues, dum in eas vicinorum agrorum prædas inferebāt, intercepere, vt narrat Mathæus Villanus: qui etiam addit e Ottomannum Megi post redactam in suam potestatem prænobilem Græciæ urbem ad Constantinopolim sed conatu irritò excurrisse, sicque in Turciam reuertisse.

16 Ad coercendas eiusmodi Turcarum gratificationes Pontifex fideles orientales ad sacram in illos expeditionem concitare aggressus est, ipsique promouenda B. Petrum Thomam ordinis Carmelitarum episcopum Coronensem in Peloponeso, sanctitatis opinione conspicuum, demando illi apostolici legati munere, præfecit f: cui ac patriarchæ Constantinopolitano, alijsque archiepiscopis orientis Latinis de vindicanda contra impiorum conatus in suum splendorem religione has literas dedit g.

Innocentius, &c. venerabilibus fratribus Petro episcopo Coronensi A. S. L. nec non patriarcha Constantinopolitano, ac Nicosensi, Cretensi, Smyrnarum, Patracensi, Athensensi, Thebano, Corinthiensi, Colossensi, Nixiensi, Corphiensi, Duracensi, Neopacensi, & Neopatria archiepiscopis, eorumque suffraganeis &c.

Dudum anxie cogitantes insultus acerrimos, grauiumque persecutionum angustias &

damna maxima, quibus Turcorum infidelium

furor immanis fidelium Christianorum populos illarum partium eorumque terras & loca, & præcipue Romania ciuitatisque Smyrnarum, vt illarum suarum potestati subijcerent, diu affixerat, & quotidie crudelius affligebat; vt ipsorum infidelium obsisteretur insultibus, & fidelibus opportuna remedia pararentur, frequenter idoneos nuncios nostros ad partes illas direximus, ac legatum constituimus ibidem, suffragia multa præstitimus, aliosque fideles ad illa etiam fofterer induximus tribuenda; & nonnullos alios in prædictis labores pertulimus, & quantum nobis possibile fuit, opem & operam adhibuimus diligentem. Sed licet huiusmodi nostra dictorumque fidelium studia & opera fructuosa felicem fati, auctore Domino, hucusque progressum habuerint; tamen dictorum Turcorum sua rabies non tepescit, sed tam ipsi quam nonnulli alij infideles & schismatici ad ipsorum & eorum terras & loca continuis inuasionibus atque damnis & afflictionibus persequantur: & non solum partes ipsas, sed etiam patriarchatum Constantinopolitanum eiusque prouincias, in quibus Christiani nominis fauor viget, inuadunt immaniter & percurrunt, Christianos ipsos in ore gladij inhumaniter concidunt, aliosque velut animalia bruta vendunt, eosque in feram seruitutem redactos præfatam fidem abnegare compellunt: & sacratissimam crucem, mortem redemptoris domini Iesu Christi ac salutem humani generis indicantem, lacerant & confringunt, pedibusque conculcant; ecclesias & ecclesiastica loca aliaque terras & villas, quas per se tenere & custodire non possunt, ignis incendio concremant, cunctaque depopulantur & vastant: & in tantum eorum inualuit & inualefcit audacia, quod nisi per Christi fideles sub spe diuinæ potentia viriliter obstatur eisdem, pestifer ignis ipse semper ulterius exandescens, singulas partes ipsas proh dolor! dissipabit, &c.] Addita imperia, vt piam militiam professuros crucis simbolo distinguerent, nozarumque veniam bellicis laboribus promerendam, stipemue in sumptus militares collaturis pollicerentur. Datum Auin. v. idus maij anno vii.

De comprimenda ingrauescente Turcica tyrannide extant alia pontificis litera datæ ad eundem B. Petrum Thomam, gestis apud Rasciæ Regem (cuius factum, regios pedes aliorum more deosculari ob sedis Apostolicæ maiestatem indignatus tempfit) apud Venetos (quibus aduersa, ni pacem cum Vngaro perirent, prædixit) ad Palæologum Imperatorem Constantinopolitanum (quem in Romani Pontificis obsequio discussis doctrinæ luce schismaticorum erroribus confirmauit) legationibus illustrem, de quo admiranda plura fideque dignissima acta a recentent, in quibus literis his elogijs ab Innocentio exornatur b: *Ad te, qui vir timoratus & prouidus & in lege Domini, ipsaque fide catholica admodum eruditus, ac frequenter in arduis, & præsertim in illis partibus comprobatus, clarus scientia, plenusque multis virtutibus prædicaris, nostra considerationis intuitum conuertentes, deliberatione super hoc cum fratribus nostris præhabita diligenti; tibi in eisdem patriarchatu Constantinopolitano & regno Cypri & in Cretensi, Smyrnarum, Patracensi, Atheniensi, Thebano, Corinthiensi, Colossensi, Nixiensi, Corphiensi, Duracensi, Neopacensi, & Neopatria archiepiscopibus, & eorum dictisque patriarchatus prouincijs, pro subsidia*

Turcorum
Græciam
vastant.

a Philip. e
Mazer. in
vita B. Pe
tri Thom.
b An. 7.
ep. cur. 5.
B. Petrus
Thomas
creatus ad
eos reprimendos
legatus

fideliū & partium eandem, omnem aliam legatum in partibus illis deputatum reuocantes, extat ad Vrfum archiepiscopum Cretensem de abrogata ei apostolica legatione pontificium diploma, plena legationis officium auctoritate apostolica de dictorum fratrum consilio committimus per presentes; vt ibidem auctore domino recta regens, & indirecta dirigens in directa, & aspera conuertens in plana, sicut diligens cultor euellas & destruas, dissipes & disperdas, edifices & plantas que pro negotiorum huiusmodi ac morum & ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum regni, patriarchatus, ac prouinciarum, & partium prædictarum informatione & statu, ac alias legati ad officium pertinent, & sicut Dominus ministrabit, &c. Dat. vt sup.

a Ib. ep. 597. 79.

Sanctus B. Petri Thom. c6 probata prodigijs. Philipp. Mazerijs in Petri Tb. vita.

Illius gesta in legatione orientali.

Vt Turcas represserit

Altiloci principē vestigale esse coegit.

e Ian. an. 7. ep. cur. 30. Amplissimis contra hereticos mandatis fultus.

17 De hac legatione apostolica in oriente B. Petro Thomæ demandata, cum ex Syria, vbi illustrato sepulchro dominico, concepto martyrij subeundi ardore euangelium Christi inferre Mahometanis nisus erat, rediisset ad curiam Pontificiam, vt Christi vicarium de re orientali faceret certior, meminit Philippus e Mazerijs b Cyprij Regis scribij præfectus; additque illum multa sanctitatis documenta præbuisse in Cypro, adeo vt Armeni, Græci schismatici, & infideles lucem cœlestem in cubiculum, in quo orabat, cœlitus delapsam se vidisse testarentur; idemque auctor præcipua eiusdem sancti legati gesta recenset his verbis; Ab eo tempore, nimirum ex quo legatus sedis Apostolicæ creatus est, formidandum magnopere sese exhibuit omnibus Christi Iesu hostibus, cuius partes fortiter tueri statuisset: multosque fructus fecit, prædicando, docendo, disputando, confirmante Deo & probante serui sui verba pluribus signis & prodigijs. Modo sacro regenerationis lauacro abluebat infideles, reducebat schismaticos, & hoc pacto ecclesiam Dei adaugebat. Ille idem fortiter et animose corporeis viribus decuriabat modo Smyrna, modo Rhodi, modo Constantinopoli, modo in Cypro & Creta, modo inter Turcas cum multis aliquando tremibus, cum paucis. Aliquoties multas pertulit infidorum hominum, falsorumque Christianorum calumnias & opprobria: multos exantlauit corporeos labores pro tuenda & augenda fide; multaque maris, bellorum, & hominum pericula subiit, & falsorum potissimum fratrum petitus insidijs; & tandem diuino roboratus auxilio tantum effecit, vt durante toto sua legationis tempore, victoria semper de Turcis gloriosissima fuerint reportata. Præterea vnum e maximis principibus Turcarum, dominum Altiloci nuncupatum, veltigalia soluere coegit, qua quidem nullus legatorum aut Christianorum principum exegerat: & ab illo tempore maximi fecit in sua patria Christianos.

18 Perfunctus est adeo egregie contra Turcas apostolica legatione, vt creatum postea ab Urbano legatum in cruce signato exercitu aduersus Aegyptios, & in Alexandria expugnanda gloriosissima pro Christo vulnera accepisse visuri simus. Nec nimis studij ad excindendos hæreticos collocavit, in quos hæc ab Innocentio imperia accepit: Cum te ad Constantinopolitanam ac Romaniam et nonnullas alias prouincias atque partes, in literis tuæ legationis expressas, pro quibusdam arduis catholicæ fidei et ecclesiæ Romanæ negotijs destinemus; nos cupientes, vt catholica fides in eisdem partibus ex studijs tuis, auctore Domino, dilate extirpatis erroribus hæreticæ prauitatis, fraternitati tuæ inquirendi et procedendi, durante legatione huiusmodi, contra quoscumque hæreticos atque schismaticos, et de hæretica seu schismatica

prauitate suspectos aut etiam diffamatos, seu qualitercumque in ipsa culpabiles, ipsorumque adiutores, fautores, et receptatores eosdem; et ipsos et ipsorum quemlibet puniendi iuxta canonicas sanctiones et ciuiles, et specialiter secundum constitutiones a quondam Frederico olim Romanorum Imperatore editas contra hæreticos, fautores, et receptatores eosdem, dum adhuc in sedis Apostolicæ gratia Fredericus persisteret, nec non et iuxta formam priuilegiorum sedis Apostolicæ concessorum inquisitoribus hæreticæ prauitatis; et inuocandi ad hoc, cum opus fuerit, auxiliij brachij secularis, & infra, plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem, etc. Dat. Auim. v. idus maij anno vii. Accepta hæc ab Innocentio mandata B. Petrus Thomas adeo strenue perfecit, vt fœdam hæresim in Cretæ insula obortam flammis represserit, vt eiusdem vitæ acta referunt.

19 D. Petrus Thomas, plurimum in sua legatione commendatus, audiuit quandam hæresim diris exegrandam in Creta pululare tum potissimum inter nobiles et primarios illius insula. Cupidus ergo istius hæresis germen radicitus euellendi, posthabitis omnibus alijs ad legationem suam spectantibus negotijs et rebus, spreto etiam corporis morte, Candiam Cretæ urbem venit impaudus, quam in urbem fuit non vt legatus aut amicus, sed vt hostis exceptus. Dux Cretæ cum minis et superbia ei locutus est: sed Dei seruus, sapienter rem dissimulans, de falso hoc et peruerso dogmate studiosus inquirebat. Quo quidem comperto iubet omnes coram se conuocari hæreticos quicumque in dicta urbe debebant; inter quos præcipuus erat quidam vxoris ducis cognatus. Congregati ergo hæretici maxima cum indignatione et fastu comparuere. Sed D. Petrus Thomas, pijs eos et amicis verbis affatus, de sua doctrina rogat. Sed illi, verborum amorem & benignitatem aspernati, valde arroganter et non appositam fecere responsum. Tunc B. Petrus Thomas, separatim eos audire cupiens, a duce totius ecclesiæ Romanæ nomine præsidium petit. Dux vero, bis acceptis, in furiam actus est, et pessimo vxoris suæ consilio D. Petrum Thomam adiit, multa minitatus mala, et comminatus ei uehementer, omni ope denegata in terra. Hæreticorum fautores pessime rumorem sparserunt per urbem et per totam insulam, nec alia fiebant verba, quam vt D. Petrus Thomas cum suis omnibus interuentione deleteretur. Videns autem D. Petrus Thomas suos omnes pusillanimes et timidos, confortauit et animose cohortatus est, vt mortem, si foret opus, pro religione catholica fortiter oppeterent. Postera luce, diuinam et ecclesiæ sanctæ virtutem omnibus patefacere volens, ducem ipsum et vniuersam ciuitatem feruit anathemate, iussitque omnes ecclesias claudi, prohibens ne pulsarentur campanæ: et hanc dominationem subbastari voluit, bis verbis ad ducem vsus maximo vniuersorum terrore et metu: Ecclesiæ Romanæ concedit regna fidelibus, et eadem auferet a perfidis: etsi forte pertinacem te præstiteris et hæresim fautorem, summus Pontifex auferet a te Cretense dominium, et tradet alijs melioribus. Hæc verba tantum metus et timoris incusserunt duci, vt pœnitentia ductus, venerit ipsemet rogatum veniam D. Petrum Thomam. Qui quidem excepit illum humanitus et benigne ad summam hæreticorum ignominiam et dedecus: qui fuerunt omnes ad ignem damnati. Sed illi errorem suum et culpam detestati, veniam rogantes, impunitulerunt, misericordiam consecuti præter vnum vxoris ducis cognatum, qui pertinacior factus et in hæresi obstinatus igne viuus est absumptus. Diuus au-

Philipp. Mazerijs in Petri Tb. vit. Noua heresis ab eo in Creta extirpata.

Eiusdem continui.

Seueritas in hæreticos.

autem Petrus Thomas exorta penitus ex animis hominum impia heresi, dictaque insula lumine fidei collustrata, ex Creta profectus est cum omnium amore et singulari benevolentia, laudibusque innumeris. Inter eundem autem per aliquam Creta urbem nomine Canilam iter habuit, ubi iussit effodi cadaver defuncti cuiusdam heretici, cuius ossa iussit igno cremari praesumo suo fidei Christiana, diuinique nominis zelo. Haecenus Philippus et Mazerijs de gestis B. Petri Thomae apostolici in Graecia, Cypro, Creta & alijs orientalibus oris legati, ut hostes fidei edomaret, haereticos excinderet, schismaticos ad salutis tramitem reuocaret. Caeterum ut B. Petro Thomae in Creta, Cypro, Graecia inquirendi in haereticos iniunctum munus vidimus, ita Philippo ordinis Praedicatorum auctoritas commissa a in Cumania ac Tartarorum Persarumque imperijs, ut in haereticos censuram fidei exerceret. Ex quo patet, disciplinam ecclesiasticam in haereticorum, qui inanis gloria vel commodi studio pestifera dogmata comminiscuntur, coercenda temeritate maxime viguisse.

Cum vero in oriente plures mercatores feredarum in fidelibus mercium facultatis obtente a sede Apostolica occasione auaritia obcaecati varia telorum & armorum genera infidelium oris inueherent, quibus res Christiana laedebatur, Pontifex ecclesiasticas censuras, aliasque poenas a praedecessoribus constitutas huiusmodi prauariicatoribus iniecit, quas archiepiscopis Patracensi in Achaia, Nicosiensi in Cypro, Colocensi in Dalmatia, Cretenfi in Creta, Casarangustano in Hispania, Narbonensi in Gallia, Neapolitano, Capuano & Salernitano in Sicilia, Aegidio Cardinali A. S. L. in reliqua Italia diuulgandas transmissit b, addita hac causa: *Attendentes, quod communis utilitas est priuatis commodis preferenda, quodque absurdum est penitus & indignum, quod huiusmodi licentia gratis concessa in detrimentum fidelium & utilitatem infidelium conuertatur, etc.*

octaua pascha conuertit signa cum exercitu versus Aurelianum, praedando, vastando, et igni consumendo plurima. Quo tempore ingruebat tam saeva tempestas et inaudita, ut plura milia hominum et equorum in Regis exercitu itinere perirent, subito mortua corruendo praefrigoris imminenti asperitate. Quae tantum Regem et suos terruerunt, quin procederent cum inceperat. Subdit auctor paulo post apud Carnutes in castris pacem ab Eduardo Rege initam: ad quam firmandam missi ab Innocentio Papa Androinus abbas Cluniacensis, & Hugo Gebennensium principum stirpe satus Hantonij dominus.

Androinus vero impositum munus adeo egregie obiit a, ut mense maio apud Carnutes foedus percussum sit. Seruatum ritum ad illud faciendum describit his verbis Vvalsingamus ab Rex, nimirum Anglotum, *annuit ut iuratis in corpore dominico partibus, tactisque sacrosanctis euangelijs, pacta stabilirentur. Mittuntur igitur ex utraque parte, Anglia videlicet & Francia, duo barones: duo quoque milites corporale sacramentum domini Caroli regentis Francia primogeniti Ioannis Regis eiusdem, ac domini Eduardi Regis Anglia audire & admittere. Parisijs igitur celebrata solemnissima missa, dictoqueter Agnus Dei, adiecto dona nobis pacem, dictus Carolus in praesentia praedictorum & aliorum plurium dextra super patenam cum corpore dominico & leuam super missale posuit, haec verba proferens: Nos Carolus iuramus ad sacrosancta corpora Domini & euangelia firmiter seruare penes nos pacem & concordiam formatas inter Reges, & nullo modo in contrarium venire. Post haec, datis militibus reliquis de corona Christi in testimonium omnibus, ualefecit.*

2 Certior de inita inter Francos & Anglos pace, quam continentibus votis ab euolutis retro tot annis ecclesia expetierat, Pontifex ingenti perfusus letitia, grates Deo retulit, & gratulatorias hasce literas ad Eduardum dedit c, ut ipsum ad implenda citissime praescripta pacta incitaret.

Innocentius, &c. charissimo in Christo filio Eduardo Regi Anglia illustri.

Vox exultationis & gaudij, vox incunditatis & letitiae, nobis ac Romanae ecclesiae & Christi fidelium populis expectata diutius, nuper auribus nostris insonuit, & diuturnam nostrae mentis amaritudinem, quam dolenter ex filiorum nostrorum disensione gustauimus, suauissima insinuationis beneficio dulcorauit. Quid enim letius aut suauius audire potuerant aures nostrae, quam quod ille rerum omnium moderator, cuius factus est in pace locus, & in cuius manu Regum ac principum corda consistunt, animum tuum, princeps inclyte, ad habendam cum charissimo in Christo filio nostro Ioanne Rege Francorum illustri pacem ac concordiam inclinari? Profecto nobis & uaiuersis Christi fidelibus non parua suggeritur gratulandi materia, cum duo tam generosi, & non modo suis in regnis, sed toto terrarum orbe famosissimi principes, & vinculo consanguinitatis astricti, ex quorum discordijs tot pro dolor! tam animarum pericula quam corporum, ac rerum damna prouenerant, nunc tandem ex inimicitijs sint in amplexus, in colloquia, & in perpetuas amicitias redituri. Equidem, charissime fili, licet ad exprimendum nostrae mentis affectum circa prosecutionem huiusmodi inter vos reformandae concordiae minime

Androin' abbas pro capromo uenda missus. a Gest. Innoc. VI. apud Bosq. b V. Valsing. in Eduar. III.

Quo rieu sacro admiffum a delphino foedus.

c To. 8. p. 2 ep. secr. pag. 93.

Gratulatoria ad Anglum Pontificis literae

IESV CHRISTI

Annus 1360.

INNOCENTII PP.VI. CAROLI II. IMP. OCC. 15. annus 8. IO. PALAEOLOGI IMP. OR. 20.

ANNO a virgineo partu millesimo trecentesimo sexagesimo indictione tertiadecima concussis Anglico turbine, impulsisque in extremi exitij discrimen Gallijs, optata quies diuino nutu restituta est: cum enim Eduardus corripienda vi & armis, ut vidimus, Gallicae coronae cupidine arderet, ac mense ianuario ceptam Rhe-morum urbem, in qua Reges sacro balsamo liniri solent, obsidione irrito tamen conatu produxisset; infesta signa per Burgundiam, Parisiensem agrum, aliasque prouincias populabundus circumtulit c. Tum vero diuinum Numen Galliam sua prouidentia texit, nec leuibus signis: nam *uisum est*, inquit Meyerus caeteroqui Gallicae nominis amulus, *orbata atque oppressa Gallia caelum uenisse suppetias*; tanta quippe tempestas concitata est, ut homines & equos prosterneret, ac necaret plures: quo territum Eduardum Regem votum admit-tendae pacis, quam paulo ante in castris apud Parisios repudiarat, addita ea voce, non se illius leges accepturum, sed quas uellet daturum, concepisse referunt d. Cuius etiam tempestatis meminit Vvalsingamus his verbis e: *In crastino*

fatis sufficiat series literarum ; nostri tamen intima pectoris , & hærentia nostris præcordijs desideria , quanto possumus viscerosius , aperimus .

Præposita præterita mala bello exorta .

Meminisse potest non sine compassione , multiplicitate tua serenitas , quanta ex discordia inter te & Regem præfatum exorta , & quam innumera mala prouenerint : quam dura & aspera fuerit vestra contentio ; quam multis damnosa populis : quot innocentibus ira vestra nocuerit : quantas hominum strages effecerit : quot rerum depopulationes , quot agrorum vastationes , quot locorum incendia exinde processerint ; vt pudori (prout conuenit) deferentes , commissa interim scelera solis horrenda nominibus taceamus . In quibus siquidem malis etsi tibi successus plurimos felices ac famosos prouidentia summa permiserit ; in eis tamen humanos casus deplorare , & uicis uictor compati , & in ipsis incertos bellorum euentus agnoscere , & humana formidare pericula , & quam leui momento fortuna ducem pendeat , intelligere merito potuisti .

Iam ergo tempus est , vt cedat paci discordia , cedant amicitij odia , occupet locum iræ tranquillitas , sitque inter vos de cæteris tam generosa , quam gloriosa contentio , vt scilicet non de regnis , sed de charitate certetis . Nam si usque ad extremum durauerint odia , si non temporum decursu , & humanorum malorum tædio iræ lentescat ; si nulla feroces animos dies emolliat , tota humani generis uita in confusione versabitur , concidet regnorum ac rerum publicarum status , & quæ multorum fuerint parta laboribus , facile bellorum vastatione peribunt . Nostram quam sæpe multis arripserit uolubilis fortuna certaminis , quos tandem in extremæ locum confusionis adduxit . Considera fili charissime quanta ex concordia uestra prouentura sint commoda , quot parentibus seruandi sint liberi , quot coniugibus uiri , quot illibate mansuræ sint uirgines , quam multæ in earum integritate permanuræ respublicæ , quæ uobis dissidentibus deperirent .

Obortitura e pace bona .

Iam pigeat effusi sanguinis , & futuris malis , quæ facile ualent ex prioribus præuideri , prouidi consilij maturitate parcat . Hæc proculdubio & alia , quibus ad exprimendam nostræ mentis seriem non satis est ministerium literarum , si intra regis mansuetudinis claustrâ renouas , finem tot futuris periculis imposuisse gaudebis . Nos quoque , licet te super huiusmodi terminanda concordia longis non credamus exhortationibus indigere , quin immo te illis adminiculis , quibus ea compleri facilius ualeat , efficacem daturum esse operam nullatenus dubitemus ; paterni tamen affectus continere spiritum non ualentes , serenitatem tuam rogamus attentius , & plenis desiderijs obsecramus quatenus ut inchoata inter te & dilectum filium nobilem uirum Carolum ducem Normanniæ præfati Regis primogenitum facilius ac celerius perducere ualeant ad effectum , circa liberationem dicti Regis promptam se ostendere uelit tua magnificentia , ac etiam liberalem . Datum apud Villam nouam Aginionensis diocesis 11. non. iulij anno VIII .

a Massh. Vill. l. 9. c. 109. Caletij a Regibus pacis formula conseruata .

3 Diligentissimum se sponte præbuit Eduardus in conueniendis implendis : traiecerat enim iam in Angliam , atque iulio mense una cum Ioanne Rege Francorum Caletum applicuit ; qua in urbe conuata iterum solemniter confirmanda erant . Diuini operatus est Androinus abbas Cluniacensis in templo D. Nicolao sacro : cumque

corpus Christi consecrasset , peruenissetque ad ea uerba : *Agnus Dei qui tollis peccata mundi , dona nobis pacem* ; sacratissimam hostiam manu præferens , conuertit se ad Reges : qui in genua reuenter prouoluti , manu admota Eucharistia sedes seruaturis sacramento se obstrinxerunt : eosque abbas , diuisis speciebus , sanctissimo Christi corpore panit . Dein porrectis ab illo euangelij , Reges iusiurandum iterum renouarunt : tum Gallici & Anglici sceptri heredes futuri filij , una cum alijs principibus fidem pariter deuinxerunt . Denique dux Aureliani nomine Regis Francorum , Philippus princeps nomine Caroli fratris Regis Nauarræ iniurias eos obliuioni daturis , culturosque amicitiam , spondere . Recensent pluribus historici a huius concordie formulas : interque alios uitæ Innocentij scriptor paucis perstringit , quibus uerbis Anglus , abiecta obtenti in Gallicum sceptrum iuris controuersia , ingentisque auri vi donatus , ex fœdere sit potitus ; utque Eduardus iunior , abiecto ducis nomine , se principem Aquitaniæ dixerit : *Commissarij* , inquit , *Regis utriusque processerunt ad integram et realem executionem præmissorum . fuitque positus per ministerium prædictorum dictus Odoardus pro tunc princeps Vallia in possessionem ciuitatum et diocesis Agenensis , Condomensis , Vasatensis , Piçtauenfis , Malleacensis , Lucionensis , Engolismensis , Petragoricensis , Sarlatensis , Lemouicensis , Tutellensis , Ruthenenfis , Vabrensis , ac Caturcensis cum ciuitate Montisalbani et parte diocesis eiusdem , qua per flumen Tarni diuiditur a comitatu Tolosano . Quibus expeditis dictus Odoardus princeps uenit in propria iudicatum memoratum , in quo mutato nomine ducis , princeps Aquitaniæ uoluit nominari : dominatusque est cum maximo potentatu , cunctaque disposuit pro sua libito uoluntatis .* Flagitarunt fœderati Reges a Pontifice , vt Androinum abbatem Cluniacensem , quem felicitate summa & contentione conciliandis Regibus & conuentis implendis sudasse uidimus , merito Cardinalatus præmio afficeret : uerum Innocentius arcanis de causis rem extrahendam censuit b .

Seruatus sacerrimus

Postquam ab Anglis Gallicum insigne . a Professori hist. l. 1. c. 10. l. 1. Mat. Vill. 9. c. 109. & alii .

Quos principatus Angli sibi pepererit ex iudice

Eduardus iunior principis Aquitaniæ se dicit .

Expetita a Regibus Androino sacra purgata .

bt. 8. p. 1. ep. ser. pag. 119.

e. Ibid. ep. ser. pag. 118.

4 Hic addemus , Pontificem Gallicæ rei , quæ superioribus bellis collapsa erat , in suum splendorem restituendæ cupidum , Ioannem Regem Francorum , recenter libertati redditum , præceptis saluberrimis instruxisse e , ut pacem cum Eduardo coleret , ecclesiasticos ueneraretur , sectaretur iustitiam , foueret inopes , prudentia conspicuos viros adhiberet in consilium , eosque reprimeret , qui adhuc ecclesiasticos in Gallijs diuexare pergerent .

Innocentius , &c. charissimo in Christo filio Ioanni Regi Franciæ illustri .

Nostris admodum grata sensibus , ac menti nostræ læta nimium & iucunda fuit tuarum series literarum , quas nuper super concordia inter te & charissimum in Christo filium nostrum Eduardum Regem Angliæ illustrem (ducem Domino) consummata ac liberatione personarum , nobis per dilectum filium Guerrinum de Montecherio , latorem presentium , tua serenitas destinauit . Hanc enim uere dicere possumus , diem esse , quam fecit Dominus , in qua non nobis tantum , qui ex paterno affectu , quem ad filios benedictionis extendimus , in Regum ac principum unitate & concordia delectamur ; sed uniuersis Christi fidelium populis exultationis in Domino causa ministratur , cum tandem post graues inimicitias , ac damnosa non minus quam

Gratulatur Ioanni Pontifex de pace conuata .

annosa diffidia, in duorum toto orbe famosissimorum principum pectoribus tranquillitatis & quietis inspiraverit spiritum Deus pacis. Equidem nos tantæ utilitatis & commodi communis auctori in exultatione mentis affurgimus, eique quas pro tanto bono valet humana debilitas, gratiarum humiles referimus actiones; nostris illum precibus suppliciter exorantes, ut concordiam ipsam, inter te & Regem præfatum feliciter consummatam, perpetua in vobis stabilitate conferuet. Sed ut ab alijs, quæ sufficienter exprimere iuxta nostræ mentis desiderium literarum ministerio non valemus, ad ea, quæ excellentiæ tuæ ac regni tui statum & commodum respiciant, veniamus.

5. Iam tibi, charissime fili, sopitis exterioribus malis, interioribus regni tui dispositionibus eo est efficacius providendum, quo regnum ipsum, annis plurimis Regis sui gubernaculo destitutum, multiplicibus extitit aduersitatibus laesitum. Assurgat itaque regiæ magnitudo prudentiæ, & super miserabile regnum, innumeris pene calamitatibus oppressum, diligenter inuigilet, ipsumque providi consilij maturitate reformet. Illud vide, princeps inclyte, ut in Dei timore & reuerentia sanctæ matris ecclesiæ, prædecessorum tuorum in virtuosis ac famosis operibus vestigia imitando persitas; reginam quoque virtutum iustitiam (sine qua sicut rerum publicarum facile status deperit, ac regnorum culmina decidunt in ruinam, ita cum illa respública & regna ipsa conseruantur & crescunt) facias personis singulis tibi subiectis efficaciter ac favorabiliter ministrari. Ad quod serenitatem tuam diligenter intendere, nullatenus dubitamus, si memineris regnum præfatum consueuisse hæcenus normam fore iustitiæ, & toti mundo iusti exempla regimini præbuisse. Miseris subueni: oppressos subleua: in malignatores quoscuque & viros nequam, rapto viuere assuetos, pro eorum nequitia dexteram tuam potestatis extende. Præterea salutem in bonis consilijs fore positam considerare sapius non omitas, ut tales proinde tibi consiliarios eligas, qui iuxta sanctum mentis tuæ propositum honesta consulant, iusta suadeant, & quæ pro tui honore culminis ad quietem & pacem regij status pertinere nouerint, tam libere quam libenter exponant. Ecclesias insuper & ecclesiasticas personas ac earum libertates sub tuarum alarum umbra suscipias, ipsasque tui fauoris præsidio protegas, ac per tuos officiales & subditos opportunis facias præsidij conseruari & defendi: & quæ contra eas attentata temere per malignatores aliquos forsitan extiterunt, prout magnitudinem tuam decet, studeas efficaciter reuocare. Adhuc enim, sicut habet querula plurimorum nobis facta relatio, nonnulli perditionis filij, regiam præsentiam non verentes, contra ecclesias & ecclesiasticas personas easdem non desinunt rapinis & incendijs malignari: quorum temeritatibus eo per te attentioribus est studijs obuiandum, quo plurimum regij honoris, & status ab ipso reditus tui principio noscitur dependere. Hæc in paterni amoris affectu, quem ad personam tuam gerimus, serenitati tuæ duximus intimanda: per ea namque, si illis, prout de te speramus indubie, diligenter intenderis, præter diuinæ retributionis præmia, solidabit in pace Dominus thronum tuum, & multipliciam aduersitatum tuarum labores diturnæ quietis beneficio compensabit. Datum Awin. v. kal. decembris an-

no VIII. Imbuebat his monitis Ioannem Regem Pontifex, cum plures e regio exercitu dimissi laxatis licentiæ frans prædas passim agerent, maximeque furorem in ecclesiasticos effunderent. Quorum prædonum metuantea Innocentius, cum nunnulos in delphinatu societatem militarem conflare accepisset, Carolum delphinum rogauerat, ut ad eam dissoluendam auctoritate vteretur. Ut autem in eos sacrum bellum suscipiendū fuerit duce Cardinale legato, dicitur suo loco nunc ex Gallicis rebus ad Italias digredimur.

6. Susceptū est ab Agidio Albornotio in Italia Card. legato difficillimum bellum aduersus Bernabonem Vicecomitem Mediolanensem, pro restituenda ecclesiæ Bononia, quam antea a Pepulis, postea autem dolo & vi a Ioanne archiepiscopo Mediolanensi ereptam Clementi VI. vidimus. Non enim deerant rationes grauissimæ, ob quas Bononia recuperanda videretur nullam in primis Bernaboni fieri iniuriam, si nondum lapsa duodecim annorum spatio, ad quod excurrentes traditam a Clemente præfecturam Bononiensem vidimus, cum iam illam Bernabona sua culpa amisisset, ac liceret ex cuiusvis tyrannide sua recuperare. Adde vi & iniuria Vicecomites illam præfecturam extorsisse, quam illis restituere tutum non erat: constare de eorum perfidia, lapsa triennio Bononiam non reddituros ecclesiæ; immo ad aliam ditionem inuadendam vires intenturos: submisisse perduellibus ecclesiæ auxilia, ad ipsos in tyrannide confirmandos, ob quod flagitium quamuis Bononia potiti fuissent, illius imperio iuste essent deturbandi. Atque adeo Innocentius legato arcanis literis rem totam permisit: exhaustam tamen arario ecclesiam significauit. Censuit legatus Cardinalis recuperanda Bononiæ occasionem non abiiciendam: eamque demum, cum Olegiano Firmianâ toparchiam pactus, in suam potestatem redegit. Furenq; tum ira Bernabos Bononiæ obsidionem magis vrfit: c: ad cuius reprimendos conatus Pontifex Ludouici Neapolitani, Regis & aliorum Italarum principum & magnatum auxilia impetrauit. Nec Italos modo verum transalpinos principes sollicitauit Innocentius, ut legato ad Bononiam contra Bernabonem defendendam auxilia exparent.

Comprimendus videbatur facilius Bernabos Imperatoris auctoritate, cuius beneficio ac nomine præfecturam Mediolanensem gerebat: atque ideo rogauit Pontifex Boemundum Treuirensis, Arnestum Pragensis, Moguntinum & Salisburgensem archiepiscopos, Vricum Augustensem, Henricum Constantiensem episcopos, Rudolphum ducem Saxonie, Albertum ducem Bauaræ stirpis principem, aliosq; nonnullos proceres, ut Carolum ad suscipiendum ecclesiæ patrociniū permouerent: quem etiam ad coercendos tyranni impetus ipsemet excitauit. Susceptura quidem erat grauem ignominiam ecclesiæ, si Bernabos Bononia potiretur nec minora ingruebant pericula, ne depressi antea rebelles eo casu erecti ceruices attollerent. Quare Innocentius non modo Italos, Germanos atq; Imperatorem eundemq; Regem Boemie, verū etiā Eduardum Angliæ Regem, illius filiū Valliæ & Aquitanie principem, Henricum ducem Lancastrie, tum Ludouicum Regem Vngariæ (in quo veluti Romanæ ecclesiæ signifero, qui que ad Manfredos & Ordellafum edomandos magno auxilio fuerat, præcipua spes sita erat) ad explicandam decertanti aduersus Bernabonem

To. 3. p. 1 ep. sac. pag. 3.

Olegian. de restituenda ecclesiæ Bononia agit. Cur admittenda fuit eius cessio.

l. b. pag. 7 & 8.

Contra his vndique auxilia Pontifex.

Bernabos bellum infert ecclesiæ.

c. Matrb. Vill. 9. c. 90 & 102 d. To. 8. p. 1 ep. sac. pag. 4. 1. 46 47. 48. 53. 54. 56. 57. 74. 84. & 105.

Rogatus Carolus, ut Bernabonē coereat. l. b. pag. 52.

Flagitata ab alijs Regibus auxilia. f. l. b. pag. 109. g. pag. 112 h. ead. pag. i. pag. 50.

Perfauendo rebus operibus hor.

Colatium.

Probos & viros talis.

Prodoni scilicet sumas puerceat.

legato opem excitare conatus est: eaque de causa Ægidium episcopum Vicentinum, quem ad Imperatorem miserat, etiam ad Vngaricam aulam proficisci iussit a, atque Elisabetham Ludouici matrem eiusque nominis coniugem Reginas b, Nicolaum c Strigoniensem rum Colocensem archiepiscopos, Ladislaum Vesprimiensem Stephanum Nitriensem episcopos, Contum comitem palatinum & Cumanoram iudicem precibus vrsit, vt Ludouicum Regem ad Bononiæ tutelam contra Bernabonem capeffendam hortarentur. Conceptæ sunt eo argumento ad Regem ipsum pontificiæ literæ subiectis verbis d.

Innocentius, &c. charissimo in Christo filio Ludouico Regi Vngaria illustri.

7 Ingentis deuotionis affectum, quem ad nos & Romanam geris ecclesiam, & laudabilium operum studia, quæ tu, tanquam benedictionis & reuerentiæ filius inter cæteros mundi catholicos principes nobis & eidem ecclesiæ specialiter reseruatus, nostris & ecclesiæ ipsius obsequijs intendendo tam prompte, quam magnifice ac libenter exerces, ac experti sumus hactenus, & argumentis continuo euidentioribus experimur. Sane venerabili fratre nostro Ægidio Episcopo Sabinensi A. S. L. nobis nouiter intimante percepimus, quod ad notitiam celsitudinis tuæ perducto, qualiter ciuitatem Bononiensem, ad nos & Romanam ecclesiam pleno iure spectantem, Bernabos de Vicecomitibus miles Mediolanensis manu armata hostiliter oppugnare, Dei timore postposito, temerarijs ausibus conabatur; tu, eiusdem ecclesiæ matris tuæ negotia tua reputans, & oppressiones, eidem in terris & iuribus suis factas, non minus tibi quam sibi tanquam piæ matris sincerus & virilis defensor ascribens, sublato moræ dispendio, dilectum filium Ioannem præpositum Colocensem, nuncium & ambassiatorem tuum, cum tuis literis destituere ad ipsius Bernabonis præsentiam curauisti; inter cætera tam per literas ipsas quam ambassiatorem eundem sibi significans, ipsumque requirens, quod ipse ab obsidione terrarum ecclesiæ, & ipsarum impugnatione cessaret: alioquin tu tanquam princeps catholicus, & honoris ac exaltationis sanctæ matris ecclesiæ zelator, suorumque iurium conservator assiduus & defensor tolerare nequiter ecclesiam ipsam in suis iuribus, aut terras eiusdem per ipsum, aut per quamcunque personam aliam impugari, vel quomodolibet molestari. Equidem, charissime fili, aperta sunt ista tuæ deuotionis insignia, & magnis laudum præconijs, ac singulari paternæ benedictionis gratia compensanda; & eo nostræ mentis affectibus gratiora, quo liberaliorem in eis regiæ magnitudinis animum ostendisti.

8 Huiusmodi itaque deuotionis promptitudinem multipliciter in Domino commendantes, ac vberibus prosequentes actionibus gratiarum, serenitatem tuam rogamus attente, & sinceris affectibus obsecramus, quatenus cum post hæc præfatus Bernabos fidei quibusdam considerationis adducti, non tueri frustratoriam eius causam videbuntur, sed eos potius aperte constabit de malignæ adinventionis suæ nequitia processisse non tantum ab oppugnatione dictæ ciuitatis, eiusque districtus vsque modo non cesset, sed peiora malis addendo, & se velut nostram & Apostolicæ sedis hostem publicam nequiori

quotidie patratione operum demonstrando, pergentes suas armigeras, nonnullas terras & loca alia ipsius ecclesiæ, in prouincia Romandiola consistentia, prædis ac rapinis & incendijs discurrat hostiliter & perturbet; nosque propterea aduersus huiusmodi temeritatis audaciam spiritualibus & temporalibus nostris & aliorum filiorum & deuotorum ipsius ecclesiæ obflare remedijs intendamus, tu erga nos & dictam ecclesiam matrem tuam deuotionis obsequijs intendens liberaliter, vt cæpisti, ac negocia sua in prædictæ ciuitatis Bononiensis, aliarumque terrarum suarum defensione commendata suscipiens, præfato legato, in his pro conseruatione & defensione prædictis, prout expedire videris, & alias, prout ipse excellentiam tuam duceret requirendam, pro nostra & Apostolicæ sedis reuerentia tuis assilere velis auxilijs & fauoribus opportunis: vt tandem, Deo fauente, ac tuis aliorumque filiorum, & deuotorum eiusdem ecclesiæ præsidijs, ipsius inconsulata temeritas comprimatur; tuque, præter diuinæ retributionis præmia, circa tui status exaltationem, & tui culminis augmentum, nostrum & Apostolicæ sedis fauorem, & abundantioris beneuolentiæ gratiam semper vberius merearis.

Cæterum ad nostram iustitiam, & eiusdem Bernabonis iniustitiam, & friuolas causas per ipsum præsentas, seu quas forte prætenderet in negotio prælibato, serenitati tuæ viuz vocis expositione latius, quam scriptorum ferie dici valeant, exponendas; & vt clare cognoscas dictæ sedis maturitatem in suis processibus nihil agere, quod in statera debite considerationis appensum habuisse non pateat in soliditate iustitiæ fundamentum, venerabilem fratrem nostrum Ægidium episcopum Vicentinum latorem præsentium, super præmissis & ea concernentibus per nos plenarie informatum, ad tuam prouidimus præsentiam destinandum: cui in his, quæ tibi pro parte nostra retulerit, dare fidem indubiam serenitas ipsa velit. *Dat. Avin. vi. . . maij anno v1111.*

9 Non deterritus est Bernabo Vngariæ Regis imperijs ac precibus a cæptis, cum tardos illius impetus fore putaret: exceptisque honorifice regijs oratoribus, atque ornatis muneribus, rescripti a causam suam æquitate niti, ac disceptari apud subsellia Apostolica. Excitabat b is in aula pontificia magnos clamores: illatam a legato apostolico iniuriam, cum adhuc anni quatuor Bononiensis præfecturæ non effluxissent. Verum agitara causa, lata sententia est c, recuperatam iuste ab ecclesia Bononiæ, cum illius possessione excidisset, eaque vrbs Romana ecclesiæ iuris esset: cumque sententiæ non staret Bernabo, atque ecclesiam armis fatigaret, iure iudiciario & legibus in eum agi cæptum est. Meminit Vrbanus V. de lata in eum ab Innocentio VI. sententia, præcipuaque illius capita in subiectis literis ad Ægidium Cardinalem legatum datis perstringit. a

Vrbanus, &c. venerabili fratri Ægidio episcopo Sabinensi A. S. L.

Dudum cum ad felicis recordationis Innocentij Papæ VI. prædecessoris nostri auditum ex multorum querelis crebrisque rumoribus peruenisset, quod vir pestilens, maledictionis alumnus Bernabos de Vicecomitibus ciuis Mediolanensis contra Deum & sanctam Romanam aliaque ecclesias, & personas ecclesiasticas multifaria committebat, ex quibus Creatori nostro grauis irrogabatur offensa, multisque fidelibus peri-

a Pag. 46.

b Pag. 44.

c Super.

Pag. 46.

d Eod. 20. 8

p. 1. ap. sc. r.

Pag. 50.

Pontificiæ ad Vngaricam litteræ

De missio ab eo ad Bernabonem oratore

Acta Ludouico gratia;

Proposita Bernabonis perniciosa. Eius in Æmiliam excursions.

Vicentis episcopi in ecclesia Vngarie iustus exponere.

Bernabonis viciis.

a Marti Villig. 90. b Eod. lib. 491. Licet tentat que cal. e. lib.

Hanc pergetur.

d Vi. 1. 1. 1. com. 6.

Innocentij in Bernabonem iudicium.

periculosum admodum scandalum parabatur; & inter cetera, ut se hostem Dei & sacrae fidei ac haereticorum fautorem (quorum erat prout est imbutus perfidia) demonstraret, verbum crucis, quod idem praedecessor contra damnationis filium Franciscum de Ordellafis civem Forliuensem, iusto Dei & eiusdem ecclesiae iudicio ut haereticum condemnatum, mandauerat praedicari in nonnullis ciuitatibus, castris, & locis, quae ipse Bernabos tyrannice detinebat, ausu temerario non permiserat praedicari, eidem damnato Franciscum alias tribuens consilium, auxilium, & fauorem; nonnullos quoque ecclesiarum & monasteriorum praelatos, etiam pontificali praeditos dignitate, quibus a cunctis Christi fidelibus debetur honor & reuerentia specialis, publicis iniurijs, & opprobriosis contumelijs afficere non expauerat; & inter alios proprium suum antistitem & pastorem, videlicet bonae memoriae Robertum archiepiscopum Mediolanensem coram se genuflectere coegerat impudenter, ac post multas contumelias sibi dictas, eum temerarie incarcerari, & quamplures clericos & ecclesiasticas personas seculares & regulares etiam in sacerdotio constitutas, capi publicis carceribus mancipari, crudeliterque torqueri, ac ignis, gladij, suspendij, alijsque acerbissimis poenis occidi, aliosque beneficijs & bonis proprijs denudari fecerat, alios vero a proprijs laribus exulare compulerat, ceterosque tallijs grauissimis & importabilibus exactionibus opprimendo, ac nonnullos in beneficijs ecclesiasticis intruserat, intrusosque defenderat; ac visitationes & correctiones ordinariorum, & alias exercitium iurisdictionis ecclesiasticae, etiam inquisitorum haereticae prauitatis, quae in suo nequam ardebat pectore, ausu temerario impediuerat, ac potestatem ecclesiasticam in eisdem ciuitatibus & terris; quas tyrannice detinebat, quantum in eo erat, totaliter eneuare & conculcare praesumpserat, libertatem ecclesiasticam in seruitutem miserabilem deducendo, nec non ecclesias & monasteria eorum castris, villis, iurisdictionibus spoliari; ac ut vesaniam suam patentius demonstraret, & honori & auctoritati sanctae matris ecclesiae, quam sicut alienatus filius praenimia sua superbia conatur contemnere, non deferens, praefatum praedecessorem & venerabiles fratres nostros S. R. E. Cardinales excommunicatos per quemdam sacerdotem publice proclamari, nec non apostolicas & legatorum Apostolicae sedis ac inquisitorum haereticae prauitatis literas & processus, ac etiam literas clausas, quae iam dicto praedecessori ac eisdem Cardinalibus & alijs ad Romanam curiam de diuersis mundi partibus mittebantur, aperiri, legi, ac etiam lacerari, eorumque latores capi & carceribus mancipari sapissime mandauerat & fecerat; ac etiam prohibuerat, quod nullus ad dictam Romanam ac tuam curias ire praesumeret, in eis gratiam vel aliud impetraturus, ac eisdem praedecessori & legato de his, quae debebantur eisdem, aliquatenus respondere, aut dare auxilium, consilium, & fauorem; & quod absque sua vel cuiusdam sui detestabilis ministri nomine Geraldoli licentia nulla electio, postulatio, supplicatio, seu prouisio fieret in ecclesijs ac monasterijs & locis ecclesiasticis, & mulierum, ciuitatum, castrorum, villarum, & locorum praedictorum, quae (ut praemittitur) detinebat, facientes contrarium puniendo grauiter, & quae super his facta fuerant

reuocando de facto; ac, non veritus ponere os in caelum, auctoritatem apostolicam imperialemque potestatem, & (quod est nefandissimum) diuinam potentiam pollutis labijs certisque verbis sacrilegis denegauerat; quae idem praedecessor attendens in grauem Dei offensam, dictae sedis contemptum, animae suae periculum, ecclesiarum & personarum ecclesiasticarum graue praedictum, & grauenam, ac laesionem ecclesiasticae libertatis, & plurimorum scandalum redundare, & non carere scrupulo dictae haereticae prauitatis; cum ad ipsius praedecessoris pertineret officium tam abominanda scelera non dimittere incorrecta, licet illa adeo essent notoria, quod nulla poterant tergiversatione celari: ad cautelam tamen & maiorem certitudinem eorundem se de praemissis legitime ac plenarie informauit, ac per informationem huiusmodi reperit eadem facinora esse notoria & etiam manifesta. Propter quae praedecessor ipse, habens eundem Bernabonem merito suspectum de haeresi, eum qui propter suam crudelitatem manifestam personaliter citari non poterat, per publicum citauit edictum, ut certo termino peremptorio competenti se suo conspectui personaliter praesentaret, de eiusdem fidei articulis responsurus. Et cum idem Bernabos in dicto termino comparere contumaciter non curasset, praefatus praedecessor post uocationem seu proclamationem de ipso Bernabone factam ad portam palatii apostolici, ut est moris, eundem Bernabonem de fratrum suorum consilio auctoritate Apostolica reputauit, prout erat, exigente iustitia, in huiusmodi causa fidei contumacem, & in eum propter huiusmodi contumaciam excommunicationis sententiam promulgauit; decernens auctoritate praedicta contra eum fore ad poenas alias procedendum, prout excessuum praedictorum enormitas, & contumacia praedicta exigent, & iustitia suaderet, &c. *Dat. Aui. 10. kal. maij anno 1.*

Obduruit a in pertinacia Bernabos, atque expectatus ut resipisceret, uocatusque in ius non comparuit: sed scelera cumulauit sceleribus, ac latius tyrannidem, Deo hominibusque contemptis, propagare annisus est: quare iudicarijs alijs edictis ipsum defixum visurum sumus. Ceterum Galeatius Vicecomes eius frater veritus, ne ipsidem poenis una cum fratre inuolueretur, causam suam apud Pontificem egit: b a crimine oppugnatae Bononiae purum esse. Admissae illius preces c ea lege, ne fratri in ecclesiastica ditione inuadenda studeat. Molitus porro est plura nefaria consilia aduersus rem pontificiam Bernabo: sed illius conatus irriti cecidere. Tentauit primum Forumliuini ad rebellionem concitare, ac Stephanum Iudicem, & nepotem Francisci Ordellafis ex spuria subornauit d: sed coniuratio auctorum sanguine extincta est. Centum in Bononiensi agro adortus propulsatus est e: prodicione Bononiam sibi subijcere studuit f: sed illius participes affecti supplicio. Dein ut legatum nouo in Piceno bello implicaret, atque ab inferendis Bononiensibus auxilijs retardaret, Boscheretum, Montemnouum, Corinaltum Piceni oppida ad defectionem traxit: g sed horum postremum subito legati aduentu oppressum h, alia duo arctiori obsidione propulsatis Bernabonis copijs, perdomita i. Ut vero furentem hominem leniret Pontifex, Nicolaum Accaiolum Florentinum Melphensem comitem, qui a Ludouico Rege Siciliae, ut dicitur inferius, missus fuerat ad aulam Auenionensem, permouit l ad

Diuinam pontificiam imperialemque auctoritatem uerbis blasphemis negasse.

Iudicario propterea ordine in Bernabone inquisitum.

Indicta illi dies peremptoria.

Aucta Bernabonis scelera a Urbano sup. ep. 6.

b Matth. Vill. 9. e. 92. c Eod. cap. Elusi eius conatus.

d Cap. 79.

e Cap. 80. f Cap. 99.

g Cap. 106. h Eod. cap. i Cap. 111. Lenire eius furorē nuntur In nocturnis, 17. 8. p. 1. ep. secr. pag. 101. su-

suscipiendas pacis interpretis partes, atque Aegidium legatum pacificandi cum Bernabone facultate intruxit a. Profectus in Insubriam Nicolaus, Bernabonem ad eas pacis leges adduxit, vt labente quinquennio octuaginta cētumue aureorum millia annua ab ecclesia acciperet: quas quāuis iniquas, si temperari non possent, admittendas censuit Innocentius hac de causa b.

Super predictis, inquit, habito cum quibusdam ex venerabilibus fratribus nostris secreto ac diligenti consilio, attendentes quanta damna & dispendia in prosecutionibus guerrarum, quantacunque bonestate vellentur, inuitis prosequentibus oriantur, & quanta incommoda & pericula ex prosecutione huiusmodi guerra ciuibus Bononiensibus, nostris & ecclesia prefata fidelibus, verisimiliter prouenirent; quodque semper Romana ecclesia magis consueuit pacem & concordiam eligere, quam bella gerere, in quibus humanus sanguis effunditur, & mala plurima committuntur; considerantes etiam expensarum profuua, qua nos subire in prosecutione huiusmodi oporteret, quibus camera apostolica propter diuersorum sumptuum onera, que ipsam oportuit annis elapsis plurimis pro recuperatione & defensione suorum iurium tolerare, ad presens insufficientis redditur, & alias (faciente temporum malitia) solito minus potens; concordiam huiusmodi pro bono ac publico & tranquillo statu dictorum ciuitatis, comitatus, & districtus eligibilem reputamus, dummodo concordiam ipsam similiter eligendam ducat tua fraternitas, que tam dicti Bononiensis negotij, quam aliorum nostrorum & dictae ecclesiae negotiorum plenior habere potest notitiam de propinquo. Dat. apud Villamnouam Auinionensis diocesis VI. id. iulij anno VIII.

10 Desciuisse a promissis Bernabonem, vt erat ambignā suspensaque ex euentu fidei, ex Mattheo Villano c colligitur: cum enim Nicolaum Accaiolum pro concordia inter ipsum & legatum intercessisse referat, addit legatum nonnulla pacta, de quibus nimirum superioribus literis erat edoctus, proposuisse Bernaboni: hunc vero ad singula capita respondisse, se Bononia imperitare velle: ac plura maledicta in legatum profudisse: ita abruptum cepti foederis colloquiū, ac Bernabonem Picenum & alia dittonis ecclesiasticae loca infestasse. Sed propulsati strenue illius conatus fuere d, atque etiam Bononia arcta obsidione, qua premebatur, liberata e: tum expugnata propugnacula munitissima f a tyranno ad coercedos intra portas Bononienses excitata. Ampliora etiam Vngariae Rex pollicitus est ecclesiae auxilia g ea lege, vt quae loca Mediolanensi eriperet, Vngarici iuris essent: cumque ita belli moles cresceret, de conciliando ecclesiae Bernabone agitarunt Florentini: sed Bernabos h colloquium est aspernatus.

Retulisse in eo Pontifici gratiam visi sunt Florentini, inter quos ac Pisanos cum grauis arderet dissensio, Innocentius cōcordiam redintegrare studuit, ac Bertrandum archiepiscopum Neapolitanum ad eos legauit i, grauisimisque monitis verumque populum ad mutuam colendam pacem subiectis verbis informauit 1: *Dilecti filij, flere non potest erga vos paternus affectus, nec lentescere boni pastoris officium, cum eos, quos loci vicinitas & mutua conuersationis velut innata necessitas facere deberet vnanimes, & pro vtriusque partis publica utilitate concordet, hostiles imbuere animos cernimus, & odiorum interpositione disiungis: estis enim gemini populi, & duae non modo Italia,*

sed multo terrarum orbe famosa respublica, altera alterius adminiculis indigentes, & adeo locis & mutua conuersatione coniunctae, vt inter vos suscitari scandala, & exoriri odia, aut bellorum commoueri tumultus, ciuilibus dici solet, in sua conuerti viscera videatur &c. Dat. apud Villamnouam Auinionensis diocesis V. id. iulij anno VIII.

11 Hoc anno missus in Liguriā est Andreas episcopus Ariminensis apostolicus internuntius, vt Simonem Buccanigram Genuensium pratorē ac senatum illum Corsicae sedis Apostolicae fiduciariae nomine in pontificia verba sacramento adigeret, exigeret censum a, deque nonnullis alijs pacificeretur: Cum, inquit, *peculiaris Apostolicae sedis ciuitas Ianuensis eidem sedi ad praestationem cuiusdam certi census annui ex causa media Corsica insula, quam obtinet, teneatur cum praestatione alias soliti iuramenti.* Caterum diremisit Genuenses hoc ipso anno veterem controuersiam, quae ipsis cum Petro Rege Aragonum de Sardinia & Corsica intercedebat, refert Surita b, ferente sententiam Astae Ioanne marchione Montisferrati vigesimo septimo martij die, cum vtraque pars illum anno superiori arbitrum pacis constituisset: Castellano enim bello implicitus Petrus Rex Aragonum Sardico facile vacare non poterat.

12 Hoc anno ad ecclesiam Leodiensem comitatum Loffensem, de quo antea motae ingentes turbae fuerant, deuolutum vita functo sine liberis Theodorico comite refert Innocentij vitae scriptor c. Subditque de cruciferorum equitum in Lithuanos expeditione: *Fratres insuper ordinis S. Mariae Theutonicorum in Prussia Casstor Regem Lithuanorum in bello capiunt: sed tamen captum detinere seu custodire nesciuerunt, nam de carcere eorum euadens multa, ipsis damna post intulit, & iniurias irrogauit.* His consentientia scribunt Cromerus d & Michouias e, quorum posterior ait, susceptum hoc bellum ob Ludouici marchionis Brandeburgensis aduentum; ac ter Christianos irrupisse in Lithuaniam describit: *Anno, inquit, Domini MCCCLX. Vinrichus de Kniprode magister Prussiae, aduentu marchionis Brandeburgensis animatus, in Lithuanos expeditionem egit, & exercitui Schindelcop marschalcum Prussiae praeficiens, terras Lithuanias vastauit, spoliaque & captiuos in Prussiam reduxit. Alteram expeditionem hyeme instante in Lithuanos resumpsit; & tertiam eadem hyeme peregit. Quibus quidem tribus expeditionibus Lithuaniam adeo vehementer afflixit, vt pro maiori partem desertam reliquerit. Expeditio tertia reliquis duabus ducis Keytūd captiuitate visa insignior, qui datis pluribus catholicorum captiuis apud Prussiam captis, eodem anno a captiuitate solutus fuit.*

13 Exemptus est ex humanis eodem anno Hugo Rex Cypri, ac sceptrum Petro filio reliquit: quem Pontifex vt conceptum ex paterna morte dolorem moderate ferret, ac regias virtutes sectaretur, est adhortatus f.

Innocentius, &c. charissimo in Christo filio Petro Regi Cypri illustri salutem &c.

Licet prius ad nostram peruenisset audientiam de morte clarae memoriae Hugonis Regis Cypri patris tui, tuarum tamen literarum series, & dilectorum filiorum nobilium virorum Raimandi Babini buclerij regni Cypri, & Ioannis de Carmayno ambassiatorum tuorum latorum praesentium pia ac diligens expositio, mortem Regis eiusdem, nostri charissimi filij & tui patris, as-

176. pag. 100.

176. pag. 101.

Ingentem vim auri illi pendere se delibere.

Pacis formula a Bernabone repudiata. e Marth. Vill. l. 9. c. 110.

Soluta Bononiae obsidio. d. l. c. 111. e Lib. 10. c. 4. f. l. c. 111. g. Cap. 5. Instaurata pacis colloquia. h. Cap. 14. Orta inter Florentin. & Pisanos dissidia. i. To. 8. p. 1. ep. fecr. pag. 80. & 10. 8. p. 1. ep. fecr. pag. 104. 105. l. Pap. 148.

176. pag. 101.

Composita inter Aragonum & Liguriae de Corsica. a. Surit. l. 9. annal. c. 29.

e. Gell. l. 1. c. 11. apud Boss. Lithuanos a fidelibus dominis.

d. Cromer. l. 1. c. 11. e. Michouias. l. 4. c. 26.

Keillatus dux cepit. Redditus Christianis captis se reddidit. In Cypri Hugonis Patri successit Petrus.

f. To. 8. p. 1. ep. fecr. pag. 90.

Consilio tunc cum Innocentio licet.

firmans, compassionis materiam nostris sensibus renouauit. Non enim non turbari de tam catholici principis, & nobis & sedi Apostolicæ ac Romanæ ecclesiæ specialis filij morte patris præcordia potuerunt, quoniam inter cæteros orbis terræ Reges & principes propter grandis suæ deuotionis & fidei, quam ad nos & dictam gerebat ecclesiam & alias, sonorum claræ suæ famæ præconium hunc non immerito singularem & charissimum habebamus. Tibi quoque, charissime fili, affectione paterna compatimur, tuisque doloribus condolemus. Verum ex hoc materiam consolationis assumimus, & te consolari ex eo similiter affectamus, quod licet patrem beneuolum amiseris; Rex ipse tamen, utpote princeps Christianissimus, in diurni longitudine senuit, & tandem receptis, ut catholicum decet principem, salutaribus sacramentis finiuit, prout læti didicimus, in bonorum cursu operû dies suos, æternæ benedictionis gaudijs, sicut speramus, in Domino cum supernis principibus potiturus. Cæterum de eo, quod tam per dictos ambasiatores quam literas eadem, te ad omnem reuerentiam sanctæ Romanæ ecclesiæ atque nostram, liberaliter obtulisti; serenitate tuam dignis laudum præconijs attollimus, ipsamque exinde multipliciter in Domino commendantes, propositum tuum huiusmodi tuis quotidie magis inherere præcordijs affectamus.

14 Paternis itaque exhortationibus excellentiam regiam rogamus & hortamur attente, quatenus considerans diligenter, quod in hoc regis dignitatis exordio, qualis euasurus sis principem in posterum, maxime colligetur, in timore Domini & reuerentia dictæ ecclesiæ vitæ tuæ stabilitas fundamentum: ecclesias quoque & ecclesiasticas personas ob Dei honorem, & sponsæ suæ dictæ ecclesiæ reuerentiam commendatas sub tui culminis potestate suscipias, & tuis consuevas fauoribus & defendas; ac per laudabiles tui patris bonorum operum semitas, eius sequendo famosa vestigia, gradiaris. Iustitiam, sine qua facile magna depereunt, & cum qua minima prosperantur & crescunt, in regno tuo studeas personis singulis ministrare. Sicut namque scire te conuenit, ubi sub æquitate regnantium uiuitur, rerum publicarum status, thronus regius solidatur; utique, charissime fili, per hæc, & alia virtutum opera præter diuinæ retributionis præmia, felicitium tibi successuum continue prouenient incrementa. Nos quoque sperantes, te prædictis alijsque salutaribus consilijs tanquam benedictionis filium cum operum efficacia diligenter intendere, libenter curabimus excellentiæ tuæ votis, quantum cum Deo poterimus, complacere.

Postremo hoc exhortationibus nostris adijcimus, quod iustitiam, quam faceres per tuos subditos personis singulis obseruari, in te ipso obseruare procurans, in causa dilecti filij nobilis viri Hugonis de Lisignano nepotis tui benignus tui censor existas, prout requirere uideatur ipsa iustitia, quæ in singulis semper est humanis negotijs præferenda, prout pro parte nostra præfatis tuis ambasiatoribus, cum quibus in nostra constitutis præsentia latius super materia ista contulimus, informationem recipere poterit eadem tua serenitas plenior. *Dat. apud Villanouam Auinionensis diocesis 10. kal. iulij anno VIII.*

15 Intenderat Hugo, Petri nepos ex fratre

Guidone maiore natu, iudicium patris apud sedem Apostolicam de regno Cyprio, quo iniuste, spoliatum se disceptabat, cum patrem Guidonem, qui si Hugoni auo ultimo Regi superstes extitisset, sceptrum erat correpturus, referret; præterea Hugo Rex pactus esset, dum filio Guidoni maiori natu Mariam Imperatricem despondidit, suscipiendum ex ijs filium regno successurum. At Petrus Rex, licet esset secundus natu, contendeat tamen, se proximo gradu ultimam Regem attigisse, regni que possessionem iniuerat. Cum vero metueret Pontifex, ne ciuile inde bellum conflaretur in Cyprio, ex quo insula infidelibus circumfusa in eorum seruitutem procumberet, hæc ad Petrum Regem ad Hugonis nepotis gratiam scripsit a.

Innocentius, &c. charissimo in Christo filio Petro Regi Cypri illustri salutem.

Nuper dilectus filius nobilis vir Hugo de Lisignano, primogenitus quondam Guidonis de Lisignano primogeniti claræ memoriæ Hugonis Regis Cypri patris tui, nobis exposuit cum querela, quod licet in regno Cypri fuerit obseruatione continua hæctenus consuetum, quod primogenitus Regis eiusdem regni, qui est pro tempore, eidem Regi debeat in ipso regno succedere; ac præter hoc tempore tractatus matrimonij inter charissimam in Christo filiam nostram Mariam nunc Imperatricem Constantinopolitanam, & tunc dicti Guidonis consortem, ac præfati Hugonis de Lisignano matrem contrahendi, pro parte & nomine dicti Regis conuentum fuerit solemniter & firmatum, quod primogenitus ex ipsis Guidone & Maria nasciturus in regno succederet prælibato, & propterea dicti regni successio ad ipsum conuenientem, qui dicti sui patris noscitur repræsentare personam, & primogenitus dicti Guidonis existit, pertinere noscitur; tu tamen secundogenitus Regis eiusdem regnum ipsum iniuste occupas, regis dignitatis titulum & regni ipsius administrationem & regimen indebite usurpando; asserens, quod huiusmodi ius suum intendit prosequi per omnem viam, quam sibi nouerit melius ualituram; quodque ad illius consecutionem magis optaret per apostolicæ interpositionis remedium, quam per quemcumque modum alium deuenire; quare nobis humiliter supplicauit, quod cum ipse paratus sit de iustitia sua nostram sufficienter informare conscientiam, & plenarie facere nobis de illa constare, super ijs, prout uideremus expediens, partes nostras interponere, & paternæ prouisionis adhibere remedium ab ipso huiusmodi negotij principio dignaremur.

Nos igitur, qui paternæ dilectionis affectum, quem ad præfatum tuum genitorem tanquam ad nostrum & Romanæ ecclesiæ filium prædilectum, & inclytum in suo regno fidei catholicæ defensorem, & ecclesiæ militantis athletam habuimus, libenter in suos posteros deriuamus, tuique ac præfati Hugonis & dicti regni pacem & quietem, ac prosperitatis augmentum, tanto cordialius affectamus, quanto his regnum ipsum, inter hostes Christianæ fidei situm, & eis quasi continuis oppugnatoribus quodammodo circumseptum, magis noscitur indigere; considerantes, quod idem Hugo generosis & potentibus vallatum se inuenit consanguineis & amicis, qui ad prosequendum eius iura tam fauorabiliter quam potenter sua eidem præstare ualere auxilia & fauores; quodque si inter te & ipsum (quod ab-

Lis de Cyprio regno inter Regis de fundi secundum natu & nepotem ex primogenito.

Ad 8. p. 1 ep. secr. pag. 68.

Hugo Lisignan. cau sam apud sedem. Apost. diceptat.

Ostendit Pont. bellum imminere, ni Hugo nius suu reddatur.

De officio delati...

Comme...

Eam in nepotis...

absit) oriretur scintilla discordiæ, in damnosum, nimium crescere posset incendium, quod neque pro tuo neque pro illius arbitrio sopiretur, cum facile sit initium dare discordijs, sed sæpe ultra, quam difficile illas sine laudabili terminare; ac proinde personarum strages, damna rerum, multorum turbationes fidelium, guerrarum discrimina, ac plurimorum scandala, cædes, incendia, & his peiora, quibus arma commota versantur, & belli furoris incitatus ardor insanit (quodque magis timendum est) animarum pericula non solum eidem regno, sed multis Christi fidelium populis ex huiusmodi prouentura fore discordia, verisimiliter formidantes; cum tantis malis & scandalis nostris obuiare remedijs, prius quam eis detur aditus, ex iniuncto nobis summi apostolatus officio cura vigili debeamus, & inter cunctos Christi fideles, præsertim principes & potentes & sanguinis vnitatis coniunctos, quorum sicut pluribus concordia proficit, ita eorum dissidia in damna deriuantur plurimum, pacis & vnitatis vinculum conseruare; magnificentiam tuam rogamus, & in paternæ charitatis affectu attentius exhortamur, quatenus non quid velis, sed quid velle te deceat, quid dicet ratio, quid iustitia suadeat, quid honestas exposcat, tranquilla mente discutens, si est ita, vt idem Hugo proposuit coram nobis, benignus tui ipsius censor existas, & veritati (quæ singulorum sine forensi querela conscientiam indicat) mansuetudinis tuæ colla submittas, animo humili iustitiæ debitum priuatis affectibus præferendo.

16 Neque tibi per nos, charissime fili, suaderi rem factu difficilem videatur: in hoc enim paterna consilia maiori debes deuotione suscipere, si id agere conamur, vt per occupationem indebitam (si est ita) temporalis regni, & vanam huius mundi gloriam, quæ est adinstar puncti, veram ac solidam & duraturam perpetuo æterni regni gloriam non amittas: illud quoque circumspicte considerans, quod cum tu, præfati Hugonis patruus existas, ac propterea ipse caro & sanguis tuus fore protinus censeatur, si in regno prædicto sibi faueat iustitia, tu non immerito sui honoris & status ac dignitatis eiusdem fore particeps dicereris: & si (quod absit) ius, quod ei debetur, dictum regnum violenter occupando surriperes, præter offensam Dei, qui iustus est iudex, & vult vnicuique tribui quod est suum, non Regis titulum meruisse apud homines, sed occupatoris nomen, quod vtique esse debet a tui generositate sanguinis alienum, potius videreris; ac per hoc illam, quam querere debes, gloriam non haberes; nec non & Regnum ipsum multis exponeres periculis & iacturis. Sed ne de vno loquendo tacere forte de iure alterius videamur, cum illius debeamus imitatores esse, apud quem non est acceptio personarum, & qui singulis suam vult iustitiam ministrare; exhortatione simili te rogamus, quatenus ad obuiandum malis huiusmodi, quæ ex tua & dicti Hugonis discordia possent verisimiliter exoriri, de iure tuo, per personas solemnes, nostram non differas conscientiam plenarie informare.

Nos enim inter te & Hugonem eundem, non personis, sed iustitiæ potius deferentes (cum sedis Apostolicæ consulta maturitas non personas accipere, sed honorare debeat in singulis veritatem) pro vtriusque iure cognoscendo & declarando ac debita stabilitate firmando, nec non commodis & honoribus promouendis (quantum nobis suadere

iustitia, in qua debitores sumus omnibus, videatur) libenter laborare proponimus, & vsque ad præmissorum terminationem, quam cum fauore diuinæ gratiæ speramus futuram esse prosperam & votiuam, indefinentibus studijs interponere partes nostras. Super præmissis autem, per dilectum filium Angelum de Luca seruientem armorum, & familiarem nostrum, latorem præsentium, expectamus tuæ magnitudinis literas responsales. Dat. apud Villam nouam Auinionensis diocesis. 1x. kal. iunij anno viii.

Retinuit Cyprium sceptrum Petrus Rex, atque a B. Petro Thoma episcopo Coronensi Apostolicæ sedis in oriente legato regia inunctione liniri exoptauit a. Agebat tum Rhodi grauissimo morbo implicitus legatus sanctissimus: cumque diuinæ gloriæ augendæ pio accensus ardore, mare conscendisset, iamque inter vitæ mortisque confinia luctari videretur, repente cælesti virtute ad B. Gregorij imploratam opem valetudini est restitutus, ac Petrum Cypria & Ierosolymitana, corona Famagustæ in ecclesia principe ritu solemniter redimiuit b. Vt verò mox ad Græcanici schismatis excindendas reliquias ex apostolico mandato studia conuerterit, describit Philippus e Mazerijs Cyprij regni serinij magister: *Dehinc, inquit, audiens episcopos & sacerdotes Græcos, reliquumque populum Græcorum, qui in Cypro degerant, esse schismaticos, nec eos velle Romanam ecclesiam audire, inducendos pro viribus fideles Christianos suis adberere ritibus & legi, bona Regis venia vocauit coram se in ecclesiam maiorem Nicensensem primum ac præcipuum episcopum Græcorum cum suis omnibus sacerdotibus. Cum venissent omnes, D. Petrus Thomas singulas ecclesie portas iussit claudi, tum tumultum Græcorum veritus: sedensque ante maius altare benigne eis & aperte errorem suum sacra scriptura explanationibus indicauit, conatus eos ad veram fidem & ecclesie Romanae obedientiam reuocare. Multi igitur errorem cognoscentes, & culpam confessi ad se reuersi sunt. Dæmon autem, tanti boni tantique fructus ecclesie inuidus, per auxilium cuiusdam obstinati & pertinacis presbyteri ceteros inflammauit mouitque ad ructandos D. Petro Thoma cæcinnos. Populus vero extra portas ecclesie congregatus rimorem audiens, coepit irasci & clamare contra D. Petrum Thomam: subitoque totius multitudinis ad ecclesiam factus est concursus, quæ diceret occidendum esse legatum. Impij sacerdotes Græci, furias & rabiem populi intelligentes, portas ecclesie aperuerunt: & illico furij agitata multitudo in ecclesiam ruit. D. Petrus Thomas videns ista, multis ex seruis eius & familia in fugam conuersis, dixit reliquis, qui secum remansissent: Confidite in Domino. Afferte crucem coram me, & moriamur fortiter pro tuenda fide catholica. Prorupit hæc in verba ante maius altare, resistens immobilis vbi sederat, constantior ante hostes persuerans, & mortem expectans acriter. Rex vero, cum audisset quæ peragerentur in ecclesia, fratrem suum principem Antiochenum misit: qui statim conscendens equum, armatus cum multis militibus ad ecclesiam occurrit; eiciensque foras multitudinem, de hoc periculo D. Petrum Thomam liberauit: quæ de re fideles vniuersi gratias Deo retulerunt. Et quamuis hanc capitis aliam incurrerit D. Petrus Thomas, minime desistit a susceptis: nam predicans Græcis, instruensque eos modo minis, modo blanditijs, diligenter munere functus legationis adeo effecit, vt præcipuum ac priuarium illorum episcopum cum alijs, immo etiam & pene*

Humana felicitas vitrea est.

Petrus B. Petro Thoma regis inunctione liniri exoptauit a. Agebat tum Rhodi grauissimo morbo implicitus legatus sanctissimus: cumque diuinæ gloriæ augendæ pio accensus ardore, mare conscendisset, iamque inter vitæ mortisque confinia luctari videretur, repente cælesti virtute ad B. Gregorij imploratam opem valetudini est restitutus, ac Petrum Cypria & Ierosolymitana, corona Famagustæ in ecclesia principe ritu solemniter redimiuit b.

Eiusdem studia pro euellendis schismaticis reliquijs.

Constantia in spe nedis pro fide vitæ periculis.

Plures Græci eo conuati ecclesie.

peno omnes Gracos sacerdotes illius insule inobediencia ecclesia Romana confirmarit, quod nullus unquam prelatorum aut legatorum perficere potuerat.

17 Addimus ad huius anni calcem pontificis liberalitatis in Ioannem e Brenna monumentum in quo cum de sacris ornamentis agatur, ad veteres ritus designandos pontificias literas a afferemus.

Innocentius &c. dilecto filio nobili viro Ioanni de Brenna militi Lemouicensis diocesis.

Ad nos nuper veniens institisti, vt infra scriptum furnimentum diuino cultui dedicatum, ad eiusque vsum tibi concedere dignaremur. Tuis ergo supplicationibus inclinati, vt infra scripta, quibus te indigere asseris, fulcimenta, videlicet vnam casulam de syndone aurifrigiatam, & tres pannos integros de syndone rosifeminatos, vnamque albam simplicem cum amictu, zonamque vnicam fili albi cum tribus mappis altaris, & vnam stolam cum manipulo, ac pixide lignea, missale quoque cum auriculario de serico, & calice argenteo cum patena marcharum quatuor & duarum ponderis vnciarum seu circa; duo quoque vinageria cum patena argenti vnus marchæ dimidij ponderis, seu circa; corporalia quoque cum eorum propitiatorio, duobus quoque candelabris cupreis, atque cruce parua argenti ad vsum huiusmodi habere valeas & tenere, de liberalitate nostra tibi & tuis posteris vniuersis liberaliter elargimur. Nulli erga, &c. Dat. Auin. v. kal. ianuarij anno VIII.

IESV CHRISTI

annus 1361.

INNOC. PP. VI. 9.

CAROLI IV. IMP. OCCID. 16. IO. PALÆOLOGI IMP. OR. 21.

ANus post Christum natum sexagesimus primus supra millesimum trecentimum indictione quartadecima epidemice scuitia, incendijs, terræmotibus, ostensis celo signis, prædonum populationibus, denique tyrannorum ditionem ecclesiasticam laniare ambientium bellicis asperrimus fuit: quo maxime Ægidio Cardinali A. S. L. aduersus Bernabonis Vicecomitis, Bononiæ sibi subiiciendæ cupiditate insanientis, impetus desudandum fuit. Profectus is in Vngariam est, vt Ludouicum Regem ad capeffendam Romanæ ecclesiæ clientelam, tuendaque armis illius iura excitaret: sed alia agitantem consilia ad id adducere non potuit. At Carolus Augustus noua tyranno dedit imperia, vt a Romanæ ecclesiæ ditione infestanda sibi temperaret, omnibusque honoribus, ac beneficijs Romani imperij liberalitate acceptis exuendum pronuntiauit, cni excurrente viginti dierum spatio pareret. Dexit illum etiam Pontifex apostolica sententia, atque hæreseos nota ob pertinaciam in auctoritate ecclesiastica contemnenda insignem inussit: sed qui rationis, legum, ac diuini timoris iugum excusserat, his vocibus & minis ludibrio habitis, iactabat arroganter, inuitis omnibus Bononia se potiturum.

Nec modo vires suas omnes, quæ erant maximæ, tum ad agrum euastandum, tum ad urbem oppugnandam effudit; verum periculofissimas coniurationes Foriliuij & Bononiæ, quæ feliciter oppressæ sunt, conflauit, & Franciscum Ordelaifum f, ac Ioannem Manfredum g, quos lega-

tus ægre antea ad officium coegerat, nouarum rerum spe elatos ad rebellionem concitauit, instruxitque copijs, quibus stipati plura intulere damna. Sed dum in Ariminensem agrum illi excurrunt a, Galeottus Malatesta b Bononiam, cum aliquot auxiliarijs turmis noctu venit, ipseque subinde ac Malatesta nepos, qui pontificijs copijs Bononiæ præerat, vrbe summo mane egressi Bernabonis castra, magna hostium strage edita, ac Ioanne Bilegio duce in vincula abducto, vigesimo iulij expugnarunt, de quibus fufe Matthæus Villanus. Qui etiam narrat c, Nicolaum Turrianum patriarcham Aquileiensem, dum ecclesiæ suæ iura tuebatur, post magnas contentiones cum duce Austriae conuenisse, vt Caroli Imperatoris sententiæ starent: cumque ad eam excipendam Viennam fraude ac dolo pellectus fuisset, traditum custodia: illum vero ea perfidia cognita, mox arcanis literis clientes omnes suos monuisse, vt fortissime ditionem Aquileiensem defenderent; nec metu cuiuscumque aduersi casus, quem ipse foret subiturus, terrentur.

2 Quod ad Carolum Imperatorem attinet; Venceslai ortus, suscepit hoc anno e coniuge filium, quem magna pompa sacris baptismalibus a Germanis præsulibus, Venceslai nomine indito, initiandam curauit: ad cuius celebritatis augendam latitiam sacra passionis Christi instrumenta, quæ vna cum alijs imperialibus insignibus afferuantur, populis magno pietatis sensu ex illorum inuitu delibutis ostendit, quæ Rebdorfus horum spectator his verbis prosequitur d: Hic filius baptizatus est dominica qua cantatur, Misericordia Domini, qua tunc fuit III. id. aprilis in parochia S. Seuoldi in Nurnberg Babenbergensis diocesis: & leuatus de fonte per archiepiscopos Moguntinensem, Coloniensem, Pragensem, & per episcopos sex & quinque abbates; & nomen eius Venceslaus appellatum: et durauit hæc curia cum magno gaudio per octo dies. Nam & insignia imperialia Imperator iubet deduci de Boemia & solemniter ea ostendit ibidem, & existentibus ibidem denunciatur magna indulgentia, quas Innocentius VI. Papa tunc gratiose concessit, videlicet easdem indulgentias, quas in Vrbe Romani Pontifices in die cæna Domini concedere consueuerunt. Et habita ibi sunt basilidia, & alia solatia infinita. Observatum autem fetunt, e illum baptismales fontes contaminasse lotio, & deinde impositum altari vt corona cingeretur, illud stercore inquinasse: datumque ita exemplo Constantini Copronymi triste præfagium, sub hoc Rege omnia sacra ab hæreticis scædaturum iri. Pergit Rebdorfus: Post hæc Imperator disponit * habitare limina B. Virginis Aquisgranum: sed deliberat mittere offertorium illuc pro filio suo nato, vnde iubet filium ponderare in statera cum auro, qui ponderauit sedecim marchas auri, quas mittit Aquisgranum: & ipse cum vxore & filio & insignibus superscriptis in Boemiam est reuersus. Et nota quod insignia imperialia, quæ tunc vidi, de quibus Papa scilicet indixit, sunt hæc: primum ferrum lanceæ, quæ transfixit latus Christi: item clausus cum aliquali petia ligni sanctæ crucis, quæ transiuit manum Christi: item gladius Caroli magni primi Imperatoris Romanorum, quem tunc Imperator tenebat in manibus; & corona, quæ coronatus est in Imperatorem a Leone Papa III. item gladius Mauricij martyris: item petia brachij S. Anna matris Mariae virginis, & dens Ioannis Baptista: item petia cordæ, quæ Christus fuit ad columnam ligatus: sponsia, quæ fuit in cruce.

a Cap. 56. b Cap. 58. 59. Fortiter propulsa.

c Cap. 68.

Aquilei. sis patriar cha dolo caprus.

Venceslai ortus.

d Rebdorf. in annal.

Celebrata magna pompa illius sacra baptismalia.

e. Dubr. bist. Boem. l. 23. & alii.

* visitare

Ostensa sacre reliquiaz.

potatus; & alia plures reliquia sanctorum.

Michou.
l. 4. c. 26.

3 Tradit Michouias a, hoc anno inflictam diuinitus repentinam mortem cuidam Prædicatori, dum e sacro suggestu Virginem peccati originalis labe non caruisse declamabat: Anno, inquit, Domini MCCCLXI. quidam lector ordinis Prædicatorum in Cracouia, frater Paulus nomine, coram clero & populo in maiori ecclesia Cracouiensis B. Mariam virginem non absque originali peccato fuisse in Polonico declamans & prædicans, cecidit & expirauit. Eadem narrantur in fasciculo temporum b ex Henrico de Halsia; ac plures, qui in eo argumento scribebant, exterruisse. Scribit quoque Michouias c, Vratislauriam conflagrassse, Quo anno etiam Gandauum, Brugas, Mechliniam incendijs deformatas refert Meyerus d. Matthæus autem Villanus testatur e Lateranensem ecclesiam cæmentarij incuria, dum plumbo tectum operum reficiebat, arsisse atque sacella, quæ in ecclesiæ circuitu ornata viscebantur, absumpta; reliquias tamen pretiosissimas, quæ in ædicula sancta sanctorum nuncupata conditæ erant, e medijs flammarum globis ereptas: quas etiam in alio incendio, sedente Clemente V. diuinitus seruatas vidimus.

b Fasciculum an-
thor.
Deforma-
te yrbes
incendio,
c Michou.
super. c. 26
d Meyer. l.
13. Matth
Vill. l. 10.
c. 54. &
alii.
e Matth.
Vill. eod.
lib. c. 69.

Pestis In-
subriam
depalci-
tur.

f Petrarc.
l. 3. ver. se-
culum ep.
1.

Auxit superiora mala pestilentia sauiissima, quæ præcipue eas partes infecit, quæ in præterita epidemia acris salubritate potitæ mali vim euaserant. Quam calamitarem ita luget Petrarca in literis ad Ioannem Bocacium datis f, dum eorum ineptias ac deliria refellit, qui syderum aspectibus, non mortalium sceleribus epidemiam ascribunt: Annum, inquit, etatis huius vltima MCCCLXVIII. luximus: nunc legendi principium illud fuisse cognoscimus, neque ex illo cessasse unquam hanc insolitam & inauditam a seculis mali vim, huc illuc, dextra leuaque, amicatoris more promptissime ferientem. Itaque toto sæpius orbe transcurso, cum nulla maneat pars immunis, quasdam bis terque repetijt, nonnullas anniuersaria tabe pessumdedijt. Mediolanum urbem Ligurum caput æt metropolim, usque ad inuidiam hætenus horum nesciam laborum, & calis salubritate ac clementia, & populj frequentia gloriantem, sexagesimo primis annis & vocuam fecit & squahdam. Hæc Petrarca, cui plures alij auctores consentiunt, Nec Mediolanum modo, verum alia multa Italiae yrbes afflicta: inter quas Venetiæ duce Delphinum hoc oppressum morbo amisere g, cui Laurentius Celsus publicæ rei gubernaculis suffragus. Tum plura Illyrici, Galliarum, & Angliæ loca lue euasata h: immo Syria & Aegyptus, in quibus Damascus & Alexandria morbi eiusmodi contagione grauissime laborarunt.

Et plura
occidentis
& orientis
regna.
g Matth.
Vill. l. 10.
c. 64.
h Eod. l. 10
c. 38. 46.
103.

i Rebdorf.
in annal.
Plures
Cardina-
les peste
extincti,
l Matth.
Vill. l. 10.
c. 71. V. val
sing. 17.
Eduar. III

m Gestæ
Innoc. VI.
apud Bosq.
Contel. in
Innoc. VI.
& alii.

4 Perijisse Auenione maximam præsulum multitudinem, & plures etiam Cardinales, refert Rebdorfus i; adeo vt maior terror, quam Clementis VI. temporibus ijs, qui in aula pontificia erant, offusus fuerit. Et Cardinales quidem nouem cum magna prælatorum & cleri multitudine pestis sauitia absumptos hos memorat Matthæus Villanus l, vicecancellarium, episcopum Prenestinum, Cardinalem Cisterciensem, Petrum episcopum Ostiensem, Cardinalem Culamagna, Andream Tudertinum Florentinum appellatum, Turrianum, tum eum qui supremus olim Minoritarum magister fuerat, atque alium, cuius nomen non exprimit. In quorum locum suffecit Innocentius eodem anno alios viros insignes, cum quibus totius ecclesiæ onera partiretur, atque hos eius vitæ auctor designat n: Ibo etiam

eodem anno die xvii. septima mensis septembris, qua fuit feria sexta quatuor temporum, præfatus Innocentius Papa fecit ordinationem octo Cardinalium, quinque presbyterorum, & trium diaconorum. Presbyteri autem fuerunt dominus frater * Fortaminus Vassalli diæcesis Caturcensis ordinis fratrum Minorum, tunc patriarcha Gradensis: dominus Petrus Itery diæcesis Petragoricensis, tunc episcopus Auenensis: dominus Ioannes de Blandiacbo diæcesis Vticensis, tunc episcopus Nemaufensis: dominus Aegidius Aysellini de Monteacuto Aruernigena, tunc episcopus Morinensis & cancellarius Regis Franciæ; & dominus Androinus de Roca natione Burgundus, tunc abbas Cluniacensis. Diaconi vero fuerunt, dominus Stephanus Alberti diæcesis Lemouicensis, tunc electus Carcaffonensis nepos Papa; dominus Guillelmus Biagola diæcesis Mimatensis, tunc electus Vabrensis; & dominus Hugo de S. Martiali diæcesis Tutellensis legum doctor præpositus Doacensis.

Notori
Cardina-
lium crea-
tio.
* Fortami-
nus

5 Quamuis vero pestilentia genus humanum adeo, vt diximus, affligeretur; obseruat tamen, Matthæus Villanus a, vitia hominum non emendata fuisse, sed in ijs effrænata licentia volutatos pecudum more, quæ dum socias in lanicna trucidari intuentur, salire ac lasciuire non abstant; ac rapinis & bello vt antea vacasse. Exercuere cæteris licentius prædones fæderati omnia scelerum genera, qui cum diurno tempore in castris versati, assuetique armis & rapinis, pristinum vitæ genus abijcere asperrarentur, præfectis sibi ducibus iustos æquarunt exercitus, pluraque regna euaslarunt. Luxit sub horum furore præcipue Gallia, inque magnas angustias aula pontificia adducta est, vt narrat Rebdorfus: b Anno, inquit, Domini MCCCLXI. mense Ianuario quedam societas armatorum se congregat iterato vt supra circa Auenionem supra Rhodanum, & capiunt castrum Spiritus sancti & pontem Rhodani ibidem, vt prohiberent victualia deferre curia Romana; ac prædas & cades faciunt circumquaque. Et sic societas triplex, vna circa Rhodanum ab Aquilone, alia ex parte australi versus Montempessulanum, tertia ab oriente versus Carpentracum; ita quod curia timuit sibi multum: sed taxem assuerunt, quod Papam & curiam nolent damnificare. Securus autem non patuit introitus curia Romana: propter quod * magna, quam propter priorem societatem curia est valde turbata, & pro subsidio dominus Papalegationem domino Carolo Imperatori & Alemannia principibus dirigit seriosam.

a Matth.
Vill. l. 10.
c. 46.

Prædoni
grallatio-
nes.

b Rebdorf.
in annal.
V. val.
in Euan-
g. III.

Confugit itaque ad solitum in extremis rebus perfrugium Innocentius & crucis insignia attolli iussit c, ac sacrae expeditioni Petrum Ostiensem episcopum præfecit, præmia indulgentiarum ijs pollicitus, qui ipsum aduersus hostem sequerentur, vt Innocentij vitæ scriptor subiectis verbis exponit d: Innocentius Papam cum tota sua curia, nec immerito, fuerunt plurimum conturbati: et ob hæc ad obuiandum eorum malitiæ per ipsum Papam tanquam contra hostes Dei, fidei, et ecclesiæ suæ fuerunt facti processus, et data cruciata, concessaque indulgentia plenaria omnibus expugnantibus et persequentibus ipsos. Quibus per varias partes diuulgatis, venerunt quamplurimi crucis signaculo insigniti, aduersus eos dimicare et certare disponentes: quibus idem Innocentius constituit capitaneum et ductorem dominum Petrum Cardinalem Ostiensem superius nominatum. Sicque per Dei gratiam actum est, quod dicti malefici locum prædictum satis cito possidimiserunt.

* magis

Cruciat
militia in
eos con-
scripta.
c Matth.
Vill. l. 10.
c. 27.
d Gestæ
Innoc. VI.
apud Bosq.

runo. Mouisse rursus, postquam Petrus Ostiensis lue extinctus fuit, eadem socias turmas, ac Venustum comitatum infestasse, donec Marchio Montisferrati ipsas condixit, vt eas aduersus Vicecomites Mediolanenses immitteret, quarum ope in Pedemontio plura loca expugnauit, e Rebdorfio a & Matthæo Villano b colligitur. Ex ijs vero palabundis copijs, nonnullæ audax facinus intercipiendæ Auinionis diripiendæque sunt meditata: atque ideo submissi sunt exploratores, de quibus captis, affectisque supplicio hæc tradit laudatus Rebdorfius c: *Eodem anno mense de cembri quidam de societate redeuntes præscriptam clam intrabant ciuitatem Auenionensem, tradere volentes eandem, quorum aliqui deprehensi fuerunt: et vno die decem persona in fluuio Rhodano suffocata, et undecim patibulo suspensa.* His consentientia scribit Matthæus Villanus d.

Dum tot tantaque mala humanum genus consernebant, ostensa e celo prodigia impendentium aliorum minaci specie magis terruerunt. Hæc enim inter cætera recenset Thomas Vualsingamus e: *Burgundia cecidit pluuia sanguinea et vi. kal. iunij in festo corporis Christi Bolonia apparuit crux sanguinea in aere a mane vsque ad horam sextam, eam multis videntibus: et tunc se mouebat, et in medio mari cecidit.* Nonnullisq; interiectis: *In aestiuo tempore huius anni in Anglia et Francia in locis desertis et planis, pluribus sæpe videntibus, subito apparuerunt duo castella, de quibus duo exercitus egrediebantur armatorum, quorum vnus signis militaribus ornabatur, alter vero nigro colore vestiebatur: et congregantes milites vicerunt nigros. Interim adunati nigri milites superabant, et regredientes in castella omnia disparuerunt.* Non eavana fuisse, rerum exitus docuerunt: Burgundia quidem defuncto Philippo suo duce magnis calamitatibus implicita est: crucis ostentum secuta, est cruce signatorum in Saracenos expeditio: denique in Castella Angli & Franci, secuturis annis aduersorum Petri & Henrici Regum partes ferro defenuri, visa in Gallijs & Anglia castella, commissasque pugnas futurorum fuisse prælagia demonstrant.

6 Commigrasse autem hoc anno in Gallias Henricum Trastamaræ comitem atque alios fratres, qui sibi a Regis Castellæ sanctitia male metuebant, vt vagas Gallorum turmas ad Castellam inuadendam ductarent, refert Ioannes Mariana f, cum nimirum initæ inter Aragonium & Castellanum concordia occasione ex pacis legibus abire Aragonia iussi essent. Conciliati vero sunt dissentientes Reges præcipua Guidonis episcopi Portuensis opera g, quem ab Innocentio missum vidimus, eaque conditione sancitum fœdus h, vt quæ in eo bello vtrinque capta erant, restituerentur: sed nec diuturnum futurum, nec sinceris animis pactum. Neque recreata propterea est Castella belli metu, sed in maiore instaurando occupata fuit, cum Galli ob Blanchæ Reginae atroces iniurias regionum fratrum signis accessuros se, minitarentur.

Auxisse inde Regem sanctissimum in Regiam odium, ac veneno medici opera propinato illam de medio sustulisse scribit Mariana i: *De testandam, inquit, vesaniam, impium & crudele facinus, puellam insontem regio sanguine nobilissimam, leuissimam forma, sanctissimis moribus prudentiaque, vigesimoquinto ætatis anno peremptam.* Et infra: *Sed te, Rex truculente, fera verius immanis, diuina ira manet: tuum caput hoc sanguine*

consecratur. Nonnullisque interiectis verbis, quæ sceleris odium ab auctore expressit, subdit: *Fama est, & idonei auctores confirmant, Regi ad Affidoniam venanti pastorem occurrisse vultu vestique horridum, capillo barbaque squallidum, extrema comminantem, ni mutata mente Blanca calamitate moueretur. Missi qui indagarent, an Regina suasis ea pastor renuntiaffet, nixam genibus calissimis, precibus vacantem, inuenerunt aditu ita clauso, et omnis suspicio amoueretur. Opinio hominum magis confirmata, cum pastor e vinculis emissus nunquam comparuisset, aliquo instinctu inflatuque diuino prædixisse futura.* Hactenus Mariana.

7 Hoc eodem anno liberatus est Anglico carcere Ioannes Francorum Rex, cum prius sacro ritu pacem seruaturum se sanctissime spopondisset, vt describit Vualsingamus a: *Celebrata, inquit, missa de sancta Trinitate a Cantuarie archiepiscopo cum magna solemnitate, astante Rege cum filijs suis, & accensis luminaribus & crucibus erectis, super sacrosanctum corpus Dominicum & missale singuli, qui non prius iurauerunt, hoc sacramentum præstiterunt in scriptis, archiepiscopo Cantuariensi incipiente: Nos Nicolaus archiepiscopus Cantuariensis iuramus ad sacrosanctum corpus dominicum & euangelia, firmiter seruare penes nos pacem & concordiam firmatas inter Reges, & nulla in contrarium venire. Quibus expletis, singuli suas schedulas regijs notarijs tradiderunt. Rex autem Francorum cum suis nobilibus idem præstitit iuramentum: sicque firmata pace inter duo regna liberatus est Rex Ioannes.*

8 Pardebatur hoc tempore egregia Christianis rei præclare gerendæ aduersus Saracenos occasio, quorum vires in Syria Damasceno regno & Aegypto ob pestis ferociam, vt supra indicauimus, attitæ admodum fuerunt b. Intestina etiam ipsos discordia exagitarunt, dumque in rebelles signa attolleret soldanus Babylonius, a coniuratis cæsus occubuit c; fraterque ad folium euectus, qui cum in se nouam coniurationem constatam accepisset, singulos illius participes varijs occasionibus e medio sustulit: sed demum & ipso ab alijs necato, regnum puero fratri, moderando sepro impari, traditum est. Schismaticorum porro Græcorum res magis in dies dilapsæ prostratæq; a Turcis: quorum princeps Amurates, vt scribit Matthæus Villanus d, cum ob Ioannis Palæologi cum Cantacuzeni sequacibus dissidia sæpius Constantinopolim tentasset, in spem potiundæ vrbs erectus, si Imperatorem insidijs tolleret, mortem illi inferre est molitus. Qua aperta coniuratione, etsi nefarium consilium non perduxit; cum tamen Gallipolim magnis præsidijs teneret, terramarique grauissimas Græcis clades infixit. Tradit idem auctor e, eundem barbarum mense nouembri, inito cum sequacibus Cantacuzeni fœdere, Didymotichum amplissimam urbem Thessalonicam inter & Constantinopolim solo terrore oppressisse. His addit annales Turcici f, capta Didymoticho Ypsalæ & Hadrianopolim ignaua Græcorum deditio ab Amurate in seruitutem redactas.

9 At contra catholicis aduersus infideles feliciter bellicæ res cessere: Sinopenfes enim ad Pontum Buxinum, qui Theodosiam Genuensium coloniam, vulgo Cassam, reneant irrito conatu, a classe Genuensi profligati sunt g. Reportata etiam a Petro Rege Cypri celebris victoria: in spem enim propagandæ rei Christianæ erectus, sancito cum Rhodijs equitibus fœdere, ac magna comparata classe, Sataliam Turcarum,

Monitus Castellanus immineat exitij.

Ioannes Rex Anglico carcere liberatus. a Vualsing. in Eduar. III.

Syria interino bello vexata.

b Matth. Vill. l. 10. c. 30. Soldanus a suis cæsus. c Cap. 38.

d Cap. 40. Tentata a Turcis Constantinopolis.

e Cap. 78.

f Annal. Turc. n. 31 & 32. g Io. Leuel. in pan de b. hist. Turc. ibid.

Sinopenfes a Genuensibus profligati.

g Matth. Vill. l. 10. c. 63. Satalia a Cyprio expugnata.

Cap. 62.

Candelorij toparcha vestigalis factus.

Urban. 20. 1. ep. fecer. pag. 161.

Satalia religio a B. Petro A. S. L. restituta. Philipp. Maxoris in vita Petri Thoma.

urbem opulentam triplici cinctam muro adventu improviso cepit. Nec minus in ea defendenda aduersus Turcarum, collectis raptim copijs ingruentium, conatus prudentia Rhodiorum equitum virtusque eluxit. Inde in Candelorium belli molem conuertit Cyprius: cuius terrore barbarus toparcha se illius vestigalem futurum, est pollicitus. Nonnulla etiam aliz arces erepta barbaris a Cyprio, de quibus & Satalia expugnatiz extant Vrbaui V. litera b ad Imperatorem ac Reges, quibus amplissimam inde Asia debellandae occasionem affulgere significat, inferius a nobis afferenda. Porro B. Petrum Thomam, creatum ab Innocentio VI. aduersus Turcas in oriente legatum, ad instaurandum religionis cultum mox Sataliam prouolasse, referunt eius acta e: D. Petrus Thomas, plenissime legationem obiens, maximos animarum fructus faciebat, quas ad viam salutis reducebat. Audiens igitur, quod Petrus Rex Cypri inexpugnabilem urbem Sataliam vi oppugnando cepisset, nulla mora se illuc contulit, ibique plantauit ecclesiam, instituit sacerdotes & religiosos, qui diuinum officium celebrarent: animauisque vehementer Christianos, quos vrbs custodes in praesidio Rex collocasset, multas eis gratias & privilegia relinquens. Tum rediens in Cyprum processiones & missas solennes praecipit pro habendis gratiarum actionibus de victoria, quam Deus Regi contra fidei Christiana hostes dedisset, & Regem, nobiles, reliquumque populum Cypri in amore diuino confirmauit. Subdit [Philippus & Maerij testis oculatus Cyprum, cum hoc tempore pestis eam depasceret, eiusdem B. Petro ad Deum precibus non sine insigni miraculo fuisse liberata.

Hic temporibus, inquit, maxima lues circum Cyprum regnum grassabatur: & tandem Famagustam infecit cum tanto furore, ut quicumque insicerentur, uno die aut altero perempti offerrentur. D. Petrus Thomas misericordia motus, salutis populi cupidus, sine ullo pestis timore instituta processione solenni, nudis pedibus in prima & praecipua vrbe Cypri Nicosia nomine, inducitur ad peragendam penitentiam populo, Famagustam venit, ubi creuebat in dies, & adeo augebatur pestilentia, ut singulis diebus triginta vel quadraginta homines de medio tollerentur. D. Petrus Thomas, volens iram Dei cobibere, diem dixit, qua solennis fieret processio: & unumquemque cohortatus est, ut vellet interesse nudis pedibus, & pararet se ieiunij & abstinentij pane & aqua contentus. Die dicta vniversa multitudo conuenit in ecclesia cum innumeris luminaribus, nudis pedibus, & in aqua & pane ieiunantes. Tunc D. Petrus Thomas pontificalibus vestimentis ornatus processionem instituit, suisque concionibus & cohortationibus eo pietatis & feruoris populum incendit, ut non modo Christiani, sed etiam infideles Saraceni, Turca, & Iudaei lacrymas fistere non valentes, nudis pedibus pariter cum alijs incederent. Qua processione finita, contritoque vehementer populo, subito miraculo ciuitas Dei misericordiam experta est per merita serui sui fidelis: nam Deus, populi sui peccata oblitus, omnes vrbs infirmos sanauit, nec ullus occubuit, quamuis peste infecti inducentis locis mortem expectantes iacerent: quodque miraculum effecit magis, reuolutionem luna peragebat, & tunc pro medicorū sententia pauci solent eadere: & ab eo die pestis Famagusta extincta est & in reliquis regni Cypri partibus per Dei misericordiam & per merita B. Petri Thoma.

10 His praemittit idem auctor egregium aliud miraculum non praetereundum silentio, dum

nimirū ad imposita sibi a sede Apostolica legationis munus strenue obeundū mare sulcabat, proiecta cruce frementes procellas ipsum compescuisse: Alias, inquit, nauigante D. Petro Thoma Rhodo in Cyprum, tantum incurrit periculum nauis, ut naufragium praesens crederetur. Nauta, ut mortem rati proximam, omni humano desistit auxilio, clamantes ad caelum, sexdecim anchoras fortissimas in mare proiecerunt: quae nihil profuerunt, intumescensque maris fluctibus. Tunc omnes ad D. Petrum Thomam confugerunt, qui in eadē nauis esset: qui pronus & feruens in orationes a Deo exauditus surrexit & proiecta in mare deuotissima cruce, quam secum gestabat, facta est subito maris tranquillitas maxima. Stupere vehementer omnes, qui versabantur in nauis pra miraculo: qui quidem gratias Deo reddiderunt, qui serui sui meritis ex praesenti naufragio eripuisset.

IESV CHRISTI

Annus 1362.

INNOCENTII PP. VI. CAROLI IMP. OCCID. 17.
ANNUS IO. IO. PALAEOLOGI IMP. OR. 22.

ANnus a Virginis partu millesimus trecentessimus sexagesimus secundus indictione quintadecima, sublato Innocentio Pontifice optimo, magnum ecclesiae laetum attulit. De cuius obitu antequam dicamus, gesta extremo pontificatu sunt exponenda. Recuperata ab ecclesia Bononiae dolore furens Bernabos Vicecomes, inferendi belli Pontifici causas affectaturus, indignas pacis leges Innocentio proposuit: ut nimirum filius Mediolanensi archiepiscopatu ornaretur, edictoque apostolico caueretur, ut Mediolanensis archiepiscopi electio ex Vicecomitum voluntate penderet: restitueretur ab Imperatore omnibus honoribus, quibus ob Romanam ecclesiam iniusto appetitam bello exutus fuerat: bellum in quoscumque gerere, excepta ecclesia, posset; ea tamen lege, ut ijs Pontifex non studeret, Bononia vero Pisanorum custodia traderetur. Insultantem tyrannum, ac viribus superiorem ecclesia propulsare non poterat, neque iniustis eius postulationibus assentiri: cum aliunde turbidis rebus lux affluisit. Magnates enim Itali Bernabonis finitimi Canissignorius Veronensis, Carraria Patavinus, & Atestinus marchio Ferrariae praefectus, veriti in se belli molem, subacta Bononia, a tyranno versum iri b, Aegidium Cardinalem legatum de faciendo foedere appellarunt. Ita iunctis horum principum ac Pontificis armis, mox Bernabonis potentia contundi coepit c. Pernituit illum, acceptis nonnullis aduersis casibus, pacem respuisse, atque ad eam exorandam oratores Auenionem misit: sed lubricam & inconstantem hominis fidem nouerat Pontifex, atque de inito cum principibus Italis foedere a Cardinale legato certior factus, non fidendum Bernabonis verbis, sed illius vires, ne postea noceret, infringendas censuit d. Dum itaque arma in eum legatus vna cum socijs expediebat, Innocentius legibus ac iudiciario ordine in illum agere perrexit e, atque anathemate non ipsum modo, sed omnes, qui aduersus ecclesiam auxilio forent, deuinxit. Lata in eum ab Innocentio edicta producere non possum, cum huius & superioris anni regesta non reperim: ex ijs tamen, quae Vrbanus V. aduersus Bernabonem edidit, constat Innocentium iustissime in eundem Bernabonem tanquam impium athcum & crudelem carnificem,

Actuon mare pro ictha cru es lediti

Bernabos Vicecomes ecclesiam vexat. a Marti VIII. 1360. e. 90.

Proposita ab eo indigna patione.

Principes Itali in eum arma iungunt.

Cap. 62.

e. 4. 11.

Lata in ipsum pontificem sententia. e. 4. 11.

Eiusdem in Cyprum peste laborantes charitas.

Vt precibus placato Numi ne eam auerterit.

Commodi ad criminum dolorem infideles.

cem, ac persecutorem ecclesie fuisse concitatum, de quibus iterum in Urbano sermo recitret. Iam quæ sub Innocentio euenere, coniungemus.

2 Rediere ad Pontificis obsequium Romani, qui ob nonnullas intestinas turbas se ab illius imperio subdlexerant. Corripuerat a inter ipsos publicæ rei administrationem plebeius vir Lellus Pocadote, qui sutoriam calceorum exercebat. Is inuidia stimulatus nobiles Romanos Vrbe exegerat: qua ipsi iniuria lacesciti recuperandæ patriæ desiderio prædonum societatem conduxere. Horum itaque pauore perculli Romani, vt periculum imminens depellerent, sese Innocentio subiecere, ea tamen lege, ne Aegidius Cardinalis legatus ipsis præfret: frænari enim eius disciplina pertimuerunt, quam ante experti erant: extant enim illius constitutiones, quas pro statu vrbano & Picensino componendo edidit, quibus postea Sixtus IV. Apostolicum robur adiecit, beasq; seruari iussit. Cæterum couerfat memorata prædonum societates exorti Pisanos inter & Florentinos belli occasione, vt refert Matthæus Villanus c, qui fufe in eo bello acceptas illatasque clades prosequitur d.

Tradit idem auctor a, Ludouicum Siciliæ Regem Neapoli mense maio huius anni lethali morbo correptum obiisse e cum paulo ante, quasi diuino quodam afflatu imminens mortem præfagisset, anteaq; vitæ scelera expiaturus peregrinationem ad sacra Apostolorum Andreæ, Bartholomæi, ac Matthei, qui Amalphi, Beneuenti, & Salerni quiescere existimabantur, veneranda sepulchra magni pietatis sensu delibatus cultu modesto admodum suscepisset f. Quo vita functo, Pontifex, ne quid detrimenti regnum ecclesie vestigale caperet, neue Fridericus Aragonius, qui partem Trinacriæ retinebat, ex qua proferebat in reliquam imperium, a Petro Rege Aragonum focero adiutus nouas res moliretur, Guillelmum Grimoardam abbatem, qui ipsi in pontificatu successit, Neapolim legauit g; cuius mentionem facit M. S. Varicani auctor h, dum ait: Eodem anno mortuus est Ludouicus Rex Sicilia, cuius exequias fecit fieri dominus Papa de mense iunij die vigesima, mittens ad partes illas nuntium dominum Guillelmum Grimoaldi, tunc abbatem Massiliensem, qui postea electus est, ibidem existens, in Papam, & Urbanus V. appellatus. Hæc ibi.

Regio funeri pontificum adiungimus, nimirum Innocentij Pape, de quo idem auctor subdit: Post hac dominus Innocentius modicum decumbens, cum esset senio & ætate confectus, die xii mensis septembris obiit, & xv. sepelitur in ecclesia D. Mariae de doris, ibique mansit vsquequo translatus fuit. Eadem confirmat & enarrat ipse vitæ scriptor i: Tandem, inquit, post labores multos & anxietates innumeras, quas habuit tam in corpore quam in mente propter varias & plurimas infirmitates & turbationes, quæ suo tempore tam sibi quam toti mundo (vt præmittitur) contigerunt, in pace quiescit anno Domini mcccclxii. die xii mensis septembris pontificatus sui anno decimo. fuitque sepultus in ecclesia maiori Auinionis, deum transferendus ad domum Carthusiensem Villanouæ, in qua viuens suam perpetuam elegerat sepulturam, vacauitque sedes diebus quadraginta quinque. Quod vero ad diem obitus attinet, duodecimum septembris fuisse confirmatur etiam ex Urbani successoris literis encyclicis paulo post

afferendis, qui Innocentium pridie idus septembris mortuum testatur: cui adstipulatur Rebdorffius a eius temporis auctor: Qui, inquit, decessit Auenione anno Domini mcccclxii. ii. id. septembris, qui fuit feria secunda ante festum exaltationis sanctæ Crucis. Ex quibus corrigendus error, qui in Matthæo Villano b irrepsit, dum loco xii. xi. collocatur. Sedit autem nouem menses octo dies viginti sex, ac laudibus ab omnibus tum ob vitæ integritatem, tum ob pontificatum egregie administratam cumulatur. Ab eodem Pontifice affirmat Petrarcha c se rogatum, vt ei ab epistolis esse vellet: sed vitæ priuatiæ studium ac libertatem excusasse, cum etiam apud prædecessores Pontifices, atque Imperatorem Regemque Francorum, qui ipsam magnis promissis allicere contendebant, eadem excusatione vsus esset. Et quidem Innocentium politionibus literis ex cultos honoribus & beneuolentia profecutum, refert eius vitæ scriptor d, ex quo decerpenda, addendaque hic nonnulla Innocentij gesta insignia putamus.

3 Dicitur, inquit, Papa suo tempore fecit claudi & circumiri totam ciuitatē Auenionem muris & turribus altis & fortissimis, ac vallibus seu fossatis ab extra: ex quibus dicta ciuitas, quæ per prius erat omnino aperta, effecta est fortissima, & ad resistendum quibuscumque eam expugnare uolentibus multum bene disposita & parata: uoluitque, quod clausura huiusmodi haberet magnum ambitum ad hoc, vt processu temporis infra ipsam possint fieri noua edificia, ex quibus dicta ciuitas ampliaretur, includerentur etiam infra eam multa uiridaria & loca amena circa ipsam tunc existentia, ac etiam hospitale mira pulchritudinis pro tunc nouiter ibidem adificatum & dotatum per Bernardum Rasbassij legum doctorem ciuem Auenionensem. Adificauit insuper idem Pontifex & dotauit in Villanoua prope Auenionem domū Carthusiensem, Vallis benedictionis nominatam, constituens in ea centum numerum fratrum seu monachorum eiusdem ordinis, pro quorum sustentatione sufficienti multa bona deputauit. In Tbolosa uero, ubi a principio studuerat, fundauit nobile collegium pauperum scholarium, quod sancti Martialis uoluit appellari, pro cuius dotatione multa bona exposuit a Deo sibi data.

Ipse fuit ualde sollicitus & curiosus circa recuperationem terrarum ecclesie in partibus Italiae exsistentium, pro qua expendit & exposuit pecunias infinitas; & per Dei gratiam non in vanum: nam, ut supra tangitur, pro maiori parte suo tempore recuperata fuerunt, & in ipsis pro rarum tuitione multa castra seu fortalia nouiter intrudita, & antiqua reparata: Circa etiam bonam & debitam expeditionem & profecutionem aliorum sibi incumbentium, ac pertinentium ad officium sibi creditum, cum magna diligentia vacauit & intendit: processitque in omnibus eum deliberatione & consilio tam Cardinalium quam aliorum peritorum, nihilque de contingentibus omisit, quamuis potuit laborare. Fuit tamen multum oppressus & grauatus gutta & podagra, propter quod multoties suis impeditus in prædiis, & præsertim in suis ultimis diebus, in quibus fuit admodum debilitatus & ualudinarius, cum esset satis annosus, immo & senio contractus: semper tamen habuit bonam intentionem in suis omnibus agendis. Dilexit etiam pauperes, & sit libenter subuenit. Viros insuper liberatos fouit, eisque benefecit & multos promouit. Iustitiam manutenuit & conseruauit, & in curia specialiter

a Rebdorffius in annal.

b Matth. Vill. l. 11. c. 26.

c Petr. Pet. senil. ep. 3.

d Gesta Innoc. VI. apud Bosq.

Cincta ab eo m. A. uenit.

Carthusianum monasterium Villanouæ positum.

Collegium pauperum scholarium Tolosæ excitatum.

Recuperata ab eod. dicio ecclesiastica.

Literas & iura coluit.

voluit & ordinavit malos & insolentes puniri. Suo enim tempore iussit in Avenione quedam societates, qua Damperica vocabatur, cuius sectatores de nocte incendentes furta, stupra, & maleficia multa committebant: de quibus idem Papa iustitiam satis rigidam fieri mandavit; sic quod multi ex eis etiam, qui se nobiles asimabant, erantque apparenter satis magni status, submersi fuerunt aut alias trucidati; quorum exemplo alij pecterriti aut fugerunt, aut de predictis desisterunt: & sic dicta societas evanuit satis cito. Plures ex suis tam nepotibus quam consanguineis in ecclesia promovit & exaltauit: ad quod faciendum caro ipsum aequaliter traxit & inclinavit, tamen ut plurimum boni & sufficientes fuerunt, & in statu eis dato bene & laudabiliter se habuerunt. Paucos habuit in statu laicali sibi multum propinquos, illis tamen sic benefecit, quod post ipsum bene & honorifice cum eorum potentij vivere & stare poterunt: non tamen alias ipsos magnis dignitatibus aut honoribus sublimavit. Hactenus Innocentij Papæ gestorum auctor.

4 Sepultura tradito Pontifice, Cardinalium collegium Ægidium Card. Albornotium episcopum Sabinensem Apostolicæ sedis in Italia legatum de communis parentis obitu certiore fecit.

Miseratione diuina episcopi, presbyteri, & diaconi S. R. E. Cardinales, venerabili fratri Ægidio, Dei gratia episcopo Sabinensi A. S. L. salutem in Domino.

Lacrymantibus oculis, profundisque suspirijs fraternitati vestræ cogimur intimare, quod Altissimus, cuius pietas confert laborantibus requiem, & infirmantibus perpetuam sanitatem, felicitis recordationis domino Innocentio Papæ VI. multis laboribus & infirmitatibus iam confraeto, sua benignitate compatiens, eius animam benedictam, post deuotam susceptionem ecclesiasticorum sacramentorum, pridie ad cælestem patriam, vt pie creditur, euocauit: hodieque in ecclesia Aunionensi solemnibus pro ipso exequijs fuit depositum honorabile corpus eius. Vestram igitur fraternitatem, quam gratiarum Dominus dotauit patientiæ munere, munivitque clypeo fortitudinis in aduersis, hortamur & rogamus attente, quatenus de tam scibili casu, & damno tam grandi ecclesiæ sanctæ Dei, prout decet vestram prudentiam, & male conditiones temporum exigunt, consolationis & confortationis spiritum assumatis, &c.] Rogant eum, vt clientes ecclesiæ omni studio in officio contineat. Dat. Auin. xviii. kal. octobris dicta Romana ecclesia pastore vacante. Scriptis eodem die literis b

Cardinales hortati sunt Bononienses, quos Bernabonis scuitia infestabat, vt urbem strenue contra illius imperus tenerent, ac legati imperijs obtemperarent. Quo etiam argumento ad Nicolaum, Hugonem, & Albertum Atestinos marchiones; tum ad Canem signorium & Paulum Albuinum fratres Veronenses, tum ad Franciscum Carramam Patauinum federatos data litera c, ac de subrogando breui optimo Pontifice spes ipsi data.

5 Dum conclauis de more Cardinales includebantur, suborta est controuersia, an Androinus ad electionem vna cum alijs celebrandam admitteendus esset, de qua hæc Urbani gestorum scriptor d: In hac electione, nimirum Urbani, fuit presens tanquam in ipsa vocem habens admissus, & in conclauis cum alijs Cardinalibus introductus dominus Androinus de Rocha prius abbas Cluniacensis,

qui per dictum Innocentium Papam VI. factus fuerat presbyter Cardinalis; cum tamen nondum haberet titulum: nec viuente dicto Innocentio in consistorio fuerat installatus: intravit enim primo curiam dum dictus Innocentius laborabat in extremis, immo & quasi hora, qua moriebat. Quod ideo hic notanter inferendum duxi, vt appareat, quod sola assumptio seu promotio ad Cardinalatum dat vocem in electione Papæ & non tituli assignatio: & hoc expresse denotat regularis seu communis obseruantia, qua habet, quod nouiter promotus ad dictum statum per Papam clauditur os antequam sibi titulus assignetur, sicque manet ore clauso, & vocem in nullo habens, donec demum sibi aperiat: & tunc sibi titulus assignatur, & vt in posterum loquatur, vocemque liberam habeat tam in dicta electione, quam alijs actibus ad statum huiusmodi pertinentibus, tribuitur & conceditur facultas, qua per dictam oris clausuram suspensa fuerat & effectualiter interdicta. Hoc etiam denotat verbum claudere, quod non potest locum habere nisi in re iam aperta: & ita pro vero & indubitato & de iure tunc tentum, habitum, & determinatum extitit concorditer per dominos Cardinales. An vero postquam os clausum est, nec dum apertum, suffragium in creando Pontifice ferre possit, certatum inferius visuri sumus.

6 Agitata pontificia electione, Cardinales in contrarias distracti sunt sententias; cum alijs Lemoicensem natione, cuius gentis imperiū recens ad Anglum traductum erat, euehere ad solium affectarent, repugnarent alijs, nec in aliquo e collegio consentirent; demum Guillelmum Grimoaldum, (de quo in regnum Neapolitanum legato ab Innocentio meminimus) genere Gallum, patriam Belliquadrensem, abbatem S. Victoris Massiliensis ordinis S. Benedicti, sexagenarium vt ait Mathæus Villanus a, honestate morum, rerum peritia insignem (quem narrat, audita Innocentij morte, Florentiis, a quibus magnificentissimè erat exceptus, dixisse, si aliquando Pontificem, qui sedem Apostolicam in Italiam reduceret, ac tyrannos edomaret, intueri se contingeret, magna cum lætitia sequenti die mortem obiturum) ecclesiæ catholicæ præfererunt.

De eius primordijs, ac gestis ante pontificatum muneribus, vitæ genere, & electione anonymus scriptor hæc narrat b: Urbanus Papa V. natione Gallicanus de loco de Grisaco diocesis Mimatensis post dictum Innocentium VI. Auenione fuit electus in Papam die xxviii. mensis octobris anno Domini mcccxlxi. & die vi. mensis nouembris immediate sequentis consecratus & coronatus. Hic prius vocatus est Guillelmus Crimoardi, cuius pater fuit Grimoardus miles: & in adolescentia sua sub habitu monastico Domino voluit famulari, fuitque receptus in monachum in prioratu de Gbiriaco dictæ diocesis, a monasterio S. Victoris Massiliensi dependente: ubi postquam fuit instructus in regularibus obseruantijs, se transfudit ad studia literarum, in quibus adeo diligenter insiuit & insudauit, quod demum fuit effectus solemnibus doctor decretorum; legitque ex tunc multis annis tam in Montepefulano, quam in Auenione. Tandem vero, suis suffragantibus meritis, primo ad monasterium S. Germani Antissiodorensis, postea vero ad monasterium predictum S. Victoris Massiliensis sub quo primitus ordinem S. Benedicti professus extiterat, promotus fuit, & abinde assumptus in Papam. Et infra: Modus autem sue assumptionis seu electionis magis à Deo, quam ab homine videtur processisse; attento

Sontes re. preslit.

In suos fuit indulgentior.

a Apud Urb. VI. eo. 2. ep. fecer. pag. 1.

Cardinalium literarum ad Ægidium de morte Innocentij.

b Ead. pag.

c Ead. pag.

Orta lis an Cardinalis, cui nondum os aperit, collaturus sit suffragium. d Gest. Urb. V. a. pud Bosq.

Grimoaldus abbas eligitur Pont.

a Math. Vill. l. 11. c. 26.

Illius primitia.

b Gest. Urb. V. a. pud Bosq.

Ve diuina nutu vocatus sit ad pontificatum.

praesertim, quod dicta sede Apostolica tunc vacante, erant in collegio Cardinalium multi valentes & sufficientes viri, qui tamen (ut creditur) Deo sic disponente, concordare nequiverunt, ut ipsorum aliquis eligeretur: sed post satis diuturnam vacationem, habentes aspectum ad merita, virtutes, & sufficientiam, de quibus magnam experientiam habuerant, cum inter ipsos in plerisque officijs deputatus longis temporibus fuisset conuersatus, in eum pro tunc absentem, & in partibus Neapolitanis pro negotijs ecclesiae Romanae existentem, sua vota direxerunt.

Adeorat inter alios diuinæ providentiæ consilia arcana Petrarcha a in euehendo ad pontificatum Urbano, praesagiuitq; ideo caelesti nutu factum, ut Italiae sedem Apostolicam restitueret; ita enim in scriptis postea ad eum literis ipsū compellat: *Attendisti acriter, certus sum, feruasque memoriter quibus vis ad hoc culmen ascenderis: neque enim in Deum fas est ingratum suspicari eum, qui gratissimus in homines sis. Non est quidem potestas nisi a Deo: non mentitur Apostolus, qui hoc ait. Verum hac potestas, qua aliunde utique non est, aliter atque aliter hinc est: saepe enim diuina sapientia ad suæ voluntatis effectum humanis actibus utitur successione, electione, donatione, acquisitione, & si qui alij sunt modi, quibus homines ad aliquam potestatem perueniunt. Vbi humanorum actuum vestigia atque effectus apparent, voluntas, ac dispositio Dei latet: doctis tamen ac fidelibus non ignota. Et hoc calle ad papatum ante te nostra memoria perueniunt omnes. Est ubi ipsa Dei voluntas tam euidenter emineat, ut lippis quoque caecisque etiam nota sit: sic se Deus per seipsum sine medio velle aliquid ostendit, ut nulla ibi partes hominum videantur, quorum linguis aut manibus pro organo quodam instrumentoque utitur, illis ipsis quid per eos fiat ignorantibus, factumque mirantibus, ac fortasse dolentibus. Hoc tu nostra astate solus tramite conscendisti. Nemo te fallat, pater prudentissime: nemo tibi persuadeat esse aliquem tuorum Cardinalium, qui vel semel unquam cogitauerit te ad papatum, non dicam promouere, sed poscere: si quis forte tibi aliud insinurrat, verba dat, te sibi mendacio obligatum cupit. Deus te profecto, Deus (inquam) solus, & nemo mortalium elegit, linguis licet illorum (ut dixi) usus, quas ad aliud dispositas ad suum vertis obsequium quodque ipse volebat (dictu mirabile!) per volentes fecit. Hoc tibi acutissimo hominum quomodo rear incognitum, quod nemo sere vulgariū ignorauit*

Sed si nunc etiam notius fieri vis, quorum electus es vocibus, mores atque animos tibi notissimos contemplare. Pone ante oculos factum illum: nusquam tanta rerum suarum existimatio, parque contemptus alienarum. Alto loco assueti omnes, ad summum singuli aspirant, quo vix est, qui alium quam se unum dignum censeat: se quoniam nominare alios est necesse, quisque se cogitans, alium nominat, vicissim ab alijs nominandus; ita neque quisquam nominare potest, neque alium vult, nisi eodem numero, unde tanti benefici vicem speret. Quando ergo illi hoc iudicio & his moribus, quamuis vita conspicuum, literis excellentem, humilis abbatem cœnobij nominassent, aut tanta rei idoneum iudicassent? aut quomodo illis in animum venisset, quod sibi quisque suis optabat, exteris dare; seu quem ex alto despicerent, supra se cernere; seu quo ministro vsi essent, dominum habere? Audacter forsitan, sed (ni fallor) vere dixerim, nunquam

quo sunt animo tale aliquid sponte pati, ne dicam facere, potuissent. Non refert autem quid homines velint, sed quid Deus: is te vera, non aliam volebat, consiliumque suum vltro non consensurus occultabat: quibus, scrutinia profunda versantibus, sic elanculum tuum nomen inseruit, ut ex tot nominibus Romano cardine fulgidis, cum solus abbas Massiliae sonuisset, dolor & timor malos, gaudium & spes bonos, admiratio ac stupor omnes arripere: omnes tamen una voce, varijs licet affectibus, in laudem Dei, qui facit mirabilia magna suos, stupentiam ora resouerent. Et si tanta de re sententiam meam vis audire, quantum seu solem vespertilio seu peccator homuncio diuinum consilium intruere potest dicam. Et infra: Incipit, *credo, Christus Deus noster suorum fidelium misereri. Vult, ut arbitror, finem malis imponere, quæ multa per hos annos vidimus. Vult pro aures seculi principio ecclesiam suam, quam vagari propter culpas hominum diu sint, ad antiquas & proprias sedes suas, & prescæ fidei statum reuocare. Non fecerit sua Petraracham spes, reuocatam enim ab eo in Italiam sedem, prænantiatamque mortem, si rediret in Gallias, visuri sumus.*

7 Obseruat porro Urbani vitæ auctor, Cardinales non promulgasse designatum illum Pontificem, donec ad ipsos Auenionem accessisset: quamquam ad eum decretum electionis transmissum, M. S. Vaticani auctor refert his verbis a: *Peractis exequijs domini Innocentij more solito nouem diebus, die decima Cardinales numero viginti intrauerunt conclauem, die videlicet B. Maurij: & cum inter se concordare non possent, in dominum Guillelmum Grimoaldi, tunc abbatem S. Victoris Massiliensis absentem in regno Sicilia nuntium fecit Apostolicæ, vota sua maior & sanior pars direxit. Qui decreto electionis accepto, in vigilia omnium sanctorum reuersus est Auenionem. Interim vero quod Cardinales erant in conclauem, prælati quolibet die missas celebrabant, & sermones faciebant, rogando Deum pro felici & celeri Pontificis provisione, quodam speciali officio missa ad hoc ordinata, quod incipit: *Suscitabo mihi sacerdotem fidelem, &c.* Die vero xxviii. cum D. Guillelmus Papa futurus, applicuisset Massiliam, eodem die missæ dominicæ Cardinalibus consensum electionis de se facta. Tum describit, uti solemni ritu in sacrosancto solio sit collocatus: *In vigilia, inquit, omnium sanctorum in thronizatus fuit: & facta insinuatione ad populum, quod Urbanus V. vocaretur, mox ab omnibus cantatum fuit, Te Deum laudamus. Die quoque dominica sequenti, videlicet in festo sancti Leonardi post festum omnium sanctorum, fuit in palatio apostolice coronatus per dominum Magalonensem, qui tunc erat Ostiensis episcopus: sed post coronationem non equitauit per villam, ut moris est, licet omnia parata fuissent.**

8 Initiatus itaque sacris pontificalibus Urbanus de susceptis a se ecclesiæ catholicæ gubernaculis post Innocentij VI. obitum omnes orbis Christiani præfules certiores fecit, atque ad coniungenda cum ipso ad populum Christianum optimis institutis informandum, sustentandamque apud Deum precibus ipsius imbecillitatem de more est adhortatus. Inscripta sunt ex b Aegidio episcopo Sabinensi Apostolicæ sedis in Italia legato, patriarcha Aquileiensi, Rhemeni archiepiscopo, alijsque antistitibus, tum religionis ordinum supremis magistris, quorum omnium textitur catalogus: conceptæque sunt ipsidem pene verbis. Nobis ex visa sunt addu-

Præfagit velle Deū vrbano sedem. Apost. re. situat Italia.

Accedente Auenionem Urbano: patet electio a M. S. bib. Vat. sign. n. 3575.

bVrb. no. 1. ep. sec. pag. 3. 4. 5. 6. 7.

enda, quæ primæ occurrunt ad Aegidium Cardinalem datæ 2.

Vrbanus, &c. venerabili fratri Aegidio episcopo Sabinensi A. S. L.

Nuper, videlicet 11. idus septembris proxime elapsi, piæ recordationis Innocentio Papa VI. prædecessore nostro viam vniuersæ carnis ingresso, eiusque corpore cum solemnibus exequiis in ecclesia Auenionensi depositis, ad locum alium, quem ipse (dum ageret in humanis) elegerat, postmodum transferendo, venerabiles fratres nostri S. R. E. Cardinales, tempore debito secundum præcepta canonum missarum solemnibus in honorem Spiritus sancti in electionem summi Pontificis, quæ facienda imminebat, eidem per suam affuturi gratiam, deuotissime celebrantibus, conuenerunt in simul in palatio apostolico Auirionensi, in quo idem prædecessor tempore sui obitus habitabat, de substitutione eiusdem Pontificis tractaturi. Aliquibusque tractatibus in hoc præhabitis, prout tanti negotij qualitas requirebat, tandem iidem fratres ad nos, qui tunc in minori constituti officio certæ nuntiationis ministerium a præfato prædecessore nobis iniunctum gerebamus in partibus Italiæ, intuitum dirigentes, nos in summum Pontificem & pastorem vniuersalis ecclesiæ concorditer elegerunt. Nos autem, qui sumus cinis & puluis, ex hoc fuimus non immerito stupefacti, cum oculi nostri imperfectum nostrum euidenter cernerent, & nec vires corporis, nec virtutum merita, nec scientiæ donum nobis supplerent ad apostolici culminis speculam conscendendam, & grauissimam totius orbis sarcinam nostris debilibus humeris perferendam. Cogitantes tamen quod ecclesiæ prædictæ diuturna vacatio, præsertim diebus istis, quibus (peccatis exigentibus) totus fere orbis in maligno est positus, magna posset pericula generare; ac confidentes in Deo, qui nos, licet indignos, ad pascendum oues vniuersi sui gregis elegit, quod sua consueta misericordia ad ipsius laudem & gloriam, ac nostram & totius populi Christiani salutem in eiusdem populi salubri regimine dabit fortitudinem debili, indigno virtutem, & scientiam ignorantibus; cum timore ac tremore diuinæ voluntati paruimus, ac eorundem fratrum desiderijs annuentes, fragilitatis nostræ colla iugo submissimus apostolicæ seruitutis, & hesternæ die octauo idus nouembris consecrationis & benedictionis munus & coronationis insignia recepimus, vt est moris.

Ad præmissa itaque nobis necessaria obtinenda facilius tuarum orationum suffragijs indigentes, fraternitatem tuam hortamur ac obsecramus in Domino, quatenus debilitatem nostram apud Altissimum tuis deuotis precibus adiuuans, iniunctum tibi ab Apostolica sede legationis officium solitæ tuæ prægrandis prudentiæ sollicitudine prosequaris in terris tuæ legationis, charitatiuo comportans studio impositam nobis vniuersalis oneris grauitatem, vt medianibus tuis auxilijs de grege nobis a superno episcopo & pastore commisso bonam eidem rationem reddere valeamus. Cæterum prægrauem tuorum laborum sarcinam, sollicitudinis indefessæ solertiam, & variarum cogitationum amfractus ætatis tuæ grauedine cumulatam, quibus pro felici statu & honore sanctæ Romanæ ecclesiæ, cuius honorabile membrum existis, adeo vexaris assidue, quod dulcedinem quietis ignoras, per ex-

perientiam, qua illos tecum quandoque communicauimus in minori officio constituti, certascientia cognoscentes, tibi de illis paterne compatimur, & maioris adstringimur vinculis charitatis; gerentes in votis ac proposito illa (Domino adiuuante) peragere, quæ tuis consolationi ac desiderijs reddantur accepta, honorem eiusdem fraternitatis adaugeant, ac nostris & ecclesiæ prædictæ subiectis, quos prouide regis & protegis, expectatæ quietis tribuat incrementum. *Dat. Auin. vi. id. nouembris anno 1.*

9 Excitatis itaque vniuersis præsulibus ad munus strenue obeundum, Imperatorem ad explicandam sedi Apostolicæ opem, coercendos improbos, æquitatem tuendam, atque ecclesias ex impiorum iniurijs vindicandas prouocauit a: *Latificat, inquit, non modicum mentem nostram. & releuationis impositi nobis oneris spem etiam reponit celsitudinis tuæ deuota sinceritas, per quam te caelesti Regi reddis acceptum, & cunctis præbes amplectenda imitationis exemplum. Quare imperialem serenitatem paternis affectibus hortamur in Domino ac rogamus attente, quatenus perseueranter in Domini timore persistens, ipsis studeas custodire mandata, colens iustitiam & diligens æquitatem, virtuosos exaltans & reprimens contumaces; memor, quod ad extollenda honorum præconia, & refranandas insolentias transgressorum, accepisti a Domino potestatem: pacemque, prout tibi possibile redditur, studiose procures vniuerso populo Christiano. Præfatam quoque Romanam ecclesiam, cuius es specialissimus protector & filius, aliasque ecclesias & personas ecclesiasticas, tuo indigentibus præsidio, præcipuis habeas fauoribus commendatas, &c. *Dat. Auin. vii. idus nouembris anno primo.* Inuitati iisdem ferme sententijs Christiani Reges b Ioannes Francorum, Eduardus Angliæ, David Scotiae, Petrus Castellæ, Petrus Lusitaniæ, Carolus Nauarræ, Petrus Aragoniæ, Ludouicus Vngariæ, Casimirus Poloniæ, Vvaldemarus Daniae, Magnus Sueciæ, Aquinus Norvegiæ, Petrus Cypri, ac Robertus dictus Imperator Constantinopolitanus, vt sceptris iuste moderarentur, ac populum Christianum in mutua pace & conspiratione voluntatum fouerent. Quo argumento extant etiam ad Elisabetham Vngariæ & Ioannam Galliarum Reginas c: tum ad d, Carolum Normanniæ, Ludouicum Andegauicæ, Ioannem Biturigum, Philippum Turonum, Philippum Aurelianensem duces, & alios Angliæ, Hispaniarum, Italiæ, ac Siciliae principes: præterea ad Romanos, & alios ecclesiæ clientes insignesque populos datæ literæ, quibus omnibus studia apostolica est pollicitus.*

10 Significauit Vrbanus Ioannes Francorum Rex, summam se ex eius creatione lætitiæ percipisse, ipsiusque conueniendi consilium sumpsisse. Cui Pontifex peramanter ipsū a se exceptum iri respondit e: *Nos, inquit, prout intelleximus per eorundem literarum subsequentiæ, personaliter visitare proponis. Super ijs igitur, fili charissime, serenitatis tuæ, quem mentis oculis intuemur & videre corporeis oculis ardenti desiderio expectamus, te plene confidere volumus, quod nos, qui de tuo regno existimus oriundi, ad ea, quæ tuum regni que præfati honorem, statum, & incrementa concernant, mentem intentam habebimus. *Dat. Auin. vii. id. nouembris anno 1.* Meminit de illius aduentu (præter Matthæum Villanum f, & alios) M. S. Vaticanæ auctor g his verbis: *Idem Rex mensis huius, nempe nouembris, die xxi, intrauit curiam. Et infra: Eo**

Qua die sacratus sit Pontifex.

Encyclice Urb. literæ de adepto pontificatu.

4 Ed. 11. ep. 1. pag. 8.

Rogatus Imperator ad faciendam ecclesiam caesarem subditio.

6 11. pag. 12. 13. 14.

6 11. pag. 12. 13. 14.

6 11. pag. 20.

f. Math. Vill. l. 1. c. 31. 32. & M. S. Vat. n. 37. 64. Gallor. Rex V. num ad pra.

presente & tota frequentia curia corpus domini Innocentij fuit portatum ad monasterium Cartusien- se, ibique tumulatum in die S. Cæcilia. Refert Vil- lanus a inter cætera postulasse Regem ab Vrba- no, vt filius Ioanna Regina viduæ connubio iun- geretur: ac Pontificem subiecisse, rem sibi gra- tissimam fore ea lege, vt in regno versaretur, ac fidem sedi Apostolica obstringeret, annumque vectigal penderet. De Philippo filio Turonum, duce natu minimo sibi charissimo, vt pote qui in acie nunquam a paterno latere diuelli potuisset, dum alij filij ac frater ipsum vna cum copijs de- seruere, ad Siculum regnum euehendo agitabat: atque ad illius gratiam Pontifex, sine cuius au- goritate Ioanna Regina virum ducere non de- bebat, eam est adhortatus b, vt ex regia Franco- rum familia, ex qua genus traxerat, virum sibi matrimonio iungeret. At illa Iacobum Balcari- cæ stirpis principem inopem & profugum despon- dit, atque hæc conuenta c cum ipso iniit.

II In nomine Domini nostri Iesu Christi Amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecent- tesimo sexagesimo secundo indictione quintadecima die mercurij, quattadecima mensis decembris, pon- tificatus sanctissimi in Christo patris domini nostri domini Urbani, diuina prouidentia Papa V. anno 1. Vniuersis presens instrumentum publicum inspecturis, pateat euidenter, quod dudum de con- trabendo matrimonio inter serenissimos principes Iacobum, Dei gratia Regem Maioricarum, comi- tem Rossilionis & Cerisania, ac Montispeffulani dominum, & dominam Ioannam, eadem gratia Reginam Ierusalem & Sicilia, ducatus Apulia & principatus Capua, Prouincia, & Polcarquerij ac Pedimontis comitissam, certis tractatibus habitis hinc inde, tandem diuina fauente clementia de huius- modi inter eos matrimonio contrahendo per ipsos concordato his pactis & conditionibus inter eosdem conuenientis & iniitis, quæ talia sunt.

Primo quod sufficiat domino Regi Maiorica- rum intitulari se titulo regni sui Maioricarum, & non titulo regni Sicilia; nec debeat nec possit petere coronationem nec inunctionem, ac ligium homagium a comitibus, baronibus, & regnicolis alijs, cuiuscum- que conditionis, status, & gradus sint, tanquam Rex Sicilia vir dicta Regina, sed solum habeat sacramen- tum affecurationis: nec de administratione dicti regni ac comitatuum Prouincia & Polcarquerij se quo- modo libet intromittet, sed penes ipsam dominam in solidum debeat remanere.

Secundo quod non tradat, nec debeat habere seu tenere, vel haberi seu teneri facere per se vel concurrentes cum voluntate sua, cuiuscumque na- tionis, fortalitia vbiq; per regnum: nec pro- textu aliquorum sumptuum, quos subire ipsum for- san pratenderet, vel contingeret in defensione regni vel recuperationis insula Sicilia seu alio modo quocumque, competat seu competere possit tenuta ipsorum fortalitorum vel terrarum & locorum regni: sed semper remaneant in dispositione domina, & ad suam prouisionem atque mandatum.

Tertio quod si contingeret dominam præcede- re, superstitibus filijs ex vtroque, & ipso Rege superstitibus, filios ipsos sine infra legitimam sine post- quandocumque præcedere sibi nullum ius vendicat vel acquirat in successione regni & hereditate ma- terna ipsorum filiorum: sed deuoluatur successio ad illos de genere dictæ domina, ad quos deferri contin- garet secundum tenorem conventionum regni, legibus seu viribus quibuscumque in contrarium loquenti- bus nullatenus obstituris.

Quarto quod idem Rex Maioricarum semper concurrat & teneatur concurrere cum ipsa domina Regina in reuerentia & obedientia sanctæ matris ec- clesie & Apostolica sedis, & quibuscumque aliud dicere vel audire suadentibus non acquiescet: ac pure & simpliciter assistet, & fauebit toto posse circa satisfactionem census impendendam eidem ecclesie seu Apostolica sedi pro regno Sicilia annis singulis, & circa ipsam ecclesiam perpetuo contentan- dam.

Quinto quod de premisijs, sicut precedentibus, si forte contingat in posterum super illis difficul- tatem aliquam exoriri, vel forsitan bastari, ipsa difficultas & hesitatio declaranda remaneant in iudicio domini summi Pontificis, qui pro tempore erit; & ad eum spectet declaratio eorundem, in- terpretando sicut sibi consulerit & libere visum erit: cuius iudicio & interpretationi sine replicatione alia stetur & stari debeat, & pars vtraque reputare se exinde contentam, &c. His Vrbanus pontificum robur adiecit 11. kal. maijanni proximi, quo Iacobus Neapolim applicuit. At de Iacobo hæc- nus: nunc ad Gallicas res sermonem traduci- mus.

12 Flagitabat ab Urbano Ioannes Rex a, vt Bernabonem Mediolanensem in gratiam resti- tueret: veniam enim ille, acceptis aliquot a fecer- raris cladibus, deprecabatur, atque oratores ad Urbana miserat b, tum vt de adepto pontificatu ei gratularetur, tum iuste ob scelera iratum mul- ceret. Quibus responderat Pontifex, vt Berna- bos erepta ecclesie loca redderet, scelerumque peniteret; actum rite in gratiam admittum iri. Quo etiam responso importuna Ioannis Regis postulata (quadringenta aureorum millia sibi Bernabonis nomine ad pratenam in Bononiam iura abijcienda dari poscebat) elusit. Cumque Bernabos ab ecclesie iniurijs sibi temperare abnueret, immo tyrannidem in dies magis pro- ferre niteretur, Urbana in primis Egidij Cardi- nalis auctoritatem confirmauit c: monuitque d xvi. kal. decemb. de missis a Bernabone oratoribus factisque ab eo promissis: sed breui se diligenter- que discussurum, an vere illum scelerum peniteret, an dolis & artibus confectis sedem Apostoli- cam deludere meditaretur: rem vero cum fe- deratis principibus communicari iussit. Iudicia- riam demum in Bernabonem actionem instaurasse Urbanum, refert subiectis verbis M. S. Vaticanæ auctor: Dominus Papa citari fecit eoram se dominum Bernabonem, termino sibi prefixo ad primam diem martij ad audiendum sententiam condemnationis. Extat in pontificio regesto id Urbani edictum f ad præfules trans- missum, vt promulgaretur, quo gesta in Bernabo- nem ab Innocentio ordine iudiciario completi- tur, reque altius repetita, exponit vt certissima fama ad sedem Apostolicam, viuo adhuc Inno- centio VI. perduxisset, Bernabonem ealcata omni officij religionis defecisse ab ecclesia, seq; hæreseos crimine irretijisse, suscepto hereticorum patrociniò ac Francisci Ordelaffi damnati de hærese arreptis partibus, vetuisse sacram in ijs locis, quæ obtine- bat, expeditionem pro concione aduersus illum, promulgari. Vt vero tantum scelus nouis sceleribus cumularit, ita enarrat.

Insuper suam, quam contra Deum & præfa- tum prædecessorem, aliosque Dei ministros, ac præ- dictam Romanam & alias ecclesias repletis diabolice spiritus diutius gesserat, prout gerebat, in mente perfidam voluntatem, per subsequentia execranda faci-

Perfæe in obseruan- tia sedis Apof.

Si quis his de his emerferit, pontificio iudicio dirimenda.

Bernabos ecclesie gratiam flagitat. a Masch. Vill. super c. 32. b Cap. 31. Datum ab Vrba- no respon- sum.

c To. 1. ep. secr. pag. 44. Disticta in Berna- bonem lege. d 1b. pag. 51.

e M. S. bib. Vat. sign. n. 3765.

f To. 1. ep. secr. pag. 21. Indiciaria in eum acta.

Vt fauerie Ordelaf- fo.

Math. Vill. 111. De filio Turonum dicit Ioa- Regi- na de ipe- dendo agi- To. 1. ep. secr. pag. 11. Ioanna Ba- leri nu- Ex. apud Vis. an. 1. q. diuisi- sum 1. Couen- tu inter ea mita. Prohibitu Iacobone Regi Si- ciliae no- men affe- rit. Ne Sieu- in sua verba sa- cramento adget. Ne pæf- ita impo- nantur.

excessibus; diuersarum esset excommunicatio-
num sententijs irretitus & pœnis subiectus, cupe-
retque, vt dicebat, ad ecclesiæ gremium redire
humiliter & deuote; ac felicis recordationis
Innocentio Papæ VI. prædecessori nostro per
certos suos procuratores & nuncios fecisset of-
ferri, se acturum omnem pœnam & pœniten-
tiam, quæ sibi imponeretur per prædecessorem
eundem; prædecessor ipse; more pij patris salu-
tem filiorum desiderans, eundem Ludouicum
ad gratiam reconciliationis & absolutionis ad-
misit, eique fecit beneficium absolutionis imp-
pendi, ac interdicta (quibus ecclesiæ, monaste-
ria & loca ecclesiastica, ac ciuitates, oppida,
castra, villæ, & loca de terris eiusdem mar-
chionis propter huiusmodi culpas eorundem
Ludouici patris & Ludouici marchionis & alia-
rum quarumcunque de terris ipsis personarum,
quæ dictis Ludouico patri & Ludouico marchio-
ni adhæserant contra Romanam ecclesiæ supra-
dictam, ac dederant auxilium, consilium, vel
fauorem, erant supposita) relaxari: ipsumque
marchionem, ac eius filios & nepotes ad quæ-
cumque beneficia ecclesiastica obtinenda, & ad
omnia & singula, ad quæ per sententias, quas
idem marchio incurrerat, ipse ac eius filij & nep-
otes inhabiles reddebantur, habilitari & habiles
reddi, & ad omnia priuilegia, indulgentias,
gratias, & immunitates reales & personales, ipsi
marchioni per dictam sedem concessa; nec non
ad feuda, honores, officia, bona, iura, & iurisdic-
tiones, quæ obtinebat, & ad statum & famam,
in quibus erat, antequam excederet in præmissis
(dummodo in eisdem feudis, honoribus, officijs,
bonis, iuribus, & iurisdictionibus, tempore
restitutionis faciendæ, non esset alij seu alijs
specialiter ius quæsitum) in integrum restitui.
Ipseque marchio solemniter promisit, ac iurauit
ad sancta Dei euangelia pro satisfactione iniuria-
rum irrogatarum, & damnorum illatorum per
eum Romanæ ecclesiæ prælibatæ, quodcumque
per dictum prædecessorem, seu officiales
ipsius Romanæ ecclesiæ, in partibus Italiæ con-
stitutos, foret requisitus, infra vnum mensem, a
requisitione huiusmodi computandum, centum
armigeros galeatos (viros fideles, ac in equis &
armis bene munitos, quorum quilibet haberet
vnum socium bene armatum & tres equos, ad
quascunque partes Italiæ eidem ecclesiæ contra
rebelles & hostes ipsius, & alias, prout foret
expediens, fideliter seruituros) destinaret, eosque
per duodecim menses integros continuos vel in-
terpolatos secundum eorundem requirementum
voluntatem (inchoandos a die, qua iidem galeati
intrarent terras præfatæ Romanæ ecclesiæ) in
huiusmodi seruitio retineret, eisque de stipendijs
& emendis, ac pagis duplis, si faciendæ occurre-
rent, prouideret suis sumptibus & expensis. Di-
ctusque prædecessor voluit, ac in huiusmodi abso-
lutione, relaxatione, restitutione, & alijs supra-
dictis apponi fecit specialiter & expresse, quod si
præfatus marchio eadem promissa & iurata per
eum non faceret & non adimpleret, seu contra
ea aut eorum aliquod veniret, eo ipso in eas-
dem pœnas & sententias relaberetur, eiusque
ciuitates, oppida, castra, terræ, villæ, & loca,
ac ecclesiæ, monasteria, & loca ecclesiastica eo-
rundem interdictis huiusmodi subiacerent vt
prius, ac habitatio, & restitutio supradictæ ha-
berentur ex tunc penitus pro non factis, prout
in dicti prædecessoris literis, & publicis instru-

mentis exinde confectis plenius continetur, &c.
Dat. Auin. ix. kal. decembris anno 1. Successisse
parenti Ludouico Meinhardum filium adolescen-
tem, refert Rebdorfius a: ac de tutela illius ge-
renda, cum magnis opibus viribusque polleret,
grauem controuersiam Bauaros duces Rupertum
ac Stephanum seniore ac iuniorem fœderatos
inter, ac Ludouici marchionis consiliarios & ami-
cos exarxisse.

15 Nondum autem vniversi Germani, qui ob
Ludouici Bauari aplexam factionem descie-
rant ab ecclesia, ad eius gremium fuerant reuo-
cati: nam licet Guillelmus, Albertus, & Otho Lu-
douici exauctorati Cæsaris filij a Petro Camera-
censi episcopo sacrorum communioni fuissent ius-
su pontificio restituti; non tamen clerus, qui in
eorum ditione versabatur, censurarum nexu so-
lutus fuerat: nec, quamuis Stephanus dux eius-
dem Ludouici filius ab Innocentio VI. flagitasset,
vt in piorum cœtum admitteretur, postulatō
beneficio erat potitus. Vrbanus itaque cum Bauari
prioribus precibus insisterent, Innocentij diploma
extremo illius pontificatu editum b subiectis con-
ceptum verbis instaurauit c.

*Innocentius, &c. venerabilibus fratribus Au-
gustensi & Ratisponensi ac Gurcensi episcopis.*

Nuper pro parte nobilis viri Stephani ducis
Bauariæ nati quondam Ludouici de Bauaria,
pro Romano Imperatore dum viueret se geren-
tis, sed iusto Romanæ ecclesiæ reprobati iudicio,
fuit nobis expositum reuerenter, quod idem Ste-
phanus post & contra processus quorundam
prædecessorum nostrorum Romanorum Pontifi-
cum, aduersus dictum Ludouicum factos & ha-
bitos, ipsum Ludouicum scienter habuit & repu-
tauit, nominauit & recognouit pro Romano
Imperatore, eumque tanquam Romanorum
Imperatorem ad inuadendum & occupandum ac
detinendum Romanum imperium eiusque terras,
loca, iurisdictiones, & iura, eaque & alias ter-
ras, loca, & bona, quæ iure hereditario seu alias
quomodolibet dum viueret possidebat, etiam
post reprobationem huiusmodi, defendendo
cum suis persona, gentibus, & facultatibus pro-
viribus adiuuit, eiusque requisitionibus, man-
datis, & beneplacitis (quantum in eo fuit) effi-
caciter obediuit, & alias multipliciter eidem
adhæsit, obsecutus fuit, & dedit consilium,
auxilium, & fauorem; ipsumque ac eius consilia-
rios, auxiliares, fautores, & complices, ac
eidem in rebellionem ipsius contra dictam eccle-
siam adhærentes grauibus sententijs & pœnis, a
dicta ecclesia propterea prolatis & influctis, mul-
tipliciter irretitos receperunt, fouit, & defendit,
& cum eodem suo genitore diuinis officijs, quam-
quam ipsi ambo essent diuersarum excommuni-
cationum vinculis irretiti, scienter & temera-
re interesse præsumpsit; illaque sic ligatus in terris
& locis suæ iurisdictioni subiectis, licet ea sciret
ecclesiastico fore (prout erant) interdicto suppo-
sita, celebrari quinimmo (quantum in eo fuit)
profanari ausu temerario mandauit & fecit;
& in multis guerris ac prælijs, in quibus nonnul-
læ ecclesiæ ac ecclesiasticæ personæ in eorum
bonis & iuribus grauius molestata & damifica-
ta fuerunt, personaliter extitit, & ad ea frequen-
ter suos subditos destinauit: & quod alias mul-
tipliciter contra processus prædictos Deum ve-
rum patrem & dominum, ac præfatam Roma-
nam matrem & magistram fidelium, aliasque
ecclesias & ecclesiasticas personas offendit, &

Meinardus
Ludouico
Brand-
burg, suc-
cedit,
a Rebdorf.
in annal.

De alijs
Lud. Ba-
uari filijs.

b Exr. apud
Vrb. an 1.
ep. com.
219.
c Ead. ep.

Stephani
ducis ve-
niam po-
scentis cō-
fessio.

nonnullarum ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum bona & iura indebite recepit, & etiam occupavit; propter quæ diuersarum excommunicationum, priuationum, inhabilitationum, in dictis & alijs apostolica seu alia quauis auctoritate factis & habitis processibus contentas, seu alias ab homine & a iure, ac constitutionibus provincialibus & synodalibus ob præmissa, latis & inflicis sententias atque pœnas, & infamiae notam damnabiliter incurrit, a quibus feruentibus votis absolui & liberari desiderat, ac ad eiusdem Romanæ ecclesiæ gremium (a quo imprudenter exciderat) reuocari, in eo tanquam deuotus filius perpetuis temporibus permanens: & quod idem Stephanus non credit nec vnquam credit, quod Romanus Imperator, etiam per dictam Romanam ecclesiam approbatus, Romanum Pontificem possit deponere, & eidem alium subrogare; immo credit & reputat, hoc asserere esse hæresim damnatam, ab ecclesia reprobata; & quod nulli personæ vnquam consentit nec consentit, nec in futurum consentire intendit in aliqua hæresi: & quod paratus est omne schisma in persona propria abnegare, & tanquam de commissis huiusmodi vere pœnitens & contritus omnes pœnitentiam, satisfactionem, & emendam, quas sibi propter præmissa per nos vel alium seu alios duxerimus imponendas, pure, deuote, ac sincere acceptabit, aget, & perficiet cum effectu.

Ac insuper pro parte dicti Stephani nobis fuit expositum & oblatum, quod bona & iura ac iurisdictiones quarumcumque ecclesiarum ac monasteriorum & ecclesiasticarum personarum per eum seu eius nomine, mandato, auxilio, & fauore quomodolibet occupata & detenta illis, ad quos spectant, plene, libere, & expedite, ac realiter & effectualiter, omnibus dolo & fraude remotis, infra tempus per nos seu alios a nobis in hac parte deputatos seu deputandos præfigendum assignabit, restituet, tradet, & dimittet, ac per suos subditos & sequaces assignari, restitui, tradi, & dimitti faciet; nec ea vel eorum aliqua in posterum occupabit, nec per suos subditos aut alios suo consilio & fauore aliquo vel quasito colore directe vel indirecte occupari permittet: & quod super omnibus & singulis præmissis deuote & efficaciter parebit mandatis ecclesiæ atque nostris: quodque nobis & successoribus nostris Romanis Pontificibus canonice intrantibus, tanquam verus & catholicus Christianus, fidelis & obediens erit: & quod nullo tempore erit in liga, societate, seu confederatione cum quibusuis hæreticis per dictam Romanam ecclesiam denotatis, seu etiam denotandis; nec eis seu eorum alicui per se vel alium seu alios directe vel indirecte, publice vel occulte, dabit aliquod auxilium, consilium, vel fauorem: & quod de terris suis, & eius administrationi subiectis & subijciendis vniuersos hæreticos pereandem Romanam ecclesiam vel eius auctoritate denotatos & denotandos exterminare & expellere pro viribus procurabit: & quod omnia & singula præmissa, pro eius parte nobis exposita & oblata & ex certa scientia & expresse ante absolutionem sibi ab huiusmodi processibus, pœnis, & sententijs impendendâ, personaliter ratificabit, & in omnibus & per omnia approbabit, & de nouo confitebitur, recognoscet, promittet, & iuramento confirmabit: & quod præmissa oblata faciet & cõplebit, ac pro illis faciendis & complendis, se & suos successores

& bona efficaciter obligabit, & instrumentum publicum de huiusmodi ratificatione, approbatione, confessione, recognitione, & promissione, ac iuramento & obligatione, & alijs, quæ fieri contigerit in hac parte, eorum tenorem præsentium continens, confici faciet, eiusque sigillo communiri, illudque sic munitum statim, cum super hoc ex parte nostra fuerit requisitus, tradet & assignabit illi seu illis, quos in hac parte duxerimus deputados.

16 Quibus quidem expositione & oblatione (vt præmittitur) factis, & per nos benigne auditis & admisis, dicti Stephani, nec non dilectorum filiorum Guillelmi & Alberti ac Othonis fratrum ducum Bauariæ natorum dicti quondam Ludouici parte fuit nobis humiliter & reuerenter supplicatum, vt cum ipsi Guillelmus, Albertus, & Otho olim per venerabilem fratrem nostrum Petrum episcopum Cameracensem auctoritate apostolica, sibi in hac parte commissa, a dictis sententijs & processibus, quibus ligati erant, fuerint absoluti; sed ex certis causis ecclesiarum & monasteriorum prælati, aliæque personæ ecclesiasticæ seculares & regulares, ac nobiles alijque laici terrarum de dicto ducatu, ad ipsos Guillelmum, Albertum, & Othonem spectantium, huiusmodi absolutionis beneficium non fuerint consecuti, & interdicta, quibus ecclesiæ, monasteria, & ciuitates, castra & alia loca dicti ducatus non fuerint relaxata; nos ipsi Stephano, nec non omnibus & singulis episcopis, abbatibus, alijsque ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum locorum ecclesiasticorum prælati seu rectoribus, ac clericis & ecclesiasticis personis secularibus & regularibus, nec non capitulis, collegijs, & conuentibus ecclesiarum & monasteriorum quorumcumque ordinum existant; nec non comitibus, baronibus, militibus, alijsque personis secularibus, cuiuscumque status & conditionis extiterint, ac communitatibus & vniuersitatibus ciuitatum, oppidorum, castrorum, terrarum, & locorum prædicti ducatus, & aliarum quarumcumque terrarum ad ipsos fratres communiter vel diuisim spectantium, qui & quæ propter huiusmodi processus, contra iam dictum Ludouicum eiusque fautores & complices ipsique adherentes, obsequentes, & participantes factos & habitos, & eorum occasione sententias & pœnas in eis contentas seu alias quomodolibet incurrerant (qui similiter optant ad nostram & Apostolicæ sedis humiliter redire obedientiam & mandata) absolutionis, relaxationis, dispensationis, abolitionis infamiae, & habilitationis, restitutionis, & alijs opportunis circa hæc beneficijs prouidere misericorditer dignemur.

Nos igitur, qui more pij patris emendationem & salutem semper appetimus delinquentium filiorum, dictorum fratrum nobis in hac parte humiliter supplicantium precibus inclinati, fraternitati vestra, de qua in his & alijs speciale in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus vos vel duo aut vnus vestrum præfatum Stephanum, postquam ipse confessiones & promissiones suprascriptas in præsentia vestra seu alicuius vestrum personaliter & humiliter fecerit, & iuramento firmauerit, vt præfertur, & schisma quodlibet abnegauerit; ac etiam postquam ab eodem Stephano, quod ecclesias, monasteria, canonicatus, præbendas, & alia beneficia ecclesiastica, & alia omnia & singula castra, terras, villas, loca, iurisdictiones, iura, & bona quarumcumque ec-

Damnat hæresim, quod Papa a Cæsa. re exautorari possit.

Sarcina damnanda spondet.

De reliquis in quibus concilio die apud Bauri.

Data Pont. v. nia.

clesiarum, monasteriorum, & aliorum ecclesiasticorum & piorum locorum, & ecclesiasticarum personarum, per eum seu eius nomine, mandato, promissione, consensu, auxilio, & favore quomodolibet occupata seu detenta, ipsi ecclesijs, monasterijs, & locis seu personis, ad quæ seu quas spectant, plene, libere, & expedite ac realiter ad mandatum nostrum assignabit, restituet, tradet & dimittet, & assignari, restitui, tradi, & dimitti faciet, & ea redintegrari faciet ad illa, & de fructibus, redditibus, prouentibus, & bonis ex eisdem ecclesijs, monasterijs, canonicatibus, præbendis, & beneficijs, ac castris, terris, villis, & locis alijs occupatis & detentis occupationis & detentionis eorum tempore per eum vel alios suo nomine, mandato, promissione, consensu, auxilio, & favore perceptis, & habitis, illis ad quos pertinent satis faciet, & satisfieri faciet, seu concordabit cum eis; & quod pro satisfactione iniuriarum irrogatarum, & damnorum per dictum Stephanum ac suos, & præfatorum Guillelmi & Alberti ac Othonis subditos de præfato ducatu Bauariæ Romanæ ecclesiæ prælibatæ illatorum, quando eumque per nos seu officiales ipsius Romanæ ecclesiæ in partibus Italiæ constitutos iidem Stephanus & alij sui fratres fuerint requisiti, infra unum mensem a requisitione huiusmodi computandum, ducentas barbudas seu armigeros equites, viros fideles & in equis & armis bene munitos, quorum medietatem dictus Stephanus & eius subditi, & alteram medietatem dicti sui fratres & eius & eorum subditi de præfato ducatu ad quascumque partes Italiæ eidem ecclesiæ contra rebelles & hostes ipsius & alias, prout fuerint expediens, fideliter seruituros destinabunt, eosque per sex menses integros & continuos vel interpolatos secundum eorumdem requirementium voluntatem, inchoandos a die qua iidem armigeri intrabunt terras præfatæ Romanæ ecclesiæ, in huiusmodi seruitio retinebunt, eisque de stipendijs & emendis ac pagis duplis, si faciendæ occurrerint, prouidebunt suis sumptibus & expensis; & quod ipse Stephanus infra scriptis nostris mandatis faciendis eidem deuote parebit, & ea inuoluntate per se obseruabit, & per suos posteros & subditos bona fide mandabit & faciet obseruari efficaces & solemnnes promissiones & obligationes ac iuramenta nomine nostro & dictæ Romanæ ecclesiæ, & omnium quorum interest seu intererit receperitis, & infra, auctoritate nostra iuxta formam ecclesiæ absoluatis, imposita præfato Stephano, vltra prædictum subsidium militare, & singulis alijs, quos absoluendos duxeritis, prout eorum culparum & excessuum grauitas exegerit, & vestræ circumspectioni videbitur, pro modo culpæ penitentia salutari, ac iniunctis eis quæ de cætero de iure fuerint iniungenda, &c.

Dat. Anni. non. iulij pontificatus nostri anno x.

Confirmata sunt hæc ab Urbano datis ad eisdem præfules alijs, quibus superiores fieri inferat, literis, quibus hæc temporis nota adiecta est.

Dat. Anni. vii. kal. decembris pont. nostri anno i.

Conciliatis ita ecclesiæ Bauariæ omnibus, qui ob Ludouici partes secutas se schismate vel hæresi, varijsue censurarum nexibus irretierant, reliquæ hæreson Marfilij, Iandani & Okami hæresiarcharum pelliferæ penitus euulsæ fuerunt, discissæque ecclesiæ partes felicissime redintegratæ coaluerunt, conferente Deo Christi meritis ecclesiæ Rom. triumphū de hostibus, qui armis scriptisque hierarchiâ ecclesiasticam oppugnant.

Annal. Eccl. Tom. XVI.

17 Implicito mutuis bellis occidente, ad promouendam expeditionem Asiaticam concitandosque Europæos Reges Petrus a Rex Cypri, partis de Turcis Asiaticis victorijs illustris, tertia decembris die Auenionem accessit. Venit etiam vna cum Cyprio B. Petrus Thomas gesta in oriente apostolica legatione amplificatoque Christi cultu clarissimus, quo hortatore Petrum Regem Ierosolyma ab infidelium seruitute liberandæ pium ardorem concepisse, refert Philippus Mazerius b regij serini præfectus: *Comitante*, inquit, *Rege Cypri, Auenionem reuertitur, ubi esset curia papalis, inuenitque Urbanum eo nomine V. qui recenter fuisse creatus Pontifex: cui declarauit quemadmodum persuasisset Regi Cypri ut bellum moueret pro recuperanda Ierosolyma & sanctorum eiusdem propositum. Hoc valde fuit cordis Papa: & ille considerans recte viuendi consuetudinem, & melius institutum D. Petri Thomæ, summosque sumptus, quos in legatione fecisset, archiepiscopatum Cretensem ei contulit in sui status augmentum.* Subdit auctor, vt ad Italiæ pacandos motus, quo arma Christiana in hostes fidei auerterentur, adhibitus fuerit: de cuius laboribus eam ob causam susceptis, dicitur inferius. Offusus autem ingens terror est Saracenis ex hac Cyprijs Regis in occidentem peregrinatione, & Christianis in Syria, Damasco, & Ægypto grauissimis malis affecere, ac plures in vincula coniecerunt. Ex quo, vt obseruat Matthæus Villanus c docetque experientia, elicitur huiusmodi sacræ in Mahometanos ineunda expeditionis consilia ex arcano agitata, ne pro vano terrore infidelibus tantum incusso veræ ab ijs clades Christianis, qui inter ipsos agunt, inferantur. De creato huius cruceatæ expeditionis supremo dace Francorum Rege sequenti anno dicendum erit: nunc Granatensia belli historiam percurramus.

18 Acceptit hoc anno ineunte Petrus Castellæ Rex magnam a Ruffo Mauro Granatensi tyranno cladem d, cum quo bellum gerebat, vt Mahomadem pulsum regno restitueret. Qua victoria elatus Ruffus excursions in Castellam egit. At efferatus his iniurijs Castellanus, mox eluenda susceptæ ignominie cupiditate potentissimo succinctus exercitu, in quo ad decem equitum & triginta peditum millia referebat, irrupit e in Granatense regnum, ac pluribus oppidis est positus. Quocirca terrore percussi barbari, ne Christianorum iugum subire cogerentur, Mahomadem suis vrbibus exceperunt: ea rerum conuersione attonitus Ruffus Mahomadis amulus delinendum muneribus & obsequijs Castellæ Regem putauit; collectoque ingenti thesauro, Petro significauit g, se in illius obsequium procumbere paratum: acceptoque, vt plerique aiunt, in eolumitatis sacramento, Hispalim accessit: quem Petrus humaniter, vt visum est, fallaci eblanditus vultu excepit. Tū vna cum proceribus conijci in vincula iubet atque opibus ingentibus, ad obtingenta enim aureorum millia attulerat, spoliat: ac nullo iudiciorum seruato ordine, vt erat ad insaniam fæuus, impositum asino, sequentibus illum pone quatuor proceribus, ac deinde alios unum & quadraginta Mauros consiliorum participes fune ligatos in campum Hispalensem adduci iussit: in quos ipse carnificinam exerciturus vna cum suis cataphractis impulsis equis irruit; suaque manu Ruffum lancea transfixit, ceteri equorum pedibus momento obruti. Tam fæuum & horridum spectaculum, violato gentium iure, Petrus

Regis Cypri in occidentem aduentus. a *Matth. Vill. l. 11. c. 34. Gesta Vrb. V. apud Bosq. B. Petrus Thom. ex peditio in terram sanctam auctor. b Episcopus M. S. gestor B. Petrus Th. ex Philipp. e Mexentis.*

E Coronati episcopatu ad archiepiscopatum Cretensem translatus e *Matth. Vill. super cap. 34.*

d *Idem Vill. l. 10. c. 88. Marian. l. 17. de reb. Hisp. c. 2. Surv. l. 9. annal. cap. 37. Castellæ Regis in Granatensibus expeditione. Mahomad des ab ijs solio restitutus, e *Matth. Vill. l. 10. c. 89. f *Eod. cap. g *Cap. 97. Marian. l. 17. c. 5.****

Petri Castellani immane facinus.

ludi specie dedit. Paulo vero post Mahomades Petrifiduciarium se professus a est, oblati de Saracenorum more vrbium suarum signis, & Chritianos omnes libertate donauit.

Confecto ita bello Granatensi Petrus, cuius causa fœdus cum Aragonio pepigerat, contra iura gentium in tam anno superiori pacem violauit b, traxitque in suas partes finitimos Reges ac principes. Carolus quidem Nauarræ Rex inferendi Aragonio belli eam occasionem obtendit c, sibi affini & fœderato in turbis Gallieis aduersus delphinum non lata auxilia. Vt vero imparatum Petrum Aragonium occuparet Castellanus, contracto exercitu Calataubam obsidione cinxit: quam cum ciues strenue sustinerent, fœuus tyrannus demum ea potitus, ad sex & eo amplius hominum inermium millia trucidauit d. Cum ragentem in se feram eiusmodi vidisset Aragonius, a qua ob pactam Guidonis Cardinalis legati opera pacem se tutum putabat e, Henricum & Telliū Castellani fratres spurios vna cum Gallorum vagis turmis exciuit; de quibus hæc M.S. Vaticanus auctor refert f: De mense augusti societas prædicta, quæ depopulata est Franciam & Burgundiam, recepta pecunia a Rege Francie receperunt de Francia, & transitum faciebant per Villanouam Auinionensis ecclesie, ituri in auxilium Regis Aragonum contra Petrum Regem Hispania: contra quem fuerunt eodem tempore processus publicati & portis ecclesiarum affixi, quos dominus Bononiensis Cardinalis fecerat, eo quod pacta per ipsum Cardinalem, cum esset legatus, ordinata non seruauit. De horum in Castellam irruptione inferius differemus: nunc claudemus hanc annum nonnullis ab Vrbanis gestis, quæ silentio non sunt visa prætereunda, ex vitæ illius scriptore g in medium adductis.

19 Dicitur, inquit, Vrbanus Papa modopremisso electus, consecratus, & coronatus, satis cito dominum Guillelmum Bragose S. Georgij ad velum aurum diaconum Cardinalem ac maiorem pœnitentiarum, virum vtiq; satis grandævum, qui per prius in studio Tolosano doctior solemnibus decretorum existens, annis pluribus cathedram doctorem ad perutilem instructionem seu informationem plurimorum rexerat, in presbyterum Cardinalem ordinauit, sibiq; titulum presbyteralem assignauit, videlicet S. Laurentij in Lucina: ad quod faciendum præcipue motus extitit Romano officio pœnitentiaria, quod presbytero magis quam diacono conuenire iudicauit. Ad ecclesiam insuper Auenionensem, quæ diu pastore caruerat, cum per duos prædecessores suos pro suis & ecclesie necessitatibus vacans continue retenta fuisset, promouit dominum Anglicum Grimoardi priorem Dignensem fratrem suum de quo quasi communiter dicebatur, quod in omni probitate, honestate, religionis obseruantia, ac discretionem seu circumspectionem naturali cum literatura conuenienter ordo suus, scilicet canonicorum regularium, etsi sibi pares haberet paucos, tamen excedentes vero nullos. Qui etiam suo tempore & successiue vltra bona multa, quæ fecit in ecclesia memorata, in Auenione a solo edificauit monasterium cum officinis & habitationibus necessarijs pro monialibus de Furnij ordinis S. Benedicti, quæ prius erant ab extra collocata in suo loco campestri & aperto: deditque eis multa bona, & reliquias aliquorum sanctorum, specialiter S. Lucie * munitum & incassatum in argento. In Aptensi etiam ciuitate a solo edificauit & dotauit monasterium monialium ordinis Cisterciensis, & in Montepessulana monasterium

canonicorum regularium sub nomine S. Ruffi, in quo constituit certum numerum canonicorum, qui Deo ibi seruirent, & nihilominus intendere circa studia literarum; dotauitque collegium huiusmodi de redditibus & prouentibus satis sufficientibus ad sustentationem dictorum canonicorum, quibus etiam prouidit de pluribus bonis, libris, ac alijs ornamentis pro diuino seruitio, & sui continuatione studij necessarijs & opportunis.

IESV CHRISTI

Annus 1363.

VRBANI PP.V.

CAROLI IV. IMP. OCC. 18.

ANNUS I.

IO. PALÆOL. IMP. OR. 23.

Obscurata religioni pristinum splendorem restituere meditatus Vrbanus Pontifex, Italicos tyrannos, nullo discrimine sacra profanaque euercentes, domandos suscepit anno humanæ salutis millesimo trecentesimo sexagesimo tertio indictione prima. Quod consilium Germaniæ episcopis, a quibus subsidiarium aurum expectabat, his verbis patefecit a: Prædecessore, sicut Domino placuit, de hac luce subtracto, ad apicem (licet immeritis) summi apostolatus assumpti, valentes & etiam non valentes huiusmodi prauitatem bareticam: ac clerici & aliorum fidelium ecclesiarum oppressiones, iniurias, offensas, ac excessus & alta scelera, quæ etiam, dum essemus in minoribus constituti, oculate cognouimus, quæ uis in tantam diuinam maiestatis offensam, dictæ sedis contemptum, catholica fidei præiudicium, ac enormissimam eiusdem Romana ecclesie lesionem cedere dignoscuntur, sub dissimulatione transire, prædictos cepimus continuare processus, illosque sub potentia diuinæ fiducia intenuimus, prout ex debito tenemur pastoralis officij, uiriliter prosequi, & ad laudem diuini nominis ac exaltationem ipsius catholice fidei recuperationem iurium eiusdem ecclesie, sanctorum exultationem fidelium, & ipsorum bareticorum exterminium, Deo faciente, salubriter terminare, &c. Dat. Auin. 11. kal. february anno 1. Attulerat inter alios Bernabos Vicecomes grauissimo iugo Infubres, & cum Bononiam atroci bello peteret, officiorum tamen signis inanibus dolos subornabat: vocatus enim in ius, Auenionem oratores amplissimos miserat b honorem impensuros, qui nouis Pontificibus a Christianis principibus exhiberi consueuit, pangendæq; pacis specie adhibuit iterum Ioannem Francorum Regem, vt concordia interpretem ageret: e quas partes Bernabonis mendacijs ac dolis circumuentus idem Rex suscepit. E quibus vt se Pontifex expediret, Aegidium Cardinalem in Italia legatum hoc responso docuit a: Solitas Mediolanensium malitias cognoscentes, tam loquentibus pro parte dicti Regis, quam ambasciatoribus respondimus, quod nullum tractatum uellemus audire, nisi castra districtus Bononiensis prius libere restituantur ecclesie prelibatæ, ac idonee caueatur, quod de clericis & ecclesiasticis personis terrarum, quas regunt & eorum bonis nullatenus intramittent: & eo casu omnem tractatum concordia ad tuam, & dilectorum filiorum colligatorem cum dicta ecclesia prouidentiam remittemus, &c. Dat. Auin. kal. february anno 1. Aspernatus est Bernabos iusta Pontificis postulata, quippe qui non iniuste occupata dimittere, sed proferte ulterius ambitionem meditaretur.

2 Indicta superiori anno exeunte, vt vidimus, Bernaboni die, cū spargerent in vulgus eius oratores,

Martib. Vill. 1. 10. cap. 98.

Lib. 11. c. 11. Marian. 1. 17. c. 6. Sur. 1. 9. apud. c. 49. Aragoniū bello ap. petiit.

Carnificiam exercet in innocentes. d. Vill. Super. c. 11. e. Marian. sp. c. 6.

M. S. bib. Vrb. sign. n. 3765. Socialis exercitus in Castellam e. Gall. educus. Iudicio postulat. Castellanus.

g. Gestia. Vrb. V. apud Bosq. Guill. Bragose præbyter Cardinalis.

Anglicus Grimoaldi Pont. frater creatus episc. Auenion.

Pia eius. de opera.

Munitas & incassatas.

Vrbani cura ad reprint. dos tyranos.

Ad. 1. q. com. 9.

Bernabos de pace colloqui rediret grat. b. Tom. 1. ep. 1. 1. 1. 1.

d. bib. Evg. ban. ecclesie federa. ruan. tione. d. tunc.

ipsum ad causam suam defendendam accessurum, atque ideo iudiciarius ordo fuisset extractus, demum cum dies adesset a, purpuratorum patrum facer senatus coactus est; ac Stephanus S. Mariæ in Aquiro & Hugo S. Mariæ in portico diaconi Cardinales ad fores palatii missi a Pontifice, qui Bernabonem, vt se apostolicis subfellij susteret, appellarent: tumque Gualdus Louixelius se Bernabonis procuratorem esse affirmavit, vt in iudicio responderet. Sed cum eam auctoritatem sibi collatam non probaret, atque exceptiones excusationesque inanes afferret, Urbanus hac Bernabonem pena defixit b.

Quia idem Bernabos in reprobum sensum datus, imitatus Pharaonis duritiam cor saecum sibi fecit, spernens ad gremium ecclesie prefate redire, ac mala malis accumulans, clauis ecclesie ausu temerario contemnendo; nos tantam diuina maiestatis offensam, tantumque clauis predictarum contemptum nequeunt salua conscientia amplius tolerare, Christi cuius, licet immeriti, vices in terris gerimus nomine inuocato, de dictorum fratrum consilio eundem Bernabonem, sicut praedicitur, per dictum praedecessorem nostrum citatum, vt de fide responderet, nec comparere curantem, & propter eius contumaciam in dicta causa fidei excommunicationis vinculo innodatum (quam per annum & annos, vt praefertur, animo sustinuit pertinaci) per hanc nostram sententiam dicta auctoritate apostolica velut hereticum condemnamus, decernentes & declarantes ac nuntiantes eundem Bernabonem militari cingulo ac omnibus honoribus, priuilegijs, libertatibus, immunitatibus, bonis, & iuribus suis vniuersis & singulis fore priuatum, ac vniuersa poenis & sententijs per sanctiones canonicas & ciuiles promulgatas aduersus hereticos subiacere, & eum velut hereticum & ab ecclesia Dei praesum ab omnibus Christi fidelibus euitandum. Omnes insuper & singulos, qui in posterum ipsi Bernaboni faueant, ipsumque defendent seu receptabunt, tanquam fautores, defensores, & receptatores hereticorum esse censendos, ac poenis & sententijs, quibus subiiciuntur fautores, defensores & receptatores hereticorum existere obnoxios & subiectos, &c. Actum & datum Avin. in palatio apostolico v. non. martij pontificatus nostri anno 1.

3 Transmissa est c huius sententiae formula ad Italiam, Germaniam, & Galliarum praesules, vt eam in templis coram circumfusa populi multitudine diuulgarent, cuius perstringit praecipua capita Matthæus Villanus d: ac narrat, Pontificem ea pronuntiata affurrexisse e folio, atque in genua procubuisse, iunctisque & sublatis in caelum manibus, orasse Christum, sanctos Apostolos Petrum & Paulum, atque vniuersam caelestem aulam, vt quibus vinculis crudelem & infidelem tyrannum ipse tanquam Dei vicarius constrinxerat in terris, illum in caelis illigarent, opemque ecclesiae e caelo explicarent. Nec secuti successus iniectas a Pontifice spes fefellerent. Meminit de eo M.S. Vaticanum e his verbis: *Martij die tertio in consistorio publico declaratus fuit hereticus dominus Bernabos Mediolanensis, & non longe post perdidit confictum prope Bononiam.* Ad Murinam Bernabonem magna clade a federatis ecclesiae principibus mense aprili profligata, narrat Matthæus Villanus f: de qua parta victoria Pontifex Nicolao marchioni Atestino, quem tyrannus opprimere in eo bello affectabat, his literis est gratulatus. g

Dilecto filio nobili viro Nicolao marchioni

Estensi, in ciuitate Ferrariensi & eius districtu pro nobis & ecclesia Romana vicario, salutem.

Grandis lætitiæ iubilum transmissæ nobis tuæ nobilitatis literæ continententes victoriam, quam nuper gentibus sanctæ Romanæ ecclesiae, ac tuis & aliorum cum ipsa ecclesia ligatorum de illo heretico Bernabone de Vicecomitibus, suisque sequacibus & defensoribus exercituum Dominus sua pietate concessit, nobis & nostris fratribus attulerunt. Licet enim de strage redemptorum Christi sanguine non lætemur, sed potius doleamus ab intimis; de confusione tamen dicti Bernabonis impœnitentis & perfidi, suorumque sequacium, quorum fretus auxilio contra Deum & fidem catholicam praefatamque ecclesiam elationis suæ non veretur erigere cornua, merito in Domino gratulamur. Proinde itaque laudes & gratias referentes Altissimo, potentiae suæ mirabilis dextera dispergenti superbos, & suam ecclesiam eiusque deuotos filios exaltanti, diligentiam tuam de celeri notificatione dictæ victoriæ commendamus, ac deuotionem tuam aliorumque colligatorum huiusmodi hortamur & rogamus attente, vt tu & ipsi colligati contra dictum hereticum & defensores eiusdem cum gentibus praefatæ ecclesiae ac vestris tanto promptius procedatis, quanto ipsos hostes existimare deberis magis esse attonitos, & ipsorum potentiam vergere in ruinam; quantoque de prosperis futuris successibus amplius in humilitatis spiritu sperare deberis, brachium Domini vobis assistere certiori experientia sentientes. Dat. Avin. v. kal. maij anno 1. Affectus ea clade Bernabos ambiendæ ecclesiae gratiæ speciem pra se tulit a: quare Pontifex ad illum, si pœniteret scelerum in sinum ecclesiae admittendum paratissimus legatum Cardinalem spondendæ vis auri, & ecclesiastica vectigalia, & oppida pignori subijciendi potestate auxit, pacisque leges ex federatorum consilio constituendi b; ea tamen conditione, vt Bononiensis comitatus oppida a Bernabone occupata ecclesiae restituerentur c: sed fractus tyrannus blandiebatur his artibus, vt opportunius noceret: dolosque struxit, vt federatos ecclesiae ab illius societate diuelleret, belloue implicaret.

4 Indixit itaque, vt ante decreuerat d, Urbanus cruce signatam aduersus Bernabonem expeditionem, ac breui verborum compendio immania illius flagitia, atheismum scilicet, vt qui Numinis diuini potentiam sibi in Mediolanensi principatu arrogaret; impietatem in praeferenda sua auctoritate pontificia in conferendis sacerdotijs, & crudelitatem in sacerdotibus rous suppliciorum generibus excarnificandis, afficiendo atrocibus iniurijs Mediolanensi archiepiscopo, fouendis ecclesiae hostibus, & expugnanda eius ditione tyrannidem in luce collocant e. Neque in Italia modo, verum in Germania quoque & alijs regnis sacrum illud bellum promulgatum: & concionatores, quo maius subsidiarium es in belli Mediolanensis sumptus a fidelibus possent elicere, insignibus praerogatiuis sunt instructi; de quibus hæc ad Egidium legatum scripsit f: *Negotium predicandi verbum crucis contra eum incœpimus recensere, ac de predicatoribus deputandis in Alamannia primo, & deinde in alijs partibus ordinare: tuaque fraternitas in totius Italiae partibus secundum commissionem nostram, quam eidem fraternitati direximus, procedat ad predicationem huiusmodi, cum viderit expedire: nosque alias literas super certis casibus, de quibus predicatores,*

Partam
victoriam
Atestino
gratula-
tur. Ponti-
fex.

a To. 1. ep.
secr. pag.
175.

b Ib. pag.
146.
c Pag. 147.

Indicta
in Berna-
bonē ex-
pedito.
d Pag. 28.

e An. 5. ep.
com. 6.

f To. 1. ep.
secr. pag.
214.

Secrum bellum in Asiaticis dilatarum donec Bernabos redactus foret ad officium.

absoluere poterunt, de proximo transmittemus: nec ad predicationem crucis in negotio ultramarino permittemus procedi, sicut hoc charissimis in Christo filiis nostris Ioanni Francia & Petro Cypri Regibus illustribus, praximus, nisi dicti heretici negotio per bellum vel conversionem expedito, quorum alterum dignetur concedere misericordia Saluatoris. Dat. Avin. v. id. iulij anno 1. Censebat Pontifex, non successuram e sententia orientalem expeditionem, nisi pacata esset Italia; atque, ecclesia Bononiensi bello libera, illi vacare posset.

Fracus vero & Cyprius Reges recuperadae Syriæ cupidissimi oratores ad Bernabonem misere, qui illum ab infestanda ditioe ecclesiastica reuocarent; sed ipsos flectere tyrannum ad æquitatem non potuisse, Ioanni Regi Francorum significauit a subiectis literis Pontifex.

Vrbanus, &c. charissimo in Christo filio Ioanni Regi Francia illustri.

Dilecti filij nobiles viri Rogerius de S. Seuerino Comes Mileti, ac Philippus de Molinis licentiatus in legibus ambaxiatores tui ad partes Italiae destinati, nuper ad nostram venientes presentiam retulerunt, quod ipsi, & alij ambaxiatores charissimi in Christo filij nostri Petri Regis Cypri illustris, ad illius maledictionis alumni, & heretici detestandi Bernabonis de Vicecomitibus primo, & deinde ad venerabilis fratris nostri Aegidij episcopi Sabiniensis A. S. L. presentiam accedentes, eis illa, quæ super negotio reconciliationis dicti Bernabonis ambaxiatoribus ipsis tua & dicti Regis Cypri celsitudo commiserat, fideliter exponere curauerunt. Sed idem Bernabos in sua obstinatus duritia regiam benignitatem, quæ suam hominis vtriusque salutem, ac status prosperitatæ sollicitis procurabat studijs, non agnoscens; immo ex hoc vnde humiliari debuerat, spiritum maioris elationis assumens, vt bene ageret intelligere noluit, & quæ sibi tua & dicti Regis suadebat serenitas, facere recusauit: dictusque legatus ordinationem tuam & eiusdem Regis libenti animo, ac promptis effectibus se obtulit impleretur, prout venerabilis frater noster . . . episcopus Niuernensis etiam ad hoc ambaxiator tuus tibi latius forte iam retulit, & idem Philippus referet oraculo viuz vocis.

Ex præmissis igitur, filij charissime, potes agnoscere, quod ea, quæ dicti Bernabonis nuntij tibi, dum tu & ipsi eratis apud Romanam curiam, regia sublimitati obtulerunt, & etiam suggererunt, fuerunt ipsorum & dicti Bernabonis, a quo emanabant, deceptiones & mendacia consueta: & quod idem peruersus hereticus, Deum & sanctam ecclesiam sponsam suam perfida temeritate contemnens, etiam illustribus Regibus illudere non veretur: & quod eandem ecclesiam matrem tuam & vniuersorum fidelium, quam sponsus eius dominus noster Iesus Christus non dereliquit hactenus, nec relinquet in posterum, nititur (licet incassum) suis prauis conatibus subjugare. Nos autem tuæ deuotæ magnitudini, quæ in hac parte fidelibus studijs laborauit, prouide multiplices grates referimus: & sicut per nos & dictum legatum non stetit, quin impleta fuerint & impleantur illa, quæ tua & dicti Regis circumspexio in huiusmodi pace facienda prouidit; sic nec stabit etiam in futurum. Cæterum, quia sic sæui hostis superbia semper ascendit, & eius exterminationi locus relinquitur, cum ab ipso indurato qualibet prædicatio contemnatur,

& per ipsum Bernabonem, in sua proteruitia & potentia consistentem, negotium ultramarini passage, quod promptis ac deuotis affectibus assumpsisti, impediatur indubie; serenitatem eandem rogamus attente, quatenus ecclesiæ prædictæ negotia contra dictum hostem Dei & ipsius ecclesiæ tanto habere digneris fauorabilius commendata, quanto ipsius hostis superbam nequitiam plus agnosces. Dat. Avin. non. augusti anno 1.

Tulit grauate Ioannes Francorum Rex Bernabonis affinis improbitate expeditionem Asiaticam, cui se deuouerat, disturbari; viresque omnes, vt concordiam redintegraret, contulit. Coniunxit etiam operam Cyprius Rex sacri belli auctor, quibus alij Christiani Reges fauebant, ac pertimuit Mediolanensis, ne vniuersorum Christianorum odia & arma in se concitaret. Egit itaque de concordia cum Vrbanus, qui ea de causa Andruinum tit. S. Marcelli presbyterum Cardinalem, ob pacem Anglos inter & Gallos firmatam clarissimum, Apostolicæ sedis legatum in Insufram vergente anno misit a; instruxitque auctoritate, vt Bernabonem omnibus cæsuris ac pœnis, quibus erat deuinctus, exolueret. De pace cum Bernabone ineunda moniti sunt nonis decembris principes fœderati b Scaligeri Veronenses, Gonzaga Mantuani, marchiones Atestini, & Carraria Patauius; si vero pax exitu carebit, pontificias omnes vires in Bernabonem conuersum iri: qui etiam, vt Andruino legato animis coniuncti essent ac iussis parerent, rogari c. Vtque facilius Andruinus sancire cum Bernabone fœdus posset, pluribus a Pontifice est ornatus priuilegijs d, ac Bononiensis legatio, quam Aegidius Albornotius maxima laude hactenus gesserat, in eum transfusa e, vt Bernaboni, qui ab Aegidio vehementer abhorrebat, id daret: extantque ad Bononienses literæ f, vt Andruino obsequantur. Aegidius etiam Cardinalis quos in vinculis hostes tenebat, illi tradere iussus g. Vt vero feliciter præcipua Francorum & Cypri Regum contentione, quo occidentis arma in Syriam traducerentur, pax reuocata sit, sequenti anno dicitur.

Incubuit eandem ob causam Vrbanus summo studio ad alia Italica bella pacanda: vtque a Patauino ducamus exordium, de quo superius est facta mentio; exortum illud fuerat Mediolanensis occasione, cum nimirum Bernabos in Franciscum Carrariam Patauij præfectum Venetos exasperasset: intentata enim a Venetis Francisco lis est de certis salinis, quas mox ij armis occuparunt. Lacesitus vero a Venetis Carraria, causæ suæ æquitate fretus, se ad experiendum iudicio ius, ac legibus cõtrouersiam dirimendam paratum obtulit. Cui Pontifex non defuturum est pollicitus h: ac Laurentium Celsum, qui Delphino in Venetæ publicæ rei administratione successerat, est adhortatus i, ne ad Bernabonis gratiam Franciscum Carrariam bello appeteret, iniustamque causam contra dignitatis suæ decus susciperet, obscuraretque veteres Venetorum laudes, quas paucis hisce verbis delibat: *Inter omnes populos, qui sub professione Christiana censentur, populus cui præst de zelo sacra fidei, deuotione ad sanctam Romanam ecclesiam, cultu iustitiæ, singularique in suis actibus grauibus grauitate, ac prudentia commendatur: de patientiaque tanta laudatur, quod dicatur, potius sustinuisse aliquatiter prius ladi, quam ledere inca-*

4 Eod. 10. I. 42. secr. pag. 229.

Gallus & Cyprius Reges flectere ad officium Bernabonem teuerant.

De eius superbia

Illuisse Regibus ostenditur.

De Bernabone

Milii in Ital. Andruino Card. legatu.

6 T. 1. 1. 32. 33. 34. 38. 39.

4 An. 14. 14. 2. ad 34. 37. 38. 39. 40. 41.

Patauii & Venetis conciliandis data opera.

6 T. 1. 1. 32. 33. 34. 38. 39. 40. 41.

Venetis laudat.

*pisset. Ex harum siquidem praconialium agro vir-
tutum, a bonis seminato veteribus, & usque ad no-
uissimos bene cultis, non solum odor bonae fame pro-
greditur; sed, ut pie ac probabiliter existimatur,
fructus pacis, libertatis, ubertas, potentia magni-
tudo, et diuitiarum copia eidem populo singulariter
pronenerunt, ut de ipso merito dici possit, quod sit
populus, cui Dominus benedixit. Tum repetitis
litteris exposuit a, ut ipsos a caeptis reuocaret:
non tutum, neque ipsorum gloriae congruum
tuendi hominis haeretici causa ecclesiam laceessere
nullum ad ipsos commodum ex illius patrocinio
atque aucta potentia deriuatum iri: patere Berna-
bonis ambitiosa consilia, qui tyrannidem pro-
ferre, & finitimos quosque sibi subijcere medite-
tur: si in eius potestatem veniret Bononia, ipsum
in Ferrariam belli molem versurum; qua expu-
gnata Veneta respublica in discrimen adduceretur:
addiditque preces, ne expeditionem Asiaticam,
quam promouere deberent, disturbent: neque ita
virium magnitudini praesidant, ut iustitiam violare,
partesque ecclesiae oppugnare, vel Carrariam quamuis
imparem ipsorum potentiae opprimere aggrediantur.
Assensit amantissimis & prudentibus consilij
senatus Venetus, ac pacem cum Francisco Carraria
Patauij Caroli Imperatoris nomine praefecto
composuit: de qua certior factus a Laurentio Celso
duce Vrbanus, summas illi gratias egit b.*

*Interpositum pariter studium ab Urbano est,
pro discordia inter Galeatium Vicecomitem Berna-
bonis fratrem, & Ioannem marchionem Montisferrati
sopienda; ad quos hortatoriae ad pacem extant
datae litterae c: tum ad Amedeum d Sabaudiae
comitem & Marcum supremum Minoritarum
praefectum e, ut foederis interpretes inter ipsos
agerent. Data etiam eidem Marco prouincia, ut
Galeatium cum episcopo Vercellensi, cui Burgellus &
S. Agathae oppida ad Vercellensem episcopatum
spectantia eripuerat, in concordiam adduceret:
tum etiam inter dictum Amedeum comitem g &
illius auunculum marchionem Motisferrati, quos
ad mutuum amorem est adhortatus, dissensiones
extinguere studeret. Exagitabat atrocior
discordia Florentinus & Pisanos, atque Etruriam
ferro, flamma, rapinis foedabat, h de qua
Matthaeus Villanus i, Leonardus Aretinus l, & alij
pluribus agunt. Quae mala ut tolleret Pontifex,
Petrocinus archiepiscopi Rauennatis & Iacobi Muti
opera usus est m.*

*7. Augebat belli calamitates epidemiae sauitia
quae Pisanos ac Florentinos depascabatur: atque
ex ea Pontifex ad vtrumque populum in concordiam
renocandum occasione sumpta obiecit Florentinus,
si non ex belli claudibus ad ponendas iras
flecterentur, saltem ne diuinas in se amplius
exasperarent iras, pestilentiae atrocitate terrendos:
quid enim de ambobus populis olim florentissimis
sperandum, si dum morbus ipsos absumit, in-
incipit mortis periculo, laxatis furori habenis, se
mutuis caedibus conficiant? cum maxime alia
bella, in quibus diuina propaganda gloria & coe-
lestes coronae acquirenda, a fidelibus suscipienda
sint.*

*Urbanus, & c. regimini & consilio & com-
muni ciuitatis Florentiae.*

*Haec si eorundem malorum punctura con-
siderare non excitet, saltem diuinae flagellationis
iudicium, epidemiae scilicet depopulatricis hu-
mani generis, quae tam vestros quam eorundem
Pisanorum fines inuasit, deberet induratos ani-*

*mos terrore concutere, & a sua pertinacia
reuocare: alia nempe bella, vtrique grata
exercituum Domino, & opportuna fidelibus,
modernis temporibus sunt gerenda, in quibus
deuoti Christiani pro Deo & statu fidei tota
deuotione totisque debent nisibus laborare,
ac exponere se & sua, insurgendo videlicet con-
tra haereticos, aut contra infideles persecutores
nominis Christiani, quorum alios sancta mater
ecclesia de praesenti persequitur, & alios persequi
cum potenti brachio Regum & principum alio-
rumque fidelium prouida ordinatione disponit.
Istisque bellis dominicis pendentibus, magis
pudere debet sanguine redemptos Iesu Christi
agitare se inuicem congressibus bellicosis, ac non
pugnare pro illo, qui pro saluatione totius huma-
ni generis pugnavit contra hostem, a quo idem
genus tenebatur miserabiliter captiuatum,
& de ipso triumphauit in cruce per proprii san-
guinis spansionem. Cauete igitur, filij, ne ver-
bum Altissimi dictum per prophetam, videlicet,
Dissipati sunt, nec compuncti, sub comminatione
tremenda de vestra duritia repetatur, &c. *Dat.
Auin. kal. iunij anno 1.* Fuisse Florentiam pesti-
lencia hoc anno admodum diuexatam, refert
Matthaeus Villanus a; in qua idem auctor perijt,
ut ipsius filius Philippus b narrat, qui paternum
opus perducere aggressus est ad Pisani belli exitum:
at historiae scribendae peritia parenti Matthaeo,
& Ioanni consanguineo impar admodum fuit.
Neque Etruria modo, verum Veneta etiam ditio,
Istria, Dalmatia, ac praecipue oriens, Syria, &
Aegyptus funeribus opplatae sunt. Meminit de
ea huc ac Florentino bello Petrarcha his verbis
c: *Tertius hic annus*, nempe a sexagesimo supra
millesimum trecentimum, *ex ordine ab initio
malorum sextusdecimus, multas quidem vr-
bium nobilium, inter quas & Florentiam, reuiu-
asit: quam sic praesens aetas exerceuit & afflixit,
ut parum sextadecima retrocedat aetate, cui
accessit ad domesticam cladem belli furoris
externi: quod varie cum Pisani gestum magna
partis vtriusque pernitiie & maiore periculo,
nunc maxime dubijs pendet euentibus.* Haec
Petrarcha mense septembris huius anni scribebat.
De conciliatis porro post acceptas illatasque
plures clades Florentinis & Pisanis agemus
inferius.*

*Caterum impulerat Pontificem inter ceteras
causas grauissimas ad pacandam Italiam trans-
ferendae in Urbem sedis desiderium, quod Ro-
manorum id flagitantium oratoribus aperuit,
datisque etiam ad senatum populumque litteris
commendauit d: *Super aduentu, inquit, nostro ad
Urbem desiderium nostrum, prout latet in corde,
ipsis ambassiatoribus aperuimus confidenter:
quod impleteretur celeriter, si quadam ingruentia
impedimenta non modica, quae eisdem
ambassiatoribus diximus &, ut speramus,
tollet Altissimus, non obstant.* *Dat. Auin. x. kal. iunij anno 1.**

*8. Decevit ad Urbanum hoc anno Ioanna
Regina Siciliae oratorem Nicolaum Vrsinum
comitem Nolanum, ut vectigal penderet,
censurisque, quibus ob illud non solutum nec
praestitam clientelarem sponsonem erat iretita,
solueretur. In quam Pontifex clementiam
explicuit d. Tum ad Siciliae alendam pacem
Iacobum Baleares sine re titulos gerentem,
qui Ioannam uxorem acceperat, initalique
antea cum ea pactiones de non affectanda
Neapolitana corona, neque imponendis
arcibus praesidijs seruare detrectabat
(ex quo illum inter & Gallicae stirpis*

Vertenda in Saracenos arma.

a Matth. Vill. l. 11. c. 37. b Philip. Vill. super lib. c. 60.

e Petrarch. l. 3. rer. sep. uil. ep. 1. Florentia graubus cladibus atrectita.

Refertur Urbis sedem medietur Urbanus.

d T. e. 1. ep. sec. pag. 150.

Ioanna Regina Sic. censuris soluta.

d Au. 1. ep. com. 195. Iacobus Balearis cum ea disider.

principes seditionum discrimina impendebant) admonuit, ne assentatorum suffragiis subornari se pateretur: *Serenitatem, inquit, tuam paternam charitate monemus, ac hortamur & rogamus attente, quatenus prudenter attendens, quod assentatorum est blanda hostis; quodque huiusmodi assentatorum peruersa malitia habet iucunda principia, sed exitus solet parere tristiores; & quod contra promissiones easdem absque graui scandalo venire non posses; quodque si aliquid contra premissa huiusmodi attentares, sedes prædicta exinde grauius laderetur, & forsitan vnde tui status sperares augmentum; suggestores eosdem non audias, sed repellas, ac de statu tibi a Deo concesso sic humiliter contentaris, quod ille, qui exaltat humiles, prout iam in persona propria probauisti, & alta cognoscit a longe, eorum videlicet superbiam supprimendo, statum tuum licito & honesto incremento, quod patienter expectes, augere sue largitatis dextera inclinatur.* *Dat. Auin. III. non. septembris anno I.* Non demisit in animum hæc monita Iacobus, sed postea uxorem deseruit, abiitque in Hispanias sub Petro Rege Castellæ stipendia factururus, captusque ab hoste vinculis traditus est, vt suo loco dicitur.

9 Cum vero is paterni regni ex Aragonum Regis manibus vindicandi causâ Urbanum communem omnium Christianorum parentem ac iudicem appellasset, vt causâ suâ æquitatem tueretur; Pontifex ad extinguenda bellorum semina Aragonium hortatus est, vt cum nepote, qui acceptas iniurias ex animo delere paratus erat, concordiam componeret.

Urbanus, &c. charissimo in Christo filio Petro Regi Aragonum illustri.

Dilectus filius magnificus vir Iacobus infans Maioricarum illustris, nepos tuus, nuper nobis fecit exponi, quod cum ipse inimicitiarum, quæ inter tuam serenitatem, ac claræ memoriæ Iacobum Regem Maioricarum genitorem suum illas (satore zizanias feminante) fuerunt, ac penarum carceris, aliarumque iniuriarum, quas a te assitit recepisse, dispositus sit obliuisci totaliter illasque ex toto remittere, si tuæ benevolentie gratiam valeat obtinere, geratque in votis, te non solum vt auunculum, sed vt patrem charissimum filialiter reuereri, & cum amicis suis tuæ sublimitati fideliter adhærere; apud serenitatem eandem dignemur nostras partes apponere, vt eum ad gratiam, & benevolentiam tuam reciperes, ac regnum Maioricarum, & comitatum Rosilionis & Ceritaniam ad ipsum spectantia, quæ tenes, sibi restituere dignareris. Nos autem inter omnes Christi fideles, præsertim inter principes, & potissime iunctos sanguinis vinculo, vigere charitatem & pacem præcipuis desiderijs affectantes; ac firmitati & prosperitati eiusdem tui culminis expeditere credentes, quod idem infans ad tuam benevolentiam reducat, & quod ex contrario (quod absit) maiora possent scandala, provenire; magnitudinem tuam rogamus attente, quatenus prouide, menteque quieta præmissa considerans, eidem infanti te reddas placabilem, benignum, ac etiam gratiosum, dando viam & ordinationem, quibus de prædictis, vel alijs rationabilibus & vtilibus circa ea tractari commode valeat, eaque feliciter, Domino adiuuante, disponi: nos enim pro bono & pace vtriusque vestrum, quia vtrunque brachijs sinceræ charitatis amplectimur, in his offerimus paternis studijs laborare. *Dat. Auin. kal. decembris anno II.*

10 Recrudescenti etiam veteri discordiæ Petrum Regem inter ac Genuenses occurrere Urbanus studuit, illumque vt oratores ad sedem Apostolicam pro ea componenda mitteret, est adhortatus. Verbebatur de Alguerio Sardinie arce controuersia, quam a Ioanne marchione Môtisferrati superioris initi fœderis arbitro, lata Astæ sententia adiudicatam Genuensibus contendeat Gabriel Adurnius dux: restituendam vero negabat pluribus de causis Aragonis. Ne itaque res in bellum erumperet, Pontifex Gabrieli senatui, populoque Genuensi, se pacis interpretem obtulit, cum etiam causæ cognitio ad ipsum vt supremum Sardinie dominum spectaret: *Offerentes nos, inquit, inter dictum Regem & vos (si iustam querelam contra eum habeatis) amicabilem concordiam tractaturos, vel etiam de iure, cum ratione seu diuina cognitione feudalis ad nos feudi dominum pertinere noscatur, et cognitio rei, &c.* Assentiebatur Rex Aragonum, vt controuersia Pontifici dirimenda permitteretur: at Genuenses Urbano respondere, per spicuo & explorato iure Alguerium Sardinie ad ipsos ex lata ab arbitro sententia spectare, neque iterum iudicio veluti de re ambigua experiendum videri: & ad comparandam classem ad inuadendam Sardiniam incubuere. At Pontifex iterum ipsos etiam atque etiam vi. kal. decembris rogauit, ne profilirent in arma: cum negarent Aragonij, oratores Alguerium ipsis adiudicatum, rem in controuersiam vocari, quæ iure discutienda & dirimenda esset; atque vel eo magis armis temperandum videri, quo Rex Aragonum se æquitati accommodaret.

Implicitus is erat alio grauiore bello, cuius molem ægerime sustinere poterat: Petrus enim Castellæ & Legionis Rex, deinde sibi fœdere Lusitanie, Nauarræ, Angliæ, nec non Granatæ & Africæ Regibus, infesta in Aragoniam signa vna cum Carolo Rege Nauarræ intulit: neque agri modo euastati, verum plures nobiles vrbes occupatæ, de quibus Mariana d, ac Surita e fusius agunt, vtque de pace & iungendis affinitatibus habita fuerint colloquia. Sanciendæ vero erant hæc affinitates alieno sanguine, seque Aragonius ad fratrem Ferdinandum, atque Henricum Traстамарæ comitem Castellani fratrem spurium trucidandos obstrinxisse ferunt. Ita Ferdinandus, ad quem ex omnium consensu Castellæ & Legionis sceptrum si Petrus Crudelis nullo relinqueret liberis legitimos, spectabant, a fratre Aragonio casus f, eiusque ditio proditionis impacto crimine occupata. Adibat idem periculum Henricus, sed vir prænobilis Nauarrus, cuius fidei commissa erat arx, in qua tum Henricus versabatur, pluris integritatem conscientie, quam duorum Regum indignationem fecit g: ex quo Petrus Crudelis cum promissa ab Aragonio non impleri obtenderet, redintegrare bellum est meditatus. Quæ verò ex his sint secuta, dicitur inferius.

11 Constatum etiam tum bellum rei Christianæ periculosissimum inter Carolum Imperatorem, cuius partibus marchio Morauie adhærebat, & Ludouicum Regem Vngariæ ac Rodolphum Austriæ duces fœderatos, nisi Urbanus Papa illud apostolica sollicitudine extinguere studuisset. Missus est eam ob causam Petrus episcopus Vulturanensis Apostolicæ sedis internuntius in Vngariam ac Germaniam: de qua imposita prouincia subiectum diploma exaratum. h

Urbanus, &c. venerabili fratri Petro episcopo

at 70. x. ep.
secr. pag.
244.

Monitus,
vt initia
pacta ser-
uet.

Intendit
licet apud
Pont. de
regno Ba-
learico.

Monitus
Aragonis,
vt licet
et ponat.

Obortu
inter Genuenses
& Arago-
nem in
de Alguerio.
a 70. x. ep.
secr. pag.
240.

16. 10.
234.

Illam vt
supremum
Sard. do-
minum
rimetur,
vult Vti.

70. x. ep.
secr. pag.
12.

Castell.
nus Ara-
gonum
bello
261.

d Marini
1. 7. a. 6.
d Surin. 1. 6.
ann. 1. 4. 1.
44. 45.

Expeditio
a Castellano
his
strum
fugit
Fugit Henricus
Trastamara
comes.
g Marini
c. 6.

1. 4. 1. 1.
secr. pag.
69.

170. 1. 1.
secr. pag.
69.

po *Vulneransis Apostolicae sedis nuncio salutem.*

Nuper in nostrae promotionis ad apicem summi apostolatus exordio, de imperij Romani, ac Regum & principum aliorumque Christi fidelium tranquillitate solliciti, de ipsorumque statu paterna investigatione quærentes, admodum dolenter audivimus, quod quædam discordia dudum inter charissimum in Christo filium nostrum Carolum Romanorum Imperatorem semper Augustum, ac dilectum filium nobilem virum Ioannem de Boemia marchionem Moravia fratrem suum ex parte vna, & charissimum in Christo filium nostrum Ludouicum Regem Vngariæ illustrem & dilectum filium nobilem virum Rodulfum ducem Austriae ex altera, procurante favore zizaniam suscitata, nondum fuit, prout sperabatur, ad finem optatae pacis adducta; quamvis sub pendulo sufferentiarum deducatur in longum. Nos igitur timentes, ne scintilla tenuis non extincta, in flammam (quod absit) transeat destruendum, apostolicæ prouisionis remedium in hac parte prouidimus adhibendum: & de zelo pacis, accircumspectionis industria tuæ fraternitatis in his & alijs gerentes in Domino fiduciam plenior, te velut pacis angelum, de fratrum nostrorum consilio, ad præfatorum discordantium partes, ac præsentiam propterea duximus destinandum, &c. *Dat. Auin. ix. kal. februaryj anno 1.*

Solicitati sunt pluribus hortatorijs literis Imperator a & Moravia marchio b illius frater, vt a bello temperarent: tum Arnestus c Pragensis, Gerlacus d Moguntinus archiepiscopi, Albertus Zverinensis episcopus, alijque plures præsules ac principes, vt sopienda exorta diffensionis operam darent. Pariterque Rudolphus dux Austriae e, ac Ludouicus f Vngariæ Rex moniti, vt faciles se ad controuersiam ex consilio internuntij apostolici componendam præberent: quo etiam argumento ad Reginas matrem & coniugem datæ literæ g ix. kal. februaryj. Sed iam Elisabetha senior e viuis excesserat: cuius rei audita fama, Urbanus Ludouicum Regem amissæ matris dolori indulgentem ad Christianam constantiam spe immortalitatis erexit h. Initam porro eiusdem internuntij apostolici opera inter Vngarum ac Germanum pacem, tradunt Poloni scriptores i hoc anno: quam ad sequentem conferendam ex pontificijs literis visuri sumus. Nunc res Polonicas perstringemus.

12 Volutabatur in libidinum cæno Casimirus Rex Poloniae, qui vt licentius fræna intemperantia laxaret, Adleidem Reginam thoro regio peperulat: quem adeo ad obscæna prostratum, referunt auctores Poloni, vt Esthere Iudæa abuteretur, ex qua susceptas filias ad cumulum impietatis in Iudaica superstitione educari sit passus. Vt vero vesanum Regem ex flagitiorum volutabro erigeret Pontifex, ad quem de Reginae Adleidis diuortio controuersia erat delata, Casimirum paterno amore est adhortatus l, vt Reginam ad se reuocaret. Ex his vero auctores Polonicos emendes, qui longe ante hæc tempora, Adleidis Reginae mortem collocant, deque alijs Casimiri nuptijs agunt, quæ non nisi adulterinæ esse potuerunt. Cæterum poscenti apostolicam opem aduersus Lithuanos & Tartaros Casimiro Regij, Pontifex veniæ spem fidelium pollicitus est m, qui in pugna aduersus fidei hostes ardore caderent, vel ex acceptis vulneribus mortem obirent.

Urbanus, &c. vniuersis Christi fidelibus presentes literas inspecturis.

Petitio pro parte charissimi in Christo filij nostri Casimiri Regis Poloniae illustris nobis nuper exhibita continebat, quod ipse pro regni sui Poloniae, quod prope nationes peruersas infidelium consistit, defensione fidelium eget subsidijs adiuari. Nos itaque ipsius Regis in hac parte supplicationibus inclinati, de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi; & illa, quam dominus noster Iesus Christus (licet indignis) ligandi atque soluendi contulit potestatem, omnibus Christi fidelibus, qui eidem Regi pro defensione dicti regni, contra Lithuanos, Tartaros, & alios infideles ac schismaticos auxilium dabunt infra duodecim annos, a data presentium computandos, & inibi pro defensione huiusmodi insultum, guerram, vel bellum faciendo decesserint, seu fuerint vulnerati, si alibi vbiicumque de talibus vulneribus decedere eos contigerit, suorum de quibus fuerint veraciter corde contriti & ore confessi, plenam remissionem peccaminum indulgemus. *Dat. Auin. vii. id. iulij anno 1.*

13 In Suecia Magnus Rex, imbutus in episcopum Lincopensem malevolentia, ipsum apud sedem Apostolicam multis criminibus oneravit a nefarias nimirum in regiam dignitatem, ac Suecum regnum coniurationes meditatum; orabatque vt deturbaretur episcopali sede, & ad eam Gotscalis familiae Dominicanæ alumnus, qui ipsi a sacris confessionibus erat, transferretur. Sed cum obiecta crimina non probaret, Pontifex ne ad regiam gratiam iustitiæ læcem in reflecteret, hæc Regi rescripsit: *Quia idem episcopus secundum iura a dicta sua ecclesia, cui alligatus existit, absque rationabili causa probata amoueri non debet, & priuationem ipsius non seruato iuris ordine iuste ac honeste facere non possemus, tua deuota prudentia moleste non ferat, si (vt petisti) tuam petitionem huiusmodi non duximus adimplendam. Verum si aliquis vel tuo nomine, vel alias velit eundem episcopum accusare, accusationemque prosequi secundum viam iuris & consuetudinem Romanae ecclesiae, parati sumus in hac parte, quanto citius poterimus, facere iustitiæ complementum. Dat. Auin. kal. septembris anno 1.*

De Nicolao episcopo Lincopensi agit Suecorum rerum auctor b, ac tradit, ipsum vna cum alijs proceribus tyrannidis a Magno exerceri solitæ odio Albertum Magnopolensis ducis filium ex sorore Magni nepotem ad Gothorum Sueonumq; solium communibus suffragijs vocasse hoc anno: ipsoque ad Stocholmiam Suecorum regiam deducto, populos acceptis a Magno iniurijs fessos eius iugum excussisse: ac præsulum & aliorum regni ordinum habitis conuentibus, eidem Magno publicæ rei male administratæ, sprete ecclesiæ auctoritatis ac fidei Christianæ, sacramenti in solemnari regiam inunctione dati ludibrio habiti, violatari legum omnium, populorum nimijs vctigalibus oppressorum iudicium intentatum: eumque non compareret, a senatu Sueco indignum regia dignitate pronuntiatum: atque ita Albertum Regem creatum, tradit idem auctor: Albertum deinde in eam concordiam consensisse, vt regni partem, nimirum Gothiam Magno permitteret c: neque ita multo post, dum Albertus Finlandico bello esset implicitus, Magnum Haquini filij, qui Norvvegianum regnum tenebat, ac Vvaldemari Regis Daniæ auxilijs fre-

Noxarum venia Polonis bello contra impios moricibus propolita.

a To. 1. ep. Secr. pag. 242. Suecus Lincopen sem episc. exactora ri a Font. postulat.

Negat Pont. non probato crimine deturbandum trãferendum ue.

Euerfus regno Suecus a Lincopeni episc. b Magnus 1. 20. c. 9 et 10. d lber. Cranz. Suec. l. 5. c. 30 31. 32. Que obiecta illi fuerint crimina.

Gotia restituitur. c Magnus. 10. Cranz. c. 31.

Præfata pontificio studio.

Ep. 1. ep. in pag. 70.

Ep. 1. ep. in pag. 71. Ed. pag. 72. pag. 73. pag. 74. pag. 75.

Ep. 1. ep. in pag. 71.

Ep. 1. ep. in pag. 75.

Michou. l. 1. c. 20. Cranz. l. 12.

Casimiri Regis Poloniae.

Ep. 1. ep. in pag. 143.

Ep. 1. ep. in pag. 443.

freum, recuperare regnum pertentasse: sed delectum pralio a nepote Alberto coniectum in vincula, in quibus septennio fuit, donec filius Haquinus fortissimo succinctus exercitu ad Stocholmiam vsque regiam peruagatus, e carcere eripuit parentem: qui demum infeliciter aquis mersus perijt. Hæc licet temporibus discreta, hoc tamen loco coniungenda visa sunt.

14. Agitabat hæc tempore Vvaldemarus Daniæ Rex adire sedem Apostolicam, piumpque desiderium Urbano significauit. Cui Pontifex amantissime a se exceptum iri rescripsit his verbis a: *Gratanter recepimus, valdeque lætanter audiuius, quod tua persona magnifica & deuota intendit de proximo sedem Apostolicam visitare: prouideque tue deuotionis plenitudinem commendantes, te sicut charissimum filium nostrum, quem iucunde videbimus, desiderabiliter expectamus, petitisque literas de securo conductu pro te ac gentibus tuis concessimus incunctanter. Dat. Auin. xi. kal. ianuarij anno 11.* Extat in pontificio regesto huiusmodi liberi com meatus syngraphæ formula data b ad eundem Regem, quem quidem postea ad sedem Apostolicam accessisse, vt de instruenda expeditione pro recuperando oriente consilia conferret, mox visurifumus.

Conuenerant c antea Vrbanum verno tempore Ioannes Francorum & Petrus Cypri Reges, vt vniuersos fideles accenderet ad delendam infamiam, qua Mahometani Christianum nomen inusserant, occupato oriente, suæque subiecta seruituti Palæstina dominico olim cruore consecrata: Ioanneque Francorum Rege (siqui verterat religioni ac diuina vindictæ ob neglectas belli sacri a patre voto suscepti curas omnia mala, quibus fuerat obrutus) Christianas copias cruce insignitas ductare in Saracenos spondente, Vrbanus vniuersorum fidelium, qui ex omnibus regnis ad Iesu Christi signa accederent, expeditionem aduersus Saracenos Asiaticos indixit, cui memoratum Francorum Regem præfecit; de quo hæc M. S. Vaticanum refert d: *Eiusdem mensis, nimirum martij huius anni, die mercurij xxxix. dominus Petrus Rex Cypri intrauit curiam, & in die veneris sancta cruce signatus est per dominum Papam Ona cum filio Regis & multis nobilibus contra Turcas. Aprilis die xii. Papa prædicauit crucem contra Turcas, ordinans passagium generale, cuius capitaneum constituit Ioannem Regem Franciæ tunc præsentem, qui ibidem iurauit passagium facere a martio præterito infra duos annos. Eadem confirmat vitæ Urbani auctor e. Post dictam, inquit, promotionem Urbani Papæ ad ipsum satis cito venerunt Ioannes Francorum, Petrus Cypri, & Dacia Reges causa ipsum visitandi, sibi que reuerentiam exhibendi: qui demum cum suis voluntate & deliberatione & consilio ad faciendum generale passagium ultramarinum, & specialiter contra Turcos, se mutuo astringunt; fueruntque cum multis alijs magnis & notabilibus viris cruce signati per dictum Papam: qui etiam pro tunc crucem contra Turcos prædicauit, ordinans dictum generale passagium, cuius capitaneum constituit præfatum Ioannem Francorum Regem, personaliter onus huiusmodi in se suscipientem.*

15. Extat de his pontificum ad Francorum Regem diploma f, quo exercitus cruce signatus dux decernitur. Indicta vero expeditionis tres cause afferuntur: indignitas rei, vt consecrata Christi vestigijs redemptionisque mysterijs loca a Mahometanis contaminari ferant Chri-

stiani: recuperandæ Syriæ eximia occasio, cum pestilentia exhaustæ sint Saracenorum vires: ingrauescentis Turcicæ tyrannidis reprimendæ necessitas, cum proximi discriminis terror impendeat, ne Christiana respublica a Turcis opprimatur, ni mature eorum grassationes coercean-

Vrbanus, &c. Ioanni Regi Franciæ illustri.

Dolenter referimus, quod olim peccatis exigentibus terram sanctam Agarenorum gens perfida, eiusdem Saluatoris & suæ orthodoxæ fidei inimica, a longis retro temporibus non absque damnosa negligentia Christiani populi occupauit; prout detinet occupatam, eam polluendo adominandorum patratiōne scelerum, ac pro ancilla tenendo, quæ domina gentium debet esse. Accedit quoque ad huiusmodi infelicitatis augmentum illa ærumnosa calamitas, quam ex oppressione Turcorum crudelium patitur Christianus populus orientis, & quæ tanto grauior redditur, quanto ijdem Turci viciniore fidelibus extiterint, grassantur sæuius & facilius in eisdem: quantoque ipsorum rabies semper excrescens, & cruorem Christianum aspirans effundere, maius potest Christianitati generare periculum, nisi eorum, qui in sua feritate confidunt, præsumptuosa temeritas per ipsorum fidelium potentiam reprimatur. Quæ omnia nuper diuino spiritu, (vt pie credimus) inspirante, charissimus in Christo filius noster Petrus Rex Cypri illustris prudenter considerans, & his maiora pericula toti Christianitati, si opportunum in præmissis non apponatur remedium, probabiliter prouentura formidans; de statu dictorum infidelium, (quem ex ipsorum mortalitatibus & discordijs debilitatum & prostrationi dispositum asserit, præsertim ex captione ciuitatis Sataliæ, ac nonnullorum castrorum & locorum, quæ idem Rex suis prouidentia personalibusque laboribus & expensis de manibus infidelium prædictorum eripuit, ex quo infideles ipsos multus, vt asseritur, timor inuasit) plenarie informatus, sicut princeps magnanimus & deuotus, non vitatis pro Dei seruitio itinerum longorum periculis, ad Apostolicam sedem se transfudit, nobis & fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, ac tibi & alijs catholicis principibus & magnatibus, alijsque fidelibus populis vias ac modos viuæ suæ vocis oraculo prudenter ostendens, per quos istis temporibus potest faciliter eorundem Agarenorum & Turcorum elidi potentia, & fieri recuperatio dictæ terræ.

Hæc siquidem tu, fili charissime, deuote ac gaudenter accipiens, desiderium transfretandi, quod asseruisti diutius in tuo corde gessisse, nunc in lucem deuotius produxisti: nam tu & præfatus Rex Cypri alijsque multi nobiles cum tua & eorum potentia pro recuperatione terræ sanctæ prædictæ promissis personaliter transfretare, ac recepistis de manibus nostris venerabile signum crucis, quod multi nobiles & magnates ad sedem venientes eandem, cum deuotionis plenitudine quotidie postulant, & recipiunt reuerenter: nosque præmissa cum ingenti considerantes lætitiâ, cupientesque, tam tuam sublimitatem & eundem Regem Cypri, quã alios seruore huiusmodi deuotionis accensos in tanto Saluatoris nostri prædicti promouendo negotio spiritualibus & temporalibus auxilijs conseruare, matura super his deliberatione præhabita, de dictorum fratrum consilio

Captus in acie a nepote carceri traditur. Liberatur a filio, & demum aquis perit.

Danus P6 eificem adire cogitar. a To. 2. ep. secr. pag. 42. Datum illi a Pont. responsu.

b Ib pag. 52.

c To. 1. ep. secr. pag. 170. Gallus & Cyprius Reges de bello in oriente gerendo paciscuntur.

Indictum ab Urbano no sacru bellum.

d M. S. bibl. Vat. sign. a. 376j.

e G. Na. Urb. V. a. 2. 2ud. Bosj.

Rex Francoru crea tus expeditionis dux. f An. 1. ep. 26.

Pontificia ca detra litera.

De Sarac. Turcor. que grab. fationib.

Vepe. lencia de. bilitate. sint cori vites.

Conte. miteat. pauore. Expellit a Cypri eorum in. tus.

Gallus & Cyprius a Pont. eris symbo lo insigni ti.

indiximus ad dictam terram sanctam & alias partes infidelium orientis passagium generale, omnibus qui ad hoc transfretabunt, indulgentias & privilegia, transfretantibus in dicta terra subsidium consueta concedi, auctoritate apostolica concedentes; ac te ipsius passagij & totius exercitus Christiani, qui transfretabit in illo, rectorem, constituimus & capitaneum generalem: ac nihilominus alias nostras literas inde confectas verbum crucis cum certis gratijs & indulgentijs in regno Franciæ mandauimus prædicari: & tam tibi quam cæteris cruce signatis & cruce signandis kal. martij anni Domini millesimi trecentissimi sexagesimi quinti proxime secuturi pro termino ad transfretandum in dicto passagio duximus assignandas. Tuque huiusmodi capitaneatum reuerenter acceptans, personaliter in eisdem nostris manibus ad sancta euangelia iurasti, quod in eisdem kalen. vel ante, dicti passagij iter arripies, illudque deinde, iusto & legitimo impedimento cessante (sub certis tamen conditionibus, modis, & formis in alijs nostris literis a super hoc confectis seriosius annotatis) realiter & personaliter prosequeris, &c.] Adduntur plura de colligendo auro subsidiario ad belli sacri instruendum apparatus, sumptusque conficiendæ expeditionis sustentandos. *Dat. Avin. 11. kal. aprilis anno 1.* Initas porro inter Pontificem Gallumq; Regem pactiones pro sacra expeditione promouenda silentio præterimus, cum ob Ioannis intempestiuum obitum irritæ ceciderint.

16 Demandatum vero est legationis apostolicæ munus Talayrando Cardinali, vt veteri more sacris rebus in oriente præset, ac necessaria ad diuinæ amplificationem gloria vrgeret; de quo refert hæc Urbani vitæ auctor: *Adiunxit dominum Talayrandum de Petragorij episcopum Albanensem Cardinalem, quem legatum de latere ordinauit secum profecturum.* Præterea fuisse imperatæ sacerdotibus decumæ e, aliaque pro conficiendo bello sacro rationes conquisitæ. Tum præsulibus data imperia d, vt indictam religiosam militiam e sacro suggestu promulgarent, eamque professuros crucis simbolo distinguerent. Tum intentatum anathema ijs omnibus, qui Gallum Regem a suscepto pio consilio restituendæ Syriæ religionis reuocare molirentur: quo argumento transmissæ encyclicæ literæ, precesque solemnes ad opem diuinam conciliandam indictæ e.

Urbanus, &c. venerabilibus fratribus archiepiscopo Rhemensis & suffraganeis.

Prouidere volentes, ne dictus Rex Franciæ malitiosis aliquorum suasionibus vel inductionibus a tam sancto proposito quomodolibet retrahatur, sub anathematis pœna districtius inhihemus, ne quis Regem ipsum a proposito prosequendi & perficiendi dictum sanctum passagium malitiose retrahere seu reuocare præsumat. Et quia nemini venit in dubium, decimam & alia subsidia memorata ad tanti prosecutionem negotij non sufficere, ipsamque negotium longe maioris subuentionis beneficio indigere, & ad illud coadiuuandum cunctorum fidelium grata subsidia existere opportuna; fideles eisdem ad hoc quibusdam spiritualibus munificentijs, indulgentijs videlicet & remissionibus prouidimus inuitandos.

17 Quocirca fraternitati vestræ de dictorum fratrum consilio per apostolica scripta committimus & mandamus, vos nihilominus obsecrantes, per asperionem pretiosi sanguinis Iesu Christi,

quatenus commemorantes attente statum lugubrem dictæ terræ, ac prouide considerantes, quod cum fidelium suorum regimini vos velut in sollicitudinis partem assumptos præfecerit Dominus, ad promotionem huiusmodi sancti negotij plus cæteris tenemini ex officio pastoralitatis tanquam præcones fideles & fortes athletæ fidei contra prædictos perfidos hostes Christi, singuli videlicet vestrum in singulis vestris ciuitatibus & diocæsis per vos & alias personas ecclesiasticas seculares & regulares ordinum quorumcumque, quas ad hoc idoneas fore videritis, cunctis Christi fidelibus iuxta datam vobis & eis a Deo prudentiam proponatis publice verbum crucis; & venerabile signum eius quibuscumque fidelibus illud suscipere deuote volentibus (quos ad hoc vtiles fore credideritis) concedatis, ipsorumque humeris imponatis; fideles eisdem, quos ad audiendum propositionem ipsam, quoties expedierit, ad loca idonea conuocare possitis, sollicitis exhortationibus & opportunis instantijs inducentes, vt suscipientes cum reuerentia signum crucis, ipsumque suis cordibus imprimentes, contra hostium prædictorum perfidiam, & ad eiusdem terræ sanctæ succursum assurgant viriliter, ac negotium ipsum feruenter assumant, & feruentius prosequantur, &c. [Interiectis pluribus de habendis sacris concionibus ad fideles in sacramilitiam alliciendos, proponenda ijs veniæ spe, recipiendis in clientelam apostolicam bonis eorum, qui Francorum Regem stipaturi essent in Asiatica expeditione, hæc decernit ad contrarios obices discutiendos].

Cæterum quia cursarij & piratæ nimis impediunt subsidium terræ sanctæ, capiendo & spoliando transeuntes ad illam & redeuntes ab ea, ipsos quoque & principales adiutores & fautores eorum excommunicationis vinculo curabimus denuo innodare, sub interminatione anathematis inhiendo, ne quis scienter cum eis communicet in aliquo venditionis vel emptionis contractu; ac iniungendo rectoribus ciuitatum, & locorum suorum, vt eos ab hac inquietatione reuocent & compefcant: alioquin in personas & terras eorum per ecclesiarum prælatos volumus seueritatem ecclesiasticam exerceri. Quia vero ad hoc negotium exercendum est permixtum necessarium, vt principes & populi Christiani ad inuicem astringantur vinculo charitatis & pacis, iniungimus ecclesiasticis prælatibus, vt discordantes ad veram pacem reducere studeant, aut ad firmam treugam inuiolabiliter obseruandam: & qui acquiescere forte contempserint, per excommunicationis in personas, & interdicti sententias in terris eorum arctissime compellantur; nisi forte tanta fuerit inimicorum malitia, quod ipsi non debeant tali pace gaudere. Quod si forsitan censuram ecclesiasticam vilipenderit, poterunt non immerito formidare, ne per auctoritatem ecclesiasticam contra eos tanquam turbatores negotij Crucifixi secularis potentia inducatur, &c. [Paucis interiectis de truncis concavis tribus clauibus obserandis, in quos fideles sibi em in sacri belli vsum vertendam demitterent, subdit].

18 Porro desiderantes, quod huiusmodi negotium optatum sortiatur effectum, & eiusdem Regis & aliorum Christi fidelium pia deuotio orationum adiuta suffragijs circa prosecutionem dicti negotij efficacius roboretur; auctoritate præsentium ordinamus, vt in singulis supra-

Iussu præfules e fug gestu fideles incitare ad pia arma.

Piratis eorumq; participibus pœna intentata.

Indictæ solennes preces pio felici successu.

Constitu-
ta expedi-
tionis dies

Ext. ib.
p. 17.

Talayran-
du Card.
eratus in
exercitu
legatus.

Aut. ep.
om. 17.

Il. ep. 18
p. 436

Ead. ep.
16.

Obiectu
anathe-
ma Gallis
in bello a-
nocaturis.

dictis & alijs etiam regularibus ecclesijs dicti regni qualibet hebdomada semel certa die, pronuntianda populo, vnam missam pro liberatione dictæ terræ de manibus hostium prædictorum, præfata prosecutione durante, cum infra scriptis orationibus solemniter celebretur; ita tamen, quod in prima de Trinitate, in secunda de cruce, & in tertia hebdomadis de beata Maria virgine, & sic deinceps missæ huiusmodi debeant celebrari, nisi forsitan id festiuitatis alicuius solemnitas impediret: quo casu post orationes festi ordine suo semel in hebdomada dicantur orationes huiusmodi, vt præfertur. Cunctis vero fidelibus vere penitentibus & confessis, qui durante prosecutione dicti negotij pro ipsius consummatione felici deuote ad Dominum preces effundunt, decem dies, videlicet diebus singulis, quibus orauerint, de iniunctis eis penitentij misericorditer relaxamus. Prædictæ autem orationes sunt istæ: Deus qui admirabili providentia cuncta disponis, te suppliciter exoramus, vt terram, quam Unigenitus tuus proprio sanguine consecrauit, de manibus inimicorum crucis eripias, & eam in Christiana religione tuo nomini seruire concedas. Per eundem, &c. Oratio secunda: Sacrificium Domine, quod immolamus intende, ac propugnatores tuos ab hostium malignitate custodias, & in tua protectionis securitate conserues. Alia post communionem: Protector nosster aspice Deus, & fideles tuos ab hostium defende periculis, vt ab omni perturbatione securi libera tibi mente deseruiam. Per Dominum nostrum, &c. Dat. Auinion. 11. kal. aprilis anno 1. His ita decretis,

nō modo sacri concionatores Christianam iuuentutem armis idoneam ad sacrandas Christo vires accendere aggressi sunt, verum etiam ad vrgendam magis eam expeditionem visum est, vt Petrus Rex Cypri, partis de Turcis triumphis clarissimus, occidentis regna obiret, principesque ad tantæ gloriæ societatem alliceret, vt narrat Vrbanus vitæ scriptor a: Pro passagij, inquit, huiusmodi prosecutione fuit pro tunc de consensu unanimi prædictorum missus dictus Petrus Rex Cypri ad partes occidentales causa exhortandi & inducendi earum principes, vt vellent se astringere ad disponere ad passagium memoratum.

19 Cum vero Ioannes Francorum Rex nisi vertente biennio iter aggredi non posset, vt labefactatum superioribus bellis regni statum, componeret, necessariumque apparatus instrueret, Petrus Rex Cypri vniuerso crucis simbolo insignito exercitui præire constituit, vt illi viam muniret; cui Pontifex auxilia e regnis elicenda attribuit b: Quia, inquit, Rex Franciæ, prout nobis asseruit, commode nequit nisi circa præfatum terminum, nimirum biennalem, versus dictas terras & partes arripere iter suum; & tu, qui es ad præsens apud sedem constitutus eandem, ad succurrendum eisdem fidelibus & conatus eorundem infidelium deprimentum velut athleta Christi ac præcursor intrepidus proponis, prout nobis asseruisti, satis ante dictum terminum cum auxilijs citramarinorum fidelium transfretare; nos tibi certa subsidia fidelium in Gradenſi, Salzeburgensi, Strigoniensi, Colocensi, Iadrenſi, Spalatenſi, Ragusiensi, Antibarenſi, Duracensi, Patracensi, Corintheſi, Atheniensi, Neopatreſi, Paireſi, Colofensi dicta Rhodo, Cretensi, Corſiensi, & Nicofensi; Panormitana, Meſſanenſi, & Montisregalis, ciuitatibus, diœcesibus, & prouincijs; ac etiam in Aquileienſi, Concordienſi, Tergeſtina, Iuſtinopoli-

tana, Polenſi, Parentina, Emonenſi, Pecenenſi, ac Pecenſi & Caſſenſi ciuitatibus & diœcesibus, caterisque partibus vltamarinis duximus concedenda, &c. Tradita etiam eidem Regi pia legata, quæ sexennali flexu pro terra sancta liberanda relinquerentur. Dat. Auin. 11. kal. aprilis anno 1.

Deriuata a etiam in eiusdem belli sumptus omnes multæ, quæ a sceneratoribus raptoribusq; repeterent cum de dominis, quibus rapta restituenda essent, non constaret, tum eleemosynæ, quæ a fidelibus in captas in locis sacris expositas demitterentur. Concessum b etiam ius, vt quantas posset maximas in iisdem regnis & prouincijs copias contraheret. Ex alijs vero regnis duo milia equitum, pedum sex milia conscriberet, excepta Gallia, e qua ducentos equites cataphractos educeret: Tibi, inquit, concedimus, quod ducentos nobiles equites armatos de dicto regno Fræcia, ac duo milia equitum, & sex milia pedum cum eorum comitijs, familiaribus, commensalibus de quibuscumque mundi partibus, excepto regno Franciæ, & quascumq; gentes armigeras de quibuscumq; societibus vbi libet constitutas; nec nō vniuersos et singulos de Aquileienſi, Gradenſi, et Salzeburgensi prouincijs, ac Vngariæ & Cypri regnis, & partibus Sclauonia, ac insula Sicilia & insulis ei adiacentibus, nec non Romania et cateris alijs partibus vltamarinis ducere seu mittere & tenere valeas etiam ante terminum memoratum, &c. Proponit indulgentiarum præmia Petri Cypri Regis signa secuturis, ac præfules auctoritate instruit, vt sacrum crucis symbolum ijs imponant. Quibus literis vii. kal. iunij adiecta. Vt vero Cyprius Rex plures trahere ad sacrum bellum posset, & conficere exercitum, multis eum Vrbanus apostolicis beneficijs & priuilegijs auxit d.

20 His de gemina expeditione a Cypri & Francorum Regibus conficienda constitutis, Dei vicarius alios Reges ac principes ad tanti operis & gloriæ societatem pellicere apostolicis adhortationibus, atque in primis Carolum Imperatorem Romanorum eundemque Regem Boemiæ pio studio accendere ad sacra arma corripienda, ac nunquam intermorituras palmas colligendas anifus est e. Exposuit, vt Cyprius Rex iam Turcas edomare cœpisset: Sataliam ac plures arcas alias eripuisse Turcis: Mahometanos pestilentia flagello attritos adeo, vt sustinendis Christianorum armis pares esse non possent; liberandæ ex impiorum seruitute Syriæ tempus, continentibus tot atatum votis flagitatum, appetiisse.

Vrbanus, &c. charissimo in Christo filio Carolo Romanorum Imperatori semper Augusto salutem.

Descendens a Patre luminum Spiritus mentium illustrator mirificus, datorque optimus gratiarum, vbi & quando vult catholicorum principum aliorumque suorum fidelium cordibus illa inspirat cupere & cupita proficere, quæ sint ad Dei laudem & gloriam, exaltationem catholicæ fidei, eiusque hostium repressionem, ac salutem eorundem fidelium animarum: datque tempus acceptabile, & dies salutis indulget, quibus proprium exequendo debitum sicut filij benedictionis & gratiæ, Patris & domini nostri vlciscantur iniurias, vt digni reddantur hereditatem paternam & dominicam possidere; tollantque Christianitatis opprobrium, adeo iam quasi dimissum, quod infideles illud existimant sempiternum. Sane dolenter referimus, quod olim peccatis exigentibus, terram illam, quam salua-

Propositæ
eas fu-
suris in-
dulgentiæ.

Geſta
Vrb. V. a-
pud Bosg.

Cyprius
Rex præ-
re Gallo
constituit
Eod. an. I
ep. com.
58. & 10.
1. ep. secr.
pag. 179.

In quibus
prouincijs
decreta
illi subſi-
dia.

a Eod. an.
ep. com. 13

b Vb. ep. 43

c Ib. ep. 43
& 10. 1. ep.
secr. pag.
170. Compri
di exerci-
ti data ti
potestati
Ponti.

d Eod. an.
ep. secr.
pag. 177.
Admoni
Reges de
sacro ge-
nere doli
lo.

e Ib. pag.
161.

Vrbani
ad Caroli
Impulsi
12.

tor noster Dei Filius dominus Iesus Christus, suæ præsentia conuersationis illustrans, in ipsa pro nostra redemptione mortem nostram moriendo destruxit, & vitam suæ resurrectionis gloria reparauit, Agarenorum gens perfida, eiusdem Saluatoris & suæ orthodoxæ fidei inimica, a longis retro temporibus non absque damnosa negligentia Christiani populi occupauit, prout detinet occupatam, eam polluendo abominandorum patratiōne scelerum, ac pro ancilla tenendo, quæ domina gentium solet esse. Accedit quoque ad huiusmodi infelicitatis augmentum illa arumosa calamitas, quam ex oppresse Turcorum crudelium patitur Christianus populus orientis, qui tanto grauior redditur, quanto ijdem Turci, uiciniores fidelibus existentes, grassantur sauius & facilius in eosdem, quantoque ipsorum rabies semper excrefcens, & cruorem Christianorum aspirans effundere, maius potest Christianitati generare periculum, nisi eorum, qui in sua feritate confidunt, præsumptuosa temeritas per ipsorum fidelium potentiam reprimatur.

21 Quæ nuper, diuino Spiritu inspirante, charissimus in Christo filius noster Petrus Rex Cypri illustris, cuius regnum est in ipsorum infidelium faucibus constitutum, prudenter considerans, & maiora pericula toti Christianitati, si opportunum in his non apponatur remedium, probabiliter prouentura formidans, de statu dictorum infidelium (quem ex ipsorum mortalitatibus & discordijs debilitatum, & prostrationi dispositum asserit; præsertim ex captione ciuitatis Sataliæ, ac nonnullorum castrorum & locorum, quæ licet admodum fortia idem Rex suis prouidentia, personalibus laboribus, & expensis de manibus infidelium prædictorum eripuit, ex quo infideles ipsos multus, vt asserit, timor inuasit) plenarie informatus, sicut princeps magnanimus & deuotus, non uitatis pro Dei seruitio itinerum longorum periculis, ad partes occidentales, & demum ad Apostolicam sedem accessit, nobis ac fratribus nostris sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus, & catholicis principibus ac magnatibus, alijsque fidelibus populis uias & modos prudenter ostendens, per quos istis temporibus potest faciliter eorundem Agarenorum & Turcorum elidi potentia, & fieri recuperatio terræ sanctæ.

Hæc siquidem charissimus in Christo filius noster Ioannes Rex Franciæ illustris grater accipiens, desiderium transfretandi, quod diutius (vt asserit) gessit in corde, produxit in lucem: nam ipse ac præfatus Rex Cypri, alijsque multi nobiles cum eorum potentia, pro recuperatione terræ sanctæ prædictæ promiserunt personaliter transfretare, ac receperunt de nostris manibus venerabile signum crucis: quod multi magnates, & nobiles ad sedem uenientes eandem, cum deuotionis plenitudine quotidie postulant, & recipiunt reuerenter. Nosque præmissa cum ingenti lætitia intuentes, & cupientes tam dictos Reges, quam alios in tanto Saluatoris nostri prædicti promouendo negotio spiritualibus & temporalibus auxilijs conseruare, matura super ijs deliberatione præhabita, de dictorum fratrum consilio indiximus ad dictam terram sanctam & alias partes infidelium orientis passagium generale, inchoandum kalen. martij anni natiuitatis Domini millesimi trecentissimi sexagesimi quinti proxime secuturi; & consueta indulgentiam ac priuilegia omnibus ad hoc transfretaturis duximus conce-

denda: & deinde diligentius attendentes, quod idem Ioannes Rex eximia deuotionis ardorem, quem claræ memoriæ nonnulli Reges Franciæ pro ipsius terræ sanctæ recuperatione hæcenus habuerunt, pie memorans, illum in se uirtuosæ successiōis salutaris funiculo deriuauit; prouida super ijs, cum eisdem nostris fratribus deliberatione præhabita, eundem Ioannem Regem præfati passagij & omnium, qui transfretare uoluerint, capitaneum constituimus generalem. Quæ omnia magnitudini tuæ, alijsque catholicis Regibus atque principibus, ac magnatibus & populis decreuimus intimanda, vt tempus illud acceptabile datum a Domino in humilitatis spiritu cognoscentes, interim si qui eorum habeant cum alijs Christianis discordiam, pacem & concordiam, sine quibus negotium ipsum prosperari non possit, pro Dei reuerentia studeant firmis stabilitatibus inuicem reformare, ac ad prosequendum huiusmodi Dei & fidei præfate negotium magnifice se accingant, illud in personis proprijs uel alias, prout eis possibile fuerit, prosequendo.

22 Inter alios autem principes, quos plus deceat ad huiusmodi tam salubre negotium excitari, & ad ipsius prosecutionem plenis effectibus dare opem, imperiali celsitudinî conuenire, prospicimus, vt ad hoc tanto feruentius animeris, quanto ab excellentia tua hoc magis exigitur inter omnes principes orbis terræ; quantoque Regi regum, domino dominantium, qui magna potentia & gentibus aptis ad bellum, dominicum te uallauit, exinde maius præstabis obsequium, & ab ipso præmium prosequeris. Eapropter imperialem sublimitatem paternam charitatem requirimus, & affectuose rogamus, eidem pro sua salute, sui que culminis gloriosius extollendo præconio suadentes, quatenus præmissa deuote considerans, ad assumendum cum tua præcellenti potentia tam pium tamque acceptum Deo negotium, per quod contenditur certius ad excelsa, more Christianissimi ac potentissimi principis ardentius inducaris; & ad prosecutionem ipsius tam magnifice te disponas, quod alijs Christianis principibus & magnatibus gloriosam exemplum tribuas similiter faciendi, teque securius imitandi. Quis enim poterit diffidere uel trepidare fidelium huiusmodi sancto se dedicare negotio, ubi potentia tuæ robur adesse præserit, & tam magnanimi principis firmissimum fundamentum? Profecto si, prout indubia credulitate tenemus, præfatum negotium feruenter ac potenter assumpseris, multos & magnos principes, aliosque fideles ad tui imitationem allicies, & allectos in sancti propositi perseverantia conseruabis: ex hoc enim tibi & alijs fructuosus exites, & ex aliorum operibus, quæ tuo causabuntur exemplo, multiplicabit tibi meritum apud Deum. Vt autem, ad assumptionem & prosecutionem huiusmodi eo libentius te disponas, quo de gratiâ & fauoribus dictæ sedis te senseris certiozem, eidem sublimitati in omnibus, quæ ad ipsius honorem & commodum nouerimus cedere, promptis affectibus, & prout cum Deo poterimus, gratis effectibus assistemus. *Dat. Auin. v. xi. kal. iunij anno primo.*

23 Conceptæ sunt simillimis sententijs pontificiæ adhortationes ad præpotentes duos Reges partis uictorijs clarissimos Eduardum a Angliæ & Ludouicum b Vngariæ, vt armorum potentiam bel-

Gallorum
Rex cru-
cignato-
rum dux
creatus

Rogatus
Carolus
vt sacrum
bellum
promoueat.

Ceteris
principi-
bus ex-
plo prælu-
ceat.

a. Bod. 70. 1
ep. secr.
pag. 163.
b. lb. pag.
166.

Anglus &
Vngarus
ad eandem
gloriam
excitati.

bel-

Argumē-
ta pro su-
scipiēdo
bello sa-
cto.
Petra ex
Palestina
seruante.

Exyran-
de Tur-
cum.

Ex immi-
nenti di-
scimine
bellum
inferre
ex promi-
ssis
certam re-
sult.

Ex Galli-
& Cypri
urata so-
ciare.

De indi-
ca expedi-
tionis die.

bellandique peritiam ad comparandam Christo Asiam explicarent. Vocauit etiam Vrbanus ad sacrum fœdus in Christianæ religionis hostes Carolum Regem Nauarræ a, vt foceri, Ioannis nimirum Regis Francorum pium ardorem imitaretur, ac si quod in illum ob superiores similitates odium concepisset, deleteret ex animo, ac velacies e regno educeret, bellicos pro Christo suscepturus labores, vel auxilia communicaret.

Nec hos modo & alios Reges ad religionem in oriente instaurandam prouocauit Vrbanus b, verum etiam singulos principes dignitate, opibus armisue florentissimos: in Germania quidem Ioannem marchionem Morauie, Venceslaum Lucemburgi ducem Imperatoris fratres, Rodolphum Austriae, Rodolphum Saxonie, tum singulos Baurie duces c ad id excitauit: quod de pluribus alijs præterimus. Sollicitauit etiam d ad consecrandam Christo arma vagas turmas, quæ Gallias depascebantur: extincto enim Regum bello, dissolutisque exercitibus, ad latrocinia se conuerterant; precibusque contendit, vt bellicum furor non in Christi, sed Mahometi cultores exerceret, diuinique nominis opprobrium (purgata superstitione Palæstina) vindicarent. Parandæ vero classi daturus operam summus Pontifex, ad Venetos ac Genuenses e spes suas precesque conuertit f, ac Laurentinum Celsum & Gabrielem Adurnum duces, vt triremes ac naues instruerent ad transportandas quas Cyprus Rex copias adduceret. Subiectis vero sententijs conceptæ sunt, quæ duci Venetorum, qui cum Cyprus Rege fœdus in hostes fidei percusserat, inscriptæ g.

Vrbanus, & G. Laurentio Celsi duci Venetiarum.

Nobilitatem tuam paternali charitate requirimus & rogamus, ac pro sua salute suademus eidem, quatenus præmissa deuote considerans, ad assumendum cum tua grandi potentia tam pium, tamque acceptum Deo negotium, per quod certius ad excelsa conscenditur, animeris: ac ad ipsius prosecutionem tam prudenter, prout negotij qualitas exigit, quam libenter expedientia nauigia virosque idoneos & necessarios in eisdem, ac arma, victualia, & alia opportuna disponas, quod Christianis principibus atque magnatibus gloriosum exemplum tribuas dictum negotium, audacius prosequendi. *Et infra* ? Profecto indubia credulitate tenemus, quod si præfatum negotium feruenter & potenter assumpseris, multos ac magnos fideles allicies, & allectos in sancti propositi perseverantia cõseruabis, qui sine tua potentia (quod absit) deficerent in negotio memorato. *Et infra*.

Cæterum quia præfato Regi Cyprus, qui tanquam præcursor magnificus satis ante dictum terminum cum auxilio fidelium, quos habere poterit, ad partes vltimarinas remeare proponit, viam tutam & dispositionem accõmodam populo Dei cum ipsius assistentia paraturus, certa subsidia gentium armigerarum nonnullarum partium (inter quas locus Venetiarum cum suis terris existit) & inter alia quod ituri cum ipso etiam ante præfatum terminum indulgentiam huiusmodi consequantur, duximus concedenda; nobilitatem eandem, a qua idem Rex in præfato negotio grandia promissa se recepisse lætatur, rogamus attente, quatenus huiusmodi nauigia, viros, arma, victualia, & alia necessaria ad tantum negotium studeas præparare, ac eidem Regi & nuncijs suis, prout tantæ rei vtilitas suadet, efficaci-

bus fauoribus in terra tui dominij deuote assistere non postponas, &c. *Dat. Auin. viii. kal. iunij an. 1.*

24 Ingeminate sunt ab Vrbanus deuexo iam anno eadem preces apud eundem Venetorum ducem, vt classem pro reducendo Cyprus Rege transportandoque exercitu ipsum secuturo citissime compararent. Saraceni enim, captata a illius absentie occasione Cyprum inuadere moliebantur, ac Sataliam insignem urbem, quam paucis ante annis Christiano imperio adiunxerat, obsidione cinxerant. Ne itaque adduceretur in discrimen in oriente Christiana res, Vrbanus Petrus Cyprus Regem literis iussit b, vt Regibus quos adire constituerat, salutatis excitatisque ad Asia expugnationem, reditum in Cyprum maturaret. Fessos interea Cyprus cunctatione proceres crucesignatos, qui Venetias confluerant recessione, quaritur Philippus e Mazerijs.

Meminerit auctores de Petro Cyprus Rege Italianum e Gallias, Angliam a, Germaniam, Poloniam, Vngariam obeunte, vt Reges ad sacrum bellum inflammaret. Qui cum proximo anno appetente vere traducere copias in Asiam cogitaret, Pontifex Ludouicum Vngarie Regem exorauit e, vt quæ subsidia Cyprus conferre decreuerat, mature ac diligenter instrueret: *Quia, postmodum idem Rex, prout nobis notificare curauit, nonnullas partes fidelium peragravit, & presentiam aliquorum Regum & principum adiit, multosque magnates & potentes ad transfretandum secum, Domino cuius negotium agitur inspirante, induxit; & tempore veris proximi futuri sperat cum multitudine nobilium, & aliorum fidelium esse Venetis, & interim, vel postquam inde recesserit inclytam tuam videre personam; sublimitatem tuam sollicitam reddimus & attentam, eamque cordialiter deprecamur, quatenus ea, qua eidem Regi Cyprus in galeis vel alias pro dicto subsidio exhibere volueris, studeas præparare. Et quia dicto Regi aliqua subsidia in tuo regno concessimus, in eorum receptione munitijs & procuratoribus suis ad hoc deputandis velis fauorem regium exhibere. Dat. Auin. non. decembris anno 11.* Non respondisse Vngarum, neque alios Reges Pontificis Cyprusque Regis votis, deplorat laudatus Philippus e Mazerijs. f

25 At ne, dum hæc gerebantur in occidente, infideles quos Sataliam adortos vidimus, Smyrnam etiam, quæ magno labore etiam tum retenta a Christianis erat, opprimerent; Vrbanus ad illam muniendam incubuit, eiq; Petrus Racchanellum patriam Genuensem præfecit, a quo hæc sacramenti forma exacta est g: *Ego Petrus Racchanelli ciuis Ianuensis capitaneus & custos ciuitatis Smyrna pro sancta Romana ecclesia deputatus, ab hac hora in antea fidelis & obediens ero beato Petro sanctæque Romanae ecclesie, ac domino meo Vrbanus Papa V. eiusque successoribus canonice intrantibus. Et interiectis nonnullis: Papatum Romanum & regalia S. Petri & omnia iura Romana ecclesie, que habet vbiq; & specialiter in ciuitate prædicta, manutenebo totis viribus, & defendam. Dicitam ciuitatem per me, vel alium, seu alios fideliter custodiam ad opus sacre fidei & dicte ecclesie: ipsamque ciuitatem cum pertinentijs suis non resignabo nisi legato Apostolice sedis, si fuerit in partibus illis, aut alteri per dominum Papam vel eundem legatum ad hoc deputato. Supradicta omnia & singula promitto & iuro attendere & obseruare sine omni dolo & fraude ac malitia. Sic me Deus adiuuet, & hac sancta Dei euangelia.*

p. 127

b Ib. pag. 163. 164. Prouocati Germani principes ad bellum Afiaticum. e Ibid. f Pag. 168. Et terdarati vago-rum militum exercitus.

Veneti & Genuenses ad classem instruendam excitati. e Ib. pag. 164. f Pag. 169. g Super. pag. 164.

Ad Venetum ducem ea de re hortato-ria litteræ.

Rogatur ve classis pro reducendo Cyprus Rege compararetur. a To. 1. p. 34. f. 34.

b Ib. pag. 13.

e Reliqui hist. Gen. 1. 7. d Vossio in Eduar. 1. 1. Michou. 1. 4. c. 20. Ormer. 1. 1. c. 1. 2. 3. f. 31.

Exoratus Vngarum, vt subsidia conferret.

f Philip. e Mazer. in vita B. Petri Th. apud Io. Belland. 1. 1. die 29. Ian. Smyrna a Turcis tunc taca. g To. 1. p. 189. Prefectus illius ciuitatis in pontificia verba additus.

26 Illustrabatur hoc tempore Prouincia ingentibus miraculis, quæ Deus ad B. Delphinæ preces imploratamque opem edebat: neque enim modo pluribus ægris valetudo restituta, verum cæci oculorum, surdi aurium, paralytici membrorum vsu illius suffragijs receperunt: & reuocati etiam ad vitam mortui. Quibus per motus Pontifex, ac piorum precibus exoratus, Aquis archiepiscopo ac Vasionensi & Sistarisiensi episcopis mandauit, vt de miraculis eiusdem Delphinæ beneficio editis cognoscerent, eorumque testes in religiosum examen vocarent. Extant enim Pontificiæ ad ipsos datæ eo argumento literæ a, in quibus vbi paucis est præfatus de illius patria, stirpe, nimirum e Podio Michaeli in Prouincia oriundam ex prænobili familia, ac nuptam Elzeario e Sabrano Ariani comiti, subiicit: *Onnipotens Dominus per eiusdem Dalphinæ sanctæ merita in ciuitate Aptensi, vbi corpus requiescit eiusdem, plures suscitauit mortuos, cæcos illuminauit, mundauit leprosos, surdis auditum restituit, mutis loquelam, & paralyticis & contractis restituit sanitatem: eandem Dalphinam honorat in terris, quam (vt pie creditur) coronauit in celis. Quare nobis pro parte dilectorum clericorum, laicorum, & vniuersitatum fuit humiliter supplicatum, vt cum de prædictis vita, meritis, & miraculis, quæ in dilectis prouincijs & comitatibus quasi notoria & manifesta fore dignoscitur, possit fieri per fide dignos & solemnnes viros ac factorum euidentiam plena fides super eis, per aliquos probos viros mandarem inquiri, & demum veritate comperta, & certitudine habita præmissorum, cum non deceat apud homines sine veneratione relinqui, quam merita & miracula sanctam monstrarunt, ipsam dignaremur sanctorum catalogo aggregare.*

Nos igitur, quos non festinos sed graues conuenit in dubijs inueniri, de prædictis notitiam non habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, fraternitate vestra, de quorum circumspeditione plenam in Domino fiduciam obtinemus, de fratrum nostrorum consilio committimus & mandamus, quatenus vos vel duo vestrum ad dilectam ciuitatem Aptensem vos personaliter transferentes, de vita & meritis dilectæ Dalphinæ, ac miraculis & cæteris circumstantijs iuxta interrogatoria, quæ vobis sub bulla nostra transmittimus interclusa, veritatem diligentius inquiratis: & quæ super hac inueneritis scripta, fideliter sub vestris sigillis cum vestrarum literarum, habitam seriem continentium, testimonio nobis intimare curetis. Datum Auin. III. non. martij anno I. Fuerat Delphinæ & nupta & virgo; coluerat enim, vt suo loco diximus b, vna cum viro S. Eleazaro virginitatem S. Chunegundis Imperatricis exemplo: de quibus sanctis coniugibus vitæ illorum auctor e admittenda recenset.

27 Dum vero diuina gloria in ijs regionibus tot miraculorum splendore effloresceret, ac populi ad pietatem allicerentur, non deerat dæmonis solitis artibus, vt religionem obscuraret, simplicisque erroribus inficeret. Ad tuendum itaque fidei decus, euellendasque serpentis mali fibras Urbanus censorem fidei Vgonem Cardinalem Minoritam creauit a in Arelatenfi, Aquis, Ebredunensi, & Viennensi archiepiscopatibus: earumque prouinciarum præfules ad porrigendam illi aduersus impie sentientes opem excitauit. Infecerat vero præcipue hæreseos laes Ebredunensem diocesim, vt queritur his verbis Urbanus: *Cum, sicut displicenter accepimus, in quibusdam par-*

tibus diocesis & prouincia Ebredunensis huiusmodi prauitas sic abundet, sicque multitudo hæreticorum excreuerit in eisaem, quod fidelibus circumposita patria pestilens eorum virulentia, quæ serpit vt cancer & interficit vt venenum, grauis pericula comminatur.

IESV CHRISTI

Annus 1364.

VRBANI PP. V.

CAROLI IMP. OCCID. 19.

annus 2.

IO. PALÆOL. IMP. OR. 24.

1 **A**Nno a virgineo partu millesimo trecentesimo sexagesimo quarto indictione secunda, Romana ecclesia post tot a tyrannicis conditioni inhiantibus excitas tempestate, reuerso ad sedis Apostolicæ obsequia Bernabone Vicecomite omnium tum procellarum auctore, optata quiete potita est. Adegit ad id Mediolanensem non officij religio, quam suis vtilitatibus metiebatur, sed principum Christianorum terror qui eum vrgebant precibus ac minis, vt turbare Italiam desineret, quo expeditio orientalis superioris anno decreta confici posset. Et quidem cum hæcenus Bernabos obduruisset in perfidia, Carolus Imperator ecclesie patrocinium suscepturus, in illum, ni legibus pareret, signa imperialia attolli iussit. Quæ res Pontifici gratissima fuit, vt ipse testatur in literis xi. kal. martij ad Petrum Florentinum episcopum Apostolicæ sedis in Germania internuntium his verbis a: *Quod idem Imperator fecit de capitaneo & vexillo suis contra hostes eiusdem ecclesie transmittendis valde gratum habuimus, sibi que proxime referimus multas grates.* Data etiam ab eodem erant imperia illius in Italia præfectis, vt pontificiam causam omni contentione defenderent; qua de re ipsi ab Urbano actæ gratiæ b.

2 Ludouicus etiam Vngariæ Rex, quem ab Innocentio Romanæ ecclesie creatum signiferum vidimus, Urbano ad Bernabonem tyrannidem prosterendam regias vires offerebat: cuius officiosa promissa, cum magnifica & istis ætatibus inaudita dicat Urbanus, facile colligitur, illum ad ductandum exercitum in Mediolanensem ac labores castrenses suscipiendos paratum fuisse: cui grates amplissimis exornatas elogijs persoluit Urbanus. c

Ludouico Regi Vngariæ illustri.

O princeps deuotissime, ac præcharissime fili ecclesie sanctæ Dei, qui ardore pietatis ignitus vehementer matri compateris indigenti, qui cælestis Regis obsequijs deuote militare desideras, & eius sponsam a malignorum incurfibus defendere! Tu es vere gratitudinis filius, qui datam tibi a Deo potentiam in humilitatis spiritu recognoscis, dum eam in suis beneplacitis nunc contra Christianos iniquos hostes ecclesie, nunc contra schismaticos & hæretica scelerate resperfos, nunc contra infideles & ethnicos fatagis exercere. Tu vere Rex & princeps Christianissimus, qui non vacas vitiosis delictijs, sed iugiter laboras pro tuæ nomine Redemptoris, terrenum regnum in cæleste cupiens laudando commercio commutare. Tua siquidem oblatio prædicta magnifica, seculis inaudita modernis, mentem nostram consolationis plenitudine recreauit: & licet ipsius effectu non indigeamus ad præsens, quia hostes olim ecclesie sunt ad gratiam reconciliationis admissi; oblationem tamen ipsam multi-

Susceptū ab Imperatore ecclesie patrocinium.

a An. 2. ep. cur. pag. 100.

b To. 2. ep. secr. pag. 99. Vngarus ad debellandum Bernabonem paratum se offerit.

c Ib. pag. 103. Actæ illi ab Urbano gratias.

pliciter habentes acceptam, eam in necessitatibus eiusdem ecclesie, quæ pro tempore possent occurrere, pro thesauro pretiosissimo retinemus: & proinde regie liberalitati copiosas gratiarum referimus actiones, rogantes Deum, quod in salute & prosperitate votiuâ multiplicet dies tuos. **Dat. Auin. v. kal. martij anno 11.** Nec Ludouicus modo & Carolus contundere Bernabonem meditabantur, verum etiam Francorum & Cypri Reges, alijque plures principes pro conficienda pace intercesserant, quos sine ingenti periculo, nisi fureret Bernabos, contemnere non poterat, Pontificem vero non modo pacandæ Italiae, atque arma in Mahometanos conuertendi desiderium incitabat; verum pendebat, Bononiam diuturno fessam bello; aliasque Æmilie vrbes oppressas diutius auxilia prestolari non posse; Carolum Imperatorem & Ludouicum Regem Vngarie mutuis disensionibus implicitos; sequere ob eas causas ad pacis fœdera cum Bernabone sancienda descendisse Carolo Imperatori significauit. a

3 Firmata est pax Androini A.S.L. opera b, quem superiori anno deuexo in Italiam missum vidimus. Extant eius fœderis formulæ in publicis actis c Bononiæ tum confectis, quæ insertæ sunt collectaneis Platinæ tribus ingentibus voluminibus distinctis in tabulario Vaticano afferuatis, ex quibus atque ex duobus M. S. Vallicellanis hæc decerpimus.

*Primo quod dominus Bernabos libere, pure, sine ulla exceptione, & cum effectu ad omnem requisitionem dilecti reuerendi patris domini Andruini A. S. L. restituet, seu restitui faciet castra Lugi & Crepacorij, & quacumque alia castra, fortalitia, rochas, & bastitas, quæ per ipsum dominum Bernabonem vel eius nomine tenentur in districtibus Bononiensi & Mutinensi, ac prouincia Romandiole, dicto domino Andruino legato & in eius manibus, vel illi sive illis, cui vel quibus idem dominus Andruinus Cardinalis mandabit, & quos deputabit, ad receptionem & custodiam dictorum castrorum, fortalitiarum, rocharum, & bastitarum; custodienda expensis ecclesie a die habita realis & efficacia restitutionis & traditionis dictorum castrorum, fortalitiarum, rocharum, & bastitarum. Item quod per dominum nostrum Papam vel per eum, cui mandabit, vel per dictum dominum Andruinum legatum nominibus antedictis dabunt dicto domino Bernaboni vel eius heredibus, si contingeret ipsum hoc medio desicere (quod absit) libere, pure, & sine ulla exceptione & cum effectu infra annos octo a die predictæ efficacia restitutionis castrorum, fortalitiarum, rocharum, & bastitarum predictorum, proxime futuros vel ante, quingenta millia florenorum boni auri & iusti ponderis secundum cursum ciuitatis Florentiæ, videlicet quolibet anno sexaginta duo millia & quingenta floreni, &c. Adiunctæ plures aliæ pacis formulæ ad hæc firmanda, adiectæque est his verbis dies. **Dat. Bononiæ, &c. anno Domini MCCCXLIV. 11. mensis martij.***

4 Data postea fidei, quam suis commodis tantum metiebatur, immemor Bernabos in ecclesie fœderatos minas vertit: sed ijs repressis nouæ ipsum inter & illos pacis formulæ sancitæ, ac subiectis verbis conceptæ fuerunt d.

In nomine Domini. Amen. Suborta dudum inter reuerendissimum in Christo patrem & dominum dominum Aegidium episcopum Sabinensem A. S. L. nomine Romana ecclesie occasione vicariatus ciuitatis Bononiensis eiusque districtus & ex alijs

eertis causis, & magnificum virum dominum Bernabonem de Vicecomitibus Mediolan. grauis & nocua dissensio; & deinde inter eandem ecclesiam & magnificos viros dominos Franciscum de Carraria ciuitatis Paduana imperialem vicarium, & Nicolaum, Hugonem, & Albertum marchiones Estenses ciuitatis Ferrariens. pro ecclesia prefata vicarios, & Canem signorium & Paulum Albinum de la Scala Veronen. dominos, &c. nec non Guidonem, Ludouicum, & Franciscum ciuitatis Mantue, ac Feltrinium de Gonzaga ciuitatis Rbergij imperiales vicarios, eidem ecclesie colligatos, suosque colligatos, subditos, sequaces, officiales, & gentes ex parte vna; & prefatum dominum Bernabonem suosque colligatos, subditos, sequaces, officiales, & gentes ex altera, guerra pestiferam inde secuta, quasi totam prouinciam Lombardiæ ac partes vicinas in discrimine posuerunt. Et tandem pro huiusmodi guerra sedanda, & qua ex illa prouenerant & proueniebant continue summa rerum & personarum discrimina remouenda, quamplures compositionis & pacis habitus fuerunt hinc inde tractatus: super quibus interuenientibus inuictissimo domino domino Carolo IV. diuina clemetia Romano Imp. semper Augusto & Boemia Rege, ac serenissimis dominis dominis Ioanne Francia, Ludouico Vngariæ, ac Petro Ierusalem & Cypri illustribus Regibus, qui per eorum ambaxiatores & literas apud partes predictas pro pace huiusmodi sapius institerunt; & deinde huiusmodi pacis tractatum cõtinuantibus incessanter ambaxiatoribus dicti domini Regis Cypri, videlicet reuerendo in Christo patre domino Petro archiepiscopo Cretenfi, & egregio milite domino Philippo de Maserijs cancellario regni Cypri, qui ad Romanam curiam propterea pluries accesserunt & redierunt ab inde (prout hæc omnia afferuntur plurimum testimonio esse vera) demum, cooperante pacis principe redemptore nostro domino Iesu Christo, partes ipsæ super concordia & pace huiusmodi conuenerunt.

Ad gloriam igitur Dei, & laudem B. Mariae virginis, & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli omniumque sanctorum, ad honorem quoque sanctissimi patris & domini nostri domini Urbani diuina prouidentia Papa V. sanctæque Romanae ecclesie ac reuerendissimarum patrum & dominorum dominorum sacri collegij Cardinalium, ac sacri imperij Romani & serenissimorum dominorum dominorum Imperatoris & Regum predictorum; & ad exaltationem, commoditatem, & statum pacificum & tranquillum partium predictarum, ac ciuitatum, terrarum, & subditorum ipsorum, & cuiuslibet eorundem, &c.

Subdunt hæc tabulæ, vt Androinus Cardinalis A. S. L. ac fœderatorum principum oratores necessaria instructi auctoritate conuenerint: vtque Veronenses oratores sint contestati, Mantuam & Rhegium ipsis iure fiduciario obnoxia; idemque Bernabosius sibi afferere contenderit: adueriati vero vtrique Gonzagæ fuerint, ad stipulante ijs legato, sua omnia salua esse debere contenderint. Demumque subiecta capita seruare sponderint. Remissa in primis inde acceptæ illatæque iniuriæ: omnibus, qui se aduersis partibus implicuisset venia data; ac singuli pristinis iuribus restituti. Quod vero sequitur hac forma conceptum est: *Item quod dictæ partes, seu aliquis predictorum, non occupabunt aut occupabit per se vel alium seu alios ciuitates, terras, castra, rochas, villas, & fortalitia subiecta mediate vel immediate ecclesie Rom. seu dominis supradictis, seu etiam colligatis, ad-*

Sancitæ
cum Bernabone
pax.

a l. b. pag. 99.
b Gesta
Vrb. v. a. p. d. Bosq.

c Ext. in
arce S. An
geli & in
ter collect
Plat. to. 3.
pag. 188.

d M. S.
bibl. Vall.
sign. lit. B.
n. 15. pag.
41. & seq.
& sign. lit.
D n. 1. pag.
30.

Præcipuæ
fœderis
leges.
Restituendæ
a Bernabone
erepte arces
ecclesie eiusque
fœderatis

Pendenda
illi partit
tibus vicibus
quingenta
reorū milia.

d M. S. bib.
Var. sign.
n. 1671.
Alia fœderis
tabulæ.

Qui
rim
sue

Qui
ge
cor
terpre

Præter
rum
riarum
imper
obliu
Obliu
Bernab
ad no
iouda
dos fœ
ratos
clia

adherentibus, sequacibus, seu subditis eorundem vel cuiuslibet eorum, vel quæ per se vel alios eorum nomine tenentur & possidentur; nec se de illis quomodolibet per se vel alium seu alios impediunt, vel intromittent. Quod si quis contra fecerit (quod absit) eo ipso habeatur pro pacis violatore, salvis & reseruatibus declarationibus, & pronuntiationibus fiendis per dictum dominum legatum vigore compromissi in eum facti. Sancitum præterea, ut iudicialia, ac in eos edita, qui parti aduersa adherissent, rescinderentur in primis ab eo tempore, quo Bernabos copias aduersus Bononiam immisit mense septembri anni mccc lxx. tum nonnulla alia ad horum gratiam sancita. Decretum etiam, ut Canisignorius & Paulus Albuinus Scaligeri ereptas Bernaboni in agro Brixienti arces & alia in litore lacus Gardæ occupata restituerent. Si qua oriretur de fœdere fracto controveisia, eaque illustris foret, liceret læso vim vi repellere, nulla denuntiatione præmissa: si anceps ac dubia, duo equites hinc inde de ea pronuntiatu deligerentur. Quæ ad Bononiam & castrum Lugj spectabant, eadem, quæ antea sancita erant, confirmata. Pergunt publicæ tabulæ.

5 Item promiserunt & iurauerunt dicti procuratores dicti domini Bernabonis nomine, & in animam ipsius, quod ipse dominus Bernabos libertatem ecclesiasticam pro posse suo, quantumcumque poterit, fidei studio conseruabit & faciet conseruari: quodque prælatos præfectos & præficiendos, ac clericos institutos & instituendos per dominum nostrum Papam vel eius auctoritate, aut ordinarios quoscumque libere admittet & permittet, & (si expedierit) faciet admitti vel ecclesias, dignitates, & beneficia sua: nec eis vel personis ecclesiasticis quibuscumque grauamina vel collectas imponet, nec eos arrestabit, nec in suis carceribus detinebit: quinimmo ipsos prælatos, clericos, & personas ecclesiasticas, eorumque ecclesias, res, & bona in ciuitatibus, terris, castris, & locis, quas seu quæ gubernat & tenet, ac tenebit ac gubernabit fauorabiliter pertractabit, & pertractari faciet, eosque in sua libertate restituet & dimittet & restitui faciet, & admitti efficaciter & pura fide: & quod quoscumque officiales & nuncios domini nostri Papæ ac sedis Apostolicæ & Romanæ ecclesiæ, vel legatorum ipsius sedis, in terris suis prædictis & alias ubicumque gratiose recipiet & admittet, & ipsos permittet & permitti faciet libere commissa eis officia exercere.

Item præfatus dominus noster Papa & sacrum collegium Cardinalium, & successores eorum curare & facere debeant pura fide, quod dominus Imperator redintegrabit & in integrum restituet dictum dominum Bernabonem ad titulum & honorem vicariatus Mediolanensis, & aliarum ciuitatum & terrarum, quas tenet, sicut ipse dominus Imperator alias eum constituit; & ad omnia priuilegia, literas, iura, honores, & bona, quibus dictus dominus Imperator eundem Bernabonem priuauit, & ad statum & gradum in quo ipse dominus Bernabos erat ante presentem guerram inchoatam: & quod ipse dominus Imperator per omnia reducet ad suam gratiam ipsam dominum Bernabonem. Item quod prædicta omnia & singula locum habeant, ut præfertur, saluis & reseruatibus declarationibus, pronuntiationibus, & definitionibus fiendis per præfatum dominum dominum Andruinum legatum semel & pluries vigore compromissi in eum facti per partes prædictas. Hactenus publica documenta.

6 Quod vero in ijs de Petro Cretenfi archiepiscopo pacis interprete fit mentio: non præ-

rimus fuisse illum B. Petrum Thomam Carmelitam, sanctitate & rebus in oriente gestis celeberrimum, quem illius socius Cypriæ regis serini præfectus in pacanda Italia summos labores pro ecclesia exantlassè, insignique prodigio ex infidiatorum, qui a pace abhorrebant, manibus euasissè, narrat a: Foret referre difficillimum quot labores susceperit, quas operas posuerit, quam fortiter & quanto animo se gesserit Bononiæ, Venetijs, & alijs pluribus in locis pro tuendis ecclesijs partibus, & conseruandis sanctis aditibus & vijs multis se exponens vitæ periculis & casibus: quorum aliquos ad maiorem Dei gloriam & honorem eius sancti referemus. Namque principes bene multi, castellani, et tributarij, desiderantes continuari bellum, et ex eo viuentes, querebant nos quotidie interficere. Cum aliquando de castrò ad castrum transiremus, ecce triginta circiter Ungari et alij tributarij, qui pacem abhorrentes, et a nobis vindiictam sumere volentes, incitatis equis ex improviso incursum in nos fecerunt districtis ensibus, et micantibus gladijs, ut nos perimerent. Sed D. Petrus Thomas, spem omnem in Deo reponens, firmior et constans restitit. Tum versus ad hostes grauitè eis dixit: Quid vultis? Ipsi vero, banc vocem audientes, quasi de calo percussì, gladios subito in vaginas recluserunt: et sic nos dimiserunt retrocedentes. Accidit sæpius, dum belli horror vehementius ingruebat, quod nos procedentes et equitantes per medias hostium acies armis omnibus destituti, ut pacem tractarem, videremus continuo ante et retro spoliatos homines, et suo sanguine cruentatos: et tamen per medios illorum transibamus ab omnibus periculis immunes per merita D. Petri Thomæ. Tandem ex multis casibus et dispendijs diuinitus creptus, multis petitis insidijs spiritualibus et corporeis, pluribusque perfunctus laboribus et ærumnis, pluribus probis oneratus, dum procuraret unitatem ecclesiæ et pacem, interclusosque terra sancta aditus aperiens, in curiã papalem redijt, et a Cardinalibus et amicis tanquam e celo progressus aliquis exceptus est. Summus Pontifex ad eius aspectum valde gauisus est, laudans magnopere probansque labores eius et opera, etc. Addit ab Urbano creaturam patriarcham Constantinopolitanam & legatum in cruce signato exercitu: at de eo fuse inferius agetur. Nunc ad res Italicas, a quibus digressa est, reuocanda oratio.

7 Pertinacissimo odio bellum inter se gerebant Florentini ac Pisani, cum vtrinq; prædonum societates, id est carnifices, ad mutuum supplicium condixissent; de quorum excursionibus hostilibus fuse Philippus Villanus b: additque c, Pontificem legasse Marcum patria Viterbiensem supremum Minoritarum præfectum ad concordiam agrandam; de quo nos anno superiori meminimus: extant vero plures ad ipsum datæ hoc anno literæ d ad illius studia accendenda. Elusa demum diligentia Marci ac Petrocini archiepiscopi Raennensis, quem quoque ad id muneris adhibuerat d: ob odiorum pertinaciam Vrbanus: qui etiam Florentinos & Pisanos ad mutuam concordiam hortari non desinebat e; atque Ægidium episcopum Sabinensem f, & Andruinum presbyterum g Cardinales Apostolicæ sedis legatos cõferre ad eosdem in concordiam reuocandos industriam ac solertiam iussit: Quia, inquit, ydem nuncijs, licet fideliter & solerter in hac parte studiorum suorum labores impenderint, & adhuc duo ex eis impendere non desistant, nondum peccatis exigentibus profice-

De B. Petro Thomæ archiepiscopo Creten.

a Gestis M. S. B. Petri Thomæ ex Phil. a Maxeris. Ut ad Italiam pacem conseruandam defudarit.

Circumfessibus ab hostibus eos sola voce fugat.

Conficienda sacra expeditio niter prædit.

b Philip. Villan ap pend. ad h. 11. Mart. Vill. 79.

81. 82. Florentini & Pisani bello impliciti.

c Super. c. 82. V. uad. in annal. hoc ann. n. 2. & seq. d To. 2. ep. f. cr. pag. 95. 149.

150. 210. 249 & 10. 3. ep. sect. pag. 4.

e To. 2. ep. f. cr. pag. 210. 249. Duo Cardinales ad eos transmissi.

f Ib. pag. 249. g Eud. pag.

vo potuerunt; cogitauimus de fortiori remedio, videlicet quod tu, Aegidium alloquitur, & dilectus filius noster Andruinus tit. S. Marcelli presbyter Cardinalis A. S. L. vel saltem alter vestrum, ad dictas ciuitates vos personaliter conferentes, prafatam concordiam longis iam ruminatam tractatibus cum Auctoris pacis auxilia completuri. Dat. Auin. vii. id. iulij anno 11.

Cum vero accenso in dies bello a, funesti alicuius congressus terror immineret, Pontifex Petrocino archiepiscopo Rauennati imperia dedit b, vt dirimere acies, ne ferro decernerent, omni studio conaretur, At nō potuerit Florētinum & Pisanorum ira ardentis animi mulceriatque ad Cascinam collata signa: post atrox prælum Florentini, qui sociales turmas a Pisanis abstraxerant, demum victoria potiti c, Concidit ea clade Pisanis animus, ac Bernabonem in belli societatem vocauerunt; demumque inturnuntiorum, pontificiorum opera Florentini Bernabonem metu, ne ex eorum discordijs Etruriam sibi subijceret, sedus cum Pisanis honestissimis sibi legibus percusserunt d: quibus appendicem ad Matthæum Villanum patrem Philippus absoluit. Agunt etiam de his pluribus Leonardus Aretinus e, & S. Antoninus f, Vbi vero Pontifex de redintegrata, Deo auctore, inter Florentinos & Pisanos concordia certior factus est, ingenti gaudio delibutus, Petrocini & Marci internuntiorum labores commendauit g, atque vtrique populo e bello emeruisse est gratulatus h, eosque excitauit alijs literis, vt ad purgandam prædonum turmis socialibus Etruriam vires coniungerent i, ac dictos internuntios apostolicos ad id magno studio iussit incumbere l; exhaustiri enim huiusmodi hominum sentinam, vt tuta foret innocentia, ac tranquillitas restitueretur Italiæ cupiebat: quos ipsum in Gallijs infectatum, ac feliciter deleuisse, visuri sumus.

8 Eluxit etiam pontificia diligentia in auerendo bello, quod Genuenses inter ac Venetos exoriundum timebatur: sollicitati enim fuere Genuenses a Cretensibus, qui Venetorum iugum excusserant, de corripiendo Cretæ imperio, quo ab ijs auxilia elicerent. At Vrbanus legatum apostolicum ad Cretenses misit m, vt eos ad Venetorum obsequium reuocaret, & Gabrielem Adurpium ducem cæterosque Genuenses enixe rogauit, ne vlla perduellibus auxilia submitterent, cum ea discordia grauissima exitia ipsis ac Venetis, vniuersæque rei Christianæ parere posset, ac Petri Cyprî Regis redituri in orientem prudentia breui Cretensis res componenda esset: Speramus, inquit, in diuina gratia ac discretionem dicti legati nec non providentia charissimi in Christo filij nostri Petri Regis Cyprî illustris, qui in eisdem cismarinis partibus adhuc constitutus ad diætas ultramarinas partes de proximo cum potentia fidelium in subsidium præfati passagij conferre se debet, quod cito sibi reconciliatio memorata. Dat. Auin. xv. non. iunij anno 11. Dum traicere Cyprîus Rex parabat, cum quo sumptum erat consilium, vt orientem repetens, præteruecturus cum exercitu Cretam, insulanos vel vi vel officijs ad Venetum imperium redigeret. Reportata a Venetis clarissima victoria, ac fractis perduellibus, vniuersam insulam ad obsequium redijisse increbuit. Celebrat confectæ tantæ expeditionis gloriam inter alios n Petrarcha eleganti oratione, nuntiosque de parta victoria pridie non. iunias portu Veneto exceptos, refert his verbis o:

Vbi in terram egressi nuntij verba in consilio fecere, supra spem supraque fidem leta omnia: victi enim casti, capti, fugatiue hostes: ciues vinculis eruti: vrbes ad obsequium reuerse: reimpositum Cretæ iugum; posita arma victricia: peractum denique sine cade bellum, & pax parta cum gloria. Quibus cognitis dux Laurentius, vere Celsus, vir (nisi me forsitan amor fallit) & magnitudine animi, & suauitate morum, & virtutum studio, superque omnia singulari pietate atque amore patria memorandus: sciens, nil rite nilque feliciter fieri, nisi sumptum fuerit a religione principium, in laudes Dei & gratiarum actiones toto cum populo se conuertit, perque urbem omnem, sed conspectus in basilica B. Marci Euangelistæ (qua nulla, vt reor vsquam pulchrior facta est, quantum fieri per hominem Deo potest) sacris celeberrimis, & processione insigni ante & circa templum habita: vbi non solum populus clerusque omnis affuit, sed prælati etiam externi, quos hic vel casus, vel videndi amor, vel vulgata deuotio detinebat.

9 Huius quidem triumphum laudem Veneti non suæ, sed diuinæ virtuti ascribere: in quo ipsorum virtutem bellicam coniunctamque pietatem Vrbanus gratulatorijs hinc datis ad Laurentium Celsum ducem literis commendauit a.

Vrbanus, &c. dilecto filio nobili viro Laurentio Celsi duci Venetiarum.

Nobilitatis tuæ literas continentes nouum, prosperum, & vniuersitati Christianitatis acceptum, de vestra recuperatione videlicet insulæ Cretensis (cuius rebellionem inimicus pacis & impeditor sancti passagij suscitaret) nuper recepimus, ac perlegimus cum immensa lætitia cordis nostri: Deoque grates referimus, a quo tantum donum noscitur prouenisse, quique non solum impedimentum præfati passagij misericorditer sustulit; sed illi ex hoc, de gente tua videlicet, vt audiimus, numerosa existente in dicta insula, validum præbuit sua prouidentia fundamentum. Ex eoque nostrum gaudium cumulatur quod, prout nobis significare curasti, tu tuusque populus tantam victoriam non a vestris meritis, potentia, vel virtute; sed solum a diuina clementia, recognoscitis processisse: proindeque vos gratitudinis filios & humilitatis alumnos, in conspectu tantæ gratiæ largitoris acceptos, ac digniores huiusmodi munere reputamus. Eosdem itaque nobilitatem & populum paternis exhortamur affectibus, vt huiusmodi recognitionem humilem semper in vestris cordibus & actibus conseruantes, in subsidium dicti passagij vestram subuentionem magnificam pro illo, qui vobiscum magnificauit suam misericordiam, augmentantes gentem eandem in dictum passagium, prout poteritis, conuertatis. Dat. Auin. v. kal. iulij anno secundo.

10 Redacta ad officium Creta, meliores orientalis rei tuendæ amplificandæque spes illuxere, solutis belli Cretensis cura Venetis: auctæque sunt ex instaurato inter Imperatorem ac Regem Vngariæ ineunte anno fœdere, sarciente nimirum Carolo iniuriam, qua Elizabethæ Regiæ Vngariæ matris nomen affecerat. Fundus est egregie suis partibus in extinguendo periculo & sibi bello, quod ex leui scintilla susurronum flabelle ventilata ad Germaniam, Vngariam, Poloniam, Daniamque depascendas incendio exardescerat, Petrus episcopus Florentinus c, cui Guido Aquensis episcopus & Prædicatorum supremus magister adiuncti d fuere, Adstricta est

Philipp. Vill. appen. l. 11. c. 85. ad 89. b To. 2. ep. fecr. pag. 285. Pisanii fuffi

Philipp. Vill. p. 97. Leon. Aret. l. 8. Reuocata pax:

Philipp. Vill. appen. l. 1. c. 102. g Aret. l. 8. hist. Flor. f Ant. 3. p. tit. 21. c. 9. & 10.

To. 2. ep. fecr. pag. 312. h lb. pag. 314. i lb. pag. 346. l pag. 342

Sollicitati Genuenses ad subiciendâ sibi Cretâ

pag. 206

Admoniti a Pontifice ne illi turelam suscipiant.

M. S. diar. Venet. & M. S. appen. ad hist. And. Dan. & alij. Creta ad Venetum imperium reuocata. g Petr. l. 4. ep. 3.

Acte Deo a Veneto duce sibi ni rieu gratia.

Ed. 1. 1. ep. fecr. pag. 30.

Gratulorix de parta victoris illis aera.

Michon. l. 4. c. 20. Crom. l. 1. Inter Imper. & Vngar. l. 1. du. inu. internu. tioru. pontificioru. opera. c. Ann. 2. ep. ent. pag. 100. d. l. 1. d.

est affinitate ea concordia, solemnesque habiti Craconia conuentus, quibus Imperator & quatuor alij Reges, Vngaria scilicet, Polonia, Dania, & Cypri præter alios insignes principes interfuere. Tradunt plura de conuiuiorum egregio apparatu, & hastiludiorum magnificentia Polonici scriptores a. Gratulatus vero Vrbanus Papa internuntio Petro episcopo Florentino mandauit b, vt Imperatori eiusque fratri Ioanni marchioni Morauia, tum Ludouico Vngaro Regi & Rodulpho duci Austriae fœderatis ob positas inimicitias diremptasque arbitrorum iudicio lites pontificio nomine gratias ageret: tum ad promouendam in Saracenos Asiaticam expeditionem concitaret. Accesserat vero Cyprius Rex ad memoratos cœtus, vt præfens Reges principesque ad tanti facinoris gloriam accenderet. His compositis, Petrus Florentinus episcopus redire e Germania iussus c Auenionem ad aulam pontificiam accessit, & sancta pacis capita publicis monumentis consignata attulit d: quibus visis Vrbanus magno affectus est gaudio. Scribebant etiam de his ad Pontificem Carolus e Imperator & Ludouicus f Vngariae Rex, atque mutui belli cura exonerati armorum potentiam aduersus ecclesiae hostem Bernabonem pollicebantur: sed is periculum imminens præsciens, in Vrbanum gratiam redierat hoc ipso tempore, vt diximus. Præterea Carolus promittebat, Vrbanum sedem Romam transferre meditantem, se in eo itinere illum stipaturum: de quibus ei Pontifex hæc literis gratias egit g.

Vrbanus, &c. charissimo in Christo filio Carolo Romanorum Imperatori semper Augusto.

II Nuper venerabilis frater Petrus episcopus Florentinus, a tua reuersus præsentia, capitula pacis, quæ cum charissimo in Christo filio nostro Ludouico Rege Vngariae illustri, ac dilecto filio nobili viro Rodulpho duce Austriae tua fecerat magnitudo (de qua pace, toti populo Christiano perutili, sicut per alias literas imperiali serenitati scripsisse meminimus, habuimus & habemus plenitudinem gaudiorum) & ea, quæ imperialis magnificentia nobis & Romanae ecclesiae obtulit, si discordia, quas habebat cum eisdem Rege & duce, & quibus durantibus nequibat eidem ecclesiae, quæ tunc agitabatur bellorum impetibus, in potenti subuenire brachio, sedarentur; & etiam illam oblationem magnificam multiplici deuotione præclaram, quam nobis persæpe fecisti de comitando nos ad Urbem, vel alias partes Italiae, ad quas gressus nostros dirigi pie cupis; nobis retulit fideliter, & prudenter. Hæc igitur oblata grandia, quæ a radice deuotionis eximia prodire conspiciunt, merito habentes accepta, & prouida tuae sublimitati referimus gratiarum multiplices actiones.

Et licet non solum desiderium, sed etiam propositum habeamus, Urbem & alias partes Italiae visitandi; tamen consideratis malis conditionibus istarum partium propter vicinitatem, & hostilitatem præuarum comitiarum, & periculo, cui ciuitatis Auenionensis & comitatus Venaynsini, ad Romanam ecclesiam pertinentes, nondum opportunis fortificationibus communiti, vacuati, ac indefensi propter subitum nostrum recessum, possent verisimiliter subiacerere; [de] socialibus prædonum turmis, quæ circumpositas Auenioni & comitatui Venusino regiones infestabant, Urbani studio profligatis, dicendum erit inferius, ne orationem cœptam abrumpamus;

adiungit aliam Vrbanus retardati in Urbem reditus rationem ex Etruriae motibus petitam; nec non discriminibus partium Tusciae, nostrum & tuum in hac parte desiderium nondum possumus adimplere: sed expectamus ampliores Dei gratiam, quæ ista impedimenta submoueat, transitus libertatem tribuens & tutelam. Et licet ad magnum cederet nostræ consolationis augmentum habere in isto itinere imperialis celsitudinis comitatum, ipsius recreari affatibus, multaque simul pro reipublica utilitate conferre, collata disponere, ac disposita (gratia suffragante diuina) executioni mandare; tamen inclytam perfonam tuam nimia longinquitate distantem, in hoc casu honeste non possumus fatigare, reputantes nihilominus tantæ liberalitatis munificentiam ab Augustali culmine recepisse. *Dat. Auin. x. kal. iunij anno secundo.*

12 Imminabant grauissima mala ex alia discordia, quæ archiepiscopo Salisburgenfi ac Rodulpho Austriae duci intercedebat cum Stephano duce Bauariae, cum vniuersæ Germaniae principes ad arma concitarentur. Ad quam compefcendam Pontifex, misso episcopo Æsculano a, Ludouicum Vngariae Regem b & Carolum Imp. rogauit, ne illos infestis signis concurrere paterentur.

Vrbanus, &c. Carolo Romanorum Imperatori semper Augusto.

Didicimus, quod orta dudum discordia inter venerabilem fratrem nostrum archiepiscopum Salzburchensem, & dilectos filios nobiles viros Rodulphum ducem Austriae ex vna parte, ac Stephanum ducem Bauariae ex altera, procurante zizaniam satore, sic creuit, sic vtriusque partis animos inflammat, quod partes ipsæ, propriarum virium terminos excedentes, con sanguineos & amicorum quamplurimorum auxilia inuocant, iamque incipiunt congregare: & cum ipsi duces generositate præpolleant, magna que potiantur gloria facultatum, totam penes Alamanniam & vicinas partes ad mutui congressus excidium trahere moliantur: ex quo, nisi de festina pacis succurratur remedio, cum illarum partium populi sint naturaliter bellicosi, si (quod absit) partes ipsæ ad prælium deueniant generale, Christiani sanguinis grandis effusio, & per consequens mala quamplurima, quæ bellorum calamitas solet producere, probabiliter formidantur. Nos igitur aduersus mala ipsa, ne vires sumant vterius, cupientes (prout tenemur) opportunam diligentiam adhibere, de tua interpositione adhibenda in hac parte sollicitè spem præcipuam obtinentes, venerabilem fratrem nostrum Agapitum episcopum Æsculanum, A. S. N. et infra, duximus destinandum, &c. *Dat. Auin. III. non. septembris anno II.* Adhibiti præterea a Pontifice c Ioannes episcopus Olomucensis, ac plures alij præfules & principes ad discordiam componendam: tum Stephanus Bauariae ac Rodulphus Austriae duces & archiepiscopus Salisburgenfis a bello grauissimis sententijs deterriti d. Perstringunt huius belli causas historici e, nimirum de Maynardi filij Ludouici marchionis Brandeburgensis superiori anno vita sancti successione certatum: additque f Philippus Villanus, cum a matre Margareta Tirolensi veneno extinctum, cum illi filius patrem ab ipsa sublatum toxico obiecisset. Quæ si vera sunt, insigni exemplo esse possunt, qui fructus ex præsumpta a Ludouico Banaro soluendarum cano-

Nouæ in Germania curbae

a To. 2. ep. secr. pag. 326. b 1. b. pag. 327.

Pontificis de ijs sedandis lit.

c 1. b. pag. 328.

d Ead. pag. 327. e Rebdorfs in. annal. Phil. Vill. in append. ad l. 1. c. 78. Auent. bisp. Bajor. l. 7. f Phil. Vill. sup. c. 78.

Austriac^o
Tirolensi
comitatu
auctus.

Id. ibid.
Rebdorf.
in annal.
b To 2. ep.
secr. pag.
310.

De Vien-
nensi aca-
demia in-
stituta
da actum.

g An. 2. ep.
cur. 113.
Instituta
Cracouie
sis.

Dania san-
ctor. reli-
quijs exor-
nata.

d An. 2. lit.
diuer. for.
pag. 24.

g Ib. ep. 17.
Daniz
Rex in-
clientelā
Apost. sed-
dis accep-
tus.
f 16. ep. 19
g Eodem
an. 2. lit.
diuer. for.
pag. 102.

nicarum legum de coniugijs auctoritate sint consecuti. Ceterum comitatus Tirolensis, cuius cupiditate facinus a Bauaro patratum vidimus, non ad Bauaram stirpem, sed in Austriacam transfusus a Margareta fuit: bellumq; ea de causa susceptum Cæsaris & Vngari studio pacatum est a.

13. Neque augere modo principatum Rodolphus annitebatur, verum etiam literis exornare; flagitauitque ab Urbano b, vt Viennæ academiā institueret, in qua Austriaci scientijs expolirentur: dataque est a Pontifice Ioanni tit. S. Marci presbytero Cardinali prouincia, vt exploraret, an ea vrbs apta in id esset. Quo referente, idoneam videri, rescripsit Rodolpho Pontifex se, antequam de ea condenda diploma apostolicum ederet, habere in votis, ab ipso certiore fieri, quibus priuilegijs eam academiā ipse ac fratres decorare vellent. Rogauit etiam Pontificem Casimirus, vt cum Poloni ab academijs celebrioribus tanto locorum essent interuallo diffisi, vt plures a literarum studio ob viarum discrimina abducerentur; atque inde pauciores in eo regno literati viri essent, tum etiam alij grauissima pericula adirent, in vrbe florentissima Cracouiensi academia studia excitaret, vt tanquam ex fonte pereni in totam Poloniam ac vicina regna scientiarū riuū dimanarent. Cuius petitis morē gessit Urbanus, exarato ea de re ad e perpetuam rei memoriā apostolico diplomate, cuius præcipuā partem subijcio: *Non solum, inquit, ad ipsorum, sed etiam aliarum regionum circumiacentium incolarum commodum et profectum paternis affectibus anhelantes, dicti Regis in hac parte supplicationibus inclinatis, de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica statimus et etiam ordinamus, vt in dicta ciuitate Cracouiensi de cetero sit studium generale, illudque perpetuis temporibus inibi vigeat tam in iuris canonici et ciuili, quam alia qualibet scientia, præterquam in theologica facultate: et quod legentes et studentes ibidem omnibus priuilegijs, libertatibus, et immunitatibus concessis doctoribus legentibus, et commorantibus in studio generali gaudeant, et vtiantur, etc. Dat. Auin. kal. septembris anno 11.*

14. Ornata est Dania sanctorum reliquijs, quas in pluribus templorum regni Daniæ sacellis collocandas Urbanus Regi Vvaldemaro contulit. Ad cuius etiam gratiam ac preces, vt populos ad eas venerandas pelliceret, Pontifex nonnulla indulgentiarum præmia ijs est impertitus d, qui ea sacella statis diebus pie obirent: Cum, inquit, sicut accepimus, charissimus in Christo filius noster Vvaldemarus Rex Dacia illustris de B. Maria virginis gloriose crinibus et vestibus, et ligno S. Crucis, et de B. Ioannis Baptistæ, S. Georgij et S. Vincentij, sanctorum Neres et Achillei sacris reliquijs certas particulas, nuper eidem Regi per nos traditas et concessas, in capellis sanctorum Mariae de Vermburgh et Iacobi de Gorne et Georgij in Kalmgeburgh et Christophori de Sytburg castris Roskilidensis diocesis proponat cum deuotione debita collocare, &c. Affect etiam Christi vicarius nonnullis indulgentiarum præmijs e pios Danos, qui pro Rege Vvaldemaro sacras apud Deum preces funderent: tum etiam ipsum ac regnum in B. Petri sedis Apostolicæ clientelam accepit f: tum omnium piorum operum, quæ in ecclesia fiunt, singulari quadam prærogatiua participem esse voluit g; qua de re datum diploma afferimus.

Urbanus, etc. charissimo in Christo filio Vvaldemaro Regi Dacia illustri.

Eximia affectionis sinceritas, quam ad nos & Romanam geris ecclesiam, promeretur vt Apostolica sedes, quam nuper ex immensa deuotionis affectu personaliter visitasti, celsitudinem tuam maternæ dilectionis brachijs & singularibus gratijs amplectatur. Hinc est, quod nos, votis tuis in hac parte affectu beneuolo concurrentes, te cum regno tuo & alijs omnibus, quæ in præsentiarum rationabiliter possides, sub B. Petri Apostoli & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti patrocinio communitus. Et insuper vt ex præmisso tuæ visitationis labore & alijs tuis deuotis operibus aliquod spirituale præmium digne reportes, te bonorum omnium, quæ in Dei ecclesia, ipsius operante clementia, ex nunc fieri contigerit, te participem esse volumus; idque tibi apostolica auctoritate concedimus de manere gratiæ specialis. Nulli ergo &c. Dat. Auin. vii. id. martij anno 11.

De Vvaldemari Regis Daniæ ad Pontificem accessu agit Vrbanus scriptor a: atque vna cum Rege Cypro de Asiatica expeditione conficienda sacramento se obstrinxisse, cuius verba inferius adducemus. Consentit etiam in historia b Danica Crantzius de Vvaldemari ad aulam Auenionensem aduentu, & quadragesimæ tempore rosa aurea ab Urbano ipsum donatum tradit. Suscepti vero itineris causas Vvandalicarum vrbiū defectionem fuisse indicat, cum quibus graue antea bellum gessisse scribit c vario euentu: in quodam prælio filium Christophorum lapide icū ab hoste amisisse: potitum federata rebellium classe; deinde, alternante victoria, in portu Vismariensi ipsius classis præfectum profigitatum. Neque a Crantzij dictis dissonant pontificiæ literæ, cum ostendant grauissimas querelas fuisse Vvaldemarum apud sedem Apostolicam in plures proceres, vrbiūque ac prouinciarum extra Daniam sitarum magistratus, qui cum Vvaldemaro fidei sacramento sese obstrinxissent, ab eo descuerant, ac iurata obsequia præstare abnucebant; implorasque pontificiam opem, vt apostolica auctoritate ad officium cogerentur. Cuius iustis querelis permoctus Pontifex, Caminensi, Lincopeni & Lubicensi episcopis prouinciam dedit d, vt censurarum ecclesiasticarum incussa religione perduelles comprimerent. Reuerso in Daniam Vvaldemaro, concitatos maiores motus refert Crantzius e. Hæ vero Daniæ turbæ magnum rei Christianæ in Asia detrimentum attulere, cum ab obeunda sacra professione, votoque religionis in Asia instaurandæ distraxerint. Nec minus sacri illius fœderis ducem Ioannem Regem Francorum improuisi casus, nouæ scilicet cum Rege Nauarræ discordiæ, sociarum turmarum atrociantium excursiones in Gallijs, placandi Regis Angli curæ, denique mors pium consilium obruerunt. Vtque de suborta cum Nauarro controuersia primum dicamus.

15. Verbeaturilla de Burgundiæ ducatu inter Reges, extincto duce puero: cum Ioannes principatum Gallicæ coronæ beneficiarium ad se deuolutum contenderet, Carolus vero Rex Nauarræ iure hereditario illum ad se deriuaret. Ad quos Reges arctissima affinitate coniunctos, paratos bello decernere, in concordiam reuocandos Pontifex Guidonem episcopum Portuensem, & Aegidium tit. S. Martini in montibus presbyterum Cardinales legatos in Gallias misit f, am-

Omnium
piorum
operum
singulari
priuilegio
sic partici-
peps.

a Gesta
Vrb. Vv.
pud Boff.
Vvalde-
mar^o Rex
rosauri:
donatus
Pont.
b Albert.
Crantz.
Dan. l. 7.
c Bad. lib.
e 38.
Vary in
illius re-
gno mot^o

Obiectæ
peruelli-
bus cen-
sura.
d An. 2. lit.
diuer. for.
ep. 22.
e Crantz.
l. 7. Dan.
e 39.

De Burgi-
dia inter
Francum
& Nauar-
rum cen-
tarum.

f To. 2. ep.
secr. pag.
124

plissimaque instruxit auctoritate a. Augebant porro eius discordiæ formidinem vagæ ac palabundæ cohortes, quæ regnum illud vastabant. Ad quas comprimendas corripit a fidelibus armatus iussit Christi vicarius, grauius edictis b. xv. kal. martij promulgatis, horrendaq; ab ijs patrata flagitia ita deplorat: *O quantus dolor sensibus nostris ex facinoribus tam horrendis ingeritur, cum videmus tantam multitudinem gregis dominici in luporum feritatem & rabiem conuerti! O quantus luctus sanctæ matris ecclesiæ, qua dilectos filios, quos contra omnes barbaricas nationes habere debet defensores & pugiles, nunc tortores atrocissimos quasi ethnicos experitur! O quanta fidelium inundatio lacrymarum, dum se talibus interius hostilitatibus debilitari conspiciunt, & infidelium quorum incursum sunt formidandi plus solito sanguine redemptorum: nam illi, in potestate sathanae constituti, quæcumque ille suggerit adimplere contendunt; & bestiali quadam ignorantia licitum ab illicito non discernunt, &c.* accendit fideles propofita veniæ spe ad arma aduersus intestinos hostes expedienda. Nec mora: Galli Narbonenses consurrexerunt in arma aduersus fœderatos prædones, qui eorum sanguinem lambebant, ipsosque locis munitissimis diuino pene miraculo, quod optimi Pontificis meritis ascriptum, deturbarent: pars celeri ac rapida fuga aut armis domita aut iusto oppressa supplicio, aut vitæ incommodis attrita euauit, vt Urbani vitæ auctor describit c.

16. Hæc magna ex parte sub primis noui Regis Francorum Caroli V. inijs gesta, cum Ioannes pater in Anglia obiisset: cuius profectio in eam insulam causam illam afferunt d, vt filij obfidis abitionem excusaret, liberaretque ceteros. Nec modo contendisse in Angliam Ioannem, vt de inita pacis legibus implendis ageret; verum sacrae expeditionis vna cum Cypri Rege adoranda studio, indicat Vualsingamus e, dum tradit quatuor Reges, Franci, Anglum, Cyprium, Scotum Londini conuenisse. Addunt plura scriptores de magnifico apparatu, quo Francorum Rex fuit exceptus. Verum inter hæc lethali morbo correptus, extinctus est corpusque relatum in Gallias regio more conditum. Cuius exequiæ a Cyprio Rege ex amisso expeditionis Asiaticæ socio dolore graui affecto cohonestatæ. Quatuor relicti sunt a Ioanne superstites filij, nimirum Carolus delphinus idemque Normanniæ dux, Ludouicus Andium & Cænomanum comes, Ioannes Biturigum, & Philippus Burgundiæ duces: quorum maior natu Carolus eius nominis V. sceptrum Gallicum de more sacratus f Rhemis suscepit; de quo hæc M. S. Vaticanæ auctor g: *Anno Domini MCCCLXIV. mensis ianuarij die xvii. dominus Ioannes Rex Franciæ reuersus ad captiuitatem in Anglia obiit, & fuerunt eius exequiæ in capella Papæ celebratæ die martis vii. maij. Die xxviii. dominica Trinitatis coronatus fuit in Regem Carolus primogenitus domini Ioannis Regis Franciæ supradicti defuncti.* Ad eum Urbanus mox atque de Ioannis Regis obitu certior est factus, datis literis omni refertis officio, ingentem e tanti principis desiderio dolorem percepisse significauit h: verum acerbiter doloris successoris virtutum memoria temperasse, quarum ornamentis, nimirum pio iustitiæ ardore, clementiæ suauitate, optimæ mentis nitore, egregio erga Romanam ecclesiam studio, grauitate morum, cæterisque eximijs animi dotibus instructum,

optime regnum administraturum speraret.

Urbanus, &c. charissimo in Christo filio Carolo Regi Franciæ illustri.

17. Lugubris rumor plurimum fide dignorum iam assertione firmatus, obitum claræ memoriæ Ioannis Regis Franciæ tui genitoris insinuans, nostram & fratrum nostrorum mentes grauis doloris aculeo sauciuit, dum charissimum filium subtractum conspiciamus, qui feruens plenitudine deuotionis ad Deum honorabat ecclesiam, & libertatem ecclesiasticam conseruabat, ardoreque diuinæ charitatis ignitus, zelo sacrae fidei, qua saluamur, se militem Regis Regum prompta pollicitatione constituit, crucem suam humeris baiulans, redemptorem suum (pro cuius reuerentia paratus erat proprium fundere sanguinem) sicut princeps Christianissimus secuturus! O quantus dolor totius sui populi, tam prudentis & magnanimi principis regimine destituti! O quantus mæroris Christiani exercitus, ad recuperationem terræ sanctæ profecturi de proximo, tenentis se ducis tam prouidi tamque strenui amisisse ducatum. Profecto cum ijs dolentibus merito condolemus, & dolere debet vniuersa ecclesiæ sanctæ Dei, quia nullus fidelis expers potest esse mæroris, cum constat generale dispendium accidisse. Verum quia non est instandum doloribus, vbi præsertim consolationis remedia diuinæ bonitatis gratiæ, quæ nunquam deest in desperantibus, tribuuntur, de tanta merito consolamur mæstitia, pie credentes, quod iustus iudex, bonas considerans & præmians voluntates, eiusdem tui genitoris transfretandi propositum pro facio clementer recipiet, eumque certantis athletæ diademate cum secum regnantibus coronabit. Dumque tuæ magnitudinis circumspectionis industriam, iustitiæ zelum, magnanimitatis animum, clementiæ benignitatem, conscientiam nitorem, ac deuotionis intimæ ad Romanam ecclesiam puritatem, aliorumque morum regalium grauitatem eximiam paterna consideratione pensamus, tristitiæ nebulas digne abijcimus in successore sic laudabili recreati: digneque tui nobiles & plebeij, & præcipue personæ ecclesiasticæ, quas in sua libertate, dextera Domini tibi assistente, tueberis & (vt speramus) regalibus fauoribus prosequeris, possunt mærorem deponere, & in regimine tam virtutosi principis iucundari.

Eapropter, fili charissime, in Domino conforteris, præmissarum & aliarum virtutum exercitio studiosius intendens, tuamque populum, longorum bellorum impetibus conquassatum coneris, prout in te fuerit, tranquillitatis & pacis dulcedine refouere. Et quia honor Regis iudicium diligit, & firmatur iustitia thronus eius, illam amplexeris deuotius, nullo tempore relinquendam: ac eandem Romanam & alias ecclesias, & personas ecclesiasticas, ob illius reuerentiam, per quem, ipso propitio regnabis feliciter, habeas commendatas; nos velut patrem beneuolum, qui tuam sublimitatem ac regnum in visceribus charitatis habemus, ad eam, quæ tuam & eiusdem regni prosperitatem respiciant, requirens cum fiducia filiali. *Dat. Auin. xi. kal. maij. anno secundo.*

18. Recruduit a mox a susceptis Gallicæ rei gubernaculis ipsum inter ac Regem Nauarræ superior de ducatu Burgundiæ Philippo fratri attributo controuersia, quæ Ioannem exercuerat;

Pont. lit. consolator. tia.

a Tom. 2. ep. fecr. pag. 177. Infracta lis de Burgundia.

immo in apertum bellum erupit a: in cuius
initijs nonnulla loca, quæ obrinebat in Gallijs
Nauaræ erepta: fufus b etiam a Bertrando Gef-
quinate, bellicis facinoribus clarissimo duce,
Nauarræ Regis copiarum præfectus: ac subinde
plura ad victorem pronafuere. Horum motuum
fama ingentem dolorem Pontifici Christiana
arma in hostes fidei auertendi cupidiffimo attu-
lere: abbatemque monasterij e Clufa diocæfis
Taurinensis ad bellum nascentis extingendum
vi. kal. feptembris mifit e; ac Reges ad con-
cordiam adhortatus, controuerfiam æquitate fe
dirempturum d est pollicitus. Implicitus erat
Carolus Nauarræ Rex alio grauiffimo bello,
quod magna contentione inter Aragoniæ Castel-
læq; Reges gerebatur: ac renouatum e inter eun-
dem Carolum & Aragonium atque Henricum.
Traftamaræ comitem fœdus kal. martij de Castel-
la inter ipfos diuidenda, vt nimirum Cantabria
citeriorque Cafteffa Nauarro, Murcia Toletum-
que Aragonio, reliqua Cafteffa Henrico cederent.
Cæterum in hoc bello Castellanus, cum maripe-
riclitatus effet, quaffata vi tempeftatis, claffe pic-
tatis fpecimen edidit, vifufque fcelerum pœnite-
re: *Voti enim reus*, vt ait Mariana, *vicinum D.*
Mariæ templum, reliquis indumentis detractis, in
linea tunica adijt, refectiam collum implicitis, non-
tamen propterea bello ablitit.

Ex funestis Regum congressibus, quibus res
Christiana deprimebatur, ingenti affectus dolore
Pontifex Petrum abbatem S. Michaelis ordinis
S. Benedicti diocæfis Taurinensis abbatem, quem
ad Nauarrum Regem pro eo cum Gallo con-
ciliando miffum vidimus, tractandæ Aragonium
inter & Castellanus concordiam munere & aucto-
ritate instruxit f: de quo ad Petrum Castellæ
Regem hæcce literas dedit g.

*Urbanus, &c. Petro Regi Castellæ il-
luftri.*

Cum de tuo ac magnifici principis Petri
Regis Aragonum illuftris bello grauiffimo toti
Christianitati damnofo, doleamus ab intimis,
fæpeque non absque multa mœftitia memoremus,
quod remedia, quæ prouidentia Apoftolicæ
fedis adhibuit hætenus, vt te Regemque præ-
fatum ad concordiam reuocaret, ad tuum ac eius-
dem Regis regna bina vice legatos de latere
deftinando, morbo tam grauis difsidij hucusque
minime valuerunt; nos gerentes in votis per
nosipfos in præfato laborare negotio, fi forfan
Altiffimus dignetur concedere, quod illud ad
finem opratum perducere valeamus, ferenitatem
tuâ requirimus & rogamus, ac etiam obfecramus
instantius, quatenus aliquos ambaxiatores dif-
cretos & fideles, Deum timentes, & appetito-
res pacis huiusmodi, de tuis iuribus & intentione
plenius informatos cum plenaria potestate in
dicto negotio, quamcito commode poteris, ad no-
fram non omittas præfentiam deftinare; inter-
rim firmando treugas congrui temporis, quod
pro tractatu tanti negotij fuerit opportunum.
Super quibus dilectum filium Petrum abba-
tem monasterij S. Michaelis de Clufa Taurinen-
fis diocæfis Apoftolicæ fedis nuntium latorem
præfentium, virum vtique fidelitate præcla-
rum, ac circumspectione & fcientia decoratum,
ad tuam & iam dicti Regis, cui fuper ijs fimiliter
fcribimus, præfentiam deftinamus, &c. *Dat. Avin.*
xviii. kalian. anno III. Conceptæ h sunt eadem
verborum formula aliæ ad Regem Aragonum
literæ, ita ob contractas ab eo cenfuras infcriptæ:

*Magnifico principi Regi Aragonum illuftri spiri-
tum confilij fanioris.* Sed antequam de contra-
ctarum ab Aragonio cenfurarum caufis agamus,
coniungendum fuperioribus videtur; cum noui
belli inter ipfum ac duces Venetorum difcrimen
emergeret ob enatas mutuas fimiltates illataf-
que viciffim iniurias, actas nimirum mari in mer-
catores prædas, Pontificem alendæ pacis inter
principes Christianos folicitem a Petro a Rege
Aragonum ac Laurentio Celso duce Venetorum
contendiffe b, vt ipfi quoque oratores pro
componendis ipforum controuerfijs ad aulam
apoftolicam legarent.

19 Dum ita Vrbanus ad Regis Aragonum
falutem ac publicam populorum pacem incumbe-
ret, non leues ille Dei vicario iniurias repofuit:
inuafit enim pontificia veftigalia c, quæ a pon-
tificijs quæftoribus cogeantur: tum etiam Car-
dinalium, ac præfulum, vel facerdotum, qui in
ecclefijs ad diuinum cultum præfentes non
incumberent. Hic rapinarum exercendarum
fpeciofus color fuit, repetito Regis Angliæ, de
quo alias dictum eft, peruerfo exemplo: neque
enim Regis Aragonum erat facras ob id opes
diripere. Neque ab æquitate difsonum erat, vt Car-
dinales, ac præfules, facerdotesque, qui Apoftolica
fedis obfequijs atque adeo publicæ vtilitati in-
fiftebant, veftigialibus fuis fpoliarentur. Vrbanus
itaque ne ecclefiasticam libertatem opprimi fine-
ret, Aragonium qui facerdotum abfentium a
fuis ecclefijs bona fub hafta diuendi infferat, ac
bonorum profcriptionem necifque difcrimen
repugnantibus intenterat; paternis primum litem
monuit, vt facras reftitueret opes, iniuftaque
edicta reuocaret. Qui rem fe ex fapientum fuorum
confilio fanxiffe repondit, vifamque iuftitiæ
confentaneam ob temporum difficultatem; licet
minus idonee de ijs reftituendis bonis caueret,
cum exhaustum ararium reftitiffet. Quibus ac-
ceptis Dei vicarius ad regiam pertinaciam edo-
mandam, confiliarios improbos reprimendos,
ac iura ecclefiastica ex deprædantium manibus
vindicanâ iudicium Petro Regi apud fubfellia
apoftolica intendit 111. id. martij, ni occupata
bona bimeftri excurrente dimitteret: obiectaque
illi & confiliorum eiusmodi participibus anathe-
matis religio. Quod edictum in arcis Adriani
tabulario reconditum, & inter infignia monu-
mentaria Sixti IV. imperio a Platina d collecta ex-
tat.

20 Accerfitus etiam eft in Sardinia & Corfi-
cæ caufa Petrus Rex in iudicium e, ob inter-
miffam annis decem annui cenfus folutionem,
nec præftitam Vrbanio clientelarem fponfionem
minatusque eft Pontifex a fe Sardinia regnum ad
ecclefiasticum imperium reuocatum iri, fi officio
ille deeffet.

*Urbanus, &c. ad futuram rei me-
moriâ.*

Olim, cum in conceffione per felices re-
cordationis Bonifacium Papam VIII. prædecef-
forem noftrum, clara memoriæ Iacobo Regi
Sardinia & Corficæ de regno Sardinia & Corfi-
cæ, quod Romana ecclefiæ iuris & proprietatis
exiftit, cum omnibus iuribus & pertinentijs fuis
dicto Regi, & fuis heredibus ex fuo & ipforum
corporibus legitime defcendentibus vtrinque
fexus, natis tunc & etiam nafcituris, in perpetuum
feudum fub modo, forma, tenore, conditionibus,
& conentionibus in eiusdem prædecefforis
literijs declaratis, ab ipfo prædeceffore
fuiſſ-

Phil. Vill
append. ad
l. 12. Mar
Vill. c. 83.
Paul.
Aemil. in
Carol. V.
Froff. biſt.
l. 1.
Phil. Vill
c. 92.
Illi fopie-
dæ data a
Pont. ope-
ra
c. To. 2. ep.
fcer pag.
293.
Nauarræ
alio in Ca
rellanum
bello im-
plicitus.
dlb. pag. 8.
e Mariana.
l. 17. c. 7.
Scrip. l. 9.
c. 52.
Castella-
nus mari
periclitat-
us.
Pietatis
fpecimen
edit.

Internun-
cius a Pöt.
ad eum
miſſus.
f. To. 3. ep.
fcer. pag.
188.
g. An. 3. li.
cur pag.
190.

Solicitatur
ad pacem
cum fini-
tims.

h. End. pag.
De eadē
etiam po-
ſtularus
Aragonii.

Ad
191.
b. To. 3.
fcer. pag.
197.

Sacerdo-
tales ecc-
fus occo-
pati ad
Aragon
c. 16. pag.
383. 4. 11.
S. d. 11. 11.
fig. 11. 11.
m. 11. 11.
339.

Intenti-
lli iudici

d. Collat.
M. S. Plat.
to. 3. pag.
167.
Sardicam
vedigial
ab eccleſi-
a termiffi
e. To. 2. ep.
fcer. pag.
381. 11. 11.
2. li. 11.
pag. 371.
ext. 11. 11.
in arc. 11.
Ang. 11. 11.
fcer. 11. 11.
Platina
to. 3. pag.
171. 11. 11.

prim. 11. 11.
eccleſi. 11. 11.
pag. 371.
in M. S.
biſt. 11. 11.
fig. 11. 11.
n. 11. 11.
310.

Pontifex
in eun-
edictum

suisque successoribus canonice intransibus, & dicta Romana ecclesia tenendum gratiose facta; inter alia contineretur, quod tam ipse Rex, quam quilibet suorum heredum in dicto regno pro ipso regno dicto prædecessori & eidem Romanæ ecclesiæ præstaret seu præstare teneretur, prout idem Rex & nonnulli sui in eodem regno successores præstiterunt, ligium homagium, vassallagium plenum, & fidelitatis iuramentum sub certa forma in eiusdem prædecessoris literis annotata: & quod ipse Rex similia fidelitatem, vassallagium plenum, & homagium ligium, & iuramentum renouaret, faceret, & præstaret vnicuique Romano Pontifici & dictæ ecclesiæ infra annum a die, quo electus esset in Romanum Pontificem computandum; & similia præstaret & faceret, & similiter renouaret, & facere, præstare & renouare teneretur vnusquisque heredum suorum in dicto regno vnicuique Romano Pontifici, qui esset pro tempore & ipsi Romanæ ecclesiæ secundum formam eandem, nomen Romani Pontificis, qui tunc esset, & suum proprium exprimendo: sed postquam ipse Rex & heredes sui in regno Sardinia & Corsica supra dicto præstitissent & fecissent personaliter iuramentum, fidelitatem, vassallagium secundum prædictam formam vni Romano Pontifici, non astringerentur personaliter præstare & facere, dummodo illa præstarent & facerent infra annum per idoneum vel idoneos substitutos, ad hoc plenum mandatum habentes: & si plus placeret Romano Pontifici vel Romanæ ecclesiæ supra dictis, iuramentum, fidelitatem, vassallagium, & homagium prædicta præstarent & facerent ipse Rex, & heredes sui, nomine summi Pontificis & Romanæ ecclesiæ illi vel illis, quæ vel quos ad hoc specialiter ipse Romanus Pontifex vel sedes Apostolica deputaret: & pro eodem regno tam dictus Rex, quam quilibet suorum heredum in regno Sardinia & Corsica pro ipso regno censum duorum millium marcharum, argenti bonorum & legalium sterlingorum, vbicumque Romano Pontifici, qui esset pro tempore, vel eidem ecclesiæ, vbi ipsa esset sede vacante, recipienti pro futuro Pontifice, & pro portione collegium ipsius ecclesiæ Cardinalium contingente, in festo beatorum Petri & Pauli annis singulis integraliter pro dicto regno Sardinia & Corsica persoluerent; ad quem censum, vt præmittitur, persoluum tam idem Rex, quam quilibet heredum suorum in dicto regno tenerentur & essent stricti: & quod si Rex idem, vel quicumque suorum in dicto regno heredum in præfato statuto termino non soluisset integre (vt præmittitur) dictum censum, expectati per quatuor menses, terminum ipsum immediate sequentes, de illo ad plenum non satisfacerent, eo ipso essent excommunicationis vinculo innodati: quod si secundo termino infra subseqentes quatuor alios menses eundem censum sine diminutione qualibet non persoluerent, totum regnum Sardinia & Corsica esset ecclesiastico suppositum interdicto: si vero nec in tertio termino, nec infra alios quatuor menses proximos per plenam satisfactionem eiusdem census idem Rex & sui heredes sibi non ducerent consulendum, ita quod transactis eodem tertio termino & quatuor proximis sequentibus mensibus non esset de huiusmodi censu primi termini ipsi ecclesiæ integre satisfactum; ab eodem regno Sardinia et Corsica ipso iure caderent ex

toto, et regnum ipsum ad dictam Romanam ecclesiam eiusque dispositionem libere et expedite reuerteretur: nihilominus pro singulis duobus millibus marcharum singulorum terminorum, si simili modo in eorum solutione cessarent, vel illa non soluerent, idem Rex aut quibus suorum heredum in dicto regno Sardinia et Corsica pœnas similes incurrerent, saluis alijs pœnis, processibus, et sententijs, quæ vel qui de iure inferri vel haberi seu proferri possent per Romanum Pontificem vel sedem eandem specialiter in hoc casu.

Quam quidem concessionem seu infeudationem sub huiusmodi forma, tenore, conditionibus, et conuentionibus ipsi Iacobus Rex et sui in dicto regno successores acceptarunt, et ratas et acceptas etiam habuerunt, prout hæc et alia in dicti prædecessoris eius bulla, et etiam in præfati Iacobi et nonnullorum suorum successorum Regum Sardinia et Corsica, et specialiter magnifici principis Petri Regis Aragonum illustris, qui eidem Regi Iacobo in dicto regno Sardinia et Corsica postremo successit, ipsorum aureis bullis munitis literis plenius continetur. Et cum idem Petrus Rex in solutione huiusmodi census annis quamplurimis cessauisset, felicis recordationis Innocentius Papa VI. prædecessor noster eiusdem ecclesiæ dispendijs occurrere, ac præfati Regis saluti et statui providere paternali sollicitudine cupiens, super hoc fratrum suorum S. R. E. Cardinalium frequentij querela pulsatus, per diuersas solemnes personas ac per apostolicas literas Regem ipsum salutaribus monitis excitauit, et hortatus fuit beneuole more patris, attente rogans eundem, vt ipse considerans pericula grauia, quibus propter non solum censum huiusmodi subiacebat; et attendens prouide quam benigne ipse prædecessor secum egisset, eum de militari seruitio, in quo etiam eidem ecclesiæ pro dicto regno tenebatur, multo tempore expectando, eisdem periculis per debitam solutionem occurreret, ac commissam in ipsa solutione dicti census moram satisfactione celeri compensaret; ita quod, incumbenti circa hoc sibi debito reali exhibitione soluto, idem prædecessor (suadente iustitia) aliud contra Regem eundem non compelleretur in hac parte remedium adhibere. Sed idem Rex, exhortationes et preces præfati Innocentij prædecessoris obaudiens, post primum annum pontificatus dicti Innocentij prædecessoris de censu præfato quidquam soluere non curauit.

21 Postremo vero præfato Innocentio prædecessore, sicut Domino placuit, viam vniuersæ carnis ingresso, cum nos (diuina fauente clementia) ad apicem summi apostolatus assumpti, memoratum Petrum Regem de solutione dicti census expectauissemus de benignitate paternali, ipseque patientiam et benignitatem dictæ sedis in augmentum suæ conuertens duritiæ, quam debuerat emollire, nihil de dicto censu soluisset; nec etiam nobis infra primum annum nostri pontificatus, nec etiam postea fidelitatis iuramentum per se vel alium præstitisset, nec fecisset homagium prælibata (propter quod, quod iam fluxissent decem anni a tempore vltimæ solutionis dicti census factæ Innocentio prædecessori præfato secundum præmissa, ipse Petrus Rex dictam sententiam excommunicationis, dudum per eundem Bonifacium prædecessorem in concessione dicti regni in Regem Sardinia & Corsica,

Vr Petr^o
Rex pactis
non dete-
rit.

De iudi-
ciarjs in
eum actis
Innocen-
tij.

qui esset pro tempore, si in terminis ad hoc ordinatis dictum censum non solueret, ut præmittitur, promulgata incurreret, & totum regnum prædictum erat ecclesiastico suppositum interdicto; & idem Rex a dicto regno ex toto ceciderat, illudque ad dictam Romanam ecclesiam, & eius dispositionem integre & libere reuersum erat) nos attendentes, quod quanto Apostolica sedes præfata Petro Regi se reddidit prouentorem, ad gratiam, tanto eum (quod displicenter referimus) reperimus ad solutionem dicti sui debiti tardiozem, cum de culpa dicti Petri Regis commissa in huiusmodi negligentia non facta solutionis dicti census appareat manifeste; hæc prælatorum & aliorum fidelium in publico consistorio præfente multitudine copiosa præfatum Regem auctoritate apostolica præsentium tenore peremptorie citamus per hoc publica citationis edictum, cuiusmodi citandi modum ex certis rationabilibus causis elegimus, ut tertia decima die mensis maij proxime futuri, si consistorium erit, alioquin prima die consistoriali ex tunc proxime sequenti hora consistorij, quam sibi pro peremptorio termino assignamus, compareat legitime coram nobis auditorus declarationem nostram super incurssione dictarum sententiarum excommunicationis in eius personam, ac interdicti in præfatum regnum Sardinia & Corsica; ac super amissione dicti regni & reuersione ipsius ad Romanam ecclesiam prælibatam, & ad liberam & expeditam dispositionem ipsius, per nos (auctore Domino) prout de iure fuerit, faciendam; aperte prædicentes eidem, quod siue compareat siue non compareat in termino memorato, nos contra ipsum ad declarationem huiusmodi faciendam, vel alias, prout iustum fuerit, & nobis videbitur expediens, procedemus ipsius Petri Regis absentia, seu contumacia non obstante, &c. *Dat. & actum Auin. in palatio apostolico III. id. martij anno 11.*

Iustauratus ab Urbano iudiciorum ordo.

Intentata regni priuatione.

Arborea regulus Aragonijs bellum mouet.

Aragoniæ Sardiniam rem reficere nitiuntur.
Lib. priu. Rom. eccl. 10. 1. pag. 427. ext. etiam in arc. S. Ansel. & in-ter collect. Plat. 10. 3. pag. 207.

Eius ad Urbanum literæ.

22 Defecisse mox a Petro Rege regulum Arborea, scribit Surita, atque ingentes in vniuersa in sula Sardinia motus concitatos: quibus ut occurreret, Aragonium missis oratoribus pontificias iras mulcere pertentasse ait, ac non soluti census causam retulisse ad summas regij ararij difficultates in tot bellorum periculis, non quod se vestigalem sedis Apostolicæ negaret. Et quidem extant in libro priuilegiorum Romanae ecclesiae a Petri Regis Aragonum ad Urbanum literæ xv. augusti die Cæsaraugusta regni anno xxix. consignatae, quibus pacta inter Iacobum & Bonifacium VIII. olim conuenta religiose seruaturum se proficitur, ac diplomatis Bonifacij VIII. seriem vniuersam inserit, admittitque.

Sanctissimo, & beatissimo in Christo patri & domino domino Urbano, diuina prouidentia sacrosancta Romana ac vniuersalis ecclesiae summo Pontifici, Petrus Dei gratia Rex Aragonum, Valentiae, Maioricarum, Sardinia & Corsica, comesque Barcinonia, Rossilionis, & Ceritania, eius humilis filius & deuotus, pedum suorum oscula beatorum.

Sanctitati vestrae, tenore literarum nostrarum presentium patefiat, quod viso & plenarie intellecto papali rescripto super collatione, concessione, & donatione confecto, quam felix recordationis dominus Bonifacius Papa VIII. prædecessor vester fecit illustrissimo domino Iacobo eximia recordationis Regi Aragon. auo nostro, suisque heredibus in perpetuum feudum

de regno Sardinia & Corsica cum iuribus omnibus & pertinentijs suis sub certo seruitio certisque conuentionibus, largius scriptis in prædicto papali rescripto, cuius series sic habet: *Bonifacius episcopus, &c. a Super Rege &c. [Inferuntur Bonifaciana literæ suis conceptis verbis, quas cum antea suo loco attulerimus, repetenda non sunt, quibus subiungit Petrus Rex:]*

Ideo ad memoriam reduco dictum dominum Regem auum nostrum, cuius successores in dicto regno existimus, tempore præinfertæ concessionis, memorato domino Papæ Bonifacio iuxta continentiam dicti rescripti ex causis in eo scriptis iuramentum, fidelitatem, homagium, & vassallagium personaliter præstitisse; & postmodum nos & nostri, ut tenebamur, iuxta formam dicti papalis rescripti post celebrationem nostræ coronationis, vni Romano Pontifici iuramentum, fidelitatem, homagium, seu vassallagium, supradicta, & etiam postea per dilectos consiliarios nostros Lupum de Gorrea tunc camerlengum, & Bernardum de Thous milites, procuratores, ambaxiatores, & nuncios speciales, olim per nos ad Romanam curiam destinatos, iuramentum, fidelitatem, & homagium prædicta renouasse, fecisse, & præstitisse domino Innocentio felicis recordationis antecessori vestro, & per eodem nuncios eidem domino Innocentio summo Pontifici dedisse literas nostras aurea bulla nostra bullatas recognitionis & acceptationis contentorum in rescripto papali prædicto iuxta eiusdem tenorem; considerato etiam nos nunc ex eiusdem rescripti supra inserti serie inducos, dilectos Franciscum de Perilionibus militem camerlengum, & Franciscum Romæ legum professorem vicecellarium, consiliarios nostros & procuratores solemnes ad eadem iuramentum, fidelitatem, vassallagium & homagium vestrae sanctitati præstanda & facienda constituisse cum publico scripto nostro; prouidimus propterea sanctissime pater has fieri literas bulla aurea nostra bullatas sanctitati vestrae per prædictos procuratores nostros tradendas & dandas, prout fieri debere iam dicti superius inserti rescripti apostolici tenor inducit.

Per quas siquidem literas nunc ut ex tunc modos, conuentiones, condiciones, tenores, & formas in ipso papali rescripto cõscriptos acceptamus expresse: & per quas etiam fatemur & recognoscimus expresse dictum Sardinia & Corsica regnum a domino summo Pontifice & Romana ecclesia recepisse in feudum sub conditionibus, conuentionibus, modo, & forma atque tenore, qui in dicto papali rescripto continentur: quos tenorem, modum, condiciones, conuentiones, & formam, promittimus nos inuiolabiliter seruaturus. Pro quorum obseruantia obligamus nos & dictum regnum Sardinia & Corsica, iura & bona nobis competentia & competitura in eo. Humani generis Conditor & redemptor personam vestram ad sua sancta seruitia conseruare dignetur per tempora longiora. *Datum Cæsaraugusta quintadecima die augusti anno a natiuitate Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, regni que nostri vigesimo nono.* Verum cum Aragonius verba in opus non perduceret, iterum v. id. octobris Urbanus iudicio illum ob non solutum censum postulauit, penisque grauioribus denixit b.

23 Tuenda etiam libertatis ecclesiasticæ studio permotus Urbanus, Eduardum iuniorem

Ex anno 110. m. Cr. 11. n. 2. Cr. Annot. uentio infanz.

Sardinia referre acceptum Pontifici.

178.

principem Aquitaniæ plura aduersus illam nouantem represurus, Florentinum episcopum, legatione Germanica clarum, ad eum misit a: cum enim nunquam antea Gallia vel Angliæ Reges præfules, qui nullas possessiones regio beneficio obtinebant, sacramento in sua verba adegissent b; Eduardus tamen Aquitaniæ principes ipsos in sua verba iurare compulerat, detrectantesque sacramentum fidei nuncupare bonis spoliatur. De his itaque Pontifex ipsum c ac Regem patrem monuit, vt quæ nouata erant reuocarent: ac Petrum Florentinum episcopum d pluresque alios præfules ad tuendam ecclesiasticam dignitatem iussit incumbere.

Ad afferendam vero disciplinam ecclesiasticam plura hoc anno edicta ab Urbano sunt promulgata, atque ad prauas consuetudines excindendas nauata opera: & in primis ad coercendam clericorum auaritiam, qui varijs artibus potirentur pluribus sacerdotijs, Cantuariensi archiepiscopo in Anglia ac suffraganeis data prouincia e est, vti coacta synodo omnes ecclesiasticos monerent, vt scripto traderent, quæ sacerdotia possiderent. Renouata f etiam Innocentij VI. constitutio, qua data præfibus imperia, vt excurrente trimestri ex aula Auenionensi abscederent: pariterque archiepiscopis & episcopis munus iniunctum, vt parochos ac sacerdotes alios diuino cultui in suis ecclesijs insistere cogent, ex literis ad Aquensem archiepiscopum sequenti ineunte anno datis g, quibus ea repetita sunt imperia, colligitur. Iussi præterea archiepiscopi synodos cogere, atque in ijs leges optimas ad cleri excolendos mores animarumque salutem promouendam condere: quæ imperia magis anno sequenti vrsit. Ad inferendam etiam euangelij lucem barbaris nationibus, atq; errorum, quibus erant inuolutæ, tenebras discutendas Raphaeli episcopo Nebiensi auctoritatem contulit h, vt vna cum quatuor ordinis Prædicatorum religiosi viris ad gentes transmarinas diuinę legis experes se conferret.

24. Delapsi sumus ad res orientales, de quarum instaurandarum suscepto consilio sacręque expeditionis apparatu dicendum est. Extant i ineunte hoc anno ad Ioannem Regem Francorum expeditionis ducem Urbani literæ, quibus diploma apostolicum de bello fidei hostibus inferendo confici significat, monetque vt prius sacramentum nuncupet ea conceptum formula, quæ vna cum Philippo Rege patre olim se obstrinxerat. Sed paucis post mensibus Ioannes Rex, vt in rebus Gallicis diximus, sublatus est, pariterque Talayrandus episcopus Albanensis, Apostolicę sedis legati partes in cruce signatorum castris obiturus, e viuis excessit: quorum mors ingentia illa consilia admodum fregit. Ad quæ tamen promouenda Dei vicarius in locum Talayrandi, cui insigniendarum crucis symbolo copiarum demandata erat prouincia, B. Petrum Thomam Carmelitani ordinis, bellique huius sacri auctorem, ex Cretenfi archiepiscopo creatum patriarcham Constantinopolitanum subrogauit, clarissimum doctriina, sanctitate, miraculis, gestisque apostolicis legationibus l modo ad Neapolitanum Regem, vt salubria consilia suggereret, modo ad Rascium, vt schisma extingueret: nunc ad Vngarū, vt illi Romanę ecclesię vexillum ad fidei hostes proterendos traderet: modo ad Venetos, vt pacis consilia ipsis suaderet: modo ad Imperatorem Constantinopolitanum, vt coniunctionem orien-

talis ecclesię cum Romana promoueret: nunc in Asiæ & Europę fines, vt Turcas, schismaticos, atque hæreticos comprimeret: nunc in Italiam, vt tyrannos ad officium ac pacem reuocaret. In quibus tanta laude se gessisse refert illius vitæ auctor, vt Pontifex cælestem in eo vim admiratus, honorum incrementa ei detulerit: Tum, inquit, *Vrbani Papa cognoscens diuinam in Petro Thoma virtutem elucere, ex sententia Cardinalium maximam post papatum totius ecclesię militantis dignitatem ei solemniter cantulit, videlicet patriarchatum Constantinopolitanum: præterea adiecit ei Corona & Nigripantis ecclesię ad vitæ sustentationem, & insuper eum constituit recuperanda terræ sanctę legatum, & decem ei florenos quodidianos impertitus est.* Addit auctor, sanctum virum amplissimis priuilegijs ab Urbano affectum; cuius dictis regesti pontificij literæ omnino consentiunt b: e pluribus autem eæ c tantum delibandæ visa sunt, in quibus decretæ expeditionis sacrę, demandatęque illi legationis causas perstringit.

Vrbani, &c. Petro patriarcha Constantinopolitano A. S. L.

Dudum attendentes, quod peccatis exigentibus terram sanctam Agarenorum gens perfida, saluatoris nostri domini Iesu Christi & suæ orthodoxę fidei inimica, a longis retro temporibus non absque damnosa negligentia Christiani populi occupauerat & detinuerat, prout detinet occupatam, eam polluendo abominandorum patracione scelerum, ac pro arcilla tenendo, quæ domina gentium debet esse; quodque ex oppressione Turcorum crudelium multas calamitates patiebatur, prout patitur, Christianus populus orientis, charissimo in Christo filio nostro Petro Rege Cypri illustri (cuius regnum est in ipsorum infidelium finibus constitutum, de statu dictorum infidelium, quem ipse Rex ex ipsorum mortalitatibus & discordijs debilitat, & prostrationi dispositum asseruit, præsertim ex captione ciuitatis Sataliæ ac nonnullorum castrorum & locorū, quæ idem Rex suis prudentia personalibusque laboribus & expensis de manibus infidelium prædictorum eriperat, ex quo infideles ipsos multos, vt asseritur, timor inuaserat) plenarie informato nobis ac fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, ac nonnullis catholicis principibus & magnatibus, alijsque fidelibus populis vias & modos, per quos tunc temporis poterat, prout potest, faciliter eorundem Agarenorum & Turcorum elidi potentia, & fieri recuperatio terræ prædictæ, ostendente prudenter oraculo viuæ vocis; de dictorum fratrum consilio ad eandem terram sanctam & alias partes infidelium orientis passagium generale auctoritate apostolica indiximus; ac bonæ memorię Talayrandum episcopum Albanensem ad partes illas, commissio sibi plenæ legationis officio in eisdem, prouidimus destinandum: & tam clarę memorię Ioanni Regi Franciæ capitaneo & rectori ipsius passagij per nos constituto, quam præfato Petro Regi Cypri ac alijs multis nobilibus qui cum eorum potentia pro recuperatione terræ sanctæ prædictæ promiserunt personaliter transfretare, ac receperunt de manibus nostris venerabile signum crucis; ac etiam cæteris cruce signatis & cruce signandis kal. martij annatiuitatis Domini millesimi trecentissimi sexagesimi quinti proxime secuturi pro termino ad transfretandum in dicto passagio duximus assignandos.

Cum

h. An. 2. ep. com. 63. vsq. ad ep. 84. & ep. cur. 241. 242. & 273. e. Ed. an. 2. ep. com. 62. & ep. 81. et 102. ep. secr. pag. 271.

Vrbani di. ploma de legatione orientali.

Ed. 193. Eduardus junior no. ut contra sacerdotalem libertate. p. pag. 190.

1. b. pag. 191.

1. b. pag. 193.

Iudicię prouincia es synodi

1. pag. 340

1. Ann. 3. in. cur. pag. 174.

Ecclesię rum pa. flores ad abire illi.

1. b. pag. 116.

Missi ad gentes cõ. conato. res.

1. An. 2. ep. de diuers. for. pag. 38.

Vt inopi. nate belli sacri ap. paratus discussus.

1. Lib. 2. ep. 1. pag. 6.

Talayrandi Card. legati

Successus illi in orientali legatione. Petrus patriarcha Constantinopol. Talayrandus episcopus Albanensis. B. Petrus Thoma Carmelitani ordinis. ex Cretenfi archiepiscopo creatum patriarcham Constantinopolitanum subrogauit. clarissimum doctriina, sanctitate, miraculis, gestisque apostolicis legationibus l modo ad Neapolitanum Regem, vt salubria consilia suggereret, modo ad Rascium, vt schisma extingueret: nunc ad Vngarū, vt illi Romanę ecclesię vexillum ad fidei hostes proterendos traderet: modo ad Venetos, vt pacis consilia ipsis suaderet: modo ad Imperatorem Constantinopolitanum, vt coniunctionem orien-

De Cyprii
Regis ex-
peditione

Cum autem idem Rex Franciæ & episcopus, sicut Domino placuit, sint viam vniuersæ carnis ingressi, & dictus Rex Cypri ad succurrendum eisdem fidelibus, & conatus eorum infidelium reprimendum, velut athleta Christi & præcurfor intrepidus proponat in breui cum auxilijs citramarinorum fidelium transfretare; nos attendentes, quod vrgens & euidentis prædictarum vltimarum partium, quas fideles inhabitant, necessitas exigit ad eas a nobis destinari legatum, qui vice nostra dirigat & disponat negotium passagij prælibati; & ad, te virum vti que secundum cor nostrum, honestate conspicuum, religione probatum, præclarum scientia, humilitate sublimem, mansuetudine generosum, multa prouidentia circumspæctum, & in lege Domini ipsaque fide catholica admodum eruditum, qui alias commissum tibi in partibus illis legationis officium laudabiliter exercuisti, nostræ considerationis intuitum dirigentes, deliberatione super hoc cum fratribus nostris præhabita diligenti; tibi in patriarchatu Constantinopolitano ac regno Cypri, & in Cretensi, Smyrnenfi, Patraccensi, Atheniensi, Thebano, Corinthiensi, Colossensi dicto Rhodo, ac Nixiensi, Corphiensi, Duracensi, Neopacensi, & Neopatrensi archiepiscopatibus; & eorum, dicti patriarchatus prouincijs & alijs vltimarum partibus, ad quas per nos est indictum passagium supradictum, pro subsidio eiusdem Regis Cypri & aliorum transfretantium ad Christi fidelium partes eiusdem, plenæ legationis officium auctoritate apostolica dictorum fratrum consilio committimus per presentes. [Interiectaque consueta formula ipsius auctoritatem ita amplificauit:] Præsentium tibi auctoritate concedimus, vt in patriarchatu ac regno, archiepiscopatibus, prouincijs, & terris supradictis super huiusmodi, ac vniuersis & singulis alijs negotijs, de quibus expedire videris, agere, disponere, statuerè, ordinare, ac præcipere; & inter Imperatores, & Reges, ac principes, aliasque personas ecclesiasticas & seculares, in eisdem partibus consistentes, ad vtilitatem, commodum, & effectum negotiorum ipsorum ligas, confederationes, societates, seu vniones statuere, firmare, ac facere, & per te vel alium seu alios, quacumque auctoritate factas, initas, tractatas, seu firmatas tractare, & executioni mādare ac mandari facere; & inter dissidentes seu discordes pacē & concordiam reformare, treugas seu inducias inire & firmare, & reformatas, initas, & firmatas obseruari facere; nec non contradictores & rebelles cuiuscumque dignitatis & status vel conditionis existant, etiam si episcopali vel maiori aut regali vel imperiali præfulgeant dignitate, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellere valeas; fraternitati tuæ plenam & liberam tenore præsentium concedimus potestatem, &c. Dat. Auin. vi. id. iulij anno 1111.

25 Commendauit legatum Vrbanus Petro a Cypri Regi, Laurentio Cello Venetorum duci b; Amedeo c comiti Sabaudia, ac pluribus alijs principibus: tum præfules orientales illius dictis obtemperare iussit d. Vniuersos vero fideles ad dandum sacræ militiæ nomen in Turcas inflammare annis, pluribus indulgentiarum præmijs profecturos ornauit e. Federatas etiam Anglorum copias, quæ ab Eduardo Rege dimissæ post redintegratum cum Franco foedus alpes transceuderant, & in Insabria, deinde in Etruria

spendia fecerant, hortatus est, vt crucis simbolo insigniti tuendæ religioni arma consecrarent, nec tela Christiano amplius, sed infideli sanguine tingerent. Extant huiusmodi argumento ad eorum ducem a, & alios b scriptæ. Datam omnibus præsulibus crucis symboli ijs conferendi potestatem: in qua quidem induenda quantum gloriæ decus sibi Christianus compareret, cum se ad Christi exemplum, qui eam primus suscepit, formet, his verbis exponit c: *Ipse quidem Saluator prædicauit & docuit, quod suam odiens in hoc seculo animam in vitam æternam custodit eandem: vt abnegans semetipsum crucem propriam tolleret, & ipsum Dominum sequeretur. Hoc profecto nemo perfectius videtur implere, quam qui pro Dei amore, terrenis delectationibus abdicatis patrem et matrem, sororem & filios, ac amicos & patriam derelinquens, crucemque tady, periculi, & laboris assumens, Christum intrepide sequitur in eius, suæque orthodoxæ fidei seruitio militando proprias facultates expendere, & cruorem effundere pro illo, qui eum redemit sui sparsione sanguinis, non formidans, &c.* Plura addit de sacris indulgentiarum atque immortalitatis præmijs, quæ signa Regis Cypri secuturi, ac vitam pro Christo in bello sacro profusuri, adipiscuntur. Dat. Auin. xv. kal. maij anno 11.

26 Dum hæc in occidente agitantur, Mahometani Græciam & Cyprum infestabant: qua de re certior factus a Rhodiorum equitum magistro Vrbanus Papa Petrum Cypri Regem exstimulauit d 111. non. iunij, vt reditum in regnum maturaret, tum ob imminens Cypro discrimen, tum ne mora nimia cum ipso transfretaturos fatigaret. Adurnium vero Genuensium ducem, qui aliquas cum Cyprio Rege similitates; exercebat, exorauit e vt ab inferendo Cyprijs bello absteret, ne transmarina expeditio dissolueretur. Propulsati Cypro feliciter fuere Saracenorum conatus. At non ita Turcarum in Græcia: infuderunt enim fe magno terrore in eas oras, quas Latini obtinebant, ac Thebas occuparunt, pluresque alias Achaia principatus terras inuasere. Ex qua clade magno affectus dolore Christi vicarius Latinos in vrbe Nigropontensi degentes f, archiepiscopum g Patraccensem, tum plures alios h antistites & proceres, vt fortiter in Turcas dimicerent, excitauit: *Cum nuper, inquit, audiuerimus fidedigna relatione quamplurimum, non sine amaritudine cordis nostri, quod in ciuitate Thebana & alijs circumuicinis partibus infidelium Turcorum profana multitudo moretur, ac terras fidelium principatus Achaia & circumstantium partium impugnare assidue molitur; vniuersitatem vestram hortamur & rogamus attente, vobis nihilominus iniungentes, quatenus zelo Dei eiusque fidei seruore succensi, aduersus ipsos Turcos sic exurgatis viriliter & pro vestra facultate potenter quod, Dei dextera vobiscum & cum alijs suis famulis faciente virtutem, dicti Turchi per vestram et aliorum partium illarum fidelium laicorum, quibus similiter scribimus, diligentiam de dictis partibus repellantur, &c.* Dat. Auin. v. kal. iulij anno 11. Audi sunt fideles, qui in hosce barbaros arma corripent, pluribus sacris beneficijs, atque inter alia, vt expiandi antea actæ vitæ sceleribus, quem oportet, sacerdotem adhiberent i.

27 Intulerant alijs schismaticis Græcis longe grauiores clades Turca, imperiumque Constantinopolitanum miserrime deformarant: quare Ioannes Palæologus Imperator sacræ expeditionis

Quæ potestas legato demandata sit.

a An. 2. lit. cur. pag. 241.
b Ead. pag. c Pag. 242
d Pag. 273.
e An. 2. lit. cur. pag. 238.
Anglicæ copias ad transfretandū soligiatæ.

a 16. pag. 165.
b Pag. 169
c 171.

e Sup. pag. 166.
Ad crucis symboli suscipiendum adhortatio.

d To. 2. pag. 208.

e 16. pag. 119.

Turcarum in Achaia exercutiones.

f Pag. 238
g Pag. 240
h Ead. pag.

Fideles ad eos reprimendos excitati.

i Pag. 111

indicta ab Urbano, quae parabatur in occidente, fama permotus illi misso Malaspina oratore significavit, se ad vires suas aduersus infidelis coniungendas paratissimum; rogauitque vt Latinis commendaretur, ne qua ipsi Graecos iniuria afficerent. Excepto Palaeologi oratore, graties illi de promissorum amplitudine egit Pontifex, & monuitque vt Graecos ad redintegrandam cum Romana ecclesia coniunctionem, & arctissime vincendam perPELLERET; ex qua hostis fidei debellandi spes certissima affulgeret: sublatum iam e viuis Ioannem Francorum Regem, quem vniuersae expeditionis ducem crearat, necdum se id munus in alium principem transfudisset.

Magnifico viro Ioanni Palaeologo Imperatori Graecorum illustri gratiam in praesenti, quae perducatur ad gloriam in futuro.

Imperialis celsitudinis literas, per dilectum filium Michaelem Malaspinam ciuem Ianuensem nuncium tuum latorem praesentium, nostro apostolatui destinatas, paterna benignitate recepimus; & tam contenta in eis, quam illa qua dictus nuncius nobis pro tui parte curauit exponere, intelleximus diligenter: admodumque gratum reddidit nostris affectibus, quod tuae rector sublimitas, quod ad recuperationem terrae sanctae, ac impugnationem hostium superborum sacratissimae fidei, ad cuius defensionem & propagationem nos, licet indignos, diuina dignatio in culmen summi Pontificatus euexit, indiximus passagium generale: quodque in tanto nostri Saluatoris obsequio, & Christianitatis commodo & honore nobiscum & cum orthodoxis principibus, aliisque Christi fideles ingenti, prout tua indicabat epistola, deuotione concurras, ad hoc tua & tuorum subditorum auxilia prompta liberalique magnificencia offerendo.

Nos itaq; proinde tuam magnitudinem multipliciter commendantes in Domino, & ad continuationem tam laudandi propositi, paternis consilijs animantes, eam rogamus & horramur attentè, quatenus cum Christi fideles in praesato profecturi passagio, ad partes tui imperij declinabunt, eis pro reuerentia Dei, cuius prosequerentur negotium, tui fauoris praesidia largiaris. Nos enim gerentes in votis, te ac populum tuum ab infidelium Turcorum incursibus & tyrannide liberari, ac per beneficia nostra & Latinorum corpori sanctae catholicae & apostolicae ecclesiae (a qua discedentes, lacrymabiles potius quam enarrabiles miseras animarum & corporum, ac detrimenta bonorum temporalium, & antiquae Graecorum gloriae toti orbi opinatissimae incurristis) ad Dei honorem ac caelestium ciuium delectantiarum omnium perditarum reductione ad ouile Dominicum, ac ad gaudium vniuersalis ecclesiae, hostiumque ipsius maestitiam & terrorem, indissolubiler reuniri, Apostolicae sedis legato, ad partes vltimarinas cum gentibus dicti passagij profecturo; nec non Christiani exercitus generali capitaneo, de quo post obitum clarae memoriae Ioannis Regis Francorum, quem dicti exercitus capitaneum feceramus, nondum delibauimus, cum tempus erit transfretandi, mandare curabimus, quod te ac subditos tuos habeant commendatos, a tuis & tuorum offensis penitus abstinendo. *Das. Avin. xv. kal. nouembris anno secundo.*

Porrexerat Ioannes Palaeologus alias preces Pontifici, vt nimirum Annam confan-

guineam dimitteret in Graciam. Excultata illa erat, orthodoxa fide, cuius ne discriminis forte adiret, retinendam in occidentem censuit Pontifex, ad Palaeologi Imperatoris respondit, illam sibi cura fore: *Nos, inquit, pro ipsa quidquid boni poterimus curabimus operari, & speramus fieri, quod ipsa remanebit (auctore Domino) conso-*

IESV CHRISTI

Annus 1365.

VRBANI PP. V.

CAROLI IV. IMP. OCCID. 20.

annus 3.

IO. PALAEOLOGI IMP. ORIEN. 25.

Superiori triam Regum Galliarum, Cyprae, ac Daniae exemplo Carolus Romanorum Imperator Christi vicarium salutaturus, ac de rebus maximis, ad Christiani nominis amplitudinem spectantibus, colloquium initurus, anno Seruatoris millesimo trecentesimo sexagesimo quinto indictione IIII. Auenionem accessit, regioque apparatus exceptus die sancto Spiritus in Apollolos igneis linguis deuoluto sacro, operante diuinis mysterijs Pontifice, imperialibus insignibus redimitus pie, interfuit; de quo haec Urbani vita scriptor tradit b: *Anno xxv. nimirum excurrentis seculi, mense maij Carolus Romanorum Imperator venit in Auenionem ad Urbanum Papam cum magna comitiua principum & nobilium Alamannorum, & ornatus insignijs imperialibus, per ipsum Papam & Cardinales fuit valde & honorifice receptus: & die sancto pentecostes tunc occurrente, dicto Papa solemniter celebrante, assitit in habitu imperiali, diademate coronatus, in manu dextra sceptrum gestans, ... Tandem vero, habitu sacris colloquijs inter Papam & ipsum tam super sacris ecclesiae quam imperij, redijt ad propria cum bonis pace, amore, & fauore Urbani Pape praedicti. Quae in arcano eo colloquio Pontificem inter atque Imperatorem fuerint agitata, ex Pontifice ipso accipimus: nimirum de instauranda in Asia religione, abigendisque praedonum turmis socialibus, quae Gallias maxime & Italiam atterebant, ac traducendas in orientem, vt arma verterent in Turcas felicioris pugnandi genere, Christi athlete ex latronibus euasuri: ac si Rex Vngariae ipsis aditum per regnum praebere vellet, necessarios comeatus se daturum spondebat Imperatori: si vero arceret aditu, vt consensa classe nauigarent in Asiam, illam suis sumptibus in Veneto & alijs Italiae portibus conducturum pollicebatur. De quibus Urbanus Carolum Francorum Regem, vt federatas copias ad id inflecteret congereret, certiore fecit c.*

Urbanus, &c. charissimo in Christo filio Carolo Regi Francorum illustri.

Sicut nouit regia celsitudo, charissimus in Christo filius noster Carolus Romanorum Imp. semper Augustus & Boemiae Rex, vt Christianissimus princeps, nuper ad Apostolicam sedem accedens, nobis sui sancti propositi, quod habet ad pacem & tranquillitatem totius populi Christiani, & specialiter regni tui, & ad depressionem infidelium, exaltationemque catholicae fidei, & recuperationem etiam Terrae sanctae, & alia ad bonum publicum arcana detexit: nosque cum ipso super ijs votis ardentibus concurrentes, & pluries conferentes, communi voluntate decreuimus, vt ad prauarum comitiuarum, denastantium dictum regnum & nonnullas alias partes

Palaeo-
logus locia
in Tur
cas arma
spondez.

Vrbani ad
tam lre.

a Eod. d. 23
op. scilicet
p. 348. 7
all. d. 23
- 238800

b Gesta
Vrb. v. a
pud Bosq.
Cesar Aue
nionis Vr
banum
adit.
Imperiali
cultu ce
lebranti
sacra Pon
tifici assi
tit.
* si infra
potum

De re
Christia
na augen
da collo
quia mi
serec.

De vagis
turmis in
Turcas a
uerrendis
actum.

e To. 3. ep.
secr. pag.
114.

Parafactu
Gallo Re
gi consiliu

eiusdem Christiani populi, totalem exterminationem de dicto toto populo prius efficaciter intendatur; ita quod voluntarij pergant, vel inuiti cogantur ad partes Turchorum vel aliorum infidelium proficisci. Præfatusque Imperator credens indubie, quod charissimus in Christo filius noster Ludouicus Rex Vngariæ illustris per suum regnum gentibus dictarum comitiarum tutum dabit transitum, offert eadem gentes a terminis tui regni vsque ad ingressum dicti regni Vngariæ proprijs expensis, quantum ad victualia pro hominibus dumtaxat, ita quod ipsa gentes de earum animalibus sibi prouidere habeant conducturam: sic tamen, quod gentes ipsarum ad suum conductum non recipiet, donec de voluntate præfati Regis Vngariæ habeatur certitudo plenaria, & fidancia opportuna. Pro quibus habendis nos & Imperator præfatus dilectum filium nobilem virum Arnulfum dominum de Audencia marescallum tuum ad iam dictum Regem Vngariæ pro habendo eius in hac parte consensu, ac fidancia dictis gentibus tribuenda, prouidimus de proximo destinandum. Si vero idem Rex Vngariæ in transitu dictarum gentium per idem suum regnum minime consentiret, ordinauimus nos & Imperator præfatus, quod gentes ipsæ per mare ad partes vltimarum orientis per Venetorum & aliorum de partibus Italiæ nauigia (quod tamen erit tardius & difficilius) conducantur: & pro expensis conductionis huiusmodi Imperator iam dictus magnifice offert medietatem omnium prouentuum sui regni Boemiarum obuenturorum tribus annis proxime secuturis. Quare præmissa duximus tuæ serenitati intimanda, vt interim sic te cum ipsis gentibus in tuo regno existentibus studeas concordare, ipsosque ad recessum disponere quod, redeunte marescallo præfato, gentes ipsæ versus Alamaniam, si dictus Rex Vngariæ ad hoc consenserit; alioquin versus Italiam arripiant iter suum. *Dat. Avin. v. id. iunij anno III.*

3 Quanta porro infligerent mala Gallijs federatæ copiarum, deplorat Pontifex in literis ad Gallicanos præfules, quibus pium eorum studium ad effrenatam improbitatem coercendam inflammat a: tum in decreto, quo vniuersi fideles ad dissipandas huiusmodi prædatrices turmas consergere iussi sunt b.

Urbanus, &c. ad futuram rei memoriam.

Clamat ad nos de terra multorum fidelium effusus sanguis innocuus, clamat pupillorum & viduarum ac aliorum exulantium & spoliatorum miserabilis multitudo; clamant violatæ & succensæ ecclesiæ ac monasteria derelicta, simulque nobiles & plebeij, ac diuites & pauperes regni Franciæ, vt aduersus alienatos filios de gremio sanctæ matris ecclesiæ, per opera detestanda prolapsos in fratres proprios, populos videlicet Christianos more infidelium sæuientes, vt ad eorum reprimendas nequitias, ne grassentur vltorius, per auctoritatem sedis Apostolicæ (quæ vbi correctionum locum non esse prospexerit, debet actibus nefandis obsistere, & oppressoribus, prout potest, subuenire miserijs) exurgamus. Dudum siquidem, cum esset notorium omni fere populo Christiano, quod quidam maledictionis alumni, qui arma sectantes se societates appellabant, prout appellant, facibus cupiditatis accensi currebant ad malum, vt bona raperent aliena, & effunderent sanguinem innocentem,

quem vt crudelissimæ bellæ rabida dilaceratione spargebant; datique in sensum reprobum non videbantur agnoscere nec sentire, quod ipsi infidiabantur contra sanguinem proprium, fraudes contra suas animas molientes, aduersus Deum & eundem Christianum populum velut ethnici ausibus detestandis surrexerant, & de diuersis nationibus in dicto regno non in fomentum, sed dissolutionem societatis humanæ, ac detrimentum Christianæ fidei in multitudine congregati, qualiter iusta causa cessante omnibus se exhibentes hostes acerrimos, & in omnes crudeliter de bacchantes, vt pecunias, quas insatiabiliter sitiebant, & cum quibus in perditionem cadere non pauebant, aliæque bona fidelium habiliter extorquerent, segetes & domos cremare, vites & arbores incidere, ac animalia & quidquid aliud poterant in prædam abducere conabantur, pauperesque plebeios solo timore compellebant a proprijs laboribus exulare; nec non ciuitates, castra, & alia loca nonnullorum ecclesiarum, monasteriorum, aliorumque piorum locorum, nec non nobilium & communitatum dicti regni, hostilibus aggrediebantur insultibus, obsidebant, inuadebant, spoliabant, & incendebant: ac superbiam secentes luciferi, & in sua peruersa multitudine gloriantes, fatueque putantes, quod nulli possent eorum ausibus furibundis obsistere, quoscumque terrarum dominos inuadere, ac eos spoliare suis terris, ac in illis suas impias sedes ponere minabantur; & vt viros sanguinum, immo cruentas bestias se patenter ostenderent: ac cuncti eorum potentiam & sauitiam perhorrent, quos poterant in miseriam captiuis abducere, vt extorquerent ab eis pecunias, immaniter cruciabant varijs & incredibilibus generibus tormentorum; temerarioque inebriati furore, omnisque pietatis exortes, non parcentes conditioni, ætati, vel sexui in captiuis terrarum & locorum, non solum viros sed suasque familias & patrias iustissime defendentes, sed mulieres, nec non senes & iuuenes ac in cubulis vagientes truculenta rabie perimebant, stuprabantque virgines, etiam dicatas Altissimo, & maculabant etiam coniugatas, quarum nonnullas, quantacumque nobilitate fulgerent, post delusionem frequenter publicam ad abusum continuum, & vt eis ancillarentur in campis & alibi, secum ducebant, ac contra muliebrem morem & miserandam possibilitatem earum ipsas armis onerabant, ac si essent vilia municipia masculina; in omni etiam sacrilegij specie prouocare non verentes Altissimum, ecclesias & monasteria, aliaque pia loca frangere, spoliare, & frequenter incendio concremare, ac personas ecclesiasticas capere, vinculare, torquere, & interdum morti tradere non formidabant: ac de proprijs potentia & iniquitatibus sumentes audaciam, tam terrarum dominis, quam populis nonnullarum ciuitatum & locorum dicti regni, vt eos certo tempore non offenderent, importabiles tallias & redemptiones imponebant, & infra processus fecimus.

4 [Addit, vt eos apostolica auctoritate impias societates dissoluere, seque ad expianda scelera in fidei hostes arma conuertere iusserit: ij vero, contemptis saluberrimis monitis, furori frana effuderint: qui cum nefaria facinora iustitiæ colore oblinerent, in eos iuris ordinem se seruare decreuisse, ac statim diebus huiusmodi copiarum ductoribus, præfectis, vexilliferis octauo mensis septembris præterito die edixisse, vt eas dimitterent, occupata restituerent, quos tenebant in-

Ublatus a Casare per Germaniâ illis commeatibus.

Negante iter Vngario classem pertransportande.

æ Eod. 10.3 ep. ser. pag. 283. b. Ib. pag. 240.

Illata a vagis exercitibus clades.

Eorum...

Ass...

V...

vinculis relaxarent, illata sarcirent: tum locorum magistratibus ac viris auctoritate pollentibus prohibuisse, ne fœderatorum huiusmodi armis ad inferendam vastitatem vterentur, ac ne quis eos comiteatu, armis, nauibus, equis, alijsue necessarijs instrueret iuaretue; sententiaque anathematis eos deuinxisse, qui nefarijs ipsorum partibus se irretirent, interdictoque ecclesiastico loca, quibus insiderent, subiecisse: quia vero ad crudeles prædones tutus accessus non pateret, sanxisse valituram in eos legis seueritatem, quamvis in Auenionensi palatio tantum defixa ad ipsorum cognitionem non dimanaret: cumque impij homines neque ijs coerceri potuerint, expeditionem sacram disturbarent, malaque ingentia inferret, ac maiorum terrorem incuterent, promulgasse propositis in eos penis deuinctos teneri: atque ad frændandam ipsorum improbitatem pœnarum acerbiter in posteros fœderatorum huiusmodi propagasse, vt nec paternæ hereditarij succedere, neque ad publica munera vel sacerdotia admitti possent. Omnia vero huiusmodi hominum bona, quos etiam infamiae nota iniustos declarat, fisco addici, domos enerti, aliaque possessiones pessundari iubet. Denique omnes alios fideles vrget, vt ad perdendam huiusmodi hominum colluuiem initis mutuis fœderibus se comparent: subdit enim.]

Vniuersos Christi fideles requirimus, moneamus, & hortamur, & per viscera misericordiæ Dei nostri obsecramus, eis in remissionem suorum peccaminum iniungentes, quatenus ex aliorum periculis & iacturis cautiores & feliciores effecti prouide velint attendere, quod vicini res agitur, dum paries proximus concrematur; & quod hic morbus sic est contagiosus & pestifer, quod nisi ei debitum apponatur antidotum, poterit inficere omnem terram; & propterea eorum statui prouide consulentes, & aliorum fidelium tot & tantis calamitatibus, quas huiusmodi prauarum societatum seua pestis induxit, pijs compatiens affectibus, ad illum, qui dixit, *Chamabis ad me, et ego exaudiam te*; in cordibus puris & deuotis orationibus pro tantæ pestis amotione clamitare non cessent. Et nihilominus, cum sit scriptum, quod stultis sit secundum eorum stultitiam respondendum, quilibet secundum potentiam sibi concessam a Domino contra huiusmodi viros nefarios & profanos hostes Dei & humanæ generationis, quam depopulare & extinguere tyrannicis conatibus moliantur, constatis viribus magnanimitè exurgant, potenter se accingant, strenue dimicent, transitus eorum impediunt, ac de auxilio dextere Domini confidentes ipsos acriter persequantur, & contra tales insensatos pugnare non desinat totus orbis, &c. *Dat. Aum. vi. id. aprilis anno 111.* Partim emollitæ monitis vel promissis delinitæ, partim intentato armorum terrore percussæ fœderatæ turmæ, expeditionem se suscepturas in Turcas pollicitæ sunt: vtque itinerum sumptus subsidiarum ac conerahi ipsi que suppeditari possent, Vrbanus Caroli Regis precibus permotus sacerdotiorum biennales decumas in id attribuit a: & Cœnomanensem episcopum instruxit auctoritate b, vt sacræ militiæ in religionis hostes accessuros, vel militares societates dissipaturos censuris apostolicis exolueret.

5 Erupere tum e Gallijs plures sociales turme in Alsatiam, eamque vastitate & rapinis fœdere ceperunt duce Arnaldo Seruola, de quo hæc in Vrbanis gestis referuntur c: *Paulo post necessum*

*dicti Imperatoris Arnaldus de Seruola vulgariter archipresbyter de Vernijs nominatus, natione Vasco, adunatis sibi alijs quamplurimis tam propria quam aliarum diuersarum nationum tanquam sociales * Alcouriam partem Alamanniæ intrauerunt, personas captiuando, igne & gladio omnia consumendo: ex quo inter principes & incolas Alamanniæ commotio seu turbatio fuit non modica exorta; præsertim aliqui suspicati sunt, quod hæc faciebāt de consensu seu conuentione dicti Imperatoris. Hæc falso ab ijs iactata, vt incautiores obruerent terrentque: vel inde captata est occasio, cum arcano consilio deliberatum ab Imperatore cum Pontifice fuisset, vt per Germaniam & Vngariam iter in orientem arriperent: Sed non data ijs erant imperia, vt inferrent agris vastitatem: immo Carolus sumptus ijs suppeditare decreuerat, ne penuria ipsos ad rapinas alliceret. Vt vero Germani ijs strenue obstiterint, subdit gestorū Vrbanus auctor: *Aggregatique fuerunt se ad inuicem vtriliter resistendum, ac impediendum, ne vtriusque progrediendo flumen Rheni possent transire. Quod prædicti audientes, scientesque aduersus eos se proualere non posse, retrocesserunt multis tamen damnis illatis & etiam receptis, & ad partem Galliarum redierunt: ubi satis cito post per aliquos ex suis crudeliter interfectus est archipresbyter memoratus, prout etiam eius demerita bene exigebant. Et hic notanter inferendum est, quod capitanei talium societatum vt plurimum morte simili aut crudeliori tam per prius quam ex post mortui fuisse referuntur.* Primum quidem latrocinantium copiarum auctorem Montem regalem, nimirum Romæ carnificis manū necatum vidimus: successorem illius Landum comitem, de quo sæpius mentio facta est, transfixum hasta in quodam certamine in Insurbria refert Mattheus Villanus a; iusta diuini Numinis vindicta, vt qui tantum fuderat cruorem, suo terram aspergeret. Subiungit hæc sententiam Vrbanus vitæ scriptor: *In quo Deus signanter ostendit, quod malam vitam sectantes, seu ducentes ad eam similiter finiendam disponantur iuxta illud euangelicum: Qui gladio feriet, gladio peribit.**

6 Nec Germaniam modo aut Gallias, verum Italiam quoque vagæ palantesque militum ceterua raptu viuere assurgit infestabant, atque etiam Anichino e Bongardo duce in Romanos infesta signa conuertere. Ad quas reprimendas Pontifex & pœnis grauissimis ipsarum fœderatos ac studiosos constrinxit b, & præmia indulgentiarum in ipsos arma sumpturis proposuit c: Aegidium & Androinum Cardinales legatos Romanis subsidio iussit d accurrere: incendit studia e ne Germanici prædones Angliæ se coniungerent: Ioannam Reginam Siciliae, Franciscum Carriam Patavinum, Nicolaum marchionem Atestinum, Canemsegnorium Scaligerum Veronensem, Feltrinum Gonzagam Mantuanum, Laurentium Celsum Venetorum, & Gabrielem Adurniū Genuensium duces, Ioannem marchionem Montisferrati, atq; insignium vrbiuū ciues, Romanos, Florentinos, Pisanos, Senenses, Aretinos, Corronenses & alios, tum apostolicis adhortationibus, tum nuntiorum & legatorum opera sollicitauit, vt mitterent Bononiam oratores pro cœcundo in palabundas turmas fœdere, vt ipsas vel maritimo itinere in Turciam, vel terrestri per Vngariam proficisci cogerent f: ita enim non modo liberare Italiam prædonibus, sed eorum arma in fidei hostes exacui, & latrones in Christi pugiles vel martyres transfundi cupiebat. Vtque pijs &

Arnaldus e Seruola in Alsatiâ irrupit. * Al. Alsatiâ

Eam vastat.

Propulsatur a Germanis.

A suis necatur.

a Matth. Vill. l. 11. c. 44.

Vagi exercitus in Italia.

b To. 3. ep. secr. pag. 240. c 16. pag. 30. d Pag. 91. et 113. e Pag. 116.

Principes Italiæ ad iungendas in eos copias excitati. f Ibid. ep. secr. pag. 116.

prudens consilium feliciter perduceret, Carolum Romanorum Imperatorem, eundemque Boemiam Regem, atque imperij principes electores Cuno- nem Treuirensis, Engelbertum Coloniensem, Gerlacum Moguntinum archiepiscopos, Robertum ducem Bauariae & comitem Palatinum, marchionem Brandenburgensem, ac Rodolphum ducem Saxoniae ad meditatam foedus adducere studeat.

To. 4. ep.
secr. pag.
19.

Turmae
Gallicae
sunt in
Granate-
ses signa
attollere.

7 Imminebat etiam discrimen Hispanijs a foederatis militum turmis, quae raptò vivere assue- rat e Gallijs Bertrando Guesclino duce trans Pyrenaeos signa traducturae erant. Ea vero Auenionem appropinquantes, maximo terrore Pontifici & Cardinalibus iniecto, ingentem ab ijs auri vim extorserunt, quae stipendiorum honesto nomine, cum se in Granatenses Mauros ituros praeferebant, erogata est. Qua accepta fama, Petrus Castellae Rex se suaeque defendendo Pontifici addixit, atque vltro magnifice obtulit vel terra vel mari cum exercitu prouolaturum: cui ad haec literis ab Urbano gratia.

Urbanus, &c. charissimo in Christo filio Petro Regi Castellae illustri salutem, &c.

Deuotionis regiae literarum nobis per dilectum filium nobilem virum Aluarum Lupi militem & ambassiatorem tuum diebus nuper praeteritis praesentatae, mentem nostram ineffabili laetitia perfuderunt. Nos siquidem cernentes in te dilectissimo filio sic erga nos & Romanam ecclesiam dilectionis & reuerentiae gratiam abundare, quod praecunctis orbis principibus magnificentiam tuam reperimus dispositam ad nostra & eiusdem ecclesiae honores & commoda ac beneplacita preparatam; ac considerantes, quod regiae coronae potentiam, tuum thesaurum, ac personam propriam contra quoscumque iniquitatis filios aduersus statum & iura eiusdem ecclesiae praesumentes aliquid attentare, etiam proprijs tuis praetermissis negotijs (si vrgeret necessitas) tam per mare quam per terram pro reuerentia Dei & Apostolicae sedis nobis & eidem ecclesiae feruentissima deuotione duxeris offerendas; merito debemus & possumus de tanti filij tam laudabili dispositione laetari, & in te nostrae spei ponere firmiter fundamentum. Proinde itaque non valentes tuae largitati promptissimae gratiarum condignas reddere actiones, quas possumus tamen tibi patenter referimus; magnificentiam tuam, quam in feruida voluntate fundatam reputamus facto completam, apostolica commendationis praconio commendantes; acrogantes Deum, quod mentem tuam de bono in melius semper disponat ad sua beneplacita exequendum, tibi que dies adaugeat in pacis & prosperitatis plenitudinem perducendos. *Dad. Auin. kal. martij anno 1111.*

Rex Castellae
Petrus Pontifici armorum
vim spondet.

Ad haec illi gratia.

8 Ceterum ex illius iniuriae atrocitate, qua Christi vicarius ad redimendam ex praedonum furore libertatem adactus est, sumpsit occasionem Petrarcha, vt Urbanum ad deferendas ingratas Gallias, restituendamque Italiae sedem Apostolicam excitaret b: *Dum haec*, inquit, *impia ac odibilis Deo ac mundo praedonum manus, quae nunc miseris Christianorum regiones terribiliter peruagatur, ad eam te necessitate duxisset, vt omni alio cessante remedio, tuae & Romanae curiae libertas ac requies multo auro redimenda esset, multa (nec immerito) super hoc cum fratribus tuis questus, inter caetera iniuriam hanc Bonifacii iniuria non aequasti tantum, sed etiam pratulisti. Recte id quidem ac veraciter. Et infra: Nec ea res sine*

magni alterius hostis auxilio ac fauore: nec tunc etiam aperta vi, sed nocturnis insidijs acta est. At tu hominum innocentissimus, qui nulli unquam malefeceris, nec optaueris quidem hac tua humanitate, & hac rerum & verborum humilitate (quantum potes) Dominum tuum sequens, non subito, non occulte, sed instructa acie vilissimorum furum circumuentus (o indignum ac selestum facinus!) te ipsum pecunia redemisti: ad quod Bonifacium nec coactum certe nec requisitum scimus. Itaque sanctissima querimonia tua Spiritu sancto plenus illud vitium addidisti, haec mala omnia hinc maxime provenire, quod Petri sedem tuamque desereres; teque in dies grauiora metuere, si obstinatis nunquam animis deseratur sedes illa, quam sponsa sua Christus elegerat. O te dignam vocem! O vaticinium verum plenum! O sermonem cui merito & terrenum concinat & caeleste collegium! Vere enim ita est, propter hanc summae sedis viduitatem, atque hunc contemptum & curia tua nunc & totus insuper Christianus orbis affligitur, & cito, nisi prouideris (si quid praesagire homini licet) affligetur asperius. Non vana proposuisse Petrarcham docuit exitus.

9 Inter haec vrgebant continentibus votis ac precibus summum Pontificem Romani, vt Vrbi sedem Apostolicam reduceret: quorum auditos humaniter oratores vita illius auctor meminit; quod & confirmant pontificiae literae, quibus hoc responsum redditum: *Tam super aduentu nostro ad Vrbe(m) (quem Deus concedat prosperum, vt optamus) quam super alijs responsum benignum praebeimus ambaxatoribus memoratis, prout ab ipsis, cum ad vos redierint, audietis. Dat. Auin. 12. kal. decembris anno 1110.* Iniunxit ea de causa munus Vrbeuetano episcopo b suo in Vrbe vicario, vt palatium apostolicum instauraret. Increbuerat iam antea rumor, illum lustranda Vrbe pio teneri desiderio; ex quo Senenses magno delibuti gaudio obsequia in id Pontifici detulerunt, vt ex pontificijs literis c constat. Ceterum munierat iter Pontifici restitueratque ecclesiae pristinum imperium Aegidius Cardinalis, quem tamen aliqui adducere in inuidiam nisi sunt, nonnulla nimirum aduersus Bernabonem & alios, cum quibus bellum ecclesia gesserat, contra inita foedera pertentasse, ac suos in vsus pontificiae vestigialia auertisse: adeo vt cum Pontifex Siculam illi legationem imponeret id onus excutere, atque ad aulam apostolicam, vt aduersarios praesens refelleret, se conferre niteretur. Adhaerescit semper inuidia magnis virtutibus: ac nonnullos gloriae viri praestantissimi in recuperata ditione ecclesiastica parte splendor perstrinxerat. At Urbanus beneficiorum memor, optime de ecclesia meritum Aegidium ad spernendos leues rumulos erexit d, nec se ijs fidem adhibuisse professus est: pergeret modo in Siciliam, ac legationem strenue obiret.

Urbanus &c. Aegidio episcopo Sabinensi A. S. L.
ro Negationes & responsores tuas super ijs iam factas admittimus tanquam veras, scientesque tuae conscientiae puritatem, & exquisitam prudentiam ac zelum, quem habes ad eandem, (pro cuius honore & statu, & terrarum ipsius liberatione & defensione magnificis, sicut pugil Christi bellum suae ecclesiae gloriose gessisti, tyrannos plurimos conculcando, vt subditi eiusdem ecclesiae olim attriti iugo seruitutis tyrannicae pace votiua similiter fruerentur) nunquam credidimus, nec credimus huiusmodi obloquentium (quos satis cognoscimus) maledicta. Et propterea

Iniuria
diuina
vindicta
ob sedem
translatam
alerbit.

Praefigite
Petrarcha
translatio-
nem sedis
Christia-
nae rei in-
gens dan-
num alla-
turam.

Romano-
rum ad
Urbanum
legatio-
a Gual-
tero V. N. 10
pud. Boff.

Pontifici
palatium
in Vrbe
instaurari
iussit.
b T. 3. p. 147.
secr. pag.
c lib. pag.
98.
Aegidius
Cardinalis.

Accusatus
ab inuidijs

d Eodem
ep. secr.
pag. 36.

Illius fa-
ma a
defensa.

b Petrarch. l.
7. rer. senil.
ep. 1.

Romana
curia a
praedoni-
bus coa-
cta se re-
dimere.

rea miramur non medicum fortitudinem tui cordis magnanimitate sic impatientia cedere, ut inuisus in factis arduis, immo vincens hostes fortissimos, a verborum iaculis supereris; & quem malorum potentia nequinerit expellere, orationem mendacium & iniqua loquentium procul pellant. Quis unquam, quæsumus, virtutibus clarens, & meritis fungens honoribus, & in magnalibus gloriosus carere potuit detractionibus inuidorum, & querelas miseris euitare? Profecto non potestates, non iudices, non Reges, non principes, non cuiuscumque status pontifices, non etiam ipse Christus: & si huiusmodi cederetur sermonibus, raro vel nunquam esset legatus vel præses provinciarum, qui in commisso sibi regimine posset diutius commorari. [Adiecerat alias expetiti e provincia reditus causas: se multorum odia, quorum tyrannicam potentiam deiecerat, partisque male opibus exuerat, odia iucurrisse: tum senio gravium quietis dulcedinem exoptare. Ad quæ Pontifex magni interesse respondet, ut improbis suæ severitatis terrore frangamur iniiciat, dissolutisque vagantium militum cateruis, pacem adducat, atque ab omnibus ut concordia publicæ auctor colatur. Ad subeundos vero novos labores, quamvis annis prouectus esset, his verbis incitavit.]

Scimus, te competenter adhuc corpore competentem & animo vigorosum: sed si beati Hilariionis, qui quanto magis accelerabat ad senium, tanto plus pro Dei amore penitentiales labores & abstinentias augmentabat, memoreris exemplum, vigorem pro certo recipiet tua debilitas senectutis: & si (ut firmiter credimus) apud Deum mereri desideras, cum nos B. Petri populo te admodum necessarium reputemus, cum agonizante Martino laborem impositum non recuses: sicque cum Apostolo glorieris in Domino, quod plus omnibus, præsertim propter bonum obedientiam, quod præfertur victimis, laborasti. Ad hæc nos & nostri tuique confratres multa admiratione mouemur, & non possumus non turbari pro eo, quod præfatam petis licentiam, cum a sex mensibus citra legationem ad regnum Sicilia acceptaueris reuerenter, & de ipsa multæ factæ sint apostolicæ literæ, & fiant etiam omni die: & si reuertes ad curiam, idem regnum tua reformationis, qua indiget, beneficio frustraretur, non absque graui præfatorum regni & ecclesiæ detrimento: aliasque rationes habemus consultius non exprimendas ad præsens, propter quas pronunciamus licentiam non concedimus prælibatam.]

Adiungit preces & imperia, ut impositæ legationis in Sicilia regno & vicariæ præfecturæ munus admittat. *Dat. Avin. III. kal. february anno III.* Adire iubebatur Sicilia Aegidius, ut Ioannam Reginam fidei sacramento in Urbani verba adigeret, sceptrumque Siculum Apostolicæ sedis liberalitati acceptum referenti assereret: de qua legatione Aegidio Cardinali data extant b commendatitiæ ad Ioannam Reginam Sicilia, Iacobum Balearum Regem illius maritum, Philippum Imperatorem Constantinopolitanum, Mariam Imperatricem, ac plures viros prænobiles, ut missum pro Neapolitani regni componendo statu honoribus & obsequiis meritis prosequerentur. Paritum Pontifici est ac magni honores Aegidio Cardinali legato, Siciliam ingredienti, præstiti. Denique Ioanna, ab eo fidei sacramento adacta, Urbani V. beneficiariam se professæ est, ut vetera monumenta testantur. d

11 Hoc anno vr̄s repetitis vicibus, nimirum pridie idus martij & v. idus iunij Urbanus iudiciorum ordinem aduersus Petrum Regem Aragonum a ob intermissas Sardici census solutionem clientelaremque sponsonem; ac regna Sardinia & Corsica reuocanda ad sedis Apostolicæ imperium intentauit: ac post repetitam edicti superiori anno allati formulam, narratosque ritus iudicarios seruatos, demum addidit: *Inspecta dicti Petri Regis contumacia, ut præmittitur, non comparentis, ipsum Petrum Regem reputamus (prout est) & pronuntiamus (prout ratio exigit) contumacem. Et licet nostram declarationem huiusmodi super incursione prædictarum pœnarum, & amissione dicti regni Sardinia & Corsica, & reuersione ipsius ad nos & Romanam ecclesiam supradictam facere iuste possemus; tamen erga ipsum Petrum Regem volentes adhuc benignius agere, de clementia dictæ sedis eundem terminum, ad hodie prorogatum seu statutum, de speciali gratia ad diem decimam octauam mensis augusti proximi futuri, si consistorium fuerit, alioquin ad primam diem ex tunc immediate sequentem, qua ipsum consistorium fuerit, auctoritate apostolica de dictorum fratrum cõsilio tenore præsentium prorogamus.*

Et ad maiorem cautelam ipsum diem ad omnia, ad qua idem Rex hodierna die comparere debebat, ipsi Regi pro peremptorio termino assignamus: eumque nihilominus per hoc publica citationis edictum, cuiusmodi vitandi modum ex certis rationabilibus causis eligimus, præsentem hac multitudine copiosa fidelium peremptorie citamus, ut dicta die xviii. eiusdem mensis augusti, si consistorium fuerit (ut præfertur) alioquin prima die, qua idem consistorium erit, coram nobis in ipso consistorio legitime comparere procuret, auditurus dictam declarationem nostram super incursione dictarum sententiarum seu pœnarum, excommunicationis videlicet in eius personam, ac interdicti in præfatum regnum Sardinia & Corsica, & super amissione dicti regni, & eius reuersione ad nos & Romanam ecclesiam supradictam, & ad liberam & expeditam dispositionem ipsius per nos (auctore Domino) prout de iure fuerit faciendum; aperte prædicantes eidem, quod siue compareat siue non compareat in termino memorato; nos contra ipsum ad declarationem huiusmodi faciendam & alias, prout iustum fuerit & nobis expedire videbitur, procedemus, ipsius Petri Regis absentia seu contumacia non obstantem. Et infra: Caterum volumus, & auctoritate prædicta decernimus, quod citatio, requisitio, & monitio supradictæ proinde Petrum Regem arceant eundem, ac si ei personaliter insinuatæ & intimatæ fuissent, non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo, &c. Datum & actum Avinione in palatio apostolico hora consistoriali v. id. iunij pontificatus nostri anno III.

12 Meminit Surita b de intentata Petro Regi Aragonum iuris in Sardicum regnum priuatione, & obiectis censuris ecclesiasticis; ac Ferdinandum Herediam Petri in aula pontificia oratorem prudentia sua discrimen auertisse: perituisse vero Aragonensem, ne Urbanus Sardinia iura in Arborea regulum conferret, qui facile ad suas partes Sardos esset pellecturus. Excitatus itaque ijs stimulis Petrus, Sardici nimirum regni ad sedem Apostolicam deuoluendi iacturæ metu, Franciscum Rome iurisperitum oratorem legauit, instruxitque auctoritate, ut regio nomine Sardinia & Corsica regna Pontificis beneficio accepta profiteretur: qui cum coram Cardinalium

Urbani clementia erga Aragoniũ in extrahenda pluries decretoria sententia. a To. 2. ep. fecr. pag. 274. ext. otiam in arce S. Angeli et inter collect. Plat. to. 3. pag. 175. et in M. S. bibl. Vall. sign. lit. B. n. 12. pag. 310. Intentata iactura Sardinia re gni.

b Surit. an. nal. l. 9. c. 53. Meruit Aragoni? Sardici iuribus exui. Missit oratorem ad clientelarem sponsonem exhibendã.

Excitatur ad accepta regie vt iuda. Sicula legato illi commenda. a To. 4. ep. fecr. pag. 7. alio prim. dom. ecci. n. 3. pag. 133.

o 70-3. ep.
f. pag. 77

senatu iniunctis sibi partibus effecit perfunctus, Urbanus publico diplomate a remgestam præfenti ac securis ætatis voluit commendatam.

Urbanus etc. ad perpetuam rei memoriam.

Præsentium tenore testamur, quod constitutus in præsentia nostra & fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium in publico consistorio, astante etiam aliorum fidelium multitudine copiosa, dilectus filius magister Franciscus Rome legum doctor, ac consiliarius, ambaxiator, & procurator charissimi in Christo filij Petri Regis Aragonum, ac Sardinie ac Corsicæ illustris, ad hæc specialiter ordinatus (prout constat publico instrumento inde confecto, ac præfati Petri Regis sigillo in cera rubea pendenti munito) recognoscens, quod idem Rex ratione regni Sardinie & Corsicæ, ad Romanam ecclesiam pertinentis, quod felicis recordationis Bonifacius Papa VIII. prædecessor noster claræ memoriæ Jacobo Regi Sardinie & Corsicæ aucto dicti Regis Petri, & heredibus suis sub certis modis & conditionibus in perpetuum feudum concessit. Cui quidem Bonifacio prædecessori idem Iacobus Rex personaliter pro eodem regno vassallagium ligium, & homagium fecit, & iuramentum fidelitatis præstitit per seipsum, & tenebatur cuilibet Romano Pontifici infra annum post creationem suam per procuratorem seu procuratores ad hoc legitime constitutos similiter pro eodem regno vassallagium ligium, & homagium facere, & iuramentum fidelitatis præstare, &c.] Adducit Urbanus Petri Regis literas, quibus Sardiniam & Corsicam sedi Apostolicæ acceptas refert; ac leges a Bonifacio VIII. Jacobo Regi dictas, insertis illius literis b, idem Aragonius admittit: denique subdit, se ad clientelarem sponsonem præstandam oratore auctoritate instruxisse, Pontificijs vero literis ascripta est dies xv. kal. septembris anno 1111.

13 Ne obsolescere etiam alia Romanæ ecclesie in Angliam & Hiberniam iura pateretur Urbanus, cum ab evolutis retro annis triginta ab Eduardo Rege census mille marcharum solutus non esset, gravissimis literis Eduardo Regi Romanæ ecclesie expertam mansuetudinem exposuit c, quæ cum ipsum bellis implicitum cernebat, ad eundem censum pendendum non compulerit: iam vero, cum ipse diuitijs afflueret regnum felici pace potiretur, admonuit officij: cum etiam suaderet pietas, vt laboranti ecclesie subueniret.

Urbanus, etc. charissimo in Christo filio Eduardo Regi Angliæ illustri.

Si discretionem eximiam & benignam patientiam sanctæ Romanæ ecclesie matris tuæ, quas retroactis temporibus (dum implicatus propter bella, quæ gerebas, expensarum oneribus grauabaris) erga tuam celsitudinem supportatione maternæ pietatis adhibuit, te in solutione census mille marcharum sterlingorum, in quo pro tuis regnis Angliæ ac Hiberniæ ipsi teneris ecclesie (quamquam ipsa foret in indigentia constituta multiplici) expectando, in libra regie considerationis appendas; nos & fratres nostri eiusdem ecclesie Cardinales certa reddimur opinione securi, quod tu sicut princeps prudens, iustus & gratus, atque magnificus liberalitatem ipsius ecclesie prudenter agnoscas, & debita gratitudine recognoscas. Nosti siquidem, fili charissime, quod censum huiusmodi ab anno natiuitatis Dominicæ millesimo trecentesimo tri-

gesimo tertio die septima mensis iulij citra præfata ecclesie non soluisi; & quod ipsa ecclesia, sentiens tuam magnitudinem in actibus bellicis inuolutam, cessationem solutionis eiusdem census cum multa patientia supportauit, expectans tempus, quo ipsum posses commode soluere, vt teneris. Et quia tempus tuæ tranquillitatis ac prosperitatis aduenit, quo per Dei gratiam regnas feliciter, & habes abundantiam facultatum, celsitudinem tuam requirimus & rogamus attente, quatenus ea, in quibus pro dicto censu ecclesie præfata teneris, velis benigne soluere, prout serenitatem tuam decet, solutionem continuaturus huiusmodi temporibus successuris, quibus Auctor pacis, & largitor felicitatis optatam quietem, & prosperitatis augmentum regie dignetur celsitudini elargiri: super quo, & nonnullis vrgentibus & magnis necessitatibus (quibus ecclesia prædicta præsentialiter premitur) eidem serenitati viua vocis oraculo latius exponendis, dilectum filium Ioannem abbatem monasterij S. Bauonis Gaudensis ordinis S. Benedicti Tornacensis diocesis Apostolicæ sedis nuntium, latorem præsentium, ad tuam præsentiam destinamus, cui superijs velis fidem credulam adhibere. Dat. Avin. id. iunij anno 1111.

14 Nec modo a Regibus ecclesie iura Urbanus repetijt, verum de vitij, quæ exemplo nefario transfundebant in subditos, corripuit. Commonitus a in primis Petrus Castellæ Rex, de quo antea memorauimus, vt sæuitiæ modum poneret, ne diuinas in se iras asperaret: sub eo enim milites furori licentiam adeo laxabant, vt penitus non a Christiana modo mansuetudine, sed ab humanitate quoque abessent. Cum relatione, inquit, perceperimus fide digna, quod gentes tuæ guerram contra magnificum principem Petrum Regem Aragonum illustrem tuo nomine prosequentes, in nobiles et plebeios dicti Regis subditos nimis sæuiant, post eorum miserabilem captionem eos sapius suspendentes, comburentes, cæcantes, ac eorum manus & pedes inhumaniter amputantes; clementiam regiam (quam decet erga fideles quamuis hostes, præsertim postquam capti fuerint, pro illius saltem reuerentia, in cuius sunt nomine baptizati, humanitatis gratiam exhibere) rogamus & obsecramus in Domino, quatenus (si est ita) ob reuerentiam Regis regum, & nostrarum cordialium precum inuitum, easdem gentes tuas taliter vel aliter sæuientes a tanta crudelitate compescas, proinde apio & misericordia domino Deo tuo in extremo iudicio indubie consecuturus misericordia gratiam, & nihilominus in præsenti seculo vbertatem felicitum successuum recepturus. Dat. Avin. x. kal. aprilis anno 1111. Crudeli peremptum morte Petrum visurum sumus, nec misericordiam promeruisse, qui misericordiam omnem exuerat.

15 Perstrictus b vero est a Christi vicario alterius vitij, nimirum impudicitie, Casimirus Rex Polonia: vtque a se & Polonico populo diuinas iras auerteret excitatus: cui etiam, ni e libidinis ceno emergeret, vxoremque Alcidem Henrici Hassiæ principis filiam ad se reuocaret, ecclesiasticas censuras ab Ægidio tit. S. Martini in montibus presbytero Cardinale instigendas obiecit.

Urbanus, etc. charissimo in Christo filio Casimiro Regi Polonia illustri.

Gravis doloris aculeus his diebus nostra viscera penetrauit, multorum fide dignorum relatione fideli, & fama quasi publica intellecto, quod tu, qui

Publicis monumētis Sardiniam & Corsicam Pontifici acceptas refert. b Annal. 10. x. 1. u. an Chr. 1297 n. 2. c segg.

Angliæ & Hiberniæ census repperit. c Eod. 10. 3. ep. fecr. pag. 112.

Vrbani ad Eduardū de ea re luerit.

Petrus Rex Castellæ de crudelitate corripuit. a Eod. 10. 3. ep. fecr. pag. 64.

Obiecta diuinum.

b Ibid. 10. ep. fecr. pag. 156. Incepit Rex Polonia de adult.

qui dudum charissimam in Christo filiam nostram Alheidim Reginam Polonia illustrem consortem tuam contra regie honestatis debitum a tuo reiecisti consortio pro libito voluntatis (super quo ipsa Regina contra te in Rom. curia iustitiam suam prosequitur) mala malis accumulans, & inuerecunde obnubilans serenitatis regie claritatem; nuper, asserens pro te in huiusmodi causa in dicta curia fore diffinitiuam sententiam promulgatam, & certam dispensationem obtinuisse ab Apostolica sede, quod cum alia contrahere posses in gradu prohibito (quamuis præmissa omnia careant veritate) cum quadam tua consanguinea de facto matrimonium contraxisti, eamque tanquam tuam vxorem ad amplexus nefarios admisisti in damnationem animarum, plurimorum scandalum, tuorum consanguineorum & deuotorum tristitiam, ac grande opprobrium regie dignitatis. Quare nos, qui tuos salutem & honorem paterna charitate zelamus, tam horrendum facinus, quod nisi celeriter emendetur, damnabiliter exempli perniciem effundet, in tuo regno & nonnullis alijs partibus Christiani populi tolerare sub patientia salua conscientia nequeunt; magnitudinem tuam monemus & hortamur in Domino, nihilominus eibi per apostolica scripta præcipiendo mandantes, quatenus eisdem tuis saluti & honori (quos negligis) consulens, incunctanter eandem superinductam ex toto dimittere, præfatamque Alheidim, præcedentibus securitatibus debitis, ad tuam cohabitationem recipere, eamque tractare maritali affectione & congruis honoribus nõ postponas. Alioquin dilecto filio nostro Aegidio tit. S. Martini in montibus presbytero Cardinali, coram quo dicta prima causa pendet, nos commisisse cognoscas, vt super huiusmodi tuo excessu contra te procedat, prout iustitia suadebit.

Dat. Auin. III. kal. octobris anno III. Contendente præterea Casimiro Rege, vt designati episcopi in Polonia ad sedem Apostolicam accedere nõ tenerentur, sed procuratores tantum mittere obstricti essent, eius postulata reiecta sunt. Quod cum ille Caroli Imperatoris consilij negatũ atque eiusdem studijs & contentione Vratislauensem ecclesiam a Gnesnensi archiepiscopatu diuisam ac Pragensem subiectam putaret, graues in eum iras concepit: quas Urbanus mulcere literis studuit, & Casimiro iussit, hæc non ad Caroli gratiam ac preces, sed iustus de causis constituta.

16. Restituenda in ecclesia catholica pristinae sanctitatis sacro desiderio incitatus Pontifex, vniuersis archiepiscopis imperia dedit b, vt in singulis prouincijs concilia cogere, in quibus deuellendis vitijs & Christiani populi excolendis moribus saluberrimas sanctiones ederent. Quo argumento hæc ad Rhemensem archiepiscopum, deuexo anno superiore data litera c.

Urbanus, etc. venerabili fratri .. archiepiscopo Rhemensi.

Sanctorum canonum testatur auctoritas, quod olim sancti patres tam Romani Pontifices, quam alij ecclesiarum prælati curam solertem super gregem Dominicum exercentes, de celebrandis concilijs (in quibus de extirpandis vitijs, & plantandis virtutibus tam in clero quam populo, ac de conferuanda libertate ecclesiastica, de statu quoque ecclesiarum & piorum locorum dirigendo salubriter agebatur) fuerunt plurimum studiosi: ex ijsque status ecclesiasticus in spiri-

tualibus & temporalibus multum creuit. Sed, proh dolor! succrescente paululum prælatorum desidia, omisssaque continuatione conciliorum, huiusmodi, pullulant vitia, crescit indeuotio populi, præfata libertas imminuitur, cultus diuinus negligitur, irrogantur a laicis clero grauamina, & in temporalibus bonis ad diuinum deputatis obsequium sentitur non modicum detrimentum. Optantes igitur quod tantis malis in tua prouincia per salubrem tuam & tuorum fratrum prouidentiam occurratur, eandem fraternitatem apostolicam sollicitudinis studio excitamus, ac requirimus & hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus concilium tuarum prouinciarum (in quo de ijs, quæ pro laude Dei, & vtilitate ecclesiarum & piorum locorum, nec non cleri & populi fuerint vitia & opportuna, prouida examinatione tractetur, & prouideatur) quam cito commode poteris, studeas conuocare; nobis de conuocatione huiusmodi, cum eam feceris, & demum de gestis in eodem concilio rescripturus, &c. *Dat. Auin. VII. kal. decembris anno III.* In ijs prouincialibus concilijs agitatum iussu Urbani, vt clerici, qui plura sacerdotia gerebant, vno contenti essent: qua de re Tolosano & Narbonensi archiepiscopis data imperia a. De nauata ab Urbano opera, vt corrupti mores ad primenam sanctitatem reuocarentur, disciplinaque ecclesiastica restitueretur, meminit Petrarca ad eum scribens b.

Obseruator sum, inquit (fator) magnus illustrium, quorum ex actibus atque exemplis pendere rempublicam existimo. Te igitur obseruabam, & qui a minimis tam laudabiliter inceperis, quis esset in maximis expectabam. Audiebam te prælatos ecclesiarum, qui Romanam curiam frequentabant, ad sedes proprias remisisse: optime, inquam, ac magnifice. Quid ineptius enim, quæso, propiusque naufragio est, quam si nauta omnes, remis atque rudentibus abiectis, relicta nauis prora nudatisque lateribus, graui fasce puppim præmant, clam rextorem opportune ambiat, suisque muneribus desertis, illius officium interpellent? Audiebam te ambitioni antiqua, qua priorum licentia in immensum creuit, frenum ponere, & vt vno aut paucis pro dignitate virtutis ac ferentis beneficijs contenta esset edicere: iuste, inquam, grauiterque. Nam quid turpius, quam vnum aliquem partem forsan sedis artibus copia nauseantem cernere multis hinc inde melioribus penuria fameque laborantibus? Audiebam circa habitum honestatem multam te curam, multumque studium impendere: laudabam. Nam quis oculis pati potest hæc ludibria, quæ nostra ætas infelicis sibi finxit, dum formosa vult videri, manibus se deformans suis, ac turpissime debonestans? Quæ stomachum monstras hæc conspecta non quatiant; cornuti calcei, pennati vertices, caudata casaries & in tricam torta. frontes virorum muliebriter discriminali eburneo sulcata? Et infra. Audiebam denique te licentiam pestilentem salubri falce rigoris equissimi præcidisse: illam dico, quæ sceleratos homines, grauissimis facinoribus perpetratis, ad Cardinalium domos fugere solitos legum nodis ac digno supplicio eximebat. Et hoc ipsa singulari laude dignum, maximeque tuum iudicabam; ab illius scilicet vicario, qui sol iustitiae verus est, defensam & in suum ius repositam esse iustitiam, pessimamque consuetudinem, qua nibi infestus est virtuti, suis vel abscissam manibus vel conuulsam; nec iam amplius, vt solebat, apud exemplares iustitiae magistras iniustitiae refugium, asylumque nequitiae reperiri, &c.

Disciplina Christiana restituta.

a To. 3. ep. secr. pag. 61.

b Petrar. rer. senil. l. 7. p. 1. Præfules ad ecclesias suas amandati.

De luxu corrigendo.

Aduersus Beguardos distringi leges iustas.

To. 3. ep. Secr. pag. 145.

An. 3. lit. cur. pag. 309.

Date de eo ad presules litteras.

Eod. an. lit. cur. pag. 229. 230.

Nicitur Urbanus Genuensium litterarum cum Cypris componere.

To. 3. ep. Secr. pag. 56.

Ead. pag. 67. f. lb. pag. 53.

Defixum etiam a Christi vicario apostolicum studium est in euellendis erroribus, quibus pietas omnis extinguitur: cum enim Beguini siue Beguardi, quos in concilio œcumenico Viennensi damnatos a Clemente V. vidimus, in Gallijs præcipue, falsarum opinionum virus spargerent; Urbanus Parisiensem episcopum ad eos delendos auctoritate instruxit atque alios archiepiscopos & episcopos eodem pio ardore iussit accendere. Quo quidem argumento tum ijs, tum alijs sacre fidei censoribus data sunt hæc literæ b.

Vniuersis archiepiscopis, episcopis, & inquisitoribus heretica prauitatis per regnum Francie constitutis, ad quos presentes peruenerint.

Ad audientiam nostram fide digna relatione peruenit, quod quidam filij Belial vtriusque sexus, qui Begardi seu Beguini vulgariter nuncupantur, & sub ouina pelle lupinam feritatem abscondunt, multis erroribus detestabilibus inuoluti, in diuersis ciuitatibus, castris, villis, & locis regni Francie latitantes, nonnullos fideles (præsertim simplices) a via veritatis auertere, & secum in gehennam trahere moliantur. Nos igitur cupientes, quod aduersus talium nefandorum versutiam periculosam nimium opportunis remedijs celeriter occurratur, discretioni vestre tenore præsentium districte præcipiendo mandamus, quatenus receptis præsentibus, omni mora sublata, contra Begardos eosdem & credentes ipsorum erroribus; nec non fautores, defensores, & receptatores eorum, cum omni diligentia, appellatione postposita, vestri officij debitum exequi studeatis, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Sic igitur super hoc vos reddatis sollicitos & intentos, quod præter retributionem diuinam, nostram & Apostolicam sedis gratiam mereamini vberius obtinere. Ut autem de talium locis, vita, conuersatione, ac erroribus sitis plene informati, & contra eos procedere melius valeatis, quandam informationem, super ijs nobis traditam, venerabili fratri nostro episcopo Parisiensi sub bulla nostra transmittimus, cuius copiam singuli vestrum recipiant ab eodem. *Dat. Auin. 111. non. septembris anno 111.* Iniunctum est similiter in alijs regnis munus, vt in pseudomonachos, qui errores disseminabant, animaduertent: quæ provincia Golsferio abbati S. Seuerini maioris Neapolitani & Bernardo electo Boianensi data e.

18. Claudamus huius anni periodum orientalibus rebus, in quarum instaurandarum consilij defixus Pontifex, cum metuere, ne ex dissensione, Genuenses inter & Petrum Regem Cyprî coorta, noua pericula consenserent, operam nauauit egregiam, vt eos in concordiam reuocaret: hærebat quippe Genuensium animis veterum iniuriarum in Cypro acceptarum dolor, quem Petri in ijs sarcendis negligentia auxerat, parabantque bello eas vicifici. Quæ vt auerteret Venetorum dux, studia sua contulit, & Urbanum periculi fecit certiorum: qui mox Cyprîum est adhortatus d, vt læsis Genuensibus faceret satis, ne belli causa ipsi ascriberetur, vtq; pax & amor mutuis inter ipsos coalesceret: ac B. Petrum Thomam patriarcham Constantinopolitanam Genuam proficisci, atque ad redintegrandam concordiam, quam Veneti conciliare non potuerant, iussit incumbere e. Gabriele Adurnium ducem ac senatum populumque Genuensem apostolicis precibus vsit f, vt iras ponerent:

sarcendis superiores iniurias; nec tantum in se, admitterent flagitium, vt expeditionem aduersus infideles disturbarent: sancirent cum Petro fœdus, antequam ab occidente discederet, mitterentque a pro eo pacifendo instructos auctoritate oratores. Contendit B. Petrus Thomas Genuam, & indigne a ciuibus habitus est adeo, vt faxis illius familiam appetere, furerentque animis ad bellum Cypro inferendum. Demum seditione sedata, diuina clientela saltus legatus apostolicus efferatos Genuensium animos quaminis qua precibus ad consilia pacis adduxit, interque Ligures & Cyprios vetera fœdera instaurauit. Narrat hæc pluribus Philippus e Mazerijs b in vita B. Petri Thomæ: a quo mox Pontifex certior factus, incredibili gaudio delibutus, Cyprio Regi felices successus est comprecatus.

Urbanus &c. charissimo in Christo filio Petro Regi Cyprî illustri.

Per literas venerabilis fratris nostri Petri patriarchæ Constantinopolitani A. S. L. nuper non absque multa nostri cordis exultatione percepimus, inter sublimitatem tuam, & dilectos filios nobilem virum Gabrielem Adurnum ducem & commune ciuitatis Ianuensis fore concordiam reformatam, magnamque multitudinem nobilium & aliarum armigerarum gentium, tecum transfretaturarum contra hostes fidei, ad te de Alamannia alijsque partibus aduenisse nouissime, ac iugiter aduenire: propter quod, si veritas suffragetur relatis, spem iam deficientem resumimus de vltimarum negotijs feliciter processuris. Et quia instat tempus tui & gentium prædictarum recessus, Domino fauente, felicit; hortamur te, quod vltimus illum non differas, ne gentes ipse nimia expectatione grauentur, & (quod absit) a transferendi proposito resipiscant, distisque negotijs ex dilatione proueniat detrimentum. Nos siquidem speramus in Domino, qui gratia sua desideria deuota prosequitur, quod iter & actustæ celsitudinis & dictarum gentium prosperabit, nosque prout honeste poterimus, tibi fautoribus apostolicis assistemus. *Dat. Auin. 11. kal. maij anno 111*

Liber a belli Genuensis metu Petrus Rex, ad tundendum Mahumeticum factum confirmato animo conceptoque voto, in Sacrum non appellere decreuit, ni prius in Saracenorum imperium cum exercitu irrupisset, vt refert Philippus e Mazerijs, a quo tâquam oculato teste cruce signatæ huius expeditionis accuratam descriptionem d libabimus: *Rex, inquit, de pace propter passagium cauisus fideles, quos habere poterat, congregauit in expensis proprijs & sine adiutorio alicuius principis vel communitatis Christianorum. Legatus vero exercitum Regis in ministerium crucis & dominica passionis pie confortabat, omnibus transfretadis venerabile signum crucis dabat, peccatores absoluebat, & orationibus continuis & diuino officio mediantibus institutiones diuinas transfrendis pie & deuote declarabat. Rex vero pietate & deuotione motus, & verbis legati continue admonitus & consolatus, de Deo confidens, publice votum emisit; videlicet se nunquam in regnum suum intrare, nisi prius cum exercitu suo in terram inimicorum fidei personaliter intraret, etiam si mori deberet. Tunc detractores passagij, videntes Regis apparatus & legati firmum propositum, confusi sunt, & aliquid tacuerunt. Noua tunc ad principes Christianorum volauerunt, ipsos ad bellum Dei*

a pag. 4

Opea Petri redire garatp

b Philipp. Mazerijs in vita B. Petri Tho. apud Bollad. 2. die maij an. 111.

Cyprio gratulans Pont.

Cyprius parat. lit. in actio

Concept. ab eo tum de inuadendis Sarcenicis

Dei excitando: sed ipsi, tanquam crapulati a vino dormientes, de passagio parum curantes, nullum adiutorium dederunt, nec solum pedem inde mouerunt, veniendo ad passagium Regis inchoatum, & per summum Pontificem publice iam indictum. Rex autem, Deo operante & legato consulente, pluribus nauibus armatorum, & fere quingentorum equorum oneratis, in Rhodum ante præmissis, in tertio anno a recessu regni sui cum duabus galeis solis de Venetijs versus plagam orientalem recessit, & omnia nauigia sui exercitus sexcenti ferme armati, & marinarij omnes, & equi prædicti in expensis & stipendijs Regis erant omnes, una sola galea accepta a dominatione Venetorum Regi a communi donata.

Recessu Cyprij Regis e Veneto portu audito, Pontifex supplices apud Deum preces fudit, vt suis pro religione pugnaturis triumphos conferret, ac Regem Cypri ad gloriosa perficienda consilia inflammat hisc literis a. *Recessum tuum de Venetijs cum copiosa, vt scripsisti, comitibus pro Christi seruitio bellatorum illo, pro quo militas, fauente felicem latitiam percepimus expectata: Deumque rogamus suppliciter, vt iter & actus tuos ac bellatorum huiusmodi sic dirigat & in salutis prosperitate disponat, ac optatos successus illis adiciat, quod inde vniuersalis lætetur ecclesia, & gemat infidelitas perfidorum, multisque Christi fidelibus tuam sequendi deuotam magnificentiam desiderium ingeratur. Age igitur fili charissime bellum dominicum magnanimitate, & deuote, tuosque commilitones, quos ad hoc de diuersis nationibus fidelium congregasti, ex parte nostra intensius exhortare. Nos etiam, vt huiusmodi prosperari possit negotium fautorem apostolicum in ijs, que poterimus paternis affectibus impendimus. Dat. Auin. xiv. kal. augusti anno III.*

Appulisse primum Rhodum cruce signatam classem, moxque Cypriorum & Rhodiorum exercitu auctam, narrat memoratus Philippus e Mazerijs, ac numerum copiarum nauiumque recenser, vt Turcarum duo Asiatici principes, Cyprij Regis vectigales se professi sint, vtque B. Petrus Thomas Apostolicæ sedis legatus omnes fideles sacramentis communiuerit, ac sacra prece arma, classem, & mare lustrarit. Pergit enim auctor. b

Rex vero legato associatus, vento prosperante, in satis breui tempore Rhodum applicuit, & a magistro hospitalis magnifice receptus fuit. Rex vero pluribus mensibus ante principi Antiochia fratri suo regenti Cypri regnum in mandatis scripserat, vt exercitus regni sui Cypri, regno in bona custodia permanente, obuiam sibi Rhodum veniret: quod & factum est. Nam Rege in Rhodo aliquo tempore expectante, venit exercitus Cypri, videlicet sexaginta nauigia inter galeas, buisferia, & alia nauigia militum armatorum, sagittarum, ballistarum in bona quantitate onerata. Qui tunc patrem meum gaudentem, exercitum benedicentem, & Deum glorificantem vidisset, in deuotionem & inimicorum fidei destructionem conuersus fuisse. Illico tunc magister Hospitalis in seruitio Dei & adiutorio Regis centum milites ordinis sui elegit, & nauigia sua armari præcepit & fecit: & Rex & omnis exercitus in Domino latatus & de bello confortatus, inimicos fidei inuadere desiderabant. Legatus autem ad artem suam diuinam cum lætitia manum fortem posuit, legem dando, prædicando, cruces nostris peregrinis & etiam schismaticis dando, confessiones au-

diendo, peccatores absolueno, & reconciliansdo. Modo in consilio Regis, modo inter marinarios & pauperes, modo inter barones & milites, modo ad magistrum Rhodi & suos milites in humilitate & diuina admonitione laborabat. Nunc infirmos visitando, nunc rumores pacificando, nunc inter Anglicos, Cyprienses, Gallicos, & Theutonicos conuersabatur: semper unitatem, charitatem, & bellum Dei hortabatur.

Quid plura? Tantam gratiam effudit Deus in patre meo legato, quod omnes in exercitu quasi ipsum adorabant: & qui manum suam in die osculari poterat, vel etiam benedictionem receperat, securus de omni casu periculi se reputabat. Quales processiones deuotas & solennes, missas personaliter celebrando, quales prædicationes de cruce faciebat? Nam in prædicationibus suis omnes ad lacrymas prouocabat, mentes omnium eleuabat, & usque ad mortem sustinendam pro Christo omnes animabat & preparabat. Tantum laborauit, & ita ardens erat, quod vix comedebat, & parum quasi nihil dormiebat, exaltationem crucis & fidei catholica desiderando, & exercitum informando & illuminando: & breuiter, laboribus & verbis suis sanctis mediantibus, & sancta sua conuersatione coram omnibus lucente, tantum fecit, quod paucis diebus ante recessum Regis a Rhodo Rex & omnes barones & nobiles de manu legati deuotissime & catholice sacratissimum corpus dominicum receperunt, & in exercitu non remansit fidelis catholicus, qui ante recessum corpus dominicum non reciperet. Sed etiam infideles Christianis seruietes in magnam deuotionem conuersi sunt, penitentiam agentes. Quot & quanti erant illi homines armorum, qui antea confessi non fuerant in decem vel viginti annis plus aut minus? Quanti etiam illi, qui deuotionis causa ad passagium non venerant, sed causa vanitatis & auaritiæ & beneficij Regis? Certe maior pars exercitus. Veraciter Deo misericorditer inspirante, & legato informante, omnis valis impleta est, & omnis mons humiliatus est. Sed quid fecit Deus in exercitu suo paruo? Nam, Regis potentia inter Turcos volante, Deus tantum timorem & terrorem in cordibus Turcorum incussit, quod maiores principes Turcorum, videlicet dominus de Altologo & ille de Palatio ambassiatores suos solennes in Rhodum miserunt, Regi & castra sua, homines, & victualia, & amicitiam Regi presentauerunt per nuntios, & sibi seruire sub tributo obtulerunt: quod & factum est. Magna est potentia & Deibonitas, qui seruum suum Regem sic honorauit, & corda inimicorum eius ad pacem conuertit.

Adueniente autem termino recessus, Rex de loco inimicorum fidei inuasuro secreta in consilia ventilato, Deo auxiliante, legato benedicente, proposuit soldanum Babyloniæ sanctam ciuitatem Ierusalem, & eius hereditatem occupantem, non ad caudam, sed ad caput inuadere, & versus Alexandriam suam Dei exercitum dirigere: & valesiens magistro hospitalis, galeam ascendit. Legatus vero & omnis exercitus galeas & nauigia ascendorunt, & in portu Rhodi iuxta galeam Regis mutuo se congregauerunt. Mira res a Deo, mirabilis, & narranda: magna est gloria Domini & mira, qui ponentes manum ad aratrum in fidei catholica multitudinem retro non respicientes fortificat, augmentat, & roborat. Nam Rex Cypri a principibus & Christianis occidentalibus derelictus & despectus, nunc a Deo fortificatus & a legato diuinitus instructus contra opinionem quasi omnium passagium profecturus a

Milites Eucharistia communiti.

Duo Turcarum principes Cyprij vectigales facti.

Actum de Soldano Babyl. inuadendo.

Præmissa plures copiz nauales.

To. 3. ep. per. pag. 131. 43.

Minetur Pont. vt diuinam gratiam omnia re.

Maz. er. ad. e. 16. Rhodum applicat.

Classis e Cyprio veniens illi conuenit.

Legatus Apost. c. in successu.

adeo se potentem inuenit: nam inter galeas, buisferia, ligna, naues, & alia nauigia fere centum secum habuit in expensis proprijs, quatuor buisferijs & alijs paucis nauigijs. Erant circa mille nobiles armati: balistarij, sagittarij, & marinarij erant omnes ad bellum parati. Totus autem exercitus Regis fuit circa decem millia bellatorum, & circa mille & quadringenti equi. Sed ij quid erant contra soldanum & tantos Saracenos? Certe factis, quia dominus Iesus nobiscum erat, & cruce precedente, viam nostram in omnibus preparabat.

Legatus autem, personis ecclesiasticis totius exercitus associatus, in galeam Regis ascendit pro benedictione generali exercitus Dei fienda: & ascenso in eminentiori loco galeae, ut ab omni exercitu videri posset, Rege prope ipsum stante, & omnibus stantibus & legatum respicientibus, omnibus signis & vexillis galearum & aliorum nauigiorum depositis, legatus quandam largam & inauditam atque pulcherrimam benedictionem a Spiritu sancto incepit, antiquum testamentum & nouum in benedictione allegando: modo nauigia, modo arma, modo personas, modo mare, modo totum exercitum benedicens in honorem crucis, & Saracenorum destructionem, auxilium Dei inuocando. Rex vero & omnis exercitus, legato ad omnes benedictiones capitibus inclinatis, respondebant & in magna deuotione erant. Finita autem benedictione, signum regale, videlicet quendam leonem rubeum magnum in galea Regis subito leuauerunt, & subitis omnis exercitus insonantibus, & vexillis infinitis leuatis, vna voce terribili in calum clamauerunt, Deo regratiando, clamantes & dicentes: *Vivat, vincat, Petrus Ierusalem & Cypri Rex contra Saracenos infideles. Tunc legatus Regi valesfaciens, & ipsum benedicens, reuersus est ad galeam suam, me semper in omnibus associatur.*

19 Direxit in Turciam classis vela aquationem factura: moxque vbi altum mare tenuit, Cyprius Rex consilium de inuadenda Alexandria suis aperuit; utque diuino miraculo vrbe florentissima diuitijs, murorum amplitudine, ciuium numero, vnius horae spatio, nemine Christianorum caeso, vi expugnata fuerit, quamuis Saraceni innumeras copias ad nostros excensione in litus arcendos eduxissent, narrat laudatus auctor a: *Ahuc, inquit, nesciebat exercitus vbi Rex ire volebat, vel in Turciam vel in Syriam vel in Aegyptum. Legatus vero & consilium secretam Regis eius voluntatem & propositum sciebat. Rex autem, a portu Rhodi recedendo, sapienter surgendo totum exercitum versus Turciam duxit, & in Turquia aqua dulci, quantum volebant nostri leuata, Rex versus altum pelagus viam fecit. Elongatis ab omni terra omnibus nauigijs, voluntatem suam omnibus manifestari fecit; videlicet, quod versus Alexandriam, Deo permittente, tendebat; & quod omnes galeas suas, signa ordinata seruando, sequerentur: hoc in mandatis dabat. Tunc omnes gauisi Alexandriam clamantes vociferabant: quasi esset quoddam castrum paruum vel oppidum, ipsum captum reputabant. Sed quid fecit Deus mirabile in oculis nostris, ne manus nostra hat, & ne opus humanum videretur? Eundo & Regem precedendo in via nauigia separata ab inuicem, ut pluribus diebus non visa, ventum prosperum omnibus habentibus, & velis in altum quasi nobis ludentibus, Deus mirabiliter in quarto die a recessu terra bene mane totum exercitum in portu Alexandria congregauit,*

Mira res a Deo: nam marinarij de via Aegypti confecti, velut admirantes facti, nunquam talia viderunt, & remotius valde esse credebant. Saraceni vero, exercitum Christianorum in portu ipsorum respicientes, non modicum admirati & turbati fuerunt. Exeuntes autem Saraceni de ciuitate Alexandria cum multitudine infiniti populi, ut portum nobis defenderent, in campo phalangas suas coram nobis ordinauerunt. Erat autem dies iouis, & hora quasi sexta. Sed Rex, ut distincte & ordinate inimicos crucis inuaderet, signa sua daret, & modum bellandi & qua pertinebant ad militiam ordinaret consilio ventilato, illo die iouis requisieuit, & in terram non descendit. Videntes autem Saraceni, quod exercitus Christianorum ad terram non descendebat, animati ad terrorem nobis reputauerunt. Sed Deus, nobiscum existens, hoc manifeste fecit ad maiorem victoriam & gloriam sui nominis habendam.

Stantibus nobis sic, strenuitatem patris mei legati, & martyrij eius ardentem voluntatem tacere non possem: nam Saraceni, in turmis suis multiplicatis sapienter & strenue in litore portus ordinati vociferantes, nos ad terram descendere expectantes. Legatus, adhuc causam nesciens nostra retardationis inimicos inuadendi, mihi cum magno feruore desiderij clamando, dixit: *O frater mi dulcissime cancellarie, in memoriam passionis Domini eam cum galea nostra, eam ad terram: tantum vituperium sustinere non possum. Inuadamus Saracenos, cruce precedente, & sequantur crucem omnes galeae nostrae. Ego autem audaciam eius & voluntatem ipsius pro Christo moriendi considerans, & non modicum admirans, ridendo sibi respondi: Pater mi, adhuc non est hora mortis nostra: non est hora ad terram descendendi. Cum reuerentia hoc non faciam. Ipse vero tantum tristabatur, quod ego scribere non valerem: ego enim Regi meo patris mei habebam galea & ordinationibus regularibus obtemperare, cui omnes obedire habebamus. Tunc Saraceni tota die ac nocte ciuitatem fortificantes, et sine numero exercitum suum in litore multiplicantes, de exercitu nostro parum curare videbantur: et cum buccinis, vexillis erectis, et luminaribus infinitis in litore portus tota nocte super nos vigilauerunt, ciuitate circumuallata super muros custodiibus et infinitis luminaribus.*

Rex autem et omnis exercitus Christianorum ad tractum ballista fere cum dimidio iuxta Saracenos in portu stabant, et in Domino quiescebant, diem futurum cum gaudio expectantes, et victoriam a Deo sperantes. Mane autem facta, et sole in clypeis, armis, galeis Christianorum in terrorem crucis inimicorum resplendente, definitum fuit per Regem et consilium, Deo auxiliante, hora tertiarum in terram descendere debere, et bellum Dei incipere. Qui tunc vidisset patrem meum interius et exterius nobiliter armatum super eminentiorem locum galea nostra stantem, crucem cum ligno Domini in manibus tenentem, et exercitum a dextris et sinistris benedictentem! Alta voce omnibus dicendo clamabat: *O milites Dei electi, in Domino et sancta cruce eius confortamini, inimicos eius non formidantes, victoriam a Deo sperantes: bellum Dei viriliter agite, quia hodie paradisi porta sunt aperta. Tantum benedixit et clamauit, quod omnium audientium corda confortauit. Sed bello adueniente, et sagittis pluentibus timuit ire? Certe non. Nouit Deus: faciem eius non mutatam, nec aliquod signum timoris unquam nec in mari nec in terra vidi in eo: et tantum ardorem descendendi in terram habebat.*

* exceptis
Copiarū
numerus.

Sacra pre
ce iustra
a classis a
legato.

Rhodo
soluit.

a Phil. e
Mazer.
cod. e. 16.

In Turcia
aquatio
facta.

Peita bel
lo Alexan
dria.

Accinti
ad prelii
Saraceni.

* expecta
bant

Pius ar
dor lega
ri admi
dum in
eos.

* no

Genem
preferen
lustrat
era pre
pugnato
ros cruc
signato.

Illius
era ad
ratio.

bat, quod a sagittis infinite volantibus cooperire se cum clypeo; me pluries admonente, nolebat. Passante vero Regis buccina, gradatim et paulatim secundum ordinem datum galea et alia nauigia versus terram remigare inceperunt; et appropinquantibus terram, Saracenis ultra quam credi possit viriliter portum defendentibus, nauigia sagittis cooperuerunt: tanta enim multitudo sagittarum super Christianos tunc cadebat, sicut pluuia super terram. Sed contra consuetudinem humanam Deo defendente, paucos & quasi nullos ladebant, psalmista dicente: Cadent a latere tuo mille, &c.

Galeis autem terram appropinquantibus, scalas, ut in terram descenderent, in mari innoxialitus vi armorum proiecerunt. Sed Saraceni balistas nostras non timentes in mari usque ad pectus intrabant: clypeis eorum cooperti exitum nostrum viriliter defendebant. Tandem, bello quasi hora durante, & Deo benedicente legato, modici de nostris in terram descenderunt, & forti bello terram acquirendo, victoriam habere inceperunt. Tunc Christiani nostri, qui citius poterant in terram descendebant, & Saraceni versus ciuitatem fugientes terga verterunt: nostri vero, persequentes & ipsos occidentes, usque ad portam ciuitatis ipsos persequabantur. Saraceni vero cum difficultate portas ciuitatis contra nos clausurunt: & tunc pro defensione super muros ascenderunt. Magna est gloria Domini, & misericordia & victoria eius usque in aeternum. Certe hic vnus ex nostris persequabatur mille, & duo fugabant decem millia. Quid plura? Dominus noster Iesus Christus propter nomen suum nobis ostendit maiora & inaudita: nam Rege, armatis fidelibus circumuallato, muro ciuitatis appropinquante, ciuitate sine ingenio & ordine aequaliter debellata, ad portas ferreas igne modico posito infra horam Saraceni a Deo percussi muros et turres reliquerunt, et animis deficientibus, ciuitate relicta, versus Babylonem fugerunt. Tunc nostri Christiani cum vexillis muros libere ascenderunt, et portis adeo combustis, sine impedimento cum paruo damno et quasi cum nullo Rex, legatus, et omnis multitudo Christianorum (cruce procedente) ciuitate intrauerunt: et capta est ciuitas magna Alexandria a Christianis (Deo operante) quasi hora nona die veneris, octobris mense, anno sexagesimo quinto, nimirum excurrentis seculi, quarta die. Quis loquetur potentias Domini? (Timuerunt aures infidelium) Notas facite in populis potentias eius, et mirabilia, qua operatus est in Aegypto coram nobis, ut enarretis in progenie altera. Recedant vetera de ore vestro, quia dominus Iesus nostris temporibus populum suum Christianum exaltauit, et odientes eum in fugam conuertit.

Sed va, va, va: quomodo dolorem patris mei et meum, nec non vituperium Christianorum narrare incipiam, scribere nescio. Arida est manus nostra, quia vires mihi deficiunt. Gaudium et honor Christianorum versa sunt in vituperium, exaltatio sanctae crucis in ignominiam lacrymarum et mœroris: paradisi porta per misericordiam Dei et mysterium sanctae crucis omnibus aperta, est per auaritiam, vanam gloriam, et modicam fidem iterum clausa. Protali dolore quid clamabo, quid plorabo, et lamentabor? Percussit Moyses lapides et fluxerunt aqua, et Deum non sanctificauit: et ideo terram sanctam a Deo sibi offensam intrare non meruit. Sed heu, heu, non aquam, sed omnia bona mundi a Deo Christianis tradita, et via paradisi patefacta, dominam Aegypti Christiani possederant: sed Deum non glorificauerunt, et ideo meruerunt

tantum boni perdere, et ciuitatem Alexandria vultu relinquerent. Nam, ciuitate capta, victoriosissimus Rex pro custodia ciuitatis tenuit consilium generale: sed adiutores et Dei seruitores paucos aut nullos inuenit. Rex vero cum lacrymis milites magnos, paruos, et mediocres, ut secum remanerent, pie implorabat: sed ipse de hoc Regi excusantes, et crucem sanctam relinquentes, de recessu promptos inueniebat. Qui tunc patrem meum legatum dolentem, lacrymantem, et quasi desperatum in calum clamantem, et ut remanerent milites, admonentem vidisset, et ipsos reuoluentem audisset, corde de scandalo fidei doluisset, quomodo honorem Dei, ciuitatem Christianorum, et ciuitatem Ierusalem iam acquisitam in retentione Alexandria clare ostendebat; et damnum et vituperium Christianis inde secuturum ipsam relinquendo infinitis argumentis demonstrabat. Aliqui vero de exercitu nostro remanere cum Rege et legato prompte offerebant: sed diabolo instigante, maiores ipsorum impediabant. Quid plura? Corda indurata, et iniquitate percussa fuerunt, et Regem dolentem et legatum pro dolore quasi morientem reprobi vicerunt, de recessu concludendo, de Deo desperando, et de potentia eius non confisi; et victorias eius inauditas prorsus fuerunt oblitae. Damnum enim Christianorum, et nostrum vituperium scribere non valerem, et meam tristitiam renouarem: sed in quadam epistola autentica manu patris mei legati scripta, Papa et Imperatori dirigenda, cuius tenor infra sequitur, id clarius pateat inueniri.

Rex vero in concilio suo victus, Deo permitte, Alexandriam relinquens, nemine inimicorum persequente, in galeam quiete ascendit, et noster exercitus in nauigijs se collegit versus Cyprum tendentes: paradisi relinquentes, in pelagus nauigauerunt. Sed quid fecit Deus nobis? Tantam fortunam in mari misit, quod omnia nauigia nostra diuisit, fortunam fugiendo, et quasi periclitando. Sed qui antea timore percussi sine causa Alexandriam reliquerunt, tantum timorem in mari habuerunt, quod respirare quasi non poterant. Tantum mare timebant, remansisse in Alexandria affectantes, et peccatum cognoscetes. Pater meus mihi quotidie dicebat: Ista fortuna est Dei vindicta, quia relicta est Alexandria: maiora enim videbitis in tempore, non dubitetis. Mira res! nam fortuna intumescente, et nemine se posse iuuare, pater meus rictus dolore epistolam praedictam manu propria scripsit, et ad finem usque perduxit, et mihi ostendit: cuius tenor sequitur in haec verba.

Epistola S. Petri ad Papam et Imperatorem de successu expeditionis.

20 Licet communis dolor planctu dignoscatur communi, verum quod plus tangit plus communicat mœrorem & viscera compunctionis inducit. Et quia ego usque in senectam & senium laboraui, & clamans rucus factus sum, frequenter lingua percutiens (cum armis non valerem,) ut Christo fideles milites pugiles Iesu Christi arma fumerent, scuto protecti fidei procederent, & Ierusalem matrem nostram, diu sub Agarenorum ritibus, immo potius facibus detentam, magna Christianorum negligentia & desidia pertinaci; cum nunc in nouissima hora & in fine seculorum ac in termino temporis, illustrissimo principe Petro Rege Ierusalem & Cyprae discursu laborioso & impensis grauissimis cum sanctissimo domino Urbano Papa V. passagium procurante, cuius indignus legationis functus fui officio, cum multitudine copiosa venissemus, armato Rege

Eos Cyprus Rex & legatus retinere tentant

Relicta in feliciter Alexandria a Christianis

Procella iactantur.

* valente In medio illius furoris scripta a B. Petro epistola ad Pont. & Imp. a Phil. e Maxer. in vita B. Petri Tb. c. 17. apud Bolland. 10. 2. die 29. ianuar. * quidem

Quantus ab eo conceptus dolor de re male gestata.

Velocum nimbus a barbaris in irruo.

Dei victus vnus horum praelio.

licentia Alexandrie portu

Quarta die octobris expugnata Aegypti regna.

Onusti praeda milites de recessu cogitant.

Ut Deus
exercitū
singulari
prouiden-
tia Alexan-
driam per-
duxisset.

capitaneo presidente cum deuotionis affectu,
velis inflatis, mari quieto, & vento prospero,
quem Deus de thesauris suis produxerat, vt non
per mare ire viderentur, sed potius & manu Dei
portari sine impedimento; diuersa nauigia nocte
ac die diuisa, & ab inuicem non visa, vna die in
portu Alexandria inclusa nutu potius illius, qui
Petrum fecit ambulare in mari, quam regimine
humano. Quæ indicia a meridie vsque ad ter-
tiam alterius sequentis diei ante maris egressum,
multitudine infidelium pro egressu resistente, vt
probaret Dominus vires nostras, sua virtute
paucos de nostris deduxit in litore, quibus terga
vertunt infideles, quibus fuga fuit remedium, &
inclusio intra muros. Et ex tunc satis cito secu-
ta sunt vaticinia Ezechielis propheta, vt fierent
iudicia in Alexandria: iudicia, inquam, Dei homi-
nibus ignota, Deo cognita; vt non possent ag-
grauati armis pergere, muros ascendere, lapides
proicere, nec sagittas balistis trahere, quibus
* inimici vbique tam in muris quam in turribus,
quam in hospitij inuenti sunt vltra modum. Sed
non fuit pugna nostra, sed Domini, qui omnibus
mirabilibus hic mirabilior extitit: narrabitur in
æternum.

*muniti

Debellat-
fec celesti
vi infide-
les.

Pugnauit populus Israeliticus contra Ama-
lech, qui non tuebatur muros, Moyses fati-
gabatur, & moriebatur populus, cum manu
deponebat: & hic lassari non potuit nec
sacerdos nec populus, quia vix extitit vnus
horæ pugna, nec in bellando aliquis de no-
stris extitit mortuus, cum essent inexpugna-
biles [paucis que interiectis quibus deferto
res fugilic, subdit.] Pugnante Iosue franguntur
muri, & intrat populus: sed hic, o Deus,
relinquuntur turres vt castra, muri vt castra re-
linquuntur: vacua intrant promissa. Quis scri-
pturarum d' scursus? Nullus fuit infidelium
occurfus, ferreæ conburuntur portæ, gentes tra-
duntur in morte, quas non seruauit Deus fugæ
sorte: & sic capitur ciuitas vt Parisius habitata,
vt Venetiæ grata, vt Ianua rara; plena diuitijs,
iucunda delitijs, fœcunda fructibus, irrigata
fluminibus paradisi, frequentata mercatoribus:
quæ erat Aegypti Regina, baculus infidelium, &
porta fidelium si tenuissent.

Sed nostrum gaudium versum est in luctum:
vnde & conturbatus est venter meus: a voce
contremuerunt labia mea. Patior, patior vehe-
menter: & non est, qui compariatur afflicto. Diu
laboraui, laboraui in gemitu meo: sed nunc ma-
teriam deduco gemitus, in publico profero. Ideo
verba mea dolore sunt plena: exitus aquarum
deducent oculi mei, & torrentes effluent lacry-
marum: sagittæ enim Domini in me sunt, quarum
indignatio ebibit spiritum meum. Sed torren-
tes iniquitatis alienæ conturbauerunt me.
Vtinam aperiantur cataractæ miseri capitis mei,
& rotas in lacrymas suam; multis enim solati-
o sunt lacrymæ: dolor siquidem speciem
ignis gerit, quia, dum plus tegitur, plus reuiu-
fcit.

Si me Dominus in amissione rerum tempo-
ralium aut amicorum morte, aut in afflictione
proprij corporis flagellasset, æquanimiter sustine-
rem: sed plagam sentio, quæ ad interiora mea
penetrat: nec minus crucior, quam si quis visce-
ra mea a me violenter auellat. Et quid mirum?
immo miror si non morior, quia vidi illata vul-
nera, ablata fœdera, prolata scelera. O illata
vulnera! vulnus & liuor & plaga tumens: vul-

nus in facie; liuor infamiæ, plaga tumens cum
infanie. O vulnus in facie! vulnerati enim fue-
runt principales consilium facientes in vnum mi-
lites, qui videbantur potiores, summi, fortiores
vt facies in corpore, qui ante vt Petrus Christo
Regi dicebant: *Si oportuerit nos mori tecum,
non te dimitemus; sed timore percussi non an-
cilla voce, quia non alitit, nec aduersariorum
posse, quia nullus potuit nocere, reliquerunt enim
eam, de Deo non confisi, in nullo pro fidi; sed ex
toto disti, ac si Deus, qui iam introduxerat,
fortis non esset pro custodia; non attendentes,
quod super muros eius posuit custodes. O liuor
infamiæ, nonne dicent gentes vbi est Deus eor-
um? Quæ ante dicebant (vt vero percepi relatu)
Deus pugnat pro eis: noster Machometus victus
est. Deus Christianorum magnus & fortis est
deridens qui apparebat gloriosus in militibus
suis. Et reddebant testimonium, qui non nouerunt
nec exquisierunt nomen tuum. Gloria nostra
versa est in ignominiam: dies festi conuersi sunt
in luctum: sabbatum in opprobrium: homines
eius in nihilum: secundum gloriam eius multipli-
cata est ignominia eius: sublimitas eius conuersa
est in luctum. Et ego vidi, heu, & vt quid est mihi
vivere, cum sit tantus liuor infamiæ, plaga tumens
cum infanie?*

O plaga ecclesiæ cum infanie, quæ sanari
non potest medicamine, Heu, quis medebitur
incantatori a serpente percusso? Qui debebant
modo incantatores serpentinos homines mem-
bra serpentis, qui nostros decepit parentes, ob-
mutescere facere, veneno percussi, dicatis, in
animo, non potuerunt stare, quibus maledixit
Dominus. O genti peccatrici, filijs sceleratis, se-
mini procerum, populo graui iniquitate. Dere-
liquerunt te, alienati sunt retrorsum, & fit magnus
placatus in ecclesia, quia vidit vulnera; nec mi-
nor quia attendit ablata fœdera. Heu dolor in-
tolerabilis, nunquam auditus similis: quos Deus
coniunxerat, vt caperetur ciuitas, diuisit iniqui-
tas: vnus recedit ab alio, & facta est diuisio &
contentio inter principes, & recesserunt Anglii,
qui videbantur fortiores, facta coniuratione cum
principe, cuius ex parentela & dolosa sequela no-
men tacere debeo: sed doleo quia super eo est
querela. Semper carebit medela, quia narratur &
vulgatur, quod ipse fecit talia, vt sit relicta Ale-
xandria: ei maledicunt catholici multi (credatis)
& Gallici quamplures, Theutonici & omnes Itali-
ci, clamantes: *Væ homini illi, per quem scanda-
lum venit: melius erat si natus non fuisset homo
ille: quia cum voluisset caput Rex resumere vires
velut probus miles, noluerunt hi resistere, sed
cum suis Anglicis, qui nolentes in ciuitate in cra-
stinum pernoctare deuicta, se absentauerunt, & om-
nino segregauerunt a Regis consortio. [Meminit
Vualsingamus b Anglos & Aquitanos Cypriu Regem
in Alexandria expugnatione stipasse: *Rese-
rentes, inquit, tam in Angliam, quam in Aquita-
niam pannos aureos et bolsericos, splendoresque
gemmarum, exotics in testimonium tanta victoria
illuc facta.* Quanti nimirum illi spolijs pretiosissi-
mis, sprete fidei & diuini Numinis causa, aufuge-
re mox prædonum instar, vt qui ad latrocinia,
quam ad sacram militiam aptiores essent.] Pergit
B. Petrus.*

O dolor in medio cum cancellatis manibus
vna cum cancellario, milite vero, strenuo,
docto consilio, Philippo de Mazerijs dolente,
promiserijs Christianorum atque suspirijs, qui

Victorie
gaudia ali
quorum
ignauia
contusa.

a blari
ss.

Barbari
facebat-
sur Mala-
metem a
Christo
cum.

Anglii
tores de
serenda
Alexan-
dria.

Cyprius
et pro
reincen-
da studi.

et Vualsin-
in Eduar-
III. sub
an. 1365

se prompte offerebat pro custodia turris, quæ erat magis dubia cum * brachijs quinquaginta. cum socijs quadraginta in expensis proprijs instantissime & cum fletu, vt staremus sine metu inducendo cum exemplis & hoc multis argumentis, quod poterat custodiri locus noster, & murus; & instabat apud Regem, custodiendi, dando legem. De nostris verbis non fuit cura, sed sequuntur nimia dura. Nulla confidentia de Dei potentia, immo inceperunt contra fari admirati, & murmurare. Sed non fuit murmur contra me, de quo tristior maxime, sed contra Dominum: de quo credo est iratus Deus ipse & turbatus, & sentiet admiratus hospitalis militia, qui peius nec sententijs neque verbis alijs hic induci potuit, quod remaneret pro custodia ordine, nisi in Regis agmine, & concedendo negaret, & sic fugam impetraret. Et quia solus ille plures habebat quam mille, turbavit non immerito plures a proposito: & sic totus exercitus, eius verbis agitato, recessit quasi fugatus: ipsis enim timorem incutiens prædixit multoties, quod veniret soldanus sine mora, quasi captans horam. Et tamen, licet stantes verecunde ante muros, non iucunde die sexta recessimus, nec venisse quemquam percepimus; immo nec intrare muros audebant: tantum nostros ij timebant. Sed quia scribitur a, *Fugit impius nemine persequente*; verum dixisse nouimus, & in nostris percepimus.

Vidimus sic rupta fœdera, & monstrata scelera in egressu. Vidimus vanitatem; sed percussit eos Deus: & marinarij præcedebant in hymnis in illo egressu tripudiantes; sed percussit eos Deus, vt quasi cœci palpantes parietem pretiosa non inuenirent, & quæ erant sua reliquerunt alienis in egressu in infidelitate, quia non cognouerunt Deum; & ideo conqueritur ipse Deus b: *Audite cali & auribus percipe terra, quia os Domini locutum est: Filios exaltavi & enutriui, ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, Israel autem me non cognouit, videns Deum Israel*; scilicet populus Christianorum, qui viderat mirabilia in mari sine periculo, in exitu deuicto populo in captioe ciuitatis quasi sine obstaculo: *Audite cali, & auribus percipe terra*; id est principes terreni, prælati in ecclesia; & terra, id est principes terreni, quanta fecit nobis Dominus; & præcede tu, summe Pontifex, populum exhortando, indulgentias concedendo, thesaurum ecclesiæ exponendo, quia tibi quasi imponitur plaga præfens, quia si venisset populus in sufficientia, & prouidisset de aliquo ecclesia, nulla excusatio fuisset de tanti loci custodia. Vide, domine, opprobrium nostrum in loco relicto, & attende Dei virtutem, quia cum paucis & quasi cum nullis inimicorum comparatione tradidit tibi Deus ciuitatem muris circumdatam, turribus ornatam, vbi Aegypti diuitiæ, vbi Aegypti delitiæ, vbi timor est inconcussus Agarenorum, qui nunquam est discussus. Instat, opportune & importune, quia non restat aliquid aliud, nisi vt oculos nostros ad teleuemus, vt subuenias, & subito cum gente Agarenorum conflagas, quia timor debilitat eos, & Deus nos adiuuat.

Et tu, inuictissime Imperator, ad quem respiciunt oculi totius Israël, vt incipias tu Rex regum & dominus dominantium, cui Deus plus Salomone sapientiam, plus Pharaone potentiam, & (vt fama habet) satis pecuniam concessit: cui præbebant Reges auxilium, Venetis

Annal. Eccl. Tom. XVI.

& Ianuenses, & maritimi sufficiens nauigium: dominus Papa indulgentiarum suffragium, & vacabit populus affectus deuotione clerus ieiunijs & oratione, totus mundus in collatione. Ostende, domine, potentiam tuam & veni, & libera nos. Libera sanctam ciuitatem Ierusalem, quæ tanto tempore fuit ancilla. Ad te clamauit, & clamor eius vsque ad aures peruenit Domini sabaoth: quia si non exaudieris & audieris, timeo (& non ego solus sed multi mecum) vt irascatur Dominus contra te, & pereas ante tempus: insigniuit enim te Dominus tot insignijs, dotauit te tot priuilegijs ultra & supra prædecessores, vt merito & ex debito recognoscere debeas & in illo quod est tibi magis gratum, vt recuperes locum tuum de Ierusalem, & ibi fiat sacrificium illibatum & vespertinum: quod tibi concedatur per Deum vnum & trinum. Amen].

21 Ex his non auscultandus videtur, qui nostrorum ex Alexandria turpem recessum ob exiguum copiarum numerum excusat: ac potius audiendus Petrarcha qui in literis ad Ioannem Beccatum scriptis a collectitijs transalpinos carpit, qui Regem Cypri in medio victoriæ cursu deseruerint: *Petrus, inquit, Cypri Rex Alexandriam cepit in Aegypto: magnum opus & memorabile, nostraque religionis in immensum amplificanda fundamentum ingens, si quantum ad capiendam tantum ad seruandam vrbeis animi fuisse. Qui sibi certe non defuit, vt fama est, nisi quod comitatus eius ex transalpinis maxime gentibus collectus melioribus semper ad principia rerum quam ad exitus, illum in medio præclarissimi operis deserentes; vt qui pium Regem non pietate sed cupiditate sequerentur, collectis spolijs abiere, pique voti impotem auari voti compotes fecere.*

Detergit idem auctor a Cyprio Rege inconstantia maculam illiusque sententiam de Alexandria contra soldanum propugnanda in bellico consilio victam queritur numero eorum, qui ex avaritia, capta ab hoste spolia eripi metuebant, quique inopes magnanimi, sed redditu opulenti ignaui euaserant: quorum culpa quanta fuerint amissa, ita deplorat in literis ad Philippum e Mazerijs Regis Cypri scribarum princeps datus b: *Tam, inquit, non tantum Alexandria, sed Memphis & Antiochia & Damascus & Babylon Christianorum essent: Christi nempe sunt omnia, nec Deus noster bonorum indiget nostrorum. Nobis quarebatur, & quasitum nobis quidquid id erat, & nobis amissum est: Christo enim præter cor humanum, quod vnice concupiscit, nihil dari potest, nihil eripi: nobis, inquam, paucorum virtute, quorum tu etiam pars fuisti, illa nobilis ciuitas data erat: nobis multorum seu ignauia seu perfidia erepta est; nec minus pudoris attulit amissa, quam capta decoris attulerat. Sed sic eunt fere res mortalium: raro sanum consilium contradicere caruit. Ita dum in suam quisque libidinem non in commune bonum nititur (quotidianum in consilij malum) melior pars maiore, & numero veritas victa est. Vicit auara barbaries, vicit vtilis voluptatis: virtus nuda & incommitata succubuit. Itaque onusti præda, ad quam solam venerant religione simulata, onerati autem obrutique dedecore abierunt, omisso neglectoque fidei negotio, quæ nescio an vllum gloriosius ab auro memoria cogitatum sit buccatenus. Hac Petrarcha: sed de ea expeditione iterum sequenti anno, quo gesta ab Urbano, vulgata harum rerum in occidente fama, prosequemur. Nunc vero addimus*

a Petrar.
l. 8. semil.
ep. 8. & l.
13. ep. 2.
V. v. sing.
in Basar.
III. Bos.
hist. Hosp.
p. 2. l. 3.
Dub. l. 22.
& alii.
Quorum
culpa di-
missa fuit
Alexand.

b Petrar.
l. 13. semil.
ep. 2.

Armeni
ad excu-
riendum
Saraceno-
rum iugū
excitati
a An. 3. op.
cur. pag.
339.

Pontificem Armenos apostolicis adhortationibus concitare conatum a in sacri huius belli ardore, ut Saracenicæ seruitutis iugum e suis cervicibus depellerent, ac Liuonem Petri Regis Cypri sanguineum principem catholicum, ad quem Armeniæ sceptrum iure hereditario pertinebat, Regem sibi præficerent, deiecto iniquo eorum dominatu, qui regiâ insignia contra fascorripuerant.

Venerabilib. fratribus archiepiscopis & episcopis, ac dilectis filiis alijs ecclesiarum & monasteriorum prelati, ac rectoribus & personis ecclesiasticis; nec non magnatibus, alijsque nobilibus & populis catholicis vniuersis regni Armenia salutem, etc.

Dum in apostolica considerationis memoriam reuocamus, quod regnum Armenia fuit olim latissimum, affluebat diuitijs, & erat potentia gloriosum, sin eoque splendebat orthodoxæ fidei claritas, & seruebat deuotio populorum; ac ex eo terræ sanctæ dicto regno vicinæ, in qua saluator noster dominus Iesus Christus dignatus est salutem humani generis operari, liberationis a iugo Saracenicæ seruitutis, ac magnæ defensionis auxilium præbeatur; tangimur dolore cordis intrinsecus, & profundis anxiamur suspirijs, quod regnum ipsum fere totum conspicimus infidelium Agarenorum seruituti suppositum & tributarium Saracenis, ac in eo diminutum esse cultum eiusdem fidei, aliaque bona spiritualia & temporalia nimium defecisse: gerimusque in votis, ut populus dicti regni catholicus a tantarum miserrimum incommodis cum auxilio diuinæ dextera liberetur; nosque ad hoc apostolici fauoris præsidium, si nostris paternis acquiescitis consilijs, intendimus exhibere.

Verum quia huiusmodi * nostræ liberationis, & recuperandæ prosperitatis effectus non potest verisimiliter euenire, nisi vero domino vestro, & principi catholico fideliter & vnanimiter pareatis; & ad audientiam nostram peruenit, quod dictum regnum ad dilectum filium nobilem virum Liuonem de Lusignano consanguineum charissimi in Christo filij nostri Petri Regis Cypri illustris, virum catholicum, & sacrosanctæ ecclesiæ Romanæ deuotum de iure dignoscitur pertinere; vniuersitatem vestram monemus & hortamur in Domino, per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus (si est ita) dictum Liuonem reuerenter recipiatis in vestrum dominum ac Regem, eidem coronam & alia insignia, regalia dicti regni exhibentes, seu facientes, pro vt in vobis fuerit, per illos, qui ea detinent, exhiberi; ac ei parentes humiliter & deuote, vt sub eius felici regimine ad antiqua vestrae libertatis & prosperitatis reduci commoda valeatis; nosque vestras fidelitatem & obedientiam intuentes, nostræ & Apostolicæ sedis fauores & auxilia dicto Liuoni ac vobis liberalius & efficacius impendamus, *Dat. Avin. III. non. aprilis anno III.*

Incumbebat ad tuendam fidei catholice dignitatem in minori Armenia piorum virorum societas, quam Pontifex ad acuendum ipsorum studium iisdem prærogatiuis, quibus Prædicatores in Saracenorū imperium missi potiebantur, exornati sunt b: quo argumento inscriptæ extant literæ: *Gubernatori et fratribus de maiori Armenia vniuersorum nuncupatarum.*

22 Neque Armenis modo, sed etiam Græcis ad sinum ecclesiæ catholice reuocandis nauata opera; & Urbanus Ioannem Palæologum illorum

Imperatorem auxilia occidentalium flagitantem aduersus Turcas, qui ipsius imperium vastabant, pellicere ad fidem orthodoxam studuit a, sumpta ex malis ingentibus, quæ inuexerat schisma orientali imperio, occasione. Circumferebat enim latius victorias Amurates primus Turcarum Imperator, quem annales Turcici Gasem Muratem Chan vocant, & Scachinis, quem Europa præferebat, opera hoc anno Zagram & Ilchebolem sibi subiecit b. Cuius progressibus territi Seruij ingentem exercitum contecerunt: sed is proximo anno apud Adrianopolim infeliciter prostratus est. Idē porro sequissimus Christianorum hostis Amurates ab impostore subornatus sacerdotibus Mahumeticæ superstitionis quintam spoliolorum partem addidit c: posteaque vrgente Eurenoses Bego, cum innumera Christianorum multitudo quotidie ex Europa in Asiam captiua abduceretur, sanxit vt ex puerorum numero quintus quisque forma elegans Imperatori offerretur, vt eiusdem Christi cultu, inque Mahumetica superstitione educatus, Genizarorum ordini adlegeretur, ad exercendam postea in Christianos carnicinam: *Deinceps ille mos inoleuit*, inquit Turcici annales d, *vt ex omni mancipiorum numero liberalioris forma pueri pro sultano delecti retinerentur: qua quidem in hunc modum exacta tenentur aetatis mancipia deinde ad Imperatoris portam deducta Murati offerbantur: is vero pueros in Anatoliam transportatos inter Turcos distribuere iubebat, vt apud eos discipline pariter ac laboribus adsuescerent, & Turcice discerent. Exactis autem duobus apud illos vel tribus annis, iam ad labores conducere facti, linguaque Turcica periti ad portam reducebantur Genizarorum ordinibus adscribendi.* Eiusmodi vectigal etiam in Christianos Turcicæ ditioni subiectos, quamuis ex fœdere iugum subiissent, postea propagatum est, diffimulantibus tantum nefas principibus catholicis, nullamque expetentibus vltionem. Dum ita Turcæ per obtritros Græcos penetraturi essent ad catholicos, Urbanus cum perpenderet superiorum consilia, qui censuerant nulla Græcis præstanda auxilia aduersus Turcas, nisi schisma prius damnaissent, funestos habere exitus, Palæologo quamuis nondum ad ecclesiæ sinum reuerso, ope se non desuturum, est pollicitus e.

Magnifico viro Caloioanni Imperatori Græcorum illustri gratiam in presenti, per quam obtineat gloriam in futurum.

Licet tua serenitas ac clerus & populus Græcia a gremio sacrosanctæ Romanæ & vniuersalis ecclesiæ, extra cuius obedientiam non habetur salus, damnabiliter deuietis; nihilominus tamen, quia censuimus eiusdem ecclesiæ filij, quamuis salutis propriæ prodigi in regionem longinquam per inobedientiam abeuntes, vestrum omnium filialem reditum ad dictam matrem vestram & cunctorum fidelium tanto desiderabilis affectamus, quanto remotiores ab illius vberibus facti estis: ad hocque non solum vos inuitamus eloquijs, sed & factis inducimus, prout nobis ab illo, qui omnium habet potentiam, possibilitas ministratur. Cogitamus siquidem sapius, & cogitata in deliberationem & factum producere procuramus, quomodo infidelium præsertim Turcarum abominabilem, qui tuum pene totum destuxerunt & occupauerunt imperium, impietati & potenti tyrannidi resistatur; quomodoque incluta ciuitas Constantinopolitana præcipue & alia partes Græciæ, adhuc

Liuonem
Lusignanū
Regem
agnoscāt.

Prædicato-
rum in
Armenia
facili labo-
res.
b. 16. pag.
280.

Græci ad
coniunctio-
nem eccle-
siarum
promouati

a To 3
sec. pag. 78.

Amurates
in Græci
prograti

b An. 3
Tur. 11

c 16. 31

d 16. 31
Adolice-
res Chris-
tianis
rata fide
Genizari
adscripti.

e An. 3. 17
sec. pag.
78.

f Palæolog
ad eccle-
siarum
iunctio-
nem
promou-
dam
sollicitus.

Retulit
nisi eiu-
ro schi-
mare Tur-
carum
ramen
non possit.

tuo parentes imperio, ab eorundem impiorum incurſibus defendantur. Et quia ex certis impedimentis generale paſſagium occidentis Chriſtianorum non poteſt moderno tempore (quod dolenter referimus) proſperari, certam vnionem quorundam fidelium cum apparatus galearum & armigerarum gentium, præſertim ad informationem & ſupplicationem dilectorum filiorum magiſtri & conuentus hospitalis S. Ioannis Ieroſolymitani, ac nobilium virorum marchionis Montisferrati & ducis & communis ciuitatis Ianuenſis, ad expellendos eodem Turcos de dicto imperio prouidimus faciendam: eamque de proximo, certis receptis reſponſionibus, vt inter chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Petrum Regem Cypri illuſtrem dictoſque ducem & commune diſcordantes inuicem concordia reformetur, firmari & ad actum duci, Auctore pacis adiuuante, ſperamus. [Compoſitam tum temporis fuiſſe, iam ante diximus]. Eapropter cellitudinem tuam hortamur in Domino, quatenus prudenter recogites, quantarum miſerarum calamitas Græcis euenerit, poſtquam ab vnitate dictæ vniuerſalis eccleſiæ diſceſſerunt; inquantisque tu & ipſi ſitis ſpiritualiter & temporaliter periculis conſtituti: & tu ac iſdem Græci diſponatis firmiter vniuerſitati fidelium aggregari, quorum orationum ſuffragia & auxiliorum remedia proculdubio ſentietis. Et ſi pro hoc, vt te optare percepimus, ad Apoſtoliā ſedem accederes (quod vtinam factō perficias, tantumque bonum & gaudium ſit ad noſtra tempora reſeruatū) latificabis proſecto eccleſiam vniuerſam, noſque perſonam tuam inclytam lætantiſſime videbimus, & congruis honoribus curabimus honorare, ac de conſeruatiōe & augmento imperialis ſublimitatis & ſtatus tui imperij ſtudebimus prouidere. *Dat. Avin. xiv. kal. iulij anno III.*

23. Obſtrinxerat a ſe in eo ſacro aduerſus Turcas ſœdere Gabriel Adurnius Genuenſium dux pro ſulciendo Conſtantiopolitano imperio ad decem triremes primo anno inſtruendas, deinde ſecuturis annis ſingulis ad centum milia Yperperorum conferenda: Galatæi vero, vulgo Perenſes nuncupati, nobilis Genuenſium colonia, parem auri vim in bellicos ſumptus primo anno erogandam ſponponderant. At marchio Montisferrati mille & trecentos equites armis egregie inſtructos ducturum pollicebatur. Hoſpitalariorum vero præfectus caſtrorum, vulgo mareſcallus appellatus, mille equites ſuſtentaturū ſe, adornaturumque quatuor triremes annis ſingulis labente quadrimeſtri promiſerat. Sed a ſuſcepto glorioſiſſimo conſilio Genuenſes maximo rerum ſuarum dāno reſiliere: ad quod promouendū ſolicitus Vrbanus Gabrielem Adurniū ac ſenatum populūque Genuenſem grauiſſimis precibus viſit, vt quæ oratorum opera eſſent polliciti, magna ſui nominis gloria implerent.

IESV CHRISTI

annus 1366.

VRBANI PP. V. CAROLI IV. IMP. OCCID. 21. IO. PALÆOLOGI IMP. ORIEN. 26.

1. Explicuit apoſtolica ſtudia Vrbanus Pontifex anno ſeruatoris ſexageſimo ſexto ſupra milleſimum trecentefimum indiſtione quarta in reuocandis ad eccleſiæ ſinum Græcis, quos

ſuſcepta a catholicis in fidei hoſtes expeditio ſpe metuque percellerat: timebant enim ne ſchiſmatis odio ipſos catholici obruerent, cum ad id plerique, vt e Petrarchæ ad Pontificem literis colligitur, propenderent: hinc mulcebat ſpes, ipſos catholicorum virtute ex ſæua Turcarum tyrannide vindicatum iri. His igitur ac religione, erga quam egregie affectus viſus eſt Ioannes Palæologus, adductus cœpta de redintegranda cum Romana eccleſiæ orientalis coniunctiōe colloquia promouit: miſiſque oratoribus, ſignificauit paratum ſe in Pontificis obſequium procumbere. Ex quibus magna delibutus læritia Vrbanus, qui non ad Græcorum euertendū imperium, vt ſuadebant aliqui, ſed inſtaurandū potius, ac Turcarum excindendā tyrannidem aſpirabat, Palæologum ad pia conſilia perducenda viſit, propoſitis Apoſtoli verbis: *Ece nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis.* Vngariæ enim Regem terreſtri itinere ſubſidio iturum, ſigna que victriſcia conuerſurū in Turcas: maritimo autem itinere Cypri Regem & Amedeum affinem cū lectiſſimis copijs in barbaros prouolare: ſi vero pergerēt Græci in impietatis cœno fordeſcere, ſperum iri ab eccleſiā Romana tanquam ethnios & publicanos, & infidelium ſauitiæ exponendos.

Magnifico viro Caloioanni Imperatori Græcorum illuſtri gratiam in præſenti, per quam obtineat gloriam in futurum.

Si antiquæ tuæ deuotionis propoſitum feruore charitatis ignitum, de reductione videlicet populi tui ad obedientiam & vnitatem ſanctæ Romanæ eccleſiæ (quod per imperiales nuntios & literas ſedi Apoſtolicæ reſeraſti) adimplere deſideras, & tua verba operum efficacia demonſtrare, tempus congruum, quo Latinorum potentia imperij tui ſinibus appropinquat, & hoſtium Chriſti ſæua tyrannis incipit conculcari, miſeratione illius, qui non vult populo tuo iracei perpetuo, cernimus adueniſſe. In hoc quippe, vt eadem literæ innunt, tuus aſtuebat animus, tua hoc ſupplicatio poſtulabat. A parte ſiquidem terræ chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ludouicum Regem Vngariæ illuſtrem, deuotiſſimum & potentiſſimum vtique principem, ad eorundem hoſtium exterminium aſpirantem, eiſdem ſinibus vicinaiſſe cognoſcis: & chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Petrum Regem Cypri illuſtrem cum nonnullorum nobilium Latinorum auxilio competentem in mari habere potentiam, & iam mirabiliter triumphare de hoſtibus non ignoras: & (quod tuo culmini æſtimamus fore gratiſſimum) dilectus filius nobilis vir Amedeus comes Sabaudiæ conſanguineus tuus lætor præſentium, de quo merito confidere poteris, multa nobilium comitiū ſtipatus ad illas partes ſpiritu deuotionis accedit, ad noſtrū militaturus obſequium Redemptoris. Per quorum Regum & nobilium, ac aliorum occidentalium, qui veriſimiliter imitabuntur eorundem, geſta magnifica & deuota ſperamus in illo, cuius negotium agitur, fidem exaltari catholicam, & impiorum Saracenorum & Furcorum abominabilem, tuorum capitalium hoſtium, cernicofam, ſuperbiam edomari.

2. Quid ergo tu tuuſque populus expectatis, cum acceptabile tempus & dies ſalutis vobis miſericorditer indulgentur, quibus veſtrarum animarum ſalus, quæ extra vnitatem vnus ſanctæ apoſtolicæque eccleſiæ non habetur, proueniet.

Petrar. l. 7. ep. ad Vrban.

De Græcis ad eccl. Rom. gremium traducendis actum.

b To. 4. ep. ſec pag. 34

Pontifici ad Io. Palæolog.

Promiſſa tercia Vngarica auxilia.

Mari Cypriū & Sabaudū ituros in Turcas.

niet; & Græcorum libertas & gloria, potentia & diuitiæ, quæ post inobedienciã deuium miserabiliter corruentes nunquam in eo potuerunt resurgere, illo iuuante, qui est trinus & vnus, vnitatemque renatorum in sua fide diligit & iniungit, instaurationis suscipient felix initium & stabile firmamentum. Reuertimini itaque in sinceritate cordium & voluntate non ficta ad gremium ecclesiæ prælibatæ, tempusque vobis datum a Domino agnoscatis; nos enim (si hoc feceritis) in charissimos habebimus filios, & deuotionem vestram apostolicis fauoribus & auxilijs, prout poterimus, paterna diligentia prosequemur; ne si (quod absit) in obstinata duritia elegeritis perdurare, cogamur secundum Apostolum vos habere vt publicanos & ethnicos; & si a quocumque fidelij vel infidelij vos molestari contigerit, abscissos ab vniuersalis ecclesiæ corpore non poterimus, sicut nec debemus, adiuuare. Super quibus imperiali magnitudini plenius exponendis, dicto comiti fidem velis plenariam adhibere. *Dat. Auin. vii. kal. februarij anno xv.*

3 Subesse in Græcis dolum veritus Pontifex, cum sedi Apostolicæ sæpius illussissent, consueuissentque pietatem simulare, quoties e re ipsis videretur; prudentia vtendum ratus, prius eosdem Græcos ad Romanæ ecclesiæ obsequium reuocandos censuit, quam Ludouicum Vngariæ Rex Turcico bello se accingeret; atque ideo significauit Ludouico a, se illius sacramentum de expeditione suscipienda ad gratiam Græcorum in annum proximum extrahere, & interea, vt alio arma traduceret, persuasit.

Urbanus, Ec. charissimo in Christo filio Ludouico Regi Vngariæ illustri salutem &c.

Licet, fili charissime, plurimum habeamus acceptum, quod negotium defensionis Græcorum, ad finem reductionis eorum ad sanctæ Romanæ ecclesiæ vnitatem, modis debitis prosequaris; decet tamen & expedit, hoc ita prudenter & mature fieri, vt non tendat ad noxam, quod agitur ad salutem. Sane cum, sicut in antiquis chronicis & scripturis alijs reperitur, ijdem Græci cum dictæ ecclesiæ in tractatibus per eam cum eisdem habitis dolose ac fraudulenter incesserint, illudendo fallaciter ecclesiæ memorariis; & ex huiusmodi præteritis, de similibus futuris sit verisimiliter præsumendum (præsertim quia ijdem Græci non videntur ex deuotionis zelo & pura voluntate, sed coacti pro habendo tuo succursu venire velle ad huiusmodi vnitatem) cum eis est cum multa maturitate, & cautela studio procedendum. Et quia de re ardua agitur, & ipsius executio est adeo difficilis & prolixa, quod infra modicum tempus compleri non poterit, vt optatur; si tua celsitudo vouisset, seu iurasset prædictis Græcis seu eorum Imperatori, infra certum terminum venturum de proximo præstare succursum, nos præmissorum consideratione induciti votum & iuramentum huiusmodi vsque ad annum, a data præsentium computandum, auctoritate apostolica tenore præsentium suspendimus ad cautelam. Placet tamen nobis, quod dicto Imperatori ac eius filijs, reductis ad huiusmodi vnitatem eis, interim de aliqua armigera gente succurras, si tibi expediens videatur; tuaque magnificentia, bonis operibus semper intenta, interim vacare poterit alijs operibus pietatis. Nulli ergo, &c. *Dat. Auin. x. kal. iulij anno xv.*

4 Contulit vero se Palæologus Budam ad Lu-

douicum Regem Vngariæ, sponditque sacramentum, se vna cum filijs ecclesiæ catholicæ aggregatum iri, omnibusque apostolicis imperijs paritutum, si Græcorum imperium aduersus Turcarum sauitiam defendendum susciperet. Quibus egregijs promissis pius princeps delinitus, diuinæ propagandæ gloriæ studio accensus, ad retundendos Turcarum impetus, ac vicissim Palæologus ad fidem catholicam amplectendam se obstrinxere, atque oratores misere ad Vrbanum, vt hæc apostolica auctoritate confirmaret, promoueretque. De quibus certior ab ijs factus Pontifex, Palæologum vehementius hortatus est b, vt tam gloriosum opus, quo constabileret imperium & immortalitate consequeretur, amplius non extraheret; ac fidei orthodoxæ formulam, quam esset professurus, ipsi misit.

Magnifico viro Ioanni Palæologo Imperatori Græcorum illustri gratiam in præsentij, qua perducatur ad gloriam in futuro.

Radicatum in corde tuo piissimæ intentionis propositum de reductione tua tuorumque populorum Græcorum ad sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ vnitatem, argumentis probabilibus euidentius agnoscens, lætamur nimium in Domino; & proinde sibi gratiarum actiones referimus, qui animo tuo sic abunde gratiam suæ benedictionis infudit, vt feruore desiderij tui laudabilis semper cum tempore suscipiat incrementum, dum vias & modos adinuenire conaris accomodos, quibus impletionem eiusdem desiderij consequaris: hoc enim tua ingens deuotio diuinæ claritatis lumine illustrata sollicitare cepit apud Apostolicam sedem annorum curricula elapsis, & vt præsidium ad hoc efficacissimi mediatoris haberet, proprij limites excessit imperij, Christianissimum & Deo amatissimum principem, charissimum videlicet in Christo filium nostrum Ludouicum Regem Vngariæ illustrem in eius regno personaliter adeundo. Quis ergo non speret exitus felices succedere, dum talia conspexerit primordia præcessisse? Quis credulas aures non præbeat, quis manus ad operam non extendit, vbi tanti negotij, diuinæ pietatis miseratione dispositi, fictionem deceptoriam non formidat? Tanto enim nos per hoc ad Latinorum & Græcorum vnitatem felicissimam, delectabilius animamur, quanto id nostris implendum temporibus specialius a Deo recognoscimus reseruatam.

5 Sane tam tu per nobilem virum Georgium Magnicarthem militem Constantinopolitanum cancellarium tuum, quam præfatus Rex, gloriosus sacratissime fidei propagator, Regis regum beneplacitis se coaptans, per venerabilem fratrem nostrum Stephanum episcopum Nitriensem ambasiatorem suum nobis significare curastis, quomodo tu eundem Regem in sua ciuitate Budensi fraternis affectibus personaliter visitasti, & de reconciliatione tua tuique populicum præfata Romana ecclesiæ, matre omnium fidelium & magistra, a cuius sinu dicti populus pacis æmulo & inuido charitatis longissimis deuiarunt temporibus, mutuis studijs & affectibus tractauistis: ac tu eidem Regi promissisti solemniter, & iuramento firmasti, quod tu & nobiles viri Manuel & Michael nati tui acceptaretis, faceretis, & adimpleretis ad honorem dictæ Romanæ ecclesiæ ac augmentum catholicæ fidei omnia, quæ super reconciliatione præfata tibi & eisdem tuis filijs mandaremus. De quo tam nos quam fra-

Vrbani
adhortatio
ad per
ficiendam
confictio-
nem.

Retardat
Vngarus
a Turcica
expeditio-
ne.

a To. 4. ep.
secc. pag.
210.

Causa ex
Græcis
petita.

To. Palæo-
logi in
garta
profess-

AT. 114
secc. 114
114.

BEAD. 114.

Grati-
curia
hoc Vr-
nus.

Quæ Vn-
gari-
cus imp-
sic polli-
tus.

tres nostri eiusdem ecclesia Cardinales ac Romana curia multo fuimus gaudio recreati, & ei, qui ubi vult spirat & dat spirituales fieri homines, deuotas gratiarum agimus actiones.

Eia ergo, fili, & illi gratias reddas humiliter, qui vota tua pijsima gratiose præueniendo aspirat, & prosequitur adiuuando, ista humiliter precibus & opere satagas, vt currens in stadio brauium apprehendas, & indutus talari perseuerantiæ tunica perseuerantium præmium nanciscaris, ac tui nominis gloriæ effectu, si Domini gratia in te raptum exuberet, quod velut alter præcurfor perfectam plebem parare Altissimo comproberis. O quanta Christianorum felicitas, quam nec lingua narrare sufficit, nec capere intellectus, si tuis deuotis & continuatis operibus scissus templi Dei paries vniatur; si per te quasi alterum lapidem angularem fiant vtraque vnum, Latinorum videlicet & Græcorum populi reuniti, & oves errantes reducuntur ad caulam dominicam, quæ (proh dolor!) luporum spiritualium & temporalium moribus fuerunt hætenus nimium lacerata, sub vniuersæ pastoris custodia in vno ouili, extra quod non est salus, se gaudeant salubriter gubernari! O quantus timor & tremor veniet supra corda sauijsima ferocium ethnicorum, quando post reconciliationem prædictam dicto Rege alijsque fidelibus in tuum adiutorium assurgentibus, videbunt resurgere conculcatam iam per eos Græcorum potentiam, & extinctam pene gloriam celebrius renouari! Profecto sperandum est, quod iidem hostes ante tuam & dicti Regis, athletæ Christi fortissimi, facies non subsistant; sed aut, inspirante Deo, conuertentur ad fidem, sed iusto Dei subuertentur iudicio, vt cedant locum cultoribus Trinitatis. O quantum denique præmium animæ tuæ comparabis in cælis, si de talento tibi credito tantam tamque gratam reddes Altissimo rationem, vt in extremo iudicio reperiaris lucrifactor tuæ & aliarum innumerabilium animarum! sicque duplici immo omnimoda felicitate læteris, vt in terris gloriose imperes, regnaturus demum cum beatissimis spiritibus in excelsis. Hæc tibi nota plenissime ideo apostolicæ charitatis diligentia tuo intellectui sub compendio repræsentat, vt certius noscās, tanto gratiorem nobis esse reconciliationem huiusmodi, quanto plura bona spiritualia & temporalia ex ea coniecturis verisimilibus prospicimus euentura, & vt imperialis serenitas ad consummationem tam sancti negotij eo animetur ardentius, quod ad ipsam per Christi vicarium se nouerit clementius exhortatam; & vt tuusque populus eo reuerentius suscipiatis instructiones, monita, & mandata salubria, quo utiliora in conspectu omnium luculentius apparebunt.

6 Ecce igitur quod corde firmiter credimus, & quod ore simpliciter confitemur, quodque per sanctam sedem Apostolicam alias fuit tuis prædecessoribus intimatum, tibi plene proponimus & exponimus: nec in velamentis anigmatum dogmata nostra tegimus, sed omnino verbis explicitis & apertis notam esse volumus vniuersis professionem fidei, quam tenemus, quamque a te, clero, & populo tui imperij exigimus; vt eandem tu & ipsi profiteamini, si ad nostram, vt desideramus, redire volueritis vnitatem: ea insuper quæ circa eiusdem ecclesiæ Romanæ primatum a te ac ijs clero ac populo

recipi & acceptari volumus, plenius & apertius explicantes. Et quidem credimus sanctam Trinitatem, &c. [Eadem est fidei formula, quam in hoc tomo a Benedicto XII. suis conceptam verbis Alanorum principibus, atque antea a Ioanne b XXII. Ofsinio Armenia Regi, & a Clemente c IV. Michaeli Palæologo Græcorum Imperatori propositam repetiuimus vsque ad hæc verba, *semper salua*, quibus subiungit Urbanus.] Quare tuæ deuotionis ardorem, & sollicitudinis studium in præmissis adhibuit dignis laudum præconijs in Domino commendantes, te paterna charitate rogamus, hortamur, & obsecramus in Domino, quatenus quod ardentè exoptas & auide postulas, cum effectu recipias, receptum in aeternum custodias, & custoditum populis tuis studeas pure, sincere, ac simpliciter acceptandum, & perpetuis temporibus obseruandum. Caterum quia omnia in præmissis tam arduis non possunt sufficienter literis explicari, aliquos viros discretos ad dictum Regem transmittimus, qui Regem ipsum super prædictis & alijs, quæ idem Rex tecum quam cum clero & populo Græcorum habebit agere, plenarie informabunt. *Dat Auin. kal. iulij anno 10.* De missa hac fidei formula ad Palæologum certiorè fecit Pontifex Vngarum Regem, rogauitque d vt regia studia, quo Græci eam profiterentur, conferret. His autem Urbanus addidit e sacramenti formam, suis conceptam verbis, ex qua Palæologus & alij Græci schisma damnaturi essent.

Urbanus, &c. magnifico viro Ioanni Palæologo, &c.

7 Circa prosecutionem salubris negotij reconciliationis tuæ tuorumque natorum, nec non cleri & populi Græcorum, cum sacrosancta Romana & vniuersali ecclesia cum diuinæ propitiæ gratia faciendæ, paterna sollicitudine intendentes, professionem sacræ fidei, quam tenet & docet eadem ecclesia, quamque a te alijsque Græcis exigimus, hodie per alias nostras literas diximus destinandam. Et quia ad soliditatem & firmitatē eiusdem negotij expedit, quod tu alijs, Græci post professionem eandem præstetis debitum iuramentum, & abiuretis omne schisma; formas huiusmodi iuramenti & abiurationis, olim per claræ memoriæ Michaelis Palæologum Imperatorē Græcorum prædecessorem tuum in simili reconciliatione præstiti ac factæ, & per te ac eodem natos, nec non clerum & populum supradictos præstandi & faciendæ ad tuam ac eorum natorum, nec non cleri ac populi certitudinem fecimus præsentibus annotari. Forma siquidem dicti iuramenti talis est.

Ego Ioannes Palæologus Imperator Græcorum superscriptam fidei veritatem, prout plenè lecta est & fideliter exposita, veram, sanctam, & orthodoxam fidem esse recognosco: eam accepto, & corde ac ore profiteor, ipsamque prout veraciter tenet & fideliter docet & prædicat sacrosancta Romana ecclesia, me inuiolabiliter seruaturum, & in ea omni tempore perseueraturum, nec ab ea villo unquam tempore recessurum, quoquo modo deuiaturum, vel discrepaturum promitto. Primatum quoque ipsius sanctæ Romanæ ecclesiæ, prout in præmissa serie continetur, ad ipsius ecclesiæ obedientiam spontaneus veniens, fateor & recognosco, accepto ac sponte suscipio: & me omnia præmissa tam circa fidei veritatem, quam circa eiusdem Romanæ ecclesiæ primatum & ipsorum recognitionem, acceptionem, susceptionem, obseruantiam, & per-

Proposita fidei orthodoxæ formula a An. Chr. 1338. n. 78. b To. xv. n. 1318. n. 10. c To. 14. n. 1265. n. 73.

Missi in Vngariam internuntij.

To. 4. sep. Secr. pag. 118. e Ib. pag. 117.

Formula nuncupandi sacramenti.

Adhortatio ad reintegrandum ecclesiarum fœdus.

Quanta circa confunctione bona obortura.

seuerantiam seruaturum, præstito corporaliter iuramento, promitto & confirmo. Sic me Deus adiuuet, & hac sancta Dei euangelia. Quod si aliquid contra hac sentire, confiteri, aut alias agere præsumpsero, me schismaticum & anathematizatum eo ipso recognosco, ac seueritati sacrorum canonum subiaccere. Huic autem scripto de mea recognitione, ac iuratione, professione, susceptione, promissione, ac iuramenti præstatione sponte mea facto, lecto, & perlecto sponte subscripsi, & sigillum meum apponi feci. Porro a prælatis erunt prædicta & alia exigenda, videlicet manuale obedientiam & reuerentiam exhibeant, & se ab illa nullo vnquam tempore recessuros, præstito iuramento, promittant: & nihilominus in eorum promissione veniat, quod nec contra suam professionem aliquid publice prædicare, vel occulte suadere præsumant. Forma vero abiurationis schismatis talis est.

8 Ego Ioannes, &c. Omne schisma prorsus abiuro, & supra scriptam fidei veritatem prout plena lecta est & fideliter exposita, veram, sanctam, catholicam, & orthodoxam fidem esse recognosco: eam accepto, & corde ac ore profitor; ipsamque, prout eam veraciter tenet, fideliter docet, & prædicat sacrosancta Romana ecclesia, me inuolabiliter seruaturum, nec ab ea vlllo vnquam tempore recessurum, vel quoquo modo deuiaturum vel discrepaturum promitto. Primatum quoque ipsius sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, prout in præmissa serie continetur, ad ipsius ecclesiæ obedientiam spontaneus veniens, factor, recognosco, accepto, ac sponte suscipio: & omnia præmissa tam circa fidei veritatem, quam circa eiusdem ecclesiæ primatum, & ipsorum recognitionem, acceptionem, susceptionem, obseruantiam ac perseverantiam seruaturum, præstito in animam meam corporaliter iuramento, promitto & confirmo. Sic me Deus adiuuet, & hac sancta Dei euangelia. Dat. Avin. kal. iulij anno 14.

9 Ad promouendam ceptam orientalis ecclesiæ coniunctionem Christi vicarius, cum Georgium Magnichartem imperialis scrinij præfectum ad Palæologum dimissurus esset, Guillelmum Noleti causarum sacri palatij auditorem, ac Rodulphum Augustinianum Apolliticæ sedis internuntios adiunxit a, qui omnia Palæologo gerenda ordine referrent. In pontificia porro liberi comæatus syngrapha, qua præsulibus catholicis sunt commendati, indicatur non modo ipsos in Græciam, verum in Germaniam, Boemiam, Vngariam, Bulgariam, Rasciam, aliasque provincias pro arduis consilij ad fidei amplificationem spectantibus missos b. Ex quibus colligitur ad constanda ingentia auxilia pro Turcarum tyrannide delenda iustos incumbere: extantque ad Carolum Romanorum Imperatorem datæ literæ c, quibus eum rogat Pontifex, vt profecturus Constantinopolim internuntijs fidem adderet, ac studia sua in propaganda religione traducendisque ad ecclesiæ obsequium Græcis collocaret. Quo etiam argumento alia ad Regem Vngariæ scriptæ sunt d. Impulerat virum ad Græcorum tutelam arripiendam, ipsoque e Turcarum seruitute vindicandos Regina Elisabetha, cui amplificandæ religionis studio succensæ Pontifex gratias egit e, vitæque antea noxas, vt eo sacro premio pios eius labores afficeret, condonauit.

10 Incendit etiam Vrbanus Apostolicis adhortationibus plures principes f, interque alios Contum palatinum comitem, Nicolaum Strigoniensem, Thomam Colocensem archiepiscopos, vt pium ardorem in reuocandis ad fidem

orthodoxam Græcis, belloque Turcis inferendo explicare pergerent. Encyclicis etiam literis fideles ad sequenda Regis Vngariæ signa, propositis indulgentiarum præmijs, inflammat a: ac ditionis Vngariæ præsules omnes, vt e sacro suggestu de induenda cruce pro accipiendis e Turcarum tyrannide Græcis verba facerent, ac beneficia apollitica, quibus daturi sacra militiæ nomen essent potituri, percererent. De quibus etiam meminit in literis, quibus postulatam de Græcis in Turcas defendendis facultatem Ludouico Regi concedit, sacrique ipsum exercitus cruce insigniti imperatorem aduersus Amuratem creauit.

Vrbanus, &c. charissimo in Christo filio Ludouico Regi Vngariæ illustri.

In publicam notionem omnium pene Christi fidelium, præsertim orientalium, noscitur deuenisse, quod impiorum Turcorum sæuissimorum hostium Christiani nominis rabies. ipsos fideles in eadem vnitatis dictæ ecclesiæ persistentes impugnantium, retroactis temporibus sic excreuit, sic feritatem sui furoris armavit, quod eorum viribus, quas fortiores fecit sua crudelitas, conglobatis, nonnulla insulas, ciuitates, castra, villas, casalia, & loca eorundem fidelium præsumptuos conatibus occuparunt, & nonnulla ex eis detinent occupata: alia vero cremarunt incendio, seu alias crudeliter destruxerunt, eorum incolis vtriusque sexus professoribus sacratissimæ fidei alijs inhumaniter ferro peremptis, alijs profugatis, & alijs in miseriam infelicissimæ captiuitatis abductis, & adscriptis tam abominabilis nationis perpetuæ seruituti: depopulatisque nonnullis insulis, alijsque terris de partibus vltimarum, in quibus iidem fideles degebat, sic eorum semper ascendit superbia, sic ausus detestabiles, non inuenientes validum obicem, augmentantur assidue, quod a certis citra temporibus regnum Cypri, quod colitur a fidelibus prælibatis, ingredi & prædari tentarunt, nonnullos vtriusque sexus exinde Christianos asportantes, & quasi licenter & intrepide cursitantes per maria, nonnullis remotorum ab eis fidelium sinibus appropinquant, suam extolentes damnandam audaciam, & cultorum Christi nomen & gloriam deprimentes in grauissimam nostri Redemptoris iniuriam, ac inestimabilem damnum, & nisi talibus obstitatur conatibus, in magnum periculum populi Christiani.

Quæ omnia tu acceptissimus Deo princeps, quem Deus igne deuotionis accendit, illustravit victorijs, & potentia roborauit, pie considerans, ac in tanta miseria & periculo constitutus charitativa tua humanitate compatiens, spiritu consilij & fortitudinis inductus & etiam confortatus (sicut per venerabilem fratrem nostrum Stephanum episcopum Nitriensem, ambaxiatorem tuum propter hæc specialiter ad sedem Apolliticam destinatum, nobis significare curasti) ad vltiscendum tot & tantas dicti Redemptoris iniurias, ac subueniendum eisdem fidelibus, qui persecutiones & impugnationes dictorum Turchorum iugiter perferunt, & eorum præsumptuos molimina reprimendum, & exterminandum eos, si cum Dei auxilio poteris, disposuisti cum beneplacito & licentia dictæ sedis pro illo, qui pro te dignatus est mori, te tradere periculis & labori, ac largitam tibi a Deo potentiam in obsequium exponere largitoris, cum grandi multitudine tuorum subditorum, & nonnullorum aliorum fidelium contra Turcos eosdem magnifice pro-

Et schismatici mandandi.

a Cod. 10.4 ep. secr. pag. 133. In quibus regnis cogendus fuerit exercitus. b pag. 252. 253. 254. 255.

c Super. pag. 133.

d Ead. pag. Elisabetha Regina Vngariæ pios viro stimulos addidit. e pag. 120.

f Ead. pag.

Fideles ad gloriam Turcas copias licentia a 1b. p. 121.

De Turcorum grauioribus

Parandis in eos Vngari expectatione.

cessurus: nobisq; humiliter supplicasti, vt tibi assumendi cum forti brachio huiusmodi negotiū, & illud, prout deuotionis tuæ ministrabit Altissimus, prosequendi licentiam, ac omnibus & singulis Christi fidelibus, qui tecum vel ducibus seu capitaneis a te contra præfatos Turcos, qui eosdem fideles in eadem vnitrate dictæ ecclsiæ persistentes (vt præfertur) impugnant, mittendis deuote accesserunt, vt in huiusmodi bello dominico, eo promptiores reddantur, quo maiori gratia se prospexerit præmiandos, illam plenam indulgentiam, quæ per dictam sedem dari solet transfretantibus in terræ sanctæ subsidium, concedere dignaremur. Nos igitur lætati ab intimis de tua deuotione & magnanimitate tam grandi, ac huiusmodi tum sanctum propositum apostolicis coadiuare fauoribus intendentes, tuis supplicationibus inclinati, de fratrum nostrorum consilio dictam licentiam auctoritate apostolica tenore præsentium elargimur: indulgentiam vero præfaram concessimus, prout in alijs nostris literis inde confectis plenius continetur. Nulli ergo, &c. Datum Auin. kal. iulij anno 10.

11 Non penetrauit in Græciam Ludouicus Rex, vt sumpta erant consilia, cum Vrbanus prius Græcos in Romanæ ecclsiæ obsequium adducendos censeret. Florebat vero maxima virium potentia, recentibus victorijs adiuncta ditioni suæ Bulgaria, ac Stratimiro Rege in vincula abducto; vnde maximus Græcis finitimis incussus terror, ne ipsos solita felicitate protereret: atque ideo Palæologus studia omnia ad illum sibi deuinciendū contulit. De Bulgaria parta bello a Ludouico nonnihil Vrbanus indicat in literis ad Palæologum, dum eundem Regem ad confinia ipsius imperij accessisse ait. Tanta vero in Bulgaros expeditionis successus perstringit Bonfinius his verbis b: *In Bulgariam ditioni Pannonicæ subiectam, reluctante Stratimiro eorum principe, exercitum Rex eduxit, vbi bellum e sententia gestum est: siquidem Bodonium eorum urbem primo impetu obsessam per breuē obsidione occupauit: Stratimirum cepit, qui se vulgo Imperatorem appellari iusserat, deinde vix trium mensium spatio vniuersam Bulgariam in suam potestatem redegit. Stratimirus in Vngariam ductus ad Gemlabium Zagrabienfis episcopi castellum aliquandiu adhibitis custodijs relegatus est. Deinde, cum in manus Ludouici iurasset, se perpetuam fidem & obsequium Regi Pannonia præstiturum, magnifice donatus, reddito regno, dimissus est: qui, recepta Bulgaria, quoad vixit, pacis conditiones imperataque seruauit. Maximam in expugnata Bulgaria gloria partem sibi Christus asciiuit. Affluebat ingens in eo regno Patarenorum & Manichæorum colluies apud quos baptismi sacer vsus, quo ritu a Christo est institutus, obsoleuerat: cumque Ludouicus religiosos viros pietate ac zelo conspicuos in eam amplissimam messem immisisset, ducenta hominum millia bimestri nondum exacto baptismalibus sacris fuerunt initiata, ac multitudini populorum ad fidem orthodoxam confluentium defuerunt sacerdotes. Cuius successus magnitudine percussus Minoritarum Vngarorum præpositus eum, qui vniuerso ordini præerat, literis e sollicitauit, vt sociorum supplemēta submitteret.*

Ad petitionem, inquit, Christianissimi ac deuotissimi Regis Vngarie vicarius, meus Bosna ad illam patriam, nimirum Bulgariam, regno ac vicaria contiguam octo fratres nostri ordinis sibi subditos destinauit, qui infra quinquaginta dies ultra du-

centa millia hominum baptizarunt: & ne forte de numero scrupulus oriatur, iussu Regis omnes baptizati in scripturam publicam sunt redacti. Illius tamen regionis vt scribitur necdum partem tertiam conuerterunt: sperant tamen firmissime aperiri eius ostium fidei: domino Iesu Christo quidquid residuum fuerit in caulam dominicam congregante. Currunt cum suis gentibus principes infideles, iuuenes & virgines, senes cum iunioribus turmatim confluunt ad baptismum. Hæretici similiter & schismatici ad veritatem fidei orthodoxa ac unitatem sacrosanctæ Romanæ ecclsiæ reuertuntur. Ipsorum etiam sacerdotes atque calogeri sub iugo fidei efficiuntur humiles. Qui in sua hæresi nimis antea fuerant pertinaces, adificare voluerunt loca nostræ religionis quamplurima, vt fructus virtutis, unitatis, & fidei perseveret. Igitur lætentur cæli & exultet terra, & omnis lingua Dominum glorificet. Et infra: Mihi intimatum cum fretibus, quod si numerus fratrum non augeatur, immensus fidei fructus negligitur atque dimittitur, & perduntur anima, pro quibus Saluator pretiosum sanguinem suum fudit: perditur tota illa Bulgaria populosa, quam Rex ille inuictissimus Vngarorum dudum potenter obtinuit, & præcipue ciuitas illa Bindin famosa nostris & magna, & vbi fratres in copiosiore numero destinantur. Patareni & Manichæi sunt amplius solito dispositi baptizari, & ad Christum verum lumen conuerti, si non deficerent, qui viam huius luminis demonstrarent, &c. De insigni adeo tot animarum conuersione, expugnationeque Bulgaria consentanea tradit S. Antoninus. a. At eos successus aduersi postea confudere, illatamque hoc anno quinquaginta Seruitorum millibus, qui ad recuperandam Adrianopolim castra erant metati, nocturna eruptione miserandam cladem, memorant annales Turcici. b.

12 Inter hæc parabat Amedeus Sabaudia comes in Palæologi Imperatoris auxilium trajicere exercitum aduersus Turcas, aliosque fidei Christianæ hostes: ad cuius gratiam Vrbanus Marco Cornelio, qui Laurentio Celso in reipublicæ Venetia administratione successerat, ac Gabrieli Aduerno Genuesium duci scripsit e, vt classem pro Sabaudi copijs traducendis instrueret. Confecisse autem illum strenne expeditionem, & Gallipolim Turcis eripuisse, eamq; Græcorum Imperatori consanguineo tradidisse, refert Vrbanus vitæ scriptor d diciturq; inferius e. Solicitabatur porro Veneti ac Ligures ab Ægyptio soldano, vt initum fœdus cum Petro Cypri Rege dissoluerent, veritusque Pontifex, ne munerum magnitudine aurique fulgore a barbaro perstringi se sinerent, grauissimis literis utrosque monuit f, ne fidei causam desererent, eo præcipue tempore, quo reuiuiscere Christiani nominis gloria in Asia & Africa cœperat, atque ex felicibus initijs ingentium successuum spes affulgeret: & quicquam eos cum barbaris inconspicua sede Apostolica statuere ve-

Vrbanus &c. dilecto filio nobili viro Marco Cornario duci Venetiarum.

Ad apostolatus nostri peruenit auditum, quod ille abominabilis hostis Dei & suæ sacratissimæ fidei soldanus Babylonis ex primo insultu charissimi in Christo filij nostri Petri Regis Cypri illustris, tuarumque ac aliarum gentium Christiani populi territus, & de suo ac imperij Saracenicæ vulgi casu, vel saltem debilitatione, Dei iudicio pertimescens, conatur sua fallaci versutia Christi seruos esca mundani lucri decipe-

Ad ducēta millia baptismolustrati.

a Ann. 3. p. 212. 24. c. 9. §. 20.

b Annal. Tur. n. 37. sub ann. 1366.

Instructa a Sabaudis classis in Turcas

c To. 4. ep. secr. pag. 56. 68.

d Gest. Urb. V. apud Bosq. a An. seq. n. 8.

f To. 4. ep. secr. pag. 35.

Babylonis soldani terrar.

re, quorum potentia diuina gratia communita vitibus resistere non confidit; nuper quendam suum ambaxiatorem, immo verius seductorem, ad tuam presentiam destinavit ad tractandum aliqua, qua presumuntur esse in suum & Saraceno- rum fauorem, & impedimentum dicti Regis & aliorum fidelium, qui transfretauerunt cum eo, & transfretaturi sunt in posterum, Domino concedente; & per consequens in detrimentum fidei supradictae. Licet igitur de tua nobilitatis & populi tui, qui hostes crucis feruido zelo consuevit horrere, ac persequi fideli constantia & deuota prudentia, nullatenus haesitemus, quod cum eodem soldano (ad cuius exterminium de- finibus terra sanctae, quam in iniuriam nostri Saluatoris, qui eam sibi in hereditatem elegit, in opprobrium totius Christiani populi ancillarum sibi tenet, ex bono principio & mirabili dicti Regis victoria speramus catholicorum principum, ac tuum & aliorum orthodoxorum animos exci- tari feruentius, et potentiam adhiberi) absque consultatione ac licentia sanctae sedis Apostolicae, praesertim pendente inchoato negotio passagij, nil tractabis; nihilominus tamen ad cautelam ad ob- struendum ora inique forsan loquentium, et potius quae sua sunt quaerentium quam quae Christi, te paterne hortamur, tibi que districtius inhi- bemus ne cum dicto soldano vel eius nuncijs quibuscun- que tractatum incipias, vel prosequaris inceptum aut (quod absit) obserues, absque dictae sedis li- centia speciali. *Dat. Auin. VIII. kal. february anno iv.* Imposita est prouincia a Nicolao epi- scopi Castellani vicario, vt Marcum Cornelium, & Guidoni archiepiscopo Genuensis, vt Gabrielem Adurnium in sacro foedere confirmarent, atque apostolica imperia ipsis denuntiarent.

13 Quae fuerit admiranda illa victoria parte de fidei hostibus a Petro Cypri Rege, ex dictis superiori anno de Alexandria vrbe clarissima Aegypti regia impetu expugnata, Pontificem loqui constat b: sed vastam murorum ambitu urbem soldano Aegyptio ingruente tueri non au- sis ceuefignatis, ij conatus in nullam Christiani nominis utilitatem, sed damnum potius ac de- decus cesserunt. Afflixerunt enim Christianos gra- uissimis cladibus Saraceni, et Armeniam valla- runt: quorum tyrannidis metu plures Armeni in Graeciam, Mytilenem, ac Rhodum transfuge- re c: tum soldanus qui in Syria ora plurima a Cyprijs et Rhodijs, qui etiam Tripolim impetu captam euastant d, damna acceperat, ad Cy- prum et Rhodum innadendas consilia conuertit. Significauit Urbano imminens discrimen Cypri Rex missis oratoribus, ac precibus contendit, vt subsidiarium auxilium, exercitumque submitteret: cui Pontifex tristem rerum occidentalium statum exposuit e: infestata esse armatis latronibus regna, atque ita ecclesiasticos et laicos horum direptioni- bus exhaustos, vt exigua auxiliorum spes adef- set: indulgentiarum tamen praemia ijs, qui cru- cem ad ferendam ipsi opem induerent, se pro- positurum: denique suauit, vt si qua se offerret occasio, aut foedus aut inducias cum barbaro per- cuteret.

Urbanus &c. obarissima in Christo filio Petro Regi Cypri illustri.

Literas tuas et dilectos filios.. ambaxiato- res tuos, apostolica benignitate recepimus, et tam scripta quam narrata pleno suscepimus in- tellectu, ea quae pro implendis votis tuis deside- rabamus admittere, sed non absque multo nostro

dolore repugnabat impossibilitas, saepius per nos ipsos et cum nostris fratribus recensentes. Scimus enim, fili charissime, quod contra Sara- cenos impios hostes sacrae fidei cum tuis graui- bus sumptibus, propriaeque personae periculo, magnifice processisti; et in eorum multitudinem, Saluatoris nostri, cuius agebas causam, gratia confortatus, velut leo fortis et athleta intrepidus irruisti: obrentaque de ipsis victoria, sic in- te vires proprias magnanimitas superauit, quod captam per tuam strenuitatem ciuitatem Alexan- driae, nequiuisti, quod dolenter referimus, praemulta molis magnitudine retinere. Nec igno- ramus quod praefatae sedis et cunctorum fidelium, tanto amplius mereris auxilia, quanto regnum tuum in maiori est propterea constitutum pericu- lo, et quanto per primordia prospera speratur certius optata felicitas successuum futurorum. Sed sicut ambaxiatoribus constat eisdem, occi- dentales partes sic sunt prauarum comituarum incurfibus, & aliorum bellorum fremitibus exte- nuatae in viribus, et etiam implicatae, quod ex eis pro moderno tempore opportuna et festina tibi subsidia nec a clericis nec a laicis possunt praesentia- liter exhiberi. Propter quod tibi et dicto regno expedire putamus ac consulimus, & nostra deliberatae intentionis existit, quod cum, prout nobis asseritur, honorabilem & alias congruam concordiam vel treugam habere valeas cum soldano, ne tua magnitudo dictumque regnum, & per consequens alia terra vltamarinorum fide- lium maioribus discriminibus exponantur, alteram recipias earundem.

Et vt huiusmodi concordiam vel treugam meliorem obtineas, certas gratias, quas dilectis filijs Venetis & Ianuensis de nauigando ad teras eorumdem Saraceno- rum ante dictorum am- bassiatorum nimium retardatum aduentum (non absque ipsorum Venerorum & Ianuensium, quos sincere diligimus, & quorum seruitio cito egebimus, multo grauiamine) ad nostrum bene- placitum duximus suspendendas: nihilominus- que nonnullis Regibus & magnatibus rogatoria & exhortatoria scripta nostra secundum inclusam formam direximus, vt pro defensione dicti regi- ni, velint tuae serenitati subuenire celeriter de aliquo subsidio militari: & venientibus, & mit- tentibus indulgentiam secundum etiam inclusum tenorem duximus concedendam. Conforteris igitur, fili charissime, & de nostra bona volunta- te, quae maiori non potest fulciri praesidio de praesenti, discrete ac humiliter contenteris, tenens indubie, quod quicquid pro tua & dicti regni de- fensione ac exaltatione poterimus, paternis affe- ctibus ac promptis effectibus exequemur. *Dat. Auin. x. kal. nouembris anno iv.*

14 Inter haec Aegyptij, Syri, ac Babylonij Sarace- ni vna cum Turcis ad Cyprum & Rhodum Chris- tianis eripiendas foedus iniuere. Quibus accep- tis, Dei vicarius literas ad patriarchas, archiepisc. & episcopos Italiae, Siciliae, Dalmatiae, Germaniae, & Galliarum diuulgandas misit, vt fideles ad sacra arma corripienda incenderent, quae patriarchae Aquileiensi, ac suffraganeos episcopos sunt in- scriptae a: *Fraternitati*, inquit, *vestra per apo- stolica scripta mandamus, quatenus per vos vel alium, seu alios vniuersos Christi fideles vestrarum ciuitatum & dioecesium in ecclesijs, dum populi ad diuina conuenerint, & in praedicationibus ex parte nostra exhortari & secundum prudentiam vobis datam a Domino inducere studeatis, vt pro dicto-*

Excitatus Venetus, vt illius monera respuat.

244 pag.

Philipp. e Max. in vit. 6. Pet Tho. c. 16 & 17. & alii. Lacessiti Saraceni vastant Armenia. e Bos. hist. equit. Ier. fol. p. 2. l. 3. d. id. ibid.

Petita a Cyprio subsidia

To. 4. ep. fecer. pag. 163.

Alexandriae cetera ab eo dicitur.

Datu. etiam confirmatum vt patet cu. Soldano no. inter.

Cogenda inuentum in occid. re sub. dia.

To. 4. ep. fecer. pag. 264.

rum Regis & fratrum, suorumque populorum ac insularum & terrarum, ad eos in eisdem partibus ultramarinis spectantium, defensione ab hostilitatibus & persecutionibus infidelium, & securitate maris, ut sit tutus accessus fidelium ad insulas & terras easdem, pro reuerentia Dei, cuius negotium agitur, & ipsorum exhortandorum salute velint aut in eorum personis, aut in bonis eis a Deo collatis, tribuere auxilium & iuuenam, &c. Ad pellicendos vero ad suppeditanda cruce signatis stipendia, vel arma pro nomine Christiano corripienda fideles indulgentiarum præmia e sacro ecclesiæ ætario, ac diuinæ gratiæ & gloriæ æternæ incrementum pollicetur, additque.

Pœnitentias vero omittas, seu recte non factas per aliquos ex prædictis, ijs nimirum, qui vel opes contulerint, aut bello sacro se deuouerint, nisi peregrinationem aliam aut aliud pium opus, vel restitutionem seu aliam realem præstationem aut erogationem concernerent, eisdem misericorditer remittentes omnibus ipsis concedimus, quod per confessionem generalem peccatorum, de quibus memoriam non habuerint, qua tamen si de illis in speciali recolerent, confiterentur libenter, indulgentiam plenam obtineant taliter confitentes; ita tamen, quod si postmodum ad eorum memoriam huiusmodi peccata redierint, illa teneantur specialiter confiteri, &c. Non expertes etiam cœlestium præmiorum fore promittit eos omnes, qui consilio, opera, aut alia re fideles orientales iuuerint. *Dat. Auin. 11. non. octobris anno 10.* Verum irrepsere in tam sancto opere abusus graues: auct enim sunt nonnulli impostores corradendarum pecuniarum gratia e sacro suggestu sine pontificis auctoritate de induenda cruce verba facere, & Christi fideles sacro symbolo insignire, turpem nimirum quæstum indulgentiarum specie facturi: quos Pontifex a præsulibus in vincula conijci iussit a.

15 In promissa vero ope apparanda, conciliandaque Cyprio Regi sollicitus, concitare hortatorijs literis Carolum Francorum Regem nifus est b, vt paternum pium studium æmulatus Cypriac Rhodo in maximum periculum adductis opularetur: quo facto veniam criminum apud diuinum Numen promereretur.

Vrbanus, etc. charissimo in Christo filio Carolo Regi Francia illustri.

Ad serenitatis tuæ notitiam non ambigimus deuenisse, quod charissimus in Christo filius noster Petrus Rex Cypri illustris eiusque subditi, ac fratres hospitalis S. Ioannes Ierosolymitani pugiles Christi, & athletæ fidei Christianæ, nonnullorum fidelium adiuti auxilio, de Apostolicæ sedis licentia aduersus Saracenos impios Christi blasphemos, & hostes nominis Christiani, detentoresque terræ sanctæ ad Christianos spectantis (in qua saluator noster Dei filius Iesus Christus dignatus est humani generis operari salutem) ciuitatem Alexandrinam de manibus dictorum Saracënorum (dextera Domini cum eis faciente virtutem) vi armorum ceperunt: licet postmodum (quod dolenter referimus) paucis diebus eam potuerint retinere: ipsique Saraceni ac nefanda natio Turcorum, inimicorum & sedulorum persecutorum fidei prælibatæ, insulas Cypri & Rhodi, aliasque terras ad dictos Regem & fratres in ultramarinis partibus pertinentes minantur inuadere, de illisque delere (quod absit) gloriosissimum nomen Christi.

Nos igitur considerantes, quod si præfatæ insulæ & terræ, per quas ad dictam terram san-

ctam, ad cuius recuperationem pro eiusdem Saluatoris reuerentia & deuotione ac honore, fidelium tota debet Christianitas anhelare, quasi per quandam scalam haberet accessus, auferretur spes recuperationis huiusmodi, multi populi renati fonte baptismatis perderentur, & in orientali- bus partibus Christianum nomen & gloria verifimiliter delerentur, aliaque pericula & detrimenta grauissima, & dedecus ac cōfusio occidentalibus fidelibus prouenerent; & propterea dictos Regem & fratres, eorumque populos in ultramarinis partibus constitutos, isto præsertim tempore auxilio præfatorum principum, aliorumque fidelium indigere cernentes; deuotam magnificentiam tuam affectuose rogamus & hortamur atente, quatenus præmissa pie considerans, ad obuiandum huiusmodi periculis ac damnis pro reuerentia summi Regis, per quem regnas, animæque tuæ salute, pro dictorum Regis & fratrum suorumque populorum, & insularum ac terrarum ad eos in eisdem ultramarinis partibus spectantium, defensione ab hostilitatibus & persecutionibus infidelium prædictorum, ac securitate maris, vt sit tutus accessus fidelium ad insulas & terras easdem, de aliqua gente armigera velis eisdem Regi & fratribus celeriter subuenire; sciturus quod tam ituris, quam missuris auxilium pro huiusmodi nostri Redemptoris obsequio indulgentiam, quæ datur transfretantibus in terræ sanctæ subsidium, duximus concedendam. *Datum Auinioni 11. non. octobris anno 10.* Eodemque argumento apostolicæ literæ datæ a ad Carolum Romanorum Imperatorem, Ludouicum Vngariæ, Eduardum Angliæ, Dauidem Scotiæ, Petrum Aragonum, Vvalde marum Daniæ, Casimirum Poloniæ Reges, Ioannam Reginam Sicilia, Albertum & Othonem Austriæ duces, & Eduardum iuniorum Aquitaniæ ac Valliæ principem. Verum pontificias preces surdis auribus exceptas, neque vlla supplementa sacro exercitui submissa, refert Bofius b.

16 Non impetratis ita ab ijs auxilijs, non minus incumbendum fuit Pontifici c, ne saltem vires hosti ex Venetorum d, Genuensium e, & Hispanorum f mercatorum commercio adderentur. Molitos ex ijs nonnullos, lucri illecebra delinitos, priuata cum Ægyptijs fœdera ad merces commutandas percutere; ac tum B. Petrum Thomam patriarcham Constantinopolitanum, eundemque sedis Apostolicæ in oriente legatum anathema id aufuris intentasse, & facinus ausos impune illud non tulisse, refert Philippus Mazerius in præsulis sanctissimi vitæ g: *Falsi, inquit, & auari mercatores Alexandriam ire volebant, & pacem singularem cum soldano facere proponebant: legatus vero, ista audiens, aggrauatus & fortiter dolens, generaliter omnes mercimonia facientes in terra soldani excommunicauit. Sed vide magnum miraculum inde cito secutum: nam quidam Venetus, paruis pendens sententiam legati, cum onagalea versus Alexandriam viam arripuit: sed tantam fortunam a Deo habuit, quod reuersus est in Cyprum, & ibi periclitauit naufragium faciens, galeam & quidquid habebat perdidit, & vix euasit, & usque hodie, sententia prædicta operante, plura & plura nauigijs undique venientia Alexandriam causa mercimonij iuerunt, & quasi omnes periclitauerunt; & illorum, qui viuus euasit, a Saracenis captus fuit.*

Aliud miraculum mirabile: nam pater meus in fortuna magna mihi dixerat, quod maiora

Promeretur diuinam gratiam.

a Ead. pag. Sollicitati ad pium idem op. alij Reges.

b Bos. hist. equitum hospis. p. 2. l. 3. c To. 4. ep. secr. pag. 240. d An. 4. ep. ur. pag. 255. e Ead. pag. flbid. Obiecta a legato anathema cōmercium habituris cum Ægyptijs. g Philip. e Mazer. c. 18.

Illud spernentium infelices casus.

Propositæ indulgentiæ Aipē in belli orientalis sumptus erogati.

15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Propositæ Cypri Rhodi inuentionis periculo.

viderem de illis, qui fuerunt causa, quod relicta fuit Alexandria: nam illi, a regno Cyprî versus Pontum redeuntes, fere per mille millaria nauigauerunt, & adeo fortuna percussi & ipsa ducente coram Alexandria iterum ierunt, & Cyprum profalute reuersi sūt. & post ter quaterue de Cypro recesserunt: sed fortuna inualescente, & Deo mare tribulante, & furorem suum prædictis ostendente, iterum Cyprum reuersi sunt. Tantum timorem & tanta pericula adeo transierunt, quod prius Alexandria remanere, sicut credo, septem annis in cordibus suis elegissent: & vix in quatuor mensibus a regno Cyprî omnino recedere potuerunt: nec letitiam cordiale credendum est, conscientia remordente, vquam habebunt. Ista memoria duxi scribendum, ut opera Dei manifestentur, & quærentes Deum & crucis mysterium toto & puro corde (sicut pater meus legatus suo tempore fecit) exaltentur, & in Deo glorificentur.

Factus de his certior Vrbanus, cum animaduertisset Venetos, Genuenses, Aragonios, & alios proprijs insecatos commodis priuata cum soldano fœdera inire, cum ex aromatum commercio magnas opes cogerent, edixit a vt abscesso proprij commodi respectu fideles vniuersi mutua animorum consensione in defendendo nomine Christiano consentirent: non enim Cypro vel Rhodo anuros Ægyptios bellum inferre, dum vniuersas Christianorum vires se lacepsituros penderent: atq; adeo concessas antea Regi Aragonum permutandarum cū soldano mercium facultates rescidit: Nos, inquit, ac versutia, fallacitate, ac infidelitate infidelium non immerito dubitantes, ac tolerare nolentes (sicut nec debemus) quod tuis serenitate ac subditis vel alijs Christianis, habentibus concordiam seu treugam cum ipsis infidelibus (qui ex hoc fierent fortiores) in guerra & periculo destructionis & perditionis remaneant insula prælibata, nimirum Cyprus, Rhodus, aliæque adiacentes, intendimus, quod si ydem tui subditi aliique fideles concordiam vel treugam, seu facultatem & licentiam mercandi cum gentibus soldani Babylonia habere velint, ydem Rex, scilicet Petrus Cyprî, ac fratres hospitalis S. Ioannis Ierosolymitani, qui ad inuadendum Saracenos occupatores terra sancta cum nostra licentia, immo indulgentia processerunt, concordiam seu treuga huiusmodi similiter potiantur: sic tamen, quod in futurum fiat etiam e conuerso: super ijs obedientia, voluntate, & mandato Apostolica sedis omni tempore reseruat: ita quod fideles infideles non timeant, sed ab eis propter unitatem & charitatem mutuam potius timeantur. Quare, ne Saraceni, propter trafficum seu mercationem eorundem subditorum tuorum aliorumque Christianorum confortati pariter & elati, ad habendum cum dictis Rege & fratribus honorabilem ac bonam pacem difficiliores se reddant, quod verisimiliter est credendum; post multam deliberationem super his habitam suspensionem gratiarum apostolicarum de nauibus & galeis omnibus Christi fidelibus concessarum fecimus secundum tenorem presentibus interclusum, &c. Addit preces, vt subditos ab infidelium commercio deterreat, vt Rex Cyprî atque Hospitalarij honorificas pacis leges adipiscantur: quas si repudient Saraceni, apostolicas curas ad defendendam fidei causam se conuersurum. Dat. Avin. xvi. kal. septembris anno 10.

17. Insepcta ea fidelium vecordia, quos priuati commodi amor a propaganda religione & communibus imperij Christiani vtilitatibus diuulserat legatus apostolicus sacro mœreore intabuit: cum-

que nauim instrui iussisset, vt cum Pontifice de expeditione dissoluta, ea que redintegranda conferre posset, ad referenda laborum præmia a Deo est vocatus, de quo hæc fasciculi temporum auctor consignat historix: S. Petrus Thoma ex Carmelita Paënsis episcopus & patriarcha Constantinopolitanus, doctoreque præcelebris, summique Regis signifer bellicosus, post innumeras, quas habuit nedum cum spiritualibus, sed & corporalibus crucis inimicis victorias, post quamplures conscriptos libros, ac patrata miracula, in Famagusta regni Cyprî ciuitate corpus exiit in festo epiphaniæ. Scripsere plures de illius vitæ geitis commentarios, atque inter recentiores Lucas Vvadinghus accurate illius historiam typis mandauit. Tum Ioannes Baptista Lezana Carmelita theologiae in publico Vrbs gymnasio magister, qui annales sui ordinis conscribit, manuscriptum mihi communicauit, e quo nonnulla suo loco libauimus. Ate veteribus omnium diligentissime Philippus e Mazerijs, qui sanctissimo viro comes & amicitia coniunctissimus hæsit, quæ vel ab eo acceperat, vel oculis auribus a socijs hauserat, monumentis propagauit, b, quæque Ioannes Bollandus Societatis Iesu theologus, recenter excudenda typis curauit; e quibus hæc decerpimus: Deus laborem patris mei legati pie respexit, velut alter Paulus nomen suum coram regibus, & principibus strenue portauit, crucem sanctam, & ecclesiam suam multiplicando exaltauit: nam, peccatis nostris immentibus, & gratias Dei non cognoscentibus, patrem nostrum a nobis leuauit. Interiectis multis de singulari illius pietate, qua pontificali ornatu rituque solemoni natalitiorum Domini sacra celebravit, subdit vt ex nimijs laboribus & voluntaria maceratione corporis morbum contraxerit, pieque ad mortem se compararit: Familiariter, inquit, mihi dixit: Frater mi, ego sum peccator magnus: sed habeo bonum iudicem, pium, & misericordem Deum meum, ad quem recurro & de venia non despero. Et infra c.

Adueniente die dominica, circa horam tertiam fratrem Arnoldum de Solino ordinis sui confesso rem suum vocauit, & cum magna diligentia, contritione mirabili, & lacrymarum effusione longam, generalem, & particularem confessionem fecit. Postea ab ipso suo confessore missam deuotissime audiuit, & totam familiam suam eorum eo communicari fecit, eisque quandam admirabilem prædicationem fecit, & quod bene cum Deo starent dulciter admonuit. Sed quis verba sua diuina scribere valeret? Certe impossibile foret. Sermone vero ad familiam omnibus stentibus completo, iussit apportari vnam faccum vilem & abominabilem, & cum clara voce dixit: Ista est vestis candida & iucunda, cum qua Christiani sepeliri debent; faccum quasi iocale super caput eius ponens, tanta mirabilia deuotionis & contritionis dicendo, quod omnes inundatione lacrymarum fluere: & tunc ipse pietate humana coactus fortissime fleuit. Deinde coram omnibus fecit afferri vnam chordam, & eam posuit ad collum suum, ligando & stringendo chordam per os eius, cum magna contritione dicendo: Non sufficit ista corda tali peccatori, sicut ego sum: parua est enim ad castigandum talem peccatorem. O quoties, ait, cum lingua mea falsa offendi Deum meum! Tunc iussit seipsum deponi in terram: & in terra iacens, familia sua alium fecit sermonem, mirabiliter semper concludendo, quod cum Deo bene essent; & quod si hoc facerent, Deus eos bene prouideret, dulciter eis promittebat.

Tunc

Diuina in eo, qui Alexandriam de seruerant vitio.

Vetitum cum Saracenis commercio.

a Urb. an. 4. ep. cur. pag. 256.

Comme data fidelibus animorum consensio.

a Philippo Mazerijs 18. anno in nouo catal. & alii. B. Petri Thoma, & gati...

b Philippo Mazerijs 18. anno Bolland. 20. a. d. 29. ian.

Insignis illius pietas.

c Cap. 19.

Noxæ ex hominibus gesti expiit.

Insignis pietatis animi exemplum.

Tunc ad lignum crucis se conuertit, adorando, osculando, & mirabilia dicendo: & manibus iunctis, veniam deuotissime petijt omnibus familiaribus suis. Et infra.

18 Tunc iussit sibi afferri sacratissimum corpus Domini, quod erat super altare coram ipso, per confessorem suum; & manibus iunctis coram sacramento istam orationem legit: Deus propitijs esto mihi peccatori. Et deuotissime dixit postea articulos fidei sigillatim, mature, & cum quadam magna reuerentia alte confessus est, cum contritione ardenti & fienti, dicendo quod si in aliquibus dogmatizasset, vel aliquam questionem siue dicta aliqua contra fidem catholicam, * precepta sancta ecclesie, disputando, loquendo, conferendo, vel alio quocumque modo causa vanitatis * simplicitatis, coram Deo suo toto corde reuocabat. Quibus dictis ait: Domine non sum dignus, &c. Ave salus, &c. que omnia cum magna deuotione dixit, & reuenter & deuotissime in fide non ficta communicauit. Quo facto satis cito ipsum super lectum suum sedendo reposuerunt.

Confessor vero suus, & nobilis vir Huguectus de Maymon patris mei magister hospitij ipsum patrem meum legatum consolantes, chordam siue funem de collo suo leuare uoluerunt; quibus dixit: Absit, absit: non leuetis eam. Ista non est condigna retributio peccatis meis. Si non timerem Deum meum, bene facerem aliud cadaueri meo, quod tantum peccauit contra Deum suum; iussitque familia, ut aliquantulum requiescere dimitteret, & quod optime stabat: quod & factum est. Ab illa hora semper tenebat oculos suos sursum contemplando, dixitque: Heu, quare recessit cancellarius? Tunc uenerunt ad eum duo sacerdotis deuoti causa uisitandi, dominus scilicet Bernardus Grossarius Pape, & dominus Petrus eius socius, quibus pater meus dixit: Bene sto: sed oretis Deum pro me, & quod sibi placeat me liberari ab istis latrunculis, id est demonibus. Hos uidebat in acie aduersus pedes lecti. Rursus dixit: Beata uirgo Maria ipsos terruit, orate pro me. Iussit igitur accipi crucem suam, que portabatur coram eo ad caput lecti existentem, & fecit eam poni ad parietes lecti, ubi uidebat latrunculos, & statim recesserunt ab oculis eius. Interiectis nonnullis de extrema de rebus suis uoluntate, subdit.

Quid ordinauit de sepultura sua, humiles audite. Ille, qui ab omnibus Christianis orientalibus uelut Papa, si fas est dicere, quia locum eius tenens, propter sanctam suam conuersationem reputabatur & quasi adorabatur, humilis semper in uita, humilitatem non modicam in fine ostendit; pamposam sepulturam abominando, dicens: Sepelite me in introitu ebore, ut omnes homines cadauer meum calcare possint & debeant, & etiam (si possibile est) caprea & canes. O quanta humilitas! Et infra: O quoties Deo uerbum B. Martini dixerat! Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius non recuso laborem. O quoties cum multis consolantibus a Spiritu sancto confortatus, & mortem corporalem paruipendens, dicebat! Eadem est mihi mors & uita: si enim Deo necessarius sum pro passagio & laborare debeo, contentus sum uiuere: & si non sum necessarius, de morte contentor: mihi idem est. Fiat uoluntas Dei mei Iesu Christi. Illo die ter incepit horas suas dicere, & infirmitate inualecente, intellectu claro semper remanente, complere non potuit: dixitque confessori suo, quod horas suas pro ipso & coram ipso diceret; quod & fecit: & cum quadam dolore palam confessus est, quod a die professionis sue in ordine suo B. Mariae Dei genitricis de monte Carmeli, nun-

quam horas suas pratermisit, nec in terra, nec in mari, nec pro aliquo imminenti periculo.

Transacto illo die, sequenti nocte circa horam quintam duas candelas albas benedictas coram eo accendi fecit. Hora uero sexta noctis misit confessorem suum pro episcopo Laudunensi uicario in Famagusta; ut cum omni clero ecclesia maioris ad eum ueniret, & sacrum oleum indutus pontificalibus secum apportaret. Interim uero omnem familiam suam coram se uocari fecit, & precepit omnia ostia domus & camera aperiri. Illo tunc iussit sibi afferri pontificale, & quasi infirmitatem nesciens, cum manu propria officium unctionis quasiuit, & inuenit: fecitque totum officium unctionis districte legere antequam episcopus uicarius ueniret, & fecit se deponi in terra cum sacco praedicto super caput, in pace expectans episcopum. Cum autem aduentum episcopi audiret, precepit omnia luminaria domus accendi, & fecit sibi afferri aquam benedictam iuxta se & crucem. Adueniente autem episcopo cum omni clero, sicut preceperat, & in camera intrantibus, episcopus genibus flexis dominum legatum salutauit: pater meus uero non respondit. Incepit quasi alta uoce totus sanus dicere: Domine ne in furare tuo arguas me, &c. & solus, alij non respondentibus, usque ad medium septem psalmorum dixit, & intellectu animi clarescente & uigente: sed potentia humana aliquantulum deficiente, fecit signum manus sua domino episcopo, ut secum diceret: quod & fecit. Et sic cum multis lacrymis & deuotione inaudita compleuit omnes septem psalmos cum litaniam, omnibus gementibus & lamentantibus. Tunc episcopus solemniter & complete ipsum inunxit, domino legato respondente sibi, & illam tunicam uilem & immundum scapulare, quibus indutus erat ad carnem, ne homines uiderent, pro posse suo cooperiebat & abscondebat. Officio uero unctionis completo, pater meus deuotissime dixit, Confiteor, & episcopus fecit sibi absolutionem. Episcopo, clero, & familie & omnibus tunc humiliter ueniam petijt dicens. Si aliquando uos aggrauaui, uel displicui officium mihi commissum exercendo, parcatis, parcatis; & omnibus existentibus in Cypro & alibi, secundum quod uobis occurret, in nomine meo ueniam petatis. Quibus auditis confessor suus & omnes astantes sanctum patrem audientes, lacrymis fluentes, unanimitate clamare ceperunt, dicentes: Pater, pater da nobis benedictionem tuam. Ipse uero, episcopo & omnibus astantibus in terram genibus flexis, sanctam benedictionem dedit, dicens: Benedictio Dei Patris omnipotentis, & Filij, & Spiritus sancti descendat super uos, & maneat semper, & aqua benedicta manu propria asperisit.

Tunc episcopus cum lacrymis non modicis patrem meum exhortatus est, ut supra lectum portari se iuberet, qui respondit alta uoce, & quasi cantando dicens: Non decet hominem Christianum mori nisi in cinere & cilicio; & hoc bis dixit. Postea dixit episcopo: Recedatis, quia consolatus sum, & benedixi; leuauitque oculos suos sursum, & signum cum manu fecit, & dixit: O uos alij maledicti, modo non habetis potestatem mecum, quia nunc bene sto cum creatore meo Iesu Christo. Pluribus interiectis, ut dominice passionis historiam conscriptam ab euangelistis coram se legi iusserit, additur: Venit magnificus dominus Iacobus de Rubis eius dilectus, stetitque coram eo. Pater uero, meus ipsum Iacobum tristem sui causa respiciens, dixit sibi: O fili, bene sto, ne doleas. Multi sunt uocati, pauci uero electi: ego uero sum uocatus, & de electis. Christus uocat me. Ego uado ad Christum, ne doleas,

fili

Religio
mira in
extrema
uisione
suscipien-
da.

Sacra pre-
ce adhan-
tes iustrat

In cinere
& cilicio
mori uult

Felicis im-
mortalita-
tis certam
spem pra-
gustat.

Eucharis-
tia re-
citat.

Propheta

211

Ph eius
idus.

Demonis
ope B. Vir-
ginis &
cruce fu-
gat.

Singularis
eius de-
uotio
quod se-
pulturam
locum
peccat.

sibi mi, ne doleas. Deditque sibi suam benedictionem,
 & recessit. Pluribus adiectis, concludit Philippus
 Mazerius, cuius aduentum sanctissimus legatus
 expectarat, vt extremam illi voluntatem suam pa-
 tesceret: *Me coram eo astante tradidit spiritum,*
ad Deum, qui fecit illum, anno natiuitatis eiusdem,
Domini MCCCLXVI. mensis ianuarij die VI. Fulstis-
 eum miraculis post mortem, sacrumque corpus
 non obriguisse, sed molle ad tactum mansisse,
 ac suauissimum effasse odorem, refert idem au-
 ctor; ac schismaticos, qui antea eius sanguinem
 auide hausissent, singulari pietate delibutos sacra
 illius lipsana veneratos.

19 Erepto e viuis B. Petro Thoma Apostolica
 sedis legato, afflictæ magis fuere spes restituenda
 Asia religionis: quinetiam hoc ipso tempore
 discordia rem Christianam confuderat, cum ve-
 terani milites tractandis armis assueti, pontificijs
 adhortationibus spretis, non modo ferrum acue-
 re in fidei hostes detrectassent, sed illud in viscera
 fidelium conuertissent: viresque bonorum inde
 admodum fractæ ac debilitatæ; qui enim propa-
 ganda religionis studio tenebantur ad retunden-
 dos illorum conatus distinebantur. Proiectaque
 adeo & effrenata erat eiusmodi latronum auda-
 cia, vt nec pontificiam maiestatem reuererentur,
 circumiectasque Venusino comitatui regiones
 infestarent. Ad quos pœnarum magnitudine a
 scelere reuocandos tum in eos tum in alios, qui
 aliqua in re adiumento ipsis forent, pronuntiata
 acerbissima ab Vrbanò sententia a, quæ ab epi-
 scopis in Italia b, Gallia c, & Germania diuul-
 gari iussa est. Studebant his prædatricibus turmis
 plures magnates, cum eorum armis ad priuatas
 iniurias vindicandas inferendæ vterentur:
 atque in Burgundia & Sabaudia nonnulli claris
 maioribus orti, qui similitates mutuas exerce-
 bant, magnum earum copiarum numerum con-
 traxere, in mutuum exitium ruituri: tantaque in-
 erat animis vindictæ cupiditas, vt prælio se non ab-
 scissuros nisi aduersarijs penitus excisis sacra-
 mento sponderent. Ex quo cum maxima pericula
 imminerent, Pontifex Lugdunensi archiepiscopo,
 & Cabilonensi & Bellicensi episcopis partes dedi-
 dit a, vt prouinciarum proceres vrbiusque magis-
 tratus excitarent, vt impendentia mala anteuer-
 terent.

20 Exercebat Italos similis furor, ac Bernabos
 Vicecomes subiicienda sibi Liguria cupidus plu-
 res vagas eiusmodi turmas assuetas latrocinijs
 conduxerat, quibus Ambrosium filium suum non
 legitime natum præfecerat. Ab hoc Genuensis
 respublica in extremum discrimen coniecta e,
 cum nonnulli ciues honorum auidi maleuolen-
 tiaque in Gabrielem Adurnium ducem imbuti,
 cum externo hoste sentirent. Certatum ad pala-
 tium: sed demum seditionis auctores prostrati,
 pulsive. Quos motus, superiori anno concitati,
 vbi accepit Vrbanus, magno dolore affectus Aga-
 pito Brixienfi episcopo Apostolicæ sedis internun-
 tio repetitis imperijs præcepit f, vt omni vi-
 rium contentione ad redintegrandam inter ciues
 concordiam incumberet. Nec minores in reliqua
 Italia tumultus ab alijs palabundis turmis com-
 moti, quæ etiam infesta signa ecclesiasticæ ditioni
 intulere, & ad Vrbs direptionem ac vastitatem
 aspirarunt g: in quos Pontifex censuras aposto-
 licas exeruit, isdemque omnes, qui cum illis
 sentirent, ipsosque commeatu, armis, equis,
 iquarent, deuinxit: præmia vero indulgentia-
 rum alijs, qui bello aduersus federatos hosce-

prædones sese accingerent, impertitus est a.
 21 Ad infringendam porro facilius eiusmodi
 ficariorum vim non Italos modo principes b, verum
 Imperatorem, Reges, principes alios, ac popu-
 los mutuo fœdere in illos obstringere constituit
 Vrbanus c: misitque ea de causa Petrum episcopum
 Olyssipponensem a ad Carolum Imp. vt
 apostolica ipsi auxilia ad oppugnandos federatos
 grassatores polliceretur, in eosq; edicta pontificia
 exponeret e, incitaretque Cunonem Treuiren-
 sem f & Gerlacum Moguntinum g archiepisco-
 pos, Venceslaum Regem Boemiæ, Ropertum se-
 norem comitem Palatinum Rheni, Rodolphum
 Saxonie ducem, Othonem marchionem Brande-
 burgensem, atque alios imperij principes h. Ce-
 terum adeo profecit, vt Carolus in Francorfor-
 diensi conuentu ad perdendas sociales turmas
 sese deuinxerit, vt Pontifex ipse testatur i:
*Charissimus, in Christo filius noster Caro-
 lus Romanorum Imperator semper augustus &
 Boemiæ Rex illustris, zelo Dei & oppressorum popu-
 lorum accensus aduersus nonnullos impietatis alu-
 mnos, depopulatores humani generis in vna crudeli-
 tate, sed in diuersis nationibus congregatos, qui comi-
 titia vocantur, terras Romana ecclesie ac imperij,
 prout est notorium, hostiliter inuadentes, occupantes,
 destruentes, & homicidia, sacrilegia, adulteria,
 incendia, rapinas, aliaque nonnulla genera scelerum
 abominandorum impudice ac immaniter more in-
 fidelium committentes, eliminandos de finibus terra-
 rum huiusmodi intendit de proximo in propria
 persona cum manu forti procedere, sicut hoc per
 imperiales literas & solennes ambassiatores; nuper
 ad nostram præsentiam destinatos, se de consilio &
 assensu prælatorum ac principum & magnatum
 Alemannia ac Boemiæ in generali parlamento in
 oppido Frankefordia Maguntinensis diocesis per
 eum nouiter celebrato, se deliberate firmasse nostro
 apostolatu referauit, &c. Dat. Auin. xxi. kal. nouem-
 bris anno xv. Carolus pariter Francorum Rex
 ad latrones, qui grassabantur in Gallijs, edoman-
 dos se obstrinxit l, eiusque ac ducum signa fecu-
 turis proposita indulgentiarum præmia.*

22 Contendebat Vrbanus vires omnes ad
 confirmandum hoc fœdus, vt protritit sæuis
 prædonibus pacem, iustitiam, sedisque Apostolicæ
 ornamentum restitueret Italia: quod eo magis
 temporum conditio exigebat, cum fides plurium
 populorum nutaret, & in Campania pleræque
 vrbes a Ioanne Guidotto præfide defecissent m,
 ac Romani oppressi ab Anglis auxilium pontifi-
 cium implorarent n; quare Petrarcha hoc Vrba-
 no consilium suggerebat o: *Letus sedem tuam,*
*inquit, repete, quam cum semel attigeris, & for-
 tis armatus atrium tuum custodieris, omnia erunt
 in pace quæ nunc ideo sunt in bello, quia tuum prin-
 cipale atrium non custodis. Et quid multa? per-
 proprie tibi conueniet, quod de tuo atque omnino Do-
 mino dictum est: Pax enim erit in terra dum veneris,
 dum loqueris pacem gentibus: et potestas tua a mari
 usque ad mare. Nec te terreat quod Roma quoque
 per hoc tempus suas prædonum molestias est passa:
 rabies nempe barbarica, quæ nunc sacram urbem ten-
 tat accephalam, mox vt suum caput illa receperit, non
 dicam Romam, sed Italia claustra prospicere non
 audebit. Labet hic alia annectere, quæ idem au-
 ctor magno eloquentiæ apparatu ad transferendæ
 sedis implendum consilium proponebat p: *Totus
 pene orbis, summe patrum, qui Christianus est,
 vno tibi nunc ore blanditur. Si tua vera est, quæ
 fertur integritas, euenturum spero, vt inter tot adu-**

Pius eius obitus.

Clares mi raculis.

Stringunt mutua in se fideles arma.

Obiectæ vagis tur- mis pœnæ a Te. 4. ep. secr. pag. 275. b lb. pag. 73. Nonnulli proceres ijs stude- re. c An. 4. ep. cur. pag. 190. & 243.

d To. 4. ep. secr. pag. 23. Bernabos prædones federatos conduxit.

Genus gregiatar. e Bizar. hist. Ge- nuen. l. 7. Foliet. l. 7.

f To. 4. ep. secr. pag. 22. Pontificia ditio in di scrimen adducta a latronib. g An. 4. ep. cur. pag. 207. & 10. 4. ep. secr. pag. 156. & 157.

a lib. aliq. p. cap. eos. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.

Dececi in Fran fordis corru in hor bell

Vrbano sedē ho- mæ reb- tuere po- rat.

m pag. 99. n pag. 157. o Petrar. ver. 1600. l. 7.

Petrar- che ad. cum fac- nus adhi- tatio.

p l. 4.

latores non patienter modo, sed late vnum audias reprehensorem; et si forte aliquid plus minusve quam deceat audieris, fidem laudes, ignorantiam excuses. Hac spe fretus incipio. Cuncta quidem apud Aui-nionem prospere, magno cuncta consilio geruntur. Dixi: iam laudo. Sic te decet, ut ubicumque fueris, bene ac feliciter vniuersa succedant, et presentiam tuam virtus ac prosperitas comitentur. Sed dic, oro, quid agit interim sponsa tua? quo consule regitur? quo duce defenditur? quibus comitibus consolatur? Respondebis: immo non tu quidem, qui interrogatio-nem meam, non dubito, placatus atque aequanimis ac-cipis; sed aliquis vnus minor et impatientior respon-bit: Tu Romano Pontifici legem ponis, aut vnam illi sponsam tribuis, cui sponsa est non ea sola, quam intelligis, sed vniuersalis ecclesia? ubicumque ille sibi moram eligit, illic sponsa, illic sedes propria sua est. Non inficior, pater beatissime, neque angusto tibi sedem tuam. Et infra. Ubicumque rite colitur Christi nomen, illic sedem tuam esse, nec nego nec dubito. Illud mihi non negetur, quod inter omnes alias singulare tecum aliquid, immo quamplurimum habeat vrbs Roma: cetera enim omnes suos habent spon-sos, tibi quidem vni subditos, sed suis ecclesijs pre-sidentes, illa vero nullum habet nisi te. Itaque summus in reliquis, in Romana vrbe solus es Ponti-fex solus sponsus.

23 De illa tua igitur, nec alterius sponsa nexu coniugij spiritualis te interrogo: Quid nunc agit? quo in statu es, quare in spe? Si tu taces, ipse mihi respondebo: Aegra, inopi, vidua, miserabilis, sola est; et vestem viduitatis induta diebus ac noctibus flens propheticum illud a canit: Quomodo sedet sola ciuitas plena populo: facta est quasi vidua domi-na gentium, princeps prouinciarum facta est sub tri-buto: totumque per ordinem a principio in finem fle-bile illud carmen ingeminat. Illic vero maestius fracta voce singultibus seba subsistit, vbi scriptum est b: Non est qui consolatur eam: ex omnibus charis eius. Omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici. Et iterum c: Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas, quia longe factus est a me consolator conuertens animam meam. Hic inquam illum profundius suspirat, te significans: nam quis alius consolator, quis conuertere animam suam potens, nisi tu, cui & prompta remedia, & sponsa necessitates ac miseria nota omnes? Et si quid for-te notitia defuerit, scito quoniam te absente abest requies, pax exulat, bella adsunt & ciuilia & ex-terna: iacent domus, labant mœnia, templa ruunt, sacra pereunt, calcantur leges, iustitia vmpatitur, luget atque ululat plebs infelice, tuumque nomen altis vocibus inuocat: neque tu illam audis, neque malorum piget miseretque tantorum, neque vene-rabilis sponse pijs lacrymas vides, teque illi debi-tum restituis, qui ut alijs minus dignis ac minus egentibus suos redderes, curiam tuam prouidentissi-me vacuasti. Ita populus quilibet suum habet epi-scopum, populus Romanus suum Pontificem non habebit? & parua vrbes suorum in amplexibus requiescent, regina Orbium semper vidua erit? quodque viduitate peius dixerim, sponsum suum semper cum alijs habitantem, captumque peregrinis amoribus audiet, nec tenere illum poterit nec videre, qui sui presentia se & illam gloriosos faceret ac felices.

24 Sed quo animo (da, quaeso, misericors pater temeraria deuotioni mea veniam) quo, inquam, ani-motu ad ripam Rhodani sub auratis teſtorum la-quearibus somnum capis, & Lateranum humi iacet, & ecclesiarum mater omnium teſto carens & vntis

patet ac pluuijs: & Petri ac Pauli sanctissima domus tremunt, & Apostolorum qua nunc ades fuerat, iam ruina est informisque lapidum acervus, lapideis quoque pectoribus suspiria extorquens? Si respon-sum ad hæc omnia non meretur humilitas mea, an non saltem Agæo propheta, immo sancto Spiritui per illius os loquenti respondebitis tu & fratres tui? quidue omnino respondere poteritis? Nunquid tempus, inquit, est vobis, ut habitetis in domibus la-queatis, & ista domus deserta? Nota sunt & ter-rabilia quæ sequuntur. Illud in primis: Quia domus mea deserta est, & vos festinatis vnusquisque in domum suam, &c. Et infra: Denique (quod non caruit euidenti miraculo) egit Christus, ut in Italia esses, dum te absentem nominantibus, sed presentem sibi vicarium ordinaret, ne quis dissimu-lationi locus esset; sed tibi & omnibus appareret, de-cere te summi pontificatus officium exercere ea potissimum in parte terrarum, in qua ille tibi nec speranti utique nec optanti, nec opinanti equidem, non suffragijs hominum, sed sola Dei prouidentia con-tigisset: atque vbi ex humili ad summum sine me-dio conscendisti, illic e summo humilibus sine medio consulendum, insolentibus resistendum: quod nec vsquam terrarum melius fieri potest, nec alibi, quam in sua vrbe gloriosus Romanus Pontifex in actum largitori placitum datam sibi diuinitus trans-ferre potentiam: quamuis enim bonum opus vbi que laudabile, nusquam tamen aptius fieri constat, quam dum in sua sede sedet opifex. Tu quidem orthodoxæ fidei magister, actuumque opifex piorum: sedes tua vbiuis; sed antiqua, ut dixi, & vera & propria, & publice utilis & vniuerso expediens Roma est. Ita-que huc rem verito, longumque sermonem ad hunc exitum deduco, ut Urbanus Urbem, Romanus Pontifex Romam petas: locum Deo gratum, homi-nibus vniuersum, pijs optabilem, rebellibus (dum tu ibi fueris) formidandum, reformando orbi & re-gendis rebus idoneum. Et infra: Mentem subeat esse te quidem episcopum vrbs Roma, illos autem, ni-mirum Cardinales, vel Romana telluris episcopos, vel in Romana vrbe presbyteros aut diaconos: nec decere ecclesiam Petricæ sedem originibus vestris, sed origines vestras illi cedere, illam sequi: nec bonum catholicis atque ecclesiasticis viris esse, carnalium vncis affectuum ab officio retrahi, quos pagani frege-rint ac spreuerint. Proinde persuade illis (nam tibi iam persuasum spero) Romam petere, vbi & re-rum copia & qualitas ea est, qua facile impetret, vbi externa non cupiant. Et infra.

25 Vnum filius, siue ad extremum distuli, quod primum esse potuerat. Nosti quo in statu Christiani tui sint per orientem: quin & propinquius ma-lum est. Non audisti ut inermes Asia populi, quos nostra delidia fortes facit, atque in primis olim Phryges, Turci hodie, miseram Græciam sine fine di-ripiunt, & Agæo sparsas Cycladas populantur? quæ & si longis erroribus obstinate pernicacia ius-tas pœnas dent, inde tamen ad nos verosque catho-licos est transitus. Iam Cyprus, Creta, & Rhodus, Bubæa, viciniorque nobis tentatur Achaia & Epi-rus: iam Calabrum litus, flentis Græciæ mestissi-mas voces trepidis auribus accipit. Sic nunc itaque fides Christi, ut vides, ad orientem periclitatur: tu ad occidentem sedes. Adhuc, o maxime dux nostrarum & Pontifex animarum, qui ut tuum manus impleres (nisi fallor) pridem surrexisse debueras, teque vel solum difficultatibus obuium ferens non Romam modo, sed Constantinopolim perrexisse. Quamquam solus esse non potes, Christus ipse, cuius res agitur, tecum erit, & Christi acies quocumque

Propositiū
discrimen
a Turcis
imminens.

Per Græcos calca-
tos transi-
turos ad
Latinos.

ieris te sequetur. Et infra: *Vbi que (fateor) utilis, sancta vbi que & venerabilis presentia tua est. Sed quid quaeso, quid Rhodanus, quid Sorgia, & Ruentia tui egent? quis tibi tuorum protegendus? quis hostium comprimendus? egent tui Ionium & Aegeum & Hellepontus & Propontis & Bosphorus. Quid hic igitur monstri est, non possum satis hoc quarere. In oriente pugnatur: tu quid agis in occidente spiritualium dux bellorum? Et infra: Certe nisi iam hinc prospicias, nisi occurris, actum est: pudendam nobis Christiani nominis illis in partibus ruinam, & prorsus indignam ac miserabilem audiemus: que (ut dixi) non Christi, qui est iniuria inaccessus: sed nostra iactura est: nostra foecordia, noster pudor, qui iam tantus ibi est, ut maior esse possit, in dubio sim.*

Nescio an peius sit amisisse Ierusalem, an ita Byzantium possidere: ibi enim non agnoscitur Christus, hic leditur, dum sic colitur. Illi hostes, bis schismatici peiores hostibus. Illi aperte nostrum imperium detrectant, hi verbo Romanam ecclesiam matrem dicunt: cui quam deuoti filij sint, quam humiliter Romani Pontificis iussa suscipiant, tuus a te ille datus patriarcha. Illi minus nos oderunt, quia minus metuunt: illi autem totis nos visceribus & metuunt & odierunt: constat, quia nos canes iudicant, & si loquendi libertas affuerit, canes vocant. Interfui ego solempni die, dum Romano ritu missa celebraretur: Gracus quidam homo non illiteratus, sed multo maxime stultus, atque arrogans exclamauit: Ego non possum pati, inquit, Latinorum nugas. Quod verbum intellectum si fuisset a populo, non impune, ut auguror, tulisset. Sed sic est, sic de nobis sentiunt; & basilicas suas si quis e nostris introierit, quasi humano sanguine aut scedo facinore violatas reconciliant & expurgant. Et hæc quidem Romana ecclesia diu nouit & passa est: quod an dici torpor, an patientia mereatur, cum tam facile dilui possit hoc dedecus, iudicandum linquo alijs. Certe nos nostrosque hostes, a quibus nunc Ierosolyma detinetur, magnum aequor interiacet: itaque cum illis, ut res nostra & illorum sunt, non paruus est labor; unde fit, ut dilationem nostram impotentia fortassis excuset, quamuis impotentia non nisi ex nostris dissensionibus exorta excusatio nulla sit: inter nos autem & hos Graculos nihil est medium nisi noster sopor ac nostra segnitie, quibus ut odij plurimum, sic nihil est virium, nilque ibi volentibus negotij est. Duobus Italia populis sponsor sim, si tu bene velle cæperis, breuis eos non iunctis modo, sed vnumquemque per se vel imbellem illud imperium eueruros, vel ad iugum matris ecclesia deducturos: quo magis magisque conuenientiam hanc stupeo, nec satis intelligo quid ita res maxima negliguntur, cum minimarum tanta sollicitudo sit hominibus: & licet hic omnium Christianorum publicus pudor sit, tamen in omni exercitu male rem gerente ducum pudor est maximus. Et infra.

Romane Pontifex dux Christianorum, Roma te suum sponsum, Christianitas suum ducem vocat altis vocibus non adrequiem, sed laborem, ad quem homo nascitur: neque ad pacem, sed ad bella respueris, in quibus tamen bellis temporalibus aeterna pax animæ & multorum salus & gloria tua est. Tuum est eligere quo in statu mori velis. Tui prædecessores Auenione ibi sedem elegere: quo consilio, ipsi viderint. Et infra. Quod si eos natalis zona vicinias mouit, sicut in illis forsitan excusabilem terram spectantibus, & terrena meditantibus: tibi autem longe aliter nutrito, longeque aliter

assumpto, longe aliter sentiendum: cui non hæc aut illa pars terrarum, sed totus orbis est patria, immo exilium, ut dixi: patria autem caelum, cuius tamen exilij sedes Roma non quidem sola, sed sanctior gratiorque illi, qui te hinc dum volet, in patriam reuocabit.

Assurge animis, & vilia disce contemnere. Magna recepisti, nec parua (fateor) repetuntur. Apertum tibi miraculum diuinitas fecit: nunc tu illi miraculum fac apertum, ut de tam profundo ecclesiam suam eruas: neque enim parui miraculi res fuerit, tot iam radicatos animos inde conuellere: fiet autem haud difficile, nisi tu ibi etiam radicatus sis. Et infra: Flama est, esse palatij tui partem, qua Romadicitur, quam ingressus sponsa te reddidisse, totumque prorsus impleuisse Romani Pontificis officium videre. Noli cum domino tuo ludere, frustra fallaciunculis tentatur. Et infra.

Cum ad tribunal Christi ventum erit, vbi non tu dominus & nos serui, sed vnus ille dominus & nos conserui omnes erimus, & infra, quid responsurus es Domino? aut quid dicturus Petro? Ego, inquit, iusto metu crudelestissimi Neronis fugiens, Domini increpantis occursum Romam redij ad supplicium & ad mortem: te quis Nero, quisue Domitianus expulsi? quis mortis aut supplicij metus tam diu exulem fecit? quid, quaeso, nunc Romæ sit? quid mea domus? quid sepulchrum? quid populus meus agit? An mihi non loqueris? an quæ te percutior ignoras? unde vero mihi nunc redis, an & tu ad Rhodanum exulasti? qui si te ibi forsitanatum dicas, an non ego natus alibi sed uterque nostrum aliam nascendo, renascendo aliam patriam natus erat? itaque conscius ego dominice voluntatis Romæ postposui Galileam, at tu Romæ Rhodanum pratulisti.

Hæc ego, pater clementissime, fide pura, stylo humili dictauerim, fides tibi amariusculam veritatem, quam melliculas blanditias chariorem. Si erraui, aut si sanctitatem tuam mea libertas offendit, flexis anima poplitibus veniam peto. Tu vero nunc, reiectis consulationibus vanis, tecum cogita, tecumque delibera, an quod superest temporis, in cæno Auenionensi agere malis; an Romæ, quæ tota caro & sanguis est martyrum: an in saxo illo & in illa ventorum patria, quam nunc colis; an in Vaticano potius sepeliri eligis, locorum omnium nostri orbis sine vlla comparatione sanctissimo. Ad extremum in die ultimi iudicij an resurgere ames inter Auenionicos peccatores famosissimos nunc omnium, qui sub calo sunt; an inter Petrum & Paulum, Stephanum & Laurentium, Siluestrum & Gregorium & Hieronymum & Agnetem & Cæciliam & tot millia sanctorum, vel in Christi confessione feliciter quiescentium, vel pro Christi fide feliciter peremptorum, &c.]

26 Non his modo stimulis Petrarcha Urbanum vrgebat, ut Romæ sedem Apostolicam redderet, verum etiam nonnulli viri sancti diuino instinctu afflati id suadebant a. Quibus excitatus, demum publico edicto abitum e Gallijs promulgauit, ut narrat his verbis eius vitæ auctor: Per idem tempus præfatus Urbanus Papa publicauit seu manifestauit suam intentionem super accessu suo & translatione curia versus Romam, destinauitque certos nuntios tam Viterbium, vbi primo declinare & aliquandiu morari intendebat, quam Romam causa disponendi & ordinandi necessaria, & reparandique sua palatia, & libratas pro dominis Cardinalibus diuidendi: & ad hæc assignauit seu ordinauit terminum; tempus paschale immediate post

Græcorū
in Latinis
infanda
odia.

Petrarchæ
consilium
de Græcis
subiicien-
dis.

De
patri
tio
Aue
nionis

Patria
a
mortu
nis an
eijctio

Vt Rom
Auenio
præfero
da.

a M. S.
Vat. 42
scribitur
pag. 137
et Vob
in an
nu. 11.
Promo
est Vob
nis res
citur
Romæ

secuturum. Extant de his litera Urbani a, tum ad Agidium Cardinalem legatū scripta b, vt Viterbiensem arcem necessario apparatu instrueret, & Gaucelino de Pradello pro instaurando palatio Romano missio adesset: quo argumento ad patrimonij B. Petri presidem, ad canonicos basilicæ Vaticanæ, ad senatam populūque Romanum alia sunt data d. Prorupere his auditis Romani e in festas lætitiæ voces, conceptumque pectoribus gaudium multis significationibus profudere, & misereq; oratores, vt promptissima pollicerentur obsequia.

Obtrulerūt vero insignes Italiæ populi, qui maritimis viribus præstabāt, Urbano triremes, vt ipsū reuherent. Marcus quidem Cornelius dux Venetorum decem apparatusum se pollicebatur, (sed ex ijs tantum quinque Pontifex admisit). f tres Ioannes e Comitibus Pisarum g, Gabriel Adurnius Genuensium h duces plures alias ornatos spondebant: quibus a Pontifice acta gratia. Parati erāt etiam Galli Christi vicariū cum egregio comitatu terrestri itinere in Romanam sedem reducere: ac Ioannes Armaniaci comes i alterius eius nominis comitis filius operam suam supplex deferebat. Certabant quoque officijs in Vrbanum duo Imperatores, Carolus nimirum Romanorum & Philippus princeps Tarentinus hereditario Balduini II. iure Constantinopolitanus, ac Pontifex em se stipatos pollicebantur: in quos Pontifex ita se gessit, Philippum quidem vterius progredi vetuit, vt ipsum tamen Romam ingressurum conueniret, permisit l.

Commendanda vero Caroli Romanorum Imperatoris studia in Vrbanum fuere: cum enim is in colloquio Francorfurtensi de publica pace restituenda Italiæ sumpsisset consilium, a Pontifice flagitauit, an mallet, vt præiret cum exercitu, an sequeretur. Cui respondit Vrbanus an satius videri, vt viam ipsi muniret, atque Italiam prædonibus purgaret.

Vrbanus, &c. charissimo in Christo filio Carolo Romanorum Imperatori semper Augusto salutem, &c.

Venerabiles fratres nostros Petrum Vlixbonensem & Lambertum Spirensē episcopos, ac dilectum filium Ioannem cantorem Vratislaviensis ecclesiæ, a tua reuersos præsentia admodum lætanter recepimus, tanquam nobis expectatam lætitiā reportantes. Ab ipsis quidem audiuius votiuam deliberationem imperialis sublimitatis, suorumque principum, ac aliorum nobilium factam in parlamento in Frankfordia celebrato; quam tanto lætiori mente suscepimus, tantoque proinde deuotiores gratias ei, qui vbi vult spirat, exoluimus, quanto deliberationem ipsam Deo magis acceptam, ac reipublicæ magis vtilem & necessariam existimamus. Cum itaque restet super ipsius deliberationis executione procedi, tuaque magnitudo deuota nostrum beneplacitum duxerit requirendum, vtrum velimus, te cum tua potentia in Italiam præcedere nos, vel sequi nos, ignorantes quo tempore imperialis magnificentia ad hoc possit esse parata, licet expedire credamus, quod nos præcederes, si posset esse, vt tutum & pacificum faceres iter nostrum, & propterea certum tempus tibi præfigere non audentes, serenitati tuæ, deliberatione matura præhabita, nostrum propositum referamus, videlicet nos firmiter deliberasse, impedimento cessante, de mense maij proximo secuturi arripere iter nostrum,

illudque versus ciuitatem Viterbiensem adeo assiduis continuare dietis, quod infra ipsum mensem speramus nos ad ciuitatem eandem, vbi aliquandiu manere proponimus, duce Domino, peruenturos: & tam in ciuitate ipsa, quam in Vrbe multa facimus preparari, ac etiam reparari: & hic per nostros officiales & familiares, ac alios de Romana curia disponi facimus disponenda. Tua vero pietas circumspicere consideret grauissima mala, quæ per illas gentes comitiarum nequissimas perpetrantur, ac pericula multa & merito formidanda, quibus terra Romanæ ecclesiæ & imperij, & inter alia ciuitas Ianuensis, cuius statui per tuam viciniam & festinam præsentiam poterit facilius subueniri, dignetur iter suum, quod Deus prosperum faciat, quamcito magis poterit festinare. Nos enim ista, per quæ dictum iter tuum ad præsens inuare possumus, videlicet de indulgentia & decima, nec non requisitione auxilij charissimi in Christo filij nostri Ludouici Regis Vngariæ illustris, ac exhortatione quorundam tuorum maiorum principum duximus concedenda, per dictosque episcopum Spirensē & cantorem confectas super ijs litteras apostolicas destinamus. Dat. Auin. 11. kal. nouembris anno 14.

27. Perculit non leui terrore is Caroli Imperatoris apparatus Bernabonem Vicecomitem Mediolanensem, qui proferenda tyrannidis desiderio nouas assidue turbas miscebat: vtque arrogantia erat turgidus, superbas in Imperatorem voces, a quo Mediolanensi præfectura deturbari metuebat, profudit. At Pontifex, ne hominis rabiem efferret, suavitati Carolo a, vt prætermisiss Bernabonis ampullis minacibus, non phaleratis, sed nudis ac simplicibus verbis de Pontifice ad Urbem redeunte stipando consilium exponeret, atque interea fœdera cum vrbibus imperio obnoxijis de excindendis prædonibus confirmaret. Bernabonem vero Pontifex ipse, vt auctor Imperatori fuerat, tuendæ inter Christianos pacis studio, cum non vlciscenda armis Mediolanensis tyranni arrogantia, sed dissimulanda iniuria esset, vt religioni ac diuini Numinis gloriæ consulere, blandis literis mulcere studuit b, ne publicam pacem nouo bello turbaret: de misiss ab eo obsequijs gratias egit: laudauit Ambrosium nothum filium a turmis prædaticibus abduxisse: significauit Caroli Imperatoris eximia studia, qui vicarium Christi ad Urbem redeuntem stipare cuperet: oblatum liberum per Mediolanensem principatum commeatum gratissimum se habere addidit; denique professus, se pro redintegrandâ ipsam inter & Genuensiles amantissimi arbitri partes suscipere paratum, non leui dolore affectum se innuit, cum nondum iustis votis aduersa partes respondissent.

28. Nec Liguria modo tumultus ob Bernabonia Genuensem rempublicam sibi subijcere molientis, cuius dominatu ipsum antea potitum vidimus, ambitionem nondum sopiterant; verum Galeatius illius frater, subacta Pedemontij parte, ad reliquam occupandam inhiabat: qua ditio cum ad Ioannam Reginam Sicilia spectaret, Pontifex Imperatorem rogauit c, vt illi veluti clienti suæ, Prouincia scilicet, Pedemontij & Folkarquerij nomine, subsidio accurreret: Imperialem, inquit, excellentiam affectuose rogamus, quatenus præfata Regina, qua pro dicto, nimirum Pedemontij, ac Prouincia & Folkarquerij comitatibus tua vassalla existit, dignetur de opportuno remedio

Datum illi consilium vt præiret cum exercitu.

Bernabos exinde terrorem concipit.

A Ed. so 4. ep. secr. pag. 152

b. Ib. pag. 160. Leniter cum homine effecto actum.

Galeatius Pedemontium occupat.

c. Ib. pag. 98.

providere . Dat. Avin. III. non. iunij anno IV.

Nec defuere pontificæ curæ tuæ Siculi regni amplitudini, quæ cum ob prodigas eiusdem Ioan- ac Ludouici olim viri donationes imminuta ac labefacta fuisset, Vrbanus illas omnes rescidit, atque perperam alienata ad Siculam coronam reuocauit, cum hæc, vt ait, iniuste attemptata essent. Gerebat porro tum in Sicilia regno legati apost. partes Agidius Cardinalis b, cuius legatio ad annum est extracta, & isque plures ad componendum Siciliae statum sanctiones edidit: quæ cum inuidorum maleuolentia spernerentur, Pontifex Ioannam Reginam monuit, vt eas seruandas curaret, atque ad publicam rem constituendam incumberet, ac prudentia insignes viros, rerumque gerendarum peritia exercitatis- mos ad consilia sanctiora adhiberet f.

29 Hoc anno confecta expeditio ab Rege Poloniae in Russiam, qua illius pars magna Lithuanis erepta est, vt hisce verbis refert Michouias g: *Rex Casimirus, valido exercitu ex vniuerso regno Polonia generali expeditione contracto, anno Domini MCCCLXVI. post festum Ioannis Baptiste terras per Lithuanos quindecim annis occupatas recuperauit Brestensem, Lucensem, Chelmemsem, & Belsensem.* Subdit auctor, ducem Georgium, qui Belsensem ditionem occuparat, fregisse blanditijs Casimiri arma, ac non modo illius liberalitate Belsensem ditionem accepisse, verum Chelmemsem etiam praefecturam obtinuisse. Eadem Cromerus h: qui addit, Casimirum Regem promouisse exercitum in Volyniam siue Vvaldimiriam; cumque nemo illius conatibus se opponeret, Lusum, Vvaldimiriam, & Olecum arces in suam potestatem redegit. Similiter duxere in Lithuanos infideles Christianas acies equites cruciferi i duce Vinricho ordinis magistro, geminaque excursionem populatio late hostium agris illata: sed Keystus dux silenti agmine onustos præda milites abeuntes secutus, amissorum partem recuperauit. Ac tum Vinrichus contractis copijs tertiam irruptionem fecit in Lithuaniam, eamque late sero flammaque est peruagatus. His alijsque egregijs facinoribus in fidei hostes editis promerere Cruciferi, vt ipsos Pontifex Carolo Imperatori commendaret! *Quid inquit, amoris, quidue fauoris & gratia ordo B. Mariae Theutonicorum murus Christianitatis tutissimus & Christiana fidei propagator mirabilis, & infidelium impugnatorem magnificus in conspectu catholicorum principum & totius Christiani populi mereatur, prudentissima tua serenitas, gesta grandia personarum eiusdem ordinis rumoribus frequentibus audiens, agnoscit plenius & discernit: & propterea super ipsius ordinis commendatione & recommendatione apud te sermonibus nostris insistere superfluum reputamus, &c.*

30 Eodem anno reducendi in concordiam Castellæ & Aragoniæ Reges studio permotus Dei vicarius, Guillelmum episcopum Cicestrensem Apostolicæ sedis internuntium in Hispaniam misit m, instruxitque auctoritate ad dissoluendas sententias, inducias imperandas, pacta ad belligerandum fœdera rescindenda, aduersantes quacumque dignitate præditi essent comprimendos: vtque illi finitiorum Regum gratiam in perducenda re ardua conciliaret, Petro Lusitanæ n, Carolo Nauarræ o Regibus, Eduardo Aquitanæ & Valliæ principi eundem internuntium commendauit, rogauitque vt vna cum ipso ad conciliandum Castellam inter & Aragonium pa-

cem operam nauarent. Superior quidem viribus Castellanus, qui ingenio præferox, & vindictæ cupidus inaudita crudelitate hostilis sanguinis siti ardebat. Aragonius vero vna cum Henrico Trastamara comite Castellani Regis fratre spurio coluuiem militum, quæ Gallias diu vexarat, spe prædæ alliciebat in auxilium. Pontifex itaque Petrum Regem Aragonum ad pacis amplectenda consilia sollicitauit, atque Alienoram Reginam b & Ioannem maiorem natu filium ducem Gerundensem c, vt Petrum ad ea impellerent, vrstitum etiam Petrum Castellanum ad clementiam, insectere hisce literis nisus est d.

Vrbanus &c. charissimo in Christo filio Petro Regi Castella illustri salutem, &c.

Tangat, fili charissime, cor regium dominus Deus tuus, vt post tor strages, ærumnas, & calamitates, quas amara disensio inter te & charissimum in Christo filium nostrum Petrum Regem Aragonum illustrem continuata diutius iam produxit, ad pacis dulcedinem reuertaris. Mitiget amodo tuæ mentis pietas & filialis deuotio dolores immensos sanctæ Romanæ ecclesiæ matris tuæ, quæ diu sentiens, duos tam magnificos filios, quos habere debet contra hostes Christi & Christianæ fidei pugiles, inuicem collidentes, eo grauioribus dolorum stimulis pungitur, quo ex remedium salubrium, quantum ad ipsam pertinuit, medela sæpe adhibita optatæ curationis effectus, quem expectabat desiderabiliter, non aduenit. Eapropter pietatem tuam, rogamus, hortamur, & obsecramus per asperionem sanguinis domini Iesu Christi, quatenus diligenter attendens, quod omnia bona in pace concresecunt, quodque in tranquillitate eius deuotius colitur Actor pacis; ac conuertens ad mansuetudinem quod videtur dispositum ad vindictam, animum regium ad pacis bonum & vnitatem concordæ cum præfato Rege Aragonum habiles & disponas, totque malorum cumulis velis pacificum finem dare. Vt autem quod aude cupimus, facilius Domino præstante proueniât, venerabilem fratrem nostrum Guillelmum episcopum Cicestrensem Apostolicæ sedis nuncium, virum vtique circumspectum & fidelem, ornatum scientia & pacis amicum, de cuius fide merito confidere poteris, ad tuam & eiusdem Regis Aragonum præsentiam destinamus, vt tanquam pacis angelus vice nostra a te præfatoque Rege causas irarum & odiorum euellat & auferat, & pacis optatæ fœdera salubriter interponat, &c. Datum Avinione non. february anno IV.

31 Non vsus est apostolicis consilijs Rex Castellæ, seque in exitum coniecit, vt videbimus. Cæterum traductæ sunt ineunte anno e Gallijs in Aragoniam fœderatæ veteranorum militum turma, ducibus Bertrâdo Guesclino Armorico bello clarissimo & Hugone Carbolaiio Anglo, conuersuræ ferrum in Granatenses Mauros, si Castellanus pacem cum Aragono constitueret; vel si respueret, illius scelera vltoræ, ac præcipue Blanca Regiæ necem. His succinctus Henricus comes Trastamara irrupit e magno apparatu in Castellam, & Calagurrim deditio cepit. Quo successu elatus Bertrandi Guesclini consilio regium nomen arripuit, suosque duces magnis præmijs petendis ex hoste affecit. Concitati rum nouarum rerum studio Castellani, ac sui Regis crudelitatem exosi, spurij fratris imperijs sese addixere f. Quibus de causis perturbatus Petrus,

a An. 4.
op. cur.
pag. 219.

b To. 4. ep.
secr. pag.

23.
Editæ in
Neapolit.
regno ab
Agidio
constitu-
tiones.

c Pag. 92.
d Pag. 84.
e Ib. pag.
93.

f Pag. 22.

g Michou.
l. 4. c. 21.

Polonori
in Lithua
niam ex-
peditio.

h Cromer.
l. 12. in.
Casimir.

i Michou.
l. 4. c. 28.
Crucife-
rorum in-
gentia fa-
ciora.

k To. 4. ep.
secr. pag.
47.
Rorum
elogium.

Internun-
tius in
Hisp. mis-
sus.

m To. 4. ep.
secr. pag.
47.

n Ib. pag.
44.
o Bad. pag.

De pace
agrat

a Bad.
op. secr.
pag. 43.
b Bad. pag.
c Bad. pag.
d Bad. pag.

Ad emm.
Castell.
nus soli-
citaru.

Spreto
filio po-
tifico
parit ex-
tium.
Gallor
in Hisp.
expedit
e Swi.
annal. l.
163. Ma-
rian. l. 1.
c. 7. N.
in Edm.
Frog.
L. 1. c. 1.
Henric
collig.
gem l. 1.
itellæ
cie.
f. 16.

trus, iam amissis amicis, quorum plerosque ne-
cauerat, vagus & anceps an suorum fidei an virtu-
ti crederet, nec tamen fauitiæ immemor Ioannem
Touarium illius fratrem, qui Calagurrim dedi-
derat, interficit; ac præsidia omnia ex vrbibus &
arcibus, quas Aragonio multis laboribus eripue-
rat, detrahit & ad se redire iubet: atque ita
momento amissa, quæ scelere pluribus annis par-
ta.

Recepit sua ea ratione Aragonius, coniecto
in Castellam ciuili bello, ac felices successus Pon-
tifici significauit: de quibus illi Vrbanus gratula-
tus, vt gratum Deo animum præstaret, regijsque
virtutibus exornaret, hortatus est a: *Latanter, in-
quit, admodum intelleximus, serenitatem tuam suo-
rum honorum recuperatione latari: id enim optare
debemus, vt quisque teneat quod suum est, & suis
finibus contentetur. Sed tu, fili charissime, succes-
sus prosperos tuos a diuina gratia recognosce, Deo
vero non nomini tuo gloriam dando, & te illi gra-
tum & humilem exhibendo, vt semper serues & ser-
uari facias iustitiam & aequitatem, & veram pie-
tatem & misericordiam non relinquas: & Romana
ecclésiæ matri tuæ semper te reuerentem exhibeas
& deuotum, eius & aliarum ecclesiarum libertates
& iura effectualiter conseruando & etiam adau-
gendo: vt ille, in cuius manu sunt omnia regna, so-
lum tuum in hac vita solidet & confirmet, & tan-
dem caelestis regni te faciat participatione gaudere,
etc. Datum Aunione x. kalendas iulij an-
no xv. Sperabat Aragonum Rex partem Castellæ
adiungere ditioni suæ, vt cum Henrico conue-
nerat: sed officiorum verbis, extrahente rem eod-
em Henrico, atque idoneo tempore id se præ-
ficurum h' spondente, delusus est.*

32 Quoad Petrum Castellæ Regem attinet;
destituentibus omnibus quem caelestis fauor de-
seruerat, thesauris vna cum filijs triremibus im-
positis, in Lusitaniam abcessit. Cum Henricus
Trastamara comes matris ac fratrum cruorem
vindicaturus, suscepta Olgis regni corona, popu-
los in sui obsequium adexit b, ac Petrum Regis
Lusitaniæ filium sibi deuinxit adeo, vt longinquo-
ra perfugia querere Petrus Rex extorris co-
actus sit. In Gallaciã profectus, Compostellam
Sueri archiepiscopi & Petri Toletani decani san-
gulne manus cruetauit: classeq; instructa Baionam
Anglica, Aquitanica, Nauarrica auxilia conquisiturus
applicuit; de quo hæc tradit Urbani vitæ au-
tor anonymus c: *Per eadem tempora, cum Petrus
Rex Castellæ in suos inhumaniter defauiret, nunc
vnum insulando, & quemque suis bonis spoliando,
& alias generaliter eos persequendo; eiusque furore
perterriti quamplurimi a suo regno exularent, esset-
que odium innatum immo irradicatum inter eos
saltem pro maiori parte, fuit tractatus habitus, vt
expelleretur a regno suo: in quo cõsentientibus multis
tam nobilibus quam ecclesiasticis & particularibus,
fuit vocatus, introductus, & admissus in Regem
Henricus comes de Trastamara suus frater natura-
lis, qui pro tunc, a facie eius fugiens, tanquam pro-
fugus hinc inde vagabatur. Qui satis cito sequaces
multos habuit, & quasi ex toto obtinuit dictum re-
gnum: & cum dictum Petrum Regem persequeretur,
& ille pro tunc non haberet, ad quæ confugeret,
cum per prius fuisset omnibus plusquam hostis
capitalis inimicus, clam habuit regnum ipsum de-
serere: venitque ad Regem Angliæ & Odoardum prin-
cipem Walliæ ac Aquitanie primogenitum suum,
thesauros innumerabiles secum ferens, petens eorum
consilium & iuuamen. Henricus vero æmulus*

Lusitanum & Granatensem Reges sibi obstrin-
xit: tum, celebratis regni conuentibus, perfecit, vt
si quid sibi humanitus accideret, Ioannes filius
paterni regni heres pronuntiaretur. Hætenus de
Castellæ turbis, quæ iterum recrudescunt.

33 Claudimus huius anni periodum ijs, qua
de creatis ab Urbano Papa Cardinalibus tradun-
tur in memoratis eius vitæ gestis a: *Eodem, in-
quunt, anno, qui pro tunc carrebat MCCCLXVI,
dictus Vrbanus Papa die xviii. mensis septembris,
quæ fuit feria sexta quatuor temporum, tres creauit
nouos presbyteros Cardinales, videlicet dominos
fratrem Guillelmum Sudoris diocesis Tutellenfis
ordinis Predicatorum, tunc episcopum Massilien-
sem: * Angelicum Grimoardi fratrem suum, tunc
episcopum Auenionensem supra nominatum; &
fratrem Marcum de Viterbio Italicum, tunc gene-
ralem magistrum ordinis Minorum. At Felix
Contelorius b, quod ad Anglicum attinet, e fra-
tre nepotem ex libro obligationum affirmat:
verum constat Cardinalium, qui defuncto Vrba-
no ad eum scripsere, testimonio c illius germa-
num fratrem extitisse.*

IESV CHRISTI

Annus 1367.

VRBANI PP. V.
annus 5.

CAROLI IMP. OCCID. 22.
IO.PALÆOL. IMP. OR. 27.

1 **I**lluxit annus salutis humanæ millesimus tre-
centesimus sexagesimus septimus indictione
quinta Romanæ ecclésiæ torique Italiæ summi
Pontificis aduentu felix: in cuius describendis
itineribus gestorum ipsius auctorem ducem se-
quemur. Inuisere prius constituit Vrbanus
Montepessulanum, in qua primum vrbe huma-
nioribus literis fuerat perpolitus, eamque ma-
gnificis religiosis ædibus ornauerat, vt laudatus
scriptor narrat d: *Circa principium, inquit, anni
LXVII. labentis nimirum huius seculi, iuit ad
Montepessulanum causa videndi & visitandi mo-
nasterium, quod in honorem sanctorum Benedicti &
Germani a solo suis magnis sumptibus edificauerat,
& solemniter dotauerat pro sustentatione certi nu-
meri monachorum, iam per eum ibidem instituti &
ordinati partim vt diuinis insistant officijs, & par-
tim in literarum studijs vacent pariter & intendant.
Ipse enim pro tunc in propria altare maius ecclesiæ
huiusmodi monasterio consecrauit, magnis priuile-
gijs decorauit, & multis reliquijs, ornamentis, &
iocalibus pretiosis adornauit. De SS. Benedicti &
Germani reliquiarum portione eo transferenda
extant literæ pontificiæ e, meminereque publi-
cæ tabulæ monasterij S. Victoris f de constructa
ad Urbano apud Montepessulanum ecclesiã
sanctis Benedicto & Germano sacra, atque ara
illius principe sacra solemnè pompa, excitatoque
in eadem vrbe collegio duodecim medicorum, ac
magnis vectigalibus aucto.*

2 Lustrato Montepessulano Auenionem re-
uersus Pontifex, itineri ad Urbem se accinxit: nec
leues illi difficultates in contrarijs Regum &
principum, ac præcipue Caroli Regis Franco-
rum, Cardinalium, & aulicorum voluntatibus
superandis se obiecere, quas describit Petrarcha: g
*Ante alios, inquit, inclytus Rex Francorum ecclesiæ
filius, qui deuoto quidem, sed iuuenili amore ma-
trem cupiens propinquam, nec considerans quanto
bonestius ac melius absutura esset, ad te abiturum me-
ditantem quos potuit laqueos direxit, quibus sacros*

Henricus
Rev. solij
suum fir-
mat.

a Gesta
Vrb. V. a-
pud Bosq.
Cardina-
les creati
ab Vrba-
no.

* Angli-
cum

b Contel.
in elench.
Cardd.
e Exc. eor.
lit. in reg.
lis. Cardd.
sede vac.
Vrb. V.
pag. 1.

d Gesta
Vrb. V. a-
pud Bosq.
Vrbanus
Montem-
pessulanũ
adit.

e An. 3. ep.
cur. pag.
198. &
199.

f Tab. ma-
nast. S. Vi-
ctoris a-
pud Mass.
& gesta
Vrb. V. a-
pud Bosq.
Redit
Auenionẽ

g Petrarca
ror. semib.
l. 9. ep. 1.
Conteni-
tur a Frã-
co Rege.

Castella-
nus mo-
mento de
serit qua
not bellis
exipuerat
Arago-
nio.
Aragonẽsi
gratula-
tur Vrba-
nus.
a To. 4. ep.
ser. pag.
110.
Petri Re-
gis iuga
Lusita-
niam.
Marian.
sup. c. 17.
Gesta
Vrb. V. a-
pud Bosq.
Deinde
ad Aquita-
num pro-
pugnã.

pedes apostolicos ad omne pium sanctumque opus paratissimos implicaret; doctum scilicet ac disertum ut perhibent quendam virum, qui coram te ac fratribus tuis cupide nimis audientibus verba faciens, in eo partem maximam suæ orationis assumpsit, ut cælotenus suam Galliam attolleret, Italiamque deprimeret. Refregit hominum voluntates Pontifex contrariæ diuinæ voluntatis indicijs, aprilique exeunte se ab Auinione sibus amplexibus diuulsi.

Eodem anno, scilicet LXVII, inquit vitæ Urbani scriptor, die vltima mensis aprilis presatus Papa recessit de Auenione, gressus suos dirigens versus Romam. Quinque Cardinales hæssisse Auenione, sed nulla exornatos auctoritate a Pontifice, refert auctor, qui ad Guillelmum Nangium, appendicem adiecit. Et cum applicuisset Massiliam, declinauit ad monasterium S. Victoris, cui dudum presuerat, quod cum prius esset vetustate consumptum, minareturque ruinam in multis, a quo ad papatum assumptus fuerat, multimodis fecerat renovari & reparari, murisque ac turribus altis circumiri & fortificari; magnis etiam priuilegijs decorauerat, & multis adornauerat reliquijs, localibus, & ornamentis pretiosis. Ibidem insuper exiens, die videlicet duodecima mensis maij anni prædicti, assumpsit in presbyterum Cardinalem Guillelmum de Agrifolio decretorum doctorem, tunc sedis Apostolicæ notarium, iam sacerdotem: de quo non modicum quamplurimi fuerunt admirati, cum (set iuuenis, nondum attingens annum xxviii. ætatis suæ & de eius promotione saltem ad illum statum pro tunc nullatenus speraretur. Sed ad hoc faciendum motus fuisse dicitur consideratione domini Guillelmi de Agrifolio senioris tit. S. Mariæ in Transiberim presbyteri Cardinalis, cuius ipse Papa socius & familiaris fuerat, cum in minoribus existeret; & qui post Deum suæ diuinitatis assumptionis dicebatur fuisse præcipuus promotor & auctor, cuius dictus dominus Guillelmus nepos existeret: qui etiam in studio in quo a sua adolescentia vsque tunc versatus fuerat, bonæ famæ, vitæ laudabilis, & conuersationis bonæ, & inter alios suos coætaneos satis esse sufficiens communiter ferebatur, eratque speciosus forma, statura decorus, & alias bene dispositus ad omne bonum. Si quas tum is virtutes præ se ferebat, diro postea flagitio labefactauit: inter præcipuos enim schismatis antesignanos Clementem pseudopontificem secutus, Dei ecclesiam acerrime oppugnauit, vti suo loco lugebimus. Quanto vero magnificentia apparatus effusaque ciuim gratulatione Urbani Massiliæ fuerit exceptus, ac memorabile in ea ipse dictum, & Petrarcha libet decerpere, qui hisce verbis Pontificem alloquitur.

Nuper dum Massiliam peteres, pietate non dubitem urgens, ac desiderio reuidentis religiosum illum atque humilem nidum, vnde hinc cælesti prouidentia, hinc tua virtute quasi duabus alis ad superos euolasti, teque plebs deuota & tui in primis amantissima non ut hominem, sed ut Deum, quem officio representas, summo gaudio atque ingenti veneratione suscipent, tam pio spectaculo permotus, nescio an lachrymas, sed certe verba non tenuisti, quæ in nobis gratius etiam fortassis quam multorum, qui aderant, auribus sonuerunt. Dixisti autem inter multa, quod nisi esset alia causa Romam atque Italiam petendi, nisi ut deuotionem fidelium excitares, abunde quidem hæc sola sufficeret. O sanctum & æterna memoria dignum verbum! Et infra: Si talis occurrit tibi Massilia, quam obsequia-

sa, quam deuota, quam reuerens Roma occurret? Non affusum modo, & præ gaudio lachrymantem, sacramque tellurem p̄s fletibus irrorantem populum, sed ipsos Dei angelos in imine obuios habebis, qui vicarium sponsamque sui Domini in sedem atque in thalamum proprium redeuntes ineffabili gaudio, & prædulcibus hymnis excipient.

3 Narrat etiam Petrarcha ad Brunum, qui Pontifici ab epistolis erat vt Urbanus clausum, quam Italici principes certatim submiserant, Massiliæ conscenderit, auersis adeo Cardinalium voluntatibus, vt hæc de ijs scribat: Vnum demultis interferam, fuisse ibi nonnullos ex illo etiam venerabili ordine, qui confestim vt ventus classent terris eripuit, ceu tori acriter muliebri eulatu omnium in se nauarum simul vectorumque ora conuerterent; quin & conuictis, ne qua stomachi esset excusatio, blasphemis que non parcerent: O malum Papam, o patrem impium, exclamantes; quonam terrarum miseris filios rapit? non quasi ad Christianitatis vnicam ac supremam arcem urbem Romam sua in sede catholica futuri Reges ecclesie, sed quasi Ctesiphontem aut Memphim Saracenorū in carceres traherentur. Vere ergo miseri filij sic affecti; vere autem felicissimus pater ac piissimus (si latine dicitur) qui nolentes etiam ac luctantes filios ad salutem ducit. Et infra.

Merito itaque Deus illi, qui in his maledictis acerrimus omnium fuit, manifestum ac terribile signum fecit, vt scilicet ex quo sanctam ciuitatem attingit, illico moreretur: qui cum morti proximus esset, ad summum Pontificem destinasse traditur, qui dicerent, persuasum sibi a medicis, vt si saluus esset, vellet, ad suum aerem atque patriam remaneret; comæatūque deposcerent. Quod audiens Papa quid responderit, vt nil penitus illustrium latet, vsque huc famæ relatu insonuit, quæ an vera sint, tu ad sacros pedes assiduas indicabis; ego enim rei nescius rem scienti narro: sed id facio, vt si in manus fortassis alterius hæc venerint, responsum omnibus notum fiat, marmoribus insculpi & præ foribus urbium ac templorum legi dignum, atque æterna omnium, sed præsertim doctorum sanctorumque hominum memoria celebrari. Cum enim mandata nunci pergerissent, ille subito: Ite, inquit, domino vestro, amico meo & scholæ socio dicit: Cura in patriam eundi bona est, modo nouerit quænam patria sit sua; nam terrenam patriam cogitare in hoc statu intempesuum ac mortiferum: cælestis illa Iersalem vere patria nostra est. Ad hanc ergo suspiret, ad hanc animum attollat: cuius tamen in limine duos se maximos potentissimosque hostes quæ fuisse meminerit Apostolos Christi, Petrum scilicet & Paulum, quorum voluntati summa vi resistit, meque illius executorem præ cunctis disuasoribus omni quo quiuit ingenio retardauit. Illos ergo dum adhuc licet, compunctione cordis & lachrymis ac precibus mitiget, vt eos sibi propitios nec obstructum patriæ limen inueniat: hic insistas, hoc cogitet, omisitque curis inanibus, vnam hanc arripiat, qua placati Apostoli Christum placent, latamque illi ianuam regni cælestis aperiant. Euntes hæc sibi meis verbis nuntiate. O responsum vere angelicum! &c. Pluribusque interiectis addit: Cardinalem illum, de quo sigillatim supra dixi, sic in morte contritum, vt deuotius nihil: atque ita prioris penitus peruersicia, vt alium nullum sibi vellet heredem nisi solam tituli sui ecclesiam, quam præ cunctis horruerat, cuius in refectionem omne suum patrimonium iussit expendi, atque ibi sepeliri mortuus voluit. Valuisse illi consilium apostolicum intelligo, immo Christi

Tentatur,
vt Gallijs
hereat.

Gesta
vrb V. a-
pud Belg.
Massiliam
perit.

Monaste-
rium S. Vi-
ctoris ab
eo instaur-
atum.

Guillel-
mus de
Agrifol.
creatus
Card.

¶ Petrar-
e rer. senil.
l. 7.

De Mas-
siliensium
in Urbani
num stu-
dio.

Italici
classis
eū ex-
piondis
struata
a Petrar-
senil.
ep. 2.
Effimo-
nate non
nullorum
Card.
Gallien
voce.

Horum
intemp-
erantia
Deo cari-
gatus.
* reme-
ret

Reditum
in patriam
expolent-
ti datum
ab Urbani
no respici-
sum.

Mira
Card. mu-
catio.

consilium vicarij sacro ore prolatum, quo sera licet, tamen efficax illius anima mutatio facta est: & hinc sibi provideant collega eius, ut (aum datur) obstinatos animos ad amorem suarum scatum inflectant, nec expectent pro sanioribus consilijs diem mortis. Obiisse memorant a hoc anno quinque Cardinales, nimirum Aegidium Albornoium Sabinensem, de quo inferius b, Eliam e S. Eredio Ostiensem, Petrum Iterium Albanensem episcopos, Eliam minoritam tit. S. Vitalis & Guillelmum Bragosium tit. S. Laurentij in Lucina presbyteros: atque o duobus postremis alterum indicasse videtur Petrarcha, cum illum presbyterum Cardinalem extitisse significet. Sed ad intermissam de maritimo Urbani itinere narrationem redeamus, quam vitæ auctor ita describit. c

4 Die vigesima dicti mensis, nimirum maij, idem Urbanus Papa de Massilia exiens intrauit mare cum mirabili apparatu galearum & aliorum nauigiorum, de quibus honorifice valde sibi provideant Ioanna Regina Sicilia, Veneti, Ianuenses, & Pisani: iterque suum persequens, die quarta sequenti prospere applicuit Ianua, ubi fuit tam in portu, quam ciuitate per duces & ciues solemniter receptus, & debite honoratus. Et quia pro tunc erant dies rogationum, instabatque dies ascensionis Domini, ibidem per illos remanere decreuit: & interim, equitando per dictam ciuitatem, ecclesiam maiorem visitauit, & demum pro sua mansione descendit ad domum S. Ioannis Ierosolymitani, in cuius ecclesia in dicta die ascensionis Domini solemniter celebrauit: & in crastinum, iter suum continuando, abinde discessit, relicto ibidem domino fratre Marco de Viterbio tit. S. Praxedis presbytero Cardinali pro sedandis guerris & dissensionibus, quæ pro tunc agebant inter dictam ciuitatem & Bernabonem de Vicecomitibus Mediolani: & (diuino sibi assistente presidio) peruenit feliciter ad portum seu plagam Corneti die quarta mensis iunij subsequentis circa ortum solis. Vbi mari exiens, sibi obuiam habuit dominum Aegidium Aluari Hispanum episcopum Sabinensem Cardinalem, tunc sedis Apostolica legatum in prouincijs illis, comitatum fere omnibus nobilibus & magnatibus terrarum ecclesie ac praelatis, & alijs quamplurimis armatis aut inermibus, prout eorum cuiuslibet conditio seu qualitas exigebat. In litore autem parata fuerunt tentoria tam de pannis sericeis, quam frondibus seu ramis arborum virentium magna amoenitatis decora: quæ cum dictus Pontifex fuisset ingressus, ac in ipsis aliquantulum conueneret, parato ibidem altari missam cum nota solemniter fecit coram se decantari. Quæ finita, equum ascendit, venitque Cornetum bora prærandi, ad domum Minorum declinando: Conuenti Feus Belcarius in actis B. Ioannis Columbini d, conditoris Iesuatorum ordinis ita dicti, quod nomen Iesu cõclamarent. Urbanum Cornetum feria sexta die iulij quarto appulisse, ac Ioannem ipsum suis stipatum alumnis omni officiorum & obsequij genere, gaudio ingenti summo Pontifici famulatum, atque ab illo exceptum benigne e: dum vero Ioannes Senis redibat, pie obiisse f, claruissetque mireculis. g

5 Pergit anonymus vitæ Urbani auctor h: Vbi, nimirum Corneti, mansit vsque in crastinum diei instantis pentecostes, in qua ipse ibidem solemniter celebrauit: venerantque ad eum solemniter nuncijs Romanorum, pro eorum parte sibi plenum dominium Urbis offerentes, ac clauas S. Angeli per ipsos prius detenti secum deferentes. Abinde autem recedens die nona dicti mensis intrauit Viter-

bium, ubi fuit cum magno gaudio & solemnitate receptus. Venerunt ad eum ibidem paulo post tam domini Cardinales, qui post eum per terram iter suum profecti fuerant, quam vniuersaliter nobiles & magnates, praelati & communitates partium Italia de suo aduentu gaudentes. Deceuisse Urbanum aliquandiu hæere Viterbij, vt Carolum Imperatorem expectaret, quo vna cum ipso Romam ingrederetur, ex literis pontificijs superioris anno allatis vidimus: sed Carolum nouæ difficultates ab Italia ingressu retardarunt. Dum vero Viterbij morabatur Urbanus, seditio in aulicos a ciuibus concitata est a, moxque fontium supplicio sedata. De eadem seditione meminit Petrarcha b, quam motiunculam vocat, queriturque nonnullos nefarias spes concepisse, Pontificem ea populari infania exasperatum, sedem in Gallias reducturum.

Nondum Pontifex Viterbio mouerat, cum Ioannis Palæologi Græcorum Imperatoris oratores vna cum Amedeo Sabaudia comite ipsam conuenerent, vt de orientalis ecclesie cum Romana coniunctione agerent, atque auxilia ad retundendos Turcarum impetus elicerent, vti laudatus Urbani vitæ auctor subiectis verbis enarrat: c. Dicto Urbano adhuc Viterbij existente, venerunt ad ipsum memoratus Amedeus comes Sabaudia, patriarcha Constantinopolitanus, & alij alij viri notabiles missi pro parte Imperatoris Constantinopolitani, pro sui parte eidem Papa promittentes, ipsum rediturum ad Romanæ ecclesie unitatem; & super hoc breuiter personaliter venturum ad ipsum Papam. Qui Papa de Viterbio recedens die decima sexta mensis octobris Romam intrauit, occurrere sibi clero & populo Romanis, ipsumque solemniter recipientibus cum magno gaudio, ac demum laudantibus de iucundo aduentu suo. Postquam vero in ecclesia B. Petri suam fecit orationem, in cathedra papali fuit more solito collocatus: declinauitque ad palatium suum dictæ ecclesie contiguum, quod prius vetustate ac inhabitacione quasi consumptum & diruptum saltè quoad tecta, opere mirabili fecerat renouari.

6 Scripsit Petrarcha panegyricam epistolam ad Urbanum d inter effusas principum ac populorum Italia gratulationes, ex qua hæc decerpimus: O iteram te felicem! O felicem diem, qui te matris ex utero in lucem edidit, & ceu benignum sydus aliquod mundo dedit! Nunc verus, mihi vere summus ac Romanus es Pontifex, vere Urbanus, vere Petri successor, vere vicarius Iesu Christi. Eras & ante (non inficior) potestate, dignitate, atque officio: nunc (quod est optimum) voluntate, pietate, atque exercitio. Neque enim aut voluntas sanctior, aut purior pietas esse potest homini, quam tibi est. semperque fuit, vt puto: sed nunc ita rebus ipsis emittit, vt iam nemini esse possit occulta: neque a quocumque promptius posset aut cautius in actum deduci, sine quo quidem sterilis est voluntas. Quinque Pontificum statu partium, non animis. & sexaginta vel eo amplius annorum negligencias vnus tu diebus paucissimis emendasti. Et infra: Reduc ecclesiam tuæ creditam custodia in antiquos mores, quam in sedes pristinas reduxisti, vt vndique fiat irreprehensibilis: & qualis olim fuit toto orbe, venerabilis esset: rursus incipiat ac dilecta. Et infra: Duce fratres ac filios tuos spernere quæ amabant, amare quæ metuunt quæue oderunt: odisse seipfos, qui tam diu oderint quod amandum erat. Dignum literis aureis Augustini verbum est: Nemo potest perfecte diligere quo vocatur, nisi oderit vnde reuocatur. Et post pauca. Nec fiet quisquam qua-

Ab Italo-
rum ora-
toribus
conueni-
tur.
Carolus
Imp. fru-
stra oppo-
nitur.

aEad. goss.
Mota se-
ditio &
mox re-
pressa.
b Petrarch.
l. 9. rer. se-
nil. ep. 1.

cGoss.
Vrb. V. a-
pud Bosq.
Imp. Con-
stantino-
politani
in signis
ad Vrb. le-
gatio.

Pontificis
in Urbem
ingressus.

Petrarche
ad illum
panegyri-
ca gratu-
latio.
dEad. l. 9.
ep. 1.

eEad. l. 9.
ep. 1.

fEad. l. 9.
ep. 1.

Qui Car-
din. hoc
anno obie-
rit.
a Conrel.
in el. cao.
Card.
b Hoc ann.
1367.

Vrb. goss.
apud Bosq.

De Vrbani
portum Ge-
nue. ap-
pulsu.

Legatum
decernit
pro reuo-
canda pa-
ce inter
Genuen-
ses & Ber-
nabonem.
Ab Aegi-
dio lega-
to excipi-
tur.

In litore
diuinam
rem feli-
ci ritu
peragie.
f Feus in
vita B.
Io. Colum-
bini
l. 59.
g Io. Co-
lumbini
in Vrb. ob
seruancia.
l. 6. c. 64.
65.

h Cap. 76.
i Cap. 85.
k Ead. l. 9.
ep. 1.
l Mariy.
Rom. die
vlt. iulij.
m Goss.
Vrb. V. a-
pud Bosq.
n Romano-
rum ad
Urbanum
legatio.
o Viterbij
ingenti læ-
ticia exce-
pit.

qualis cupit esse, nisi se oderit qualis est.

Offende sensibus vagis, ad huc malas domos Rhodani & palustria rura quarentibus, loca illa salubria ubi effectum est, quod ianitor cali doctor orbis pariter, ut de utroque canit ecclesia, iudices seculi, vera mundi lumina, per crucem alter, alter ense triumphans vita senatum laureati possident.

Offende illis digito non procul inde ab illius ingentis ac deuote foribus basilica ubi Simon Petrus ascendit in crucis patibulum, unde clauicularius regni gaudens migravit ad Christum. Offende paululum distans, ubi Paulus Apostolus lumen orbis terra inclinato capite pro Christi nomine martyrio coronatus est. Hæc enim sæpe de suis ducibus occiderunt ac legerunt; loca sancta (ut arbitror) non viderunt: quæ cum viderint hæserintque animis, pudebit (ut spero) profanorum & infamium locorum, ad quæ non recto iudicio, sed obliquo affectu & longo usu amorem immeritum conceperunt. Iube illos cogitare, atque interius spectare oculis venerandum ac sanctissimum senem Petrum non peregrini vini cupiditate, sed iusto metu mortis absterritum abire, dehinc calle medio Christum illi obuium: quo conspecto statim verbo unico, ut aiunt, ad certam mortem intrepidus remeavit. Videant illum ipsum mox in cruce pendentem, per quem ipsi sedibus aureis ac scabellis eburneis insistentes accepisse se sentiunt (nisi ingrati sint) quidquid habent excellentia, quidquid opum, quidquid gloriæ. Post aspiciant mentibus gloriosissimi Pauli truncum caput, vas electionis, doctrinæ celestis armarium, limpidissimum fidei nostræ solem: illum cordis auribus audiant ipsa de morte altis Iesum vocibus nouissimisque suspirijs inuocantem. Miraculi testes eximij fontes ibi sunt totidem, quot saltus dedisse sacrum caput fama est. His ipsis in locis, quæ cæsa ceruix attingerat, si deuote voces illas audierint, deque his fontibus pio haultu biberint, & symphonias transalpinas spernent, & siticulosos modo fonticulos, qui sunt ad Rhodani angulos, non requirent. Hæc enus Petrarca.

7 Vbi suas sedes in basilica S. Petri fixit Urbanus, primas curas orientalis ecclesiæ ad Romanæ obsequium redituræ coniunctioni consecrauit: qua de re dicturi rem paulo altius repetemus. Legarat iam ante decennium Innocentius VI. Constantinopolim Petrum Thomam tum Patensem episcopum ad Ioannem Palæologum Imperatorem, qui ad Romanæ ecclesiæ gremium se recipiendi pium studium ostenderat, vti suo loco meminimus a. Gesta autem adeo strenua res est a legato sanctissimo, ut Palæologus Romanum Pontificem summum ecclesiæ toto orbe diffusa antistitem agnouerit b, pollicitus e se Græcos, acceptis auxiliariis copijs, ad ecclesiæ Romanæ obsequium adducturum, seque filium obfidem missurum ad Apostolicam sedem, quam etiam ipsemet adire percuperet, ut Christi vicarium meritis honoribus prosequeretur. Nulla porro multorum annorum flexu submissa fuerant idonea auxilia, quibus Turcica tyrannidis posset comprimi, principibus nimirum Christianis perpetuis ciuiliū bellorum turbinibus agitatis. Quinimmo Orchanes ob Cantacuzenum & Matthæum, quibus arctissimo erat iunctus fœdere, tyrannide depulsos, deinde Amurates maximas clades Græcorum imperio intulerant, donec anno superiori Amedeus comes Sabaudia, Urbani auspicijs collecto cruce signato exercitu, laturus consanguineo suppetias, Gallipolim Græcæ portum munitissimum, in quem ex Asia Turcæ trajicere & Christianorum Europæorum tri-

stia spolia conuehere soliti erant, expugnauit: de quo etsi fileant annales Turcici, meminit tamen Urbani vitæ scriptor hisce verbis a: Amedeus comes Sabaudia Gallipolim ipsam eripuit de manibus Turcorum, quam demum tradidit Imperatori Græcorum consanguineo suo. Recuperata Gallipoli, Ioannes Palæologus in spem obtrendæ Latinorum auxilijs Amuratis Turcorum principis potentia, qui imperium in Græcia iam late protulerat, erectus est: mistique ad Urbanum octo oratores amplissimos, quibus Amedeus Allobrogum princeps, de quo paulo ante memorauimus, & Paulus ex Smyrneni archiepiscopatu ad patriarchatum Constantinopolitanum post B. Petri Thomæ mortem euectus, socios se addiderant, pollicitus expetitam tot annorum continentibus votis orientalis ecclesiæ coniunctionem se perfecturum, Romamque vere proximo accessurum. Audita eius legatione Viterbij, ut antea indicauimus, Urbanus perficiendæ tantæ rei sollicitus, ne qua Palæologo mare Siculum fulcaturo iniuria inferretur, Ioannæ Regina Siciliæ imperia dedit b, ut regio edicto suos a quauis inferenda illi offensioncula contineret.

Urbanus, &c. charissima in Christo filia Ioanna Regina Sicilia illustri.

Ad notitiam tuæ serenitatis deducimus, quod magnificus vir Ioannes Palæologus Imperator Græcorum illustris, necnon prælati, clerici, calogeri, nobiles, & populi Græci cupientes, ut afferunt, ad obedientiam & vnitatem sanctæ Romanæ ecclesiæ remeare, octo ambassiatores solemnes statuum diuersorum vna cum venerabili fratre nostro Paulo patriarcha Constantinopolitano, & dilecto filio nobili viro Amedeo comite Sabaudia, propter hoc ad nos venientibus, ad sedem Apostolicam destinarunt: obtulitque ac pollicitus est Imperator præfatus, se in mense maii proximo futuro, pro faciendâ sua sui que populi reconciliatione cum dicta ecclesia ad sedem præfatum cum nonnullis prælatis, alijsque clericis & religiosis, ac nobilibus & plebeijs personaliter accessurum, vel eo impedito (quod absit) suum primogenitum transmissurum. Quare cum ex dicta obedientia & reconciliatione, si eam fieri contingat Domino iuante compleri, salus multarum aliarum preuentium animarum, Christianitatis augmentum, & tutela fortissima, infidelium repressio, aliaque multa spiritualia & temporalia bona sint probabiliter prouentura; omnesque fideles Christi, præsertim personas sublimes, ad hoc deceat fauores, & auxilia impertiri; serenitatem tuam rogamus & hortamur attente, mandantes quatenus vigilanter prouideas, quod dictis Imperatori & eius primogenito, alijsque Græcis & gentibus, qui cum eis vel eorum altero ad sedem venient memoratam, per terram vel mare regni Siciliæ nulla iniuria, damnum, aut impedimentum aliud irrogetur; super hoc publicam proclamationem grauium bannerum, & pœnarum comminatione ac infictione per dictum regnum, vbi expedire cognoueris, fieri faciendo, &c. Dat. Roma apud S. Petrum VII. id. nouembris pontificatus nostri anno VI. Rogatus quoque Philippus princeps Tarentinus c dictus Imperator Constantinopolitanus, Balduini II. a Michaele olim Palæologo Constantinopoli pulsi materno iure heres, ne ob veteres similitates optatissimam Græcorum coniunctionem disturbaret, tutumque ac liberum comeatum venienti Imperatori daret. Latini etiam alij d, qui in orientalibus oris prin-

De sacris
Vrbis lo-
cis.

Actum de
Græcor.
ad Roma-
nam eccl.
reditu.

a An. Chr.
1356 n. 34
Vt Palæo-
logus iam
ante schis-
ma dam-
narit.
b Philip. o
Maxer. in
vit. B. Pe-
tr. Tho. c. 5
c Ex. ea
de re im-
perial. lit.
date 7. no-
uemb. an.
1357. apud
Philip. o
Maxer. in
eod. c. 7.

Amedei
Sabaudi
comitis
opera Gal-
lipolim
recepit.

a Gesta
Vrb. V. c.
pnd. 201.

b Tit. 6.
ser. 143.

Vt Palæo-
log. Imp.
sponso-
re Romæ
se accep-
tum.

Monita
Regina
Siciliæ ut
eū ledat.

Monita
amulus
Philip.
Imp. de
eodem.
c Bad. 141.

d Ead. 141.

cipatus amplos obtinebant, vt Rhodiorum equitum magister, Marcus Cornelius Venetorum & Gabriel Adurnius Genuensium duces, tum Aegæi maris insulani, vt Chienfes Eubœique, sollicitati a vt Imperatorem studijs suis ad sedem Apostolicam profecturum prosequerentur: *Nobilitatem & discretionem vestram*, hos posteriores alloquitur, *rogamus & hortamur attente, quatenus iam ipsi patriarcha, quam magnifico viro Ioanni Palæologo Imperatori Græcorum illustri & suis gentibus, pro dicta reconciliatione ad sedem profecturis eandem, in eundo et redeundo ob reuerentiam dictæ sedis et nostram, ac augmentum fidei Christiana si requisierint, vestra tribuatis auxilium, consilium, et fauorem.*

9 Vt foveret autem in suscepto pio redintegrandæ orientalis ecclesiæ & schismatis damnandi consilio Græcos, Pontifex excitauit Ioannis Palæologi Imperatoris filios b, Andronicum, Manuelem, & Michaelem ad Romanæ ecclesiæ obsequium pronos, vt constantes persisterent, ac paternam pietatem æmularentur. Quo etiam argumento subiectas ad Helenam ipsorum matrem literas dedit. c

Vrbanus, etc. illustri principissa Elena Imperatrici Græcorum gratiam in presenti, per quam obtineat gloriam in futuro.

Lætati sumus ab intimis in ijs, quæ venerabilis frater noster Paulus patriarcha Constantinopolitanus & ambassiatores magnifici principis Ioannis Palæologi Imperatoris Græcorum illustris, consortis tui, ad sedem Apostolicam destinati nobis de tua prudentia alijsque virtutibus retulerunt. Illudque lætificauit præcipue mentem nostram, quod (prout a patriarcha & ambassiatoribus præfatis audiuius) non solum optas Latinorum & Græcorum sanctissimam & amabilissimam vnionem; sed ad hoc deuotæ tuæ operationis studium ardenti animo impendisti, præfatum Imperatorem & assistentes eidem ad profecturum & perficiendum vnionem huiusmodi prouidisti tuis persuasionebus inducendo. Gaudemus itaque quod in te mulierem fortem inuenimus, in qua cor merito potest confidere viri tui, cuius vtriusque hominis salutem & gloriam ardentem desideras, & studiosa procuras. Eapropter tuam excellentiam & prudentiam attentius exhortamur in Domino, quatenus in huiusmodi tua laudabili voluntate & operatione persistens, præfatum consortem ac inclitos natos tuos (quibus prudenter satagis regnum recuperare ac stabilire terrenum) & nihilominus acquirere sempiternum, ac clerum & populum Græcorum sollicitare non desinas, vt negotium vnionis præfate puris animis, & efficacibus studijs prosequatur. Nam sacrosanctam Romanam ecclesiam, quæ non claudit redeuntibus gremium, reperient non solum iustam & piam, sed (quantum secundum Deum poterit) fauorabilem, & etiam gratiosam. *Dat. Roma apud S. Petrum viii. id. nouembris pontificatus nostri anno vi.*

Pollebat multa auctoritate in Græcorum clero ad perficiendâ hanc coniunctionem Imperatricis pater Ioannes Cantacuzenus, quem antea cum Clemente sexto de adducendis ad Romanæ ecclesiæ obsequium Græcis egisse, dum sceptris vi & tyrannide arreptis potiebatur; sed cum rem segnius tractaret, atque in Turcis, quorum prædæ ac furori Græciam sua ambitione exposuerat, spes suas collocaret, imperio deturbatum, mortisque metu ad monachorum S. Basilij instituta confugisse vidimus. Ipsum ergo Pontifex hortatus est d,

vt partes suas in clero ad Romanæ ecclesiæ obsequia reuocando adhiberet.

Vrbanus, etc. prudenti viro Catacuzino ordinis S. Basilij olim Imperatori Græcorum gratiam in presenti, per quam obtineat gloriam in futuro.

Audiuius sapius, te fore virum multa prudentia, & etiam literarum diuinarum scientia redimitum, olimque Græcorum imperium multo tempore gubernasse, & post relictam coronam imperij ad austeritatem vitæ, ordinem videlicet S. Basilij transiigrasse; multamque calogeros, ac cleri & populi Græcorum habere sequelam: propter quod in perfectione tractatus vnionis eorundem Græcorum & Latinorum præ cæteris post imperiale culmen potes existere fructuosus; sicut in ijs, quæ in tractatu prædicto apud Constantinopolim gesta sunt ultimo, asseris extitisse. Quare discretionem tuam requirimus & hortamur attente, quatenus magnificum virum Ioannem Palæologum Imperatorem Græcorum illustrem generum tuum, ac calogeros, nec non clerum & populum prælibatos ad faciendum vnionem præfatum, ex qua innumera spiritualia & temporalia bona prouenient, dictumque Imperatorem ad veniendum propterea ad sedem Apostolicam, vt promisit, prouidisti tuis consilijs & inductionibus iugiter exhorteris; proinde dictorum Imperatoris, & imperij statui in præcipitium cadenti, quotidie succursurus, ac gloriosum nomen in seculo & in excelsis etiam præmium recepturus. *Dat. vt supra.*

10 Comparati egregie visi sunt ad schisma, vetus damnandum tum religiosam vitam professi, tum alijs seculares clerici, cum nimirum extrema calamitates exceptæ a Turcis, atque aliarum imminentium terror superiorem pertinaciam molliuissent, quibus hæc rescripsit Vrbanus a.

Prudentibus viris vniuersis archimandritis alijsque calogers Græcia gratiam in presenti, que perducatur ad gloriam in futuro.

Audiuius iucundanter [nempe ex oratoribus] quod vos seu magna pars vestrum, non absque gratia diuinæ inspirationis inducti, iam dudum de reconciliatione ac vnione Græcorum, faciendâ cum sacrosanctâ Romana ecclesia matre ac magistra cunctorum Christi fidelium apud Constantinopolim ageretur, præfato Imperatori & alijs tractatoribus huiusmodi sancti negotij fidei ac prouido consilio suastis, vt omnino præfatum facerent vnionem: propter quod ipse ac vos, nec non clerum & populum ciuitatis Constantinopolitanæ eisdem & alios ambassiatores ad sedem Apostolicam destinastis: & idem Imperator obtulit se cum pluribus vestrum ac prædictorum cleri & populi ad dictam sedem de mense maij proximo futuro personaliter accessurum, &c.]

11 Assenserant redintegrandæ felici illi ecclesiarum coniunctioni Philotheus Constantinopolitanus, Nifon Alexandrinus, & Lazarus Ierosolymitanus patriarchæ, ac suas ad Pontificem literas, quibus se illius obsequio addixere, transfuderant: quos hortatorijs literis excitauit Christi vicarius, vt gregem dominicum sub vno supremo pastore congregarent: significauitque, si vnum Imperatorem Romam accederent, debita ipsos beneuolentia ac officijs se complexurum.

Prudentibus viris Philotheo Constantinopolitanam, Nifon Alexandrinam, & Lazaro Ierosolymitanam patriarchales ecclesias more Græcorum regentibus, gratiam in presenti, per quam obtineant gloriam in futuro.

Ad patriarchas hortatoriaz literar.

*Megacartophylas

Salutaris intentionis vestrae propositum, super reductione Græcorum ad sacrosanctam Romanam ac vniuersalem ecclesiam unitatem nobis tam per literas vestras, quam per venerabilem fratrem nostrum Paulum patriarcham Constantinopolitanum, ac prouidos viros Nilos Metropolitanos & Theodorum * Megacarthophilas nuntios vestros latorum presentium referatum, audiuius cum multa læticia. Proinde deuotas gratias referentes Altissimo, qui tam laudandum propositum vestris mentibus inspirauit, rogamus vos & hortamur in domino Iesu Christo, quatenus in dicto proposito immobiliter persistentes lumen, quod in vobis est, in cognoscendo utilitatem vestram & aliarum innumerabilium animarum & corporum, ex reductione præfata indubie prouenturam, non abscondatis sub modio, sed super candelabrum vestrae sinceræ prædicationis & operationis cunctis Græcorum populis ostendatis, vt in ipsius claritate per semitam mandatorum Domini gradiantur; vosque tanto plus apud ipsum Dominum laudari, ac alius super plura constitui mereamini, quanto plures manipulos de credito vobis agro collegeritis, & ad arcam Domini afferetis, quantoque de datis vobis talentis datori reportabitis maius lacrum.

Cæterum valde gratum habebimus, quod cum magnifico viro Ioanne Palæologo Imperatore Græcorum illustri, & cum alijs multis viris literatis & authenticis de clero & populo Græcorum ad sanctam sedem Apostolicam matrem & magistram cunctorum fidellium, ad quam idem Imperator venturum se obtulit, veniatis; vbi vos libenter videbimus, & condignis honoribus prosequemur; ac (dante Deo) tollentur schismata, & alias saluti dictarum prouidebitur animarum.

Dat. Roma apud S. Petrum VIII. id. nouembriis pontificatus nostri anno vi. Pronocati etiam apostolicis adhortationibus fuere a ciues Constantinopolitani, imperijque totius proceres: nec non Latini, qui in oriente plura obtinebant, communiti; vt ijs non deessent.

12. Quod ad Paulum patriarcham Constantinopolitanum (Latinum scilicet) spectat; is, dum pontificia legatione Constantinopoli fungebatur, cum Ioanne Cantacuzeno, ad quem ante Urbanum scripsisse vidimus, congressus illum excussit, an Palamæ distinctionem realem inter diuinam attributa actione sue diuinæ & diuinam essentiam sentiens, pluresque comminiscens diuinitates; necnō lumen, quo in monte Thabor Christus circumfulsit, increatum fuisse delirantis hæresibus contaminatus esset; demumque post concertationes varias, a Cantacuzeno expressit, diuinam essentiam eiusque actionem immanentem, non re, sed ratione distinguunt. Postea tamen, Cantacuzenus nonnulla scripta edidit, quæ distinctionis realis ambiguitatem iniecerunt, ac fœdissimū Palamæ dogma de increato lumine Thaborio asserere cōtendit; quæ Paulus patriarcha subiectis tabulis promulgauit b, professus illa se Romano Pontifici delaturum: *Paulus miseratione diuina patriarcha Constantinopolitanus, omnibus in Christofidelibus.* Et infra. *Ne posteros veritas rerum prætereat, oportere censui, quæ inter Imperatorem Cantacuzenum & me disputari contigit, scriptura tradere. Quoniam enim ad dominum Papam Urbanum V. & eius Cardinales nonnulli Græci retulerunt, commemoratum Imperatorem Cantacuzenum & ecclesiam Græcorum multas suo dogmate diuinitates inducere supereminentes & remissas, eo*

quod asserant, quæ Deo insunt realiter inter se distingere, & vnumquodque horum deitatem distinctam in infinitum a diuina substantia distare; cum nosse verum huius doctrina cuperem, Constantinopoli degens, quando ad Imperatorem Palæologum a commemorato summo Pontifice missus fui, quaesiuimus istud scire, non autem potuimus verbo velre aliquid certi de hac opinione & impia doctrina comprehendere: quapropter & coactus sum verbis asperis eos insectari, & veluti quibusdam argumentis prouocare. Tandem Imperator ipse Cantacuzenus de hac opinione mecum verba fecit. Quamuis autem a principio videretur mihi non recte sentire, qui ex eius verbis eum distinctionem realem ponere suspicabar; tamen post aliquos dies sermone protracto dixit, se non sentire realem distinctionem inter ea, quæ Deo insunt, sed tantum ratione & conceptu mentis. Tunc veluti gauisus dixi, bene eum dicere, & cum B. Ambrosio conuenire. Postea dicta colloquia scriptis mandauit, quibus nonnulla inseruit, quæ dubitationem pariunt, vtrum rationis tantum, an etiam realem distinctionem esse cōtendat: quæ profecto scripta tūmo Pontifici ostendam, vt ea vel improbet vel confirmet.

Diinde scripsit de lumine, quod apparuit in monte Thabor, asserens illud esse increatum, et non esse Dei essentiam, sed quandam diuinam operationem, quod ne auditu quidem ferendum est: nihil enim est increatum præter diuinam essentiam, & omne increatum sempiternum est; nullum porro sempiternum visibile est, quæ enim cernuntur temporanea sunt. Quare si diceret, illud visibile lumen symbolum fuisse inuisibilis & increati luminis, vti que recte saperet: dicere autem lumen, quod corporalibus oculis visum est, esse increatum, omnino extra terminos fidei est contra omnem rationem. Hæc igitur volumus presenti scripto esse manifesta, vt rei veritas in posterum conseruetur. Hæc de Cantacuzeno verè promulgata a Paulo patriarcha, ostendit ipsius Cantacuzeni historia; in qua ipse eos errores de thaborio lumine vt fidei dogmata proponit. At de his hæcenus.

13. Cæterum dum Græci Constantinopolitani e & schismate emergere cogitabant, nonnulli schismatici præpotentes suæ tyrānidi Cathareses catholicos Rascijs & Albanis schismaticis circumfusos subijcere sunt moliti, qui cum ad communem parentem ac religionis defensorem Romanum Pontificem opem flagitaturi confugerent, Urbanus Venetorum ducem, qui ob maritimas vires, quibus pollebat, facile ijs subsidio accurrere poterat, excitauit b vt in retundendis schismaticorum conatibus potentiam explicaret, & Cathareses tueretur.

Marco Cornario duci Venetiarum.

Dilectorum filiorum ciuium & communis ciuitatis Catharenfis piam querelam audiuius cum amaritudine mentis nostræ, continentem, quod licet ipsi sint inter hæreticos & schismaticos Albanæ & Rasciæ constituti, tamen prout notorium est, sunt catholici, in unitate & obedientia sanctæ Romanæ ecclesiæ persistentes: quodque nonnulli nobiles & alij ex dictis hæreticis & schismaticis eos subiugare, & ad damnabilem ipsorum ritum adducere hostilibus aggressibus moliantur; & quod, nisi a te & alijs Christi fidelibus adiuuentur, sunt in maximo animarum & corporum ac rerum periculo constituti: quare super hoc apostolici fauoris præsidium implorantur. Nos igitur eisdem ciuibus & communi paterno compatiens affectu, nobilitatem tuam deuote requirimus, rogamus, & hortamur attente, qua-

Professio sit deus Cantacuzenus in Diuina natura distinctione rationis non re. Dein sic suspicione scriptis iniecerunt an distinctionem realem prouocaret. Lumen Thaboris increatum fuisse est. merit.

a Colla enu. lib. c. 49. Cathareses catholici opprobrii a schismaticis.

b Tom. 6. ep. 5. ff. et. pag. 1.

Solicentiam ad ferendam ijs opem veneti.

¶ Ead. pag. & pag. 2.

De Paulo patriarcha Constantinop.

Vt Cantacuzenum excussit an Palamæ hæresibus inquinatus esset.

¶ Exc. inter opus aurea posteriorum Græc. c. 15. Roma pag. 405. Delatum id Pontifici fuerit.

tenus omnibus subditis tuis districte præcipias, ne præfatis hæreticis & schismaticis per mare vel terram contra iam dictos cives & commune præbeant aliquod auxilium vel fauorem: quinimmo ipsos cives & commune pro eorum defensione, ab huiusmodi hostibus facienda velis ob reuerentiam Dei, suæque fidei, ac Apostolicæ sedis & nostram in tantâ necessitatis articulo charitatiuis auxilijs & fauoribus, de quibus eis commode subuenire poteris, adiuuare; proinde a Deo præmium & a nobis dictaque sede pleniorē beneuolentiam obteaturus. *Dat. Romæ apud S. Petrum viii. kal. decembris.* Accensi pariter a Iadertini, Ragusini, Dyrachini, atque Appuli, vt religionis studio Cathareses orthodoxæ fidei cultores ab impiorum seruitute vindicarent.

14. Neq; ad tuendos modo orientales catholicos aduersus hostiū arma & potentiam Vrbano incubuit, verum etiam e vitiorum seruitute eripiendos. Victus a mollissima voluptate in adulterij cœno iacebat Petrus Rex Cyprî, qui antea armatos Saracenorum cuneos vicerat, partarumque victoriarum gloriam obscurabat: nec leue aberat periculum, ne ab impijs, quorum spurcitijs imitabatur, clientela diuini Numinis destitutus, vexaretur. Ipsum itaque Christi vicarius, cui Reges regere cœlitus datum est, subiectis literis ad puriora consilia reuocare nifus est b.

Charissima in Christo filio Petro Regi Cyprî illustri.

Amara nimis, & horrenda relatio, apostolicis auribus sapius inculcata, nostro patefecit auditui, quod tu, propria abiecta consorte illustri genere ac morum elegantiâ decorata, non erubescis quandam adulteram publice retinere: ex quo Deum creatorem tuum institutorem sacri matrimonij offendis grauissime, animam tuam laqueo damnationis inuoluis, regiam claritatem obnubilas, & populum tuum, qui iucundatur in multiplicatione regalis sobolis, tristem facis, ac hostes crucis & tuos, quorum es persecutor acerrimus, ex eo latificas, quod Regem regum, qui contra ipsos tibi largitur victorias, offendere non pauescis, ac de propitio, tuis culpis constituis offensorem; & meritum ac gloriam, quæ pugnando strenue contra dictos hostes assequeris, pro pudor! causa vnius impudicæ mulieris amittis. Quare celsitudinem tuam, cuius salutē & gloriā paternis zelamus affectibus, monemus ac rogamus attentius & hortamur, tibi nihilominus per apostolica scripta mandantes, quatenus si est ita (quod vix credere possumus) ad quantum & quam detestabile prolapsus sis facinus, in humilitatis & contritionis spiritu recognoscens, & omni tempore, præsertim isto, quo magnifice prosequeris causam Dei, te ab eius offensione custodiens, festines reatum tuum celeriter emendare, eandem adulteram abijciendo prorsus & e minus, ac præfatam tuam consortem affectu coniugali tractando, & condignis honoribus prosequendo; sic perfecte errata corrigens, quod Deo, & hominibus fias correctus placidior, quam esses primitus non excedens. *Dat. Romæ apud S. Petrum xv. non. decemb. anno vi.* Admouit etiam ad tantum dedecus Cyprî regiam remonendum Pontifex Raimundi archiepiscopi Nicosenfis curas, quem iussit opportune & importune precibus, imperijs, blanditijs, mitis, incumbere apud Petrum Regem c, vt coniugem reciperet atque ab occidente repetendo, ad committendam monomachiam cum

Florimundo Sparræ regulo deterreret, cum id ab ipsius dignitate & salute abhorreret. Traiecit porro sequenti anno in occidentem Cyprîus Rex, sed vt auxilia in Saracenos eliceret, ac Pontificem in Vrbe salutauit: de quo suo loco. Nunc reliqua ab Vrbano Romæ gesta prosequamur.

15. Sacratum ab ipso Sabinensem episcopum omnium sanctorum peruigilio, narrat vitæ illius auctor a: *Die, inquit, vltima diei mensis, quæ fuit dies dominica in vigilia omnium sanctorum primum in altari B. Petri solemniter celebravit, & ibidem consecrauit in episcopum Sabinensem prænominatum dominum Guillelmum de Agrifolio, qui longis temporibus ante non consecratus tit. S. Mariæ in trans Tyberim presbyter extiterat Cardinalis. In dicto autem altari a tempore Bonifacij Papæ VIII. non fuerat celebratum propter summorum Pontificum, qui in ipso tantum sunt soliti celebrare, absentiam diutinam. Suffectus est Guillelmus de Agrifolio in Sabinensis ecclesiæ administratione. Egidio Albornotio pacis bellicque artibus clarissimo, cuius virtute ditio ecclesiastica a tyrannorum cruentis manibus erepta, ac via venturo Pontifici structa fuerat: Viterbij vero presente iam Pontifice quasi suo functus munere, ac lauream immortalitatis collecturus obierat, relicto omnibus, ac maxime Vrbano ingenti sui desiderio; de quo hæc eiusdem Vrbani vitæ auctor tradit b:*

Die xxv. mensis augusti immediate suum dictum aduentum subsequenti obiit in Viterbia præfatus dominus Aegidius Aluari episcopus Sabinensis Cardinalis, vir utique memoria laudabilis, immo etiam indelebilis in æternum. Fuit namque legatus in dictis partibus continue fere per quatuordecim annos: & licet a principio repererit ciuitates, loca, castra, & terras, quæ ad dominium, ius, & proprietatem Romanæ ecclesiæ spectabant, sub manibus consistere, Montis Iasconis & de Montefalco dumtaxat exceptis; tamen diuino fretus auxilio sic operatus est nunc per tractatus amicales, nunc vero per insultus hostiles, quod fere omnia ad obedientiam dictæ ecclesiæ suo tempore suoque ministerio reducit: in quibus etiam castra, robas, & alias munitiones vt plurimum aut nouiter fecit edificari, aut quæ hætenus in posterum in defensionem fidelibus, rebellibus vero ad offensionem & terrorem. Fuit insuper homo admodum virtuosus, literarum scientia præditus, in agilibus multum circumspectus, corde magnanimus, corpore laboriosus, ac in factis armorum, non omiffa pontificali decencia, valde edoctus & expertus: sciuitque in omnibus sic & taliter se gerere, quod in tota Italia viuens amabatur, aut saltem timebatur. Ipse de bonis a Deo sibi datis constituit, dotauit, ac fundauit Bononia vnum solenne collegium pro pauperibus scolaribus regionis suæ. Plura alia bona fecit pro salute animæ suæ. Eius obitus fuit multum toti ecclesiæ damnosus, & præfate Vrbano Papæ displicibilis & dolorosus, præsertim in sui dicti aduentus principio, cum speraret in suis agendis per eum in plurimum dirigi & iuuari.

Ex his constat errore lapsos, qui Aegidij obitum ante hunc annum collocant. Cineres Assisij temporario sepulchro in ecclesiâ S. Francisci conditos, Toletum postea translatos, vt ab ipso in vltimis tabulis cautum fuerat, ad templum S. Ildefonsi; cumque Vrbano indulgentiarum amplissima præmia funus cohonestaturis, ac feretro subcollantibus largitus esset, Tolerum vsque certatim populis occurrentibus piorum humeris delatum esse referunt scriptores Hispanici c: cum

A monomachia cum Sparræ regulo ablineat.

a Gesta Urb. V. apud Bosq. Sabinensis episc. sacrauit ab Vrbano.

b Gesta ead. apud Bosq. Aegidij Card. mors.

*tyrannorum

Eius eulogium.

Sui ingens desiderium reliquit.

Eius cister Tolentum relati piorum humeris.

c Io. Mar. l. 17. c. 7. & alii.

Prolocari ad id alij populi. alio pag. 6 & 7.

Petr. Cyprî Rex adulterio contaminatus.

l. 10. c. 6. p. 22.

Commo-nicus vt e ceno selescat.

l. 16. pag. 22.

tamen Bergomensis affirmet a non corpus, sed cor in Hispanias delatum.

16 Non successit modo Egidio Guillelmus in Sabinensi episcopatu, sed in Sicilia etiam ceterioris legatione, ipsique partes demandatae sunt b, vt Beneuentani agri, ad sedem Apostolicam spectantis, ex Clementis VI. repetito diplomate circumferberet limites, quorum designandorum auctoritas ex pactis cum Carolo I. initis ad ecclesiam spectabat, cū ea res extracta hactenus fuisset. De misso in certiore Siciliam Guillelmo episcopo Sabinensi meminit Urbani vitæ auctor, ac præcipuam mittendi illius causam ad sopiendum ciuile inter principes bellum fuisse obseruat: extantque Urbani literæ e, quibus eum ad pacem inter Philippum Tarentinum Constantinopolitanos gerentem titulos, & Franciscum e Baucio Andriæ ducem conciliandam iussit incumbere: *Non absque multa, inquit, cordis nostri amaritudine attendentes, quod bellicosa & iamdiu protelata discordia charissimi in Christo filij nostri Philippi Imperatoris Constantinopolitani illustri, ac dilecti filij nobilis viri Francisci de Baucio ducis Andriæ, non solum ipsis eorumque subditis, sequacibus, & terris; sed toti pene regno Siciliae & terra citra pharum, in quibus superius dominium obtinemus, & in quibus idem Imperator & dux morantur, produxit hactenus & producit assidue animarum & corporum atque rerum grauissima detrimenta: & efficacem via pacis quaesita sepius nondū potuit (quod dolentes referimus) inueniri, etc.* Dat. Roma apud S. Petram 11. non. decemb. anno v1.

Adiuncti d postea sunt Guillelmus Ostiensis episcopus & Petrus S. Mariæ nouæ diaconus Cardinales controuersia arbitri, demumque lis Urbani studio sopita. Cæterum ex ijs intestinis bellis ceterioris Siciliae Fridericus Aragoniæ stirpis vires collegit in Trinacria, illiusque sibi subiiciendæ concepta spe, qui antea missis ad sedem Apostolicam oratoribus ad concordiam pronum se ostenderat, & censuris ob retentam autitam tyrannidem exolui supplex flagitabat, pristino abiecto consilio, præfractionem se ad illius leges exhibuit: cui Pontifex rescripsit e, vt si pacem optaret, idonea instructos auctoritate oratores mitteret, neque inani specie Apostolicæ sedis expectationem deluderet.

17 Tuendæ in reliqua Italia pacis studio idem Pontifex vt facilius tyrannicam Bernabonis & Galeacij ambitionem, ac fœderatorum Veronensium reprimeret, fœdus ad septennium cum Carolo Imperatore, Ludouico Rege Vngariæ vt pote ecclesiæ signifero ac defensore, Frâncisco Carraria Patauino, Atestinis marchionibus Ferrariensibus, ac Gonzagis Mantuanis, Arnaldi Auxitani archiepiscopi præfecti ararij opera percussit: cuius initi consilium in publicis ea de re tabulis tum conscriptis illustratur f, quæ ab his verbis ducunt exordium.

In nomine Domini nostri Iesu Christi & gloriose virginis, ac beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & totius curiæ triumphantis: ad honorem, statum, & exaltationem sanctissimi in Christo patris & domini nostri Urbani, diuina providente clementia Papa V. sanctæque Romanae ecclesiæ & reuerendissimarum in Christo patrum dominorum S.R.E. Cardinalium, & gloriosissimi ac inuictissimi principis domini Caroli, Dei gratia Romanorum Imperatoris semper augusti & Boemia Regis; nec non serenissimi principis domini Ludouici, Dei gratia illustris Regis Vngariæ, & ad conseruationem &

statum magnifici & potentis domini Francisci de Carraria pro sacro Romano imperio Padua, Feltri, Beluni, &c. vicarij generalis, & dominorum Nicolai, Vgonis, & Alberti fratrum illustrium marchionum Esensium, ac dominorum Guidonis de Gonzaga, Ludouici, & Francisci fratrum & filiorum eiusdem Mantua, &c. pro sacro Romano imperio vicariorum generalium. Adiunctæ sunt leges, quibus mutua ope hostium conatus propulsaturi sint, atque inuicem mutua auxilia in Italia sibi præstituri, ac demum tabulæ pactionis locorum ac temporis testiumque circumstantijs ita consignatæ: *Singula superscripta acta fuerunt, lecta, & firmata in presentia reuerendissimi in Christo patris & domini domini Anglici tit. S. Petri ad vincula presbyteri Cardinalis, presentibus nobili viro domino Nicolao de Spinellis de Neapoli legum doctore cancellario regni Sicilia, domino Ioanne de Cabrespina decretorum doctore, & domino Ioanne de Senis licentiato iniure ciuili testibus ad prædicta vocatis specialiter & rogatis, anno Domini mcccclxvii. indictione quinta, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri Urbani, diuina prouidentia Papa V. anno v. præfati die vltima mensis iulij in palatio apostolico Viterbiensi, &c.* Confirmatæ sunt hæ pactionis tabulæ, atque insertæ apostolicis literis, quibus dies ascripta his verbis. *Dat. Viterbij nonis augusti pontificatus nostri anno v.* Anglicum porro, de quo in his tabulis fit mentio, creatum episcopum Albanensem, ditionique ecclesiasticæ præfectum, iussumque Bononiæ consistere, vt nimirum eam urbem in officio aduersus Vicecomitem infidias contineret, tradit Urbani vitæ scriptor, a

18 In Polonia Numinis iustitia in diuinorum beneficiorum immemores homicidas editum, hoc anno insigne exemplum refert Michouias b: *Anno, inquit, Domini mcccclxvii. Bithomienses ciues furore acti plebanam & prædicatorem submerserunt, et ex hoc vena argenti & plumbi cessauerunt.* Subdit plures excursions in Lithuaniam a magistro equitum Pruffiæ factas.

Dum vero hi bellum in septentrione pro tuenda fide gerere pergunt, ad meridiem Hispani, qui pariter exercere vires in Christi hostes confueuerant, in mutuas neces ferrum strinxerant Henrico Trastamaræ comite Gallicis fulto copijs arreptum regium decus defendente, ac Petro Castellæ Rege Eduardi Aquitanæ principis viribus instructo regnum repetente. Perstringit Urbani vitæ auctor e pactiones inter Castellanum & Aquitanum initas, partumque de hostibus triumphum: *Mediantibus thesauris prædictis, de ijs loquitur, quos Petrus Rex Castellæ auexerat in Aquitaniam, secum confederati sunt, sibi que fauoribus & auxilijs opportunis assistere promiserunt: pro quorum maiore firmitate dedit duas filias suas, quas secum duxerat, in coniuges duobus filijs Regis Angliæ memorati, ordinauitque earum primogenitam, quam recepit Ioannes dux Lencastria, sibi debere succedere in suo regno, ubi ipsum decedere contingeret sine masculo legitimo & naturali. Quibus peractis Odoardus princeps prædictus cum magno exercitu armatorum, ipsum secum duceus, dictum regnum intrauit: dictoque Henrico victo in pralio, fuga tamen presidio liberato, vi armorum intra paucos dies ipsum ad statum suum dictique regni sui regimen restaurauit: & sic ipso ibidem relicto, triumphator gloriosus ad propria remeauit. Hæc breuiter auctor, quæ fusius a scriptoribus Hispanicis recensentur.*

Bergom. hist. l. 13. Guillelmo de Agri fol. le gatio Sicilia demandata, b. To. 6. ep. sac. pag. 26. & au. 3. ep. com. 26.

ad. 6. ep. com. 12.

To. 6. ep. sac. pag. 139. Frideric⁹ Trinacr. princeps censuris solui flagitar.

Dein a concordia auertitur. e Ibid. ep. sac. pag. 24.

Pontifex inter & Imp. & Vngarum fœdus aduersus tyrannos.

Lib. prius Rom. eccl. 20. 2. pag. 227. & M. S. bibl. Vall. sign. n. 12. pag. 182. ad 186.

Alig. p. cipes 60

Anglicus Card. præfectus Albanonie.

a Gist. Urb. v. a pud Bof. Diuina iustitia exempli infigne. b Michou. l. 4. c. 23. Crom. l. 12.

Castella ciuili bello ardet. c Gist. Urb. v. a pud Bof.

Petr⁹ Rex ad Aquitanie principē confugit.

Ab eo regi⁹ gno, restituitur.

Non diu repportata victoria fructu potitus est Petrus Rex: nondum enim confirmato regno, Aquitania a principe Eduardo spe promissorum deluso, atque irarum pleno abscedente, Henricus Trastamara comes Gallorum, quibus Eduardi ingrata erat felicitas & amplificatio principatus exosa, auxilijs animatus, in Castellam est reuersus, cum plures adhuc vrbes insignes in ipsius perstarent fide: Iberoque traiecto, cruce in arena expressit, eamque deosculatus vouit, e prouincia non nisi victorem se discessurum; atque ad eam ceremoniam, vt studia inflammaret, suos astrinxit. Inde concurrentibus ad eum copijs auctus Burgos contendit, & ciuium cupida voluntate acceptus, Iacobum Regem Balearem, qui Petri Castellæ Regis partes secutus, illius ope Balearico regno restitui sperabat, intercepit vinculisque tradidit. Commotus est Iacobi Balearis calamitate Pontifex, ac literis vi. kal. ianuarijs datis, Henricum sollicitauit b, vt infelicem Regem, qui diutius in carceribus Aragonicis elanguisset, restitueret libertati: qui postea multa auri vi a Ioanna Regina Siciliae redemptus est. Reliquas Castellæ conuersiones suo loco prosequemur: nunc Lusitanas adiungimus.

19 Luxit hoc anno Lusitania Petri Regis obitum, quem sui incredibile desiderium reliquisset, refert Mariana c, ac iustitiæ laude floruisse, septimumque annos nouem, totidem menses, dies viginti octo tenuisse; familiarem illi hanc vocem fuisse, indignum regio nomine videri principem, quo die nemini beneficium contulisset. Successit in regno Ferdinandus filius, qui cum oratores ad sedem Apostolicam misisset, vt Christi vicario regia obsequia de more deferret, Urbanus gratias ei hisce literis egit d, ac pontificia studia est pollicitus.

Charissimo in Christo filio Fernando Regi Portugaliae illustri, salutem, &c.

Serenitatis tuæ literas nuper gratanter recepimus, per quas te excusasti humilitate deuota, quod propter certa impedimenta notoria, postquam fuisti sublimitate regia decoratus, nobis per proprios ambaxiatores eas reuerentiam, obedientiam, & subiectionem filiales, quas vniuersi catholici principes, præsertim in regiminum suorum primordijs Apostolicæ sedi consueuerunt impendere, minime impendisti; ipsasque per eandem suppleuisti literas, te ad nostra beneplacita filialiter offerendo, ambaxiatores eosdem, cum facultas adierit, ad dictam sedem nihilominus transmisisse. De his itaque tuam reuerentem, & deuotam magnitudinem multipliciter commendantes, tuis zelo ad fidem catholicam, ac deuotione præcipua ad Romanam ecclesiam, & alijs virtutibus intellectis, de tua sublimatione regali ingentia lætitia gratulamur, intendentes te brachijs paternæ dilectionis amplecti, ac regium folium & regnum tua prosequi dictæ sedis fauoribus in casibus opportunis, in quibus ad nos recursum habeas cum fiducia filiali. Confortare igitur, fili charissime, Deum time, & omnia bona adijciuntur tibi: fidemque catholicam, velut pugil Domini tuearis: cole iustitiam, qua thronus regius stabilitur, agnoscens te ad vindictam malorum, & laudem bonorum fore super alios sublimatum: defende libertatem ecclesiasticam, in qua Rex regum & dominatium Dominus honoratur; & in deuotione factos sanctæ Romanæ ecclesiæ matris tuæ sicut amantissimus filius, cui Dominus ad sui laudem & gloriam dies bonos super dies adij-

ciat, perseueres. *Dat. Romæ apud S. Petrum III. kal. decembris anno vi.*

20 Addimus ad huius anni calcem, Urbanum restituendæ disciplinæ ecclesiasticæ cupidum, cum cæteris præsulibus egregium exemplum curandi sui gregis explicuisset, dedisse operam, vt constitutio apostolica de ecclesijs pastorum præsentia, non destitueudis seruaretur; data enim ea de re Bernardo Neapolitano & Pino Brundusino archiepiscopis hæc imperia a: *Mandamus, quatenus vos vel alter vestrum omnes & singulos archiepiscopos, episcopos, & abbates aliosque ecclesiarum prelatos, quos in ciuitate Neapolitana, quam nimirum frequentare dicuntur, residere compereritis, ex parte nostra moneatis & inducatis, vt ad eorū ecclesias seu dioceses residere procurent.* *Dat. Romæ apud S. Petrum IV. kal. ianuarij anno vi.* Versari etiam in eadem regia aula viri religiosi consueuerant, illecti nimirum rerum caducarum amore, quos magis in suis monasterijs animum rebus diuinis transfundere decuisset; de quibus etiam ad sua cœnobita reuocandis eisdem archiepiscopis partes demandatæ b.

IESV CHRISTI
annus 1368.

VRBANI PP.V. CAROLI IV. IMP. OCCID. 23,
6. IO.PALÆOLOGI IMP. OR. 28.

1 Sexagesimo octauo huius seculi anno indictione sexta Bernabos Vicecomes primum fraudibus, deinde aperto furore in ecclesiam, grassatus, nouos concitauit motus in Italia, summiq; Pontificis pium ardorem in repimenda ipsius tyrannide exercuit. Crescebat in dies tyranni improbitas, ac proferre latius flagitio principatum moliebatur: atterebat populos vectigalibus: stupris virginum, ac nuptiarum mulierum adulterijs erat inquinatissimus: non tuta erat ab eius sæuitia religiosorum virorum innocentia, quos necabat: episcopos, aliosque Dei ministros eius ambitio conculcabat, indixeratque Romanæ ecclesiæ bellum; denique violatis humanis iuribus, blasphemis, vocibus diuinum Numen impetere non perhorrescebat. Ad coercendum itaque furentem hominem armatus exerciturus Christi vicarius, vt eorum æquitatem illustraret, seruato iudiciorum ordine, legum seueritate tum Bernabonem ipsum, tum omnes eius sequaces constrinxit c: implorauit Caroli Imperatoris vt ecclesiæ defensoris potentiam, cuius etiã ea de causa aduentum anno superiori vrsit, ac fideles ad sequenda eius signa concitauit præmia indulgentiarum amplissima ipsis impertitus, hoc edicto apostolico proposito d.

Urbanus, &c. ad futuram rei memoriam

2 Cogit nos temporis qualitas, & illius profani hostis, & impij Bernabonis de Vicecomitibus militis Mediolanensis nequitia detestanda sollicitat, vt eius diris conatibus, quos aduersus Deum & Christi fideles ingiter emolitur, in virtute diuinæ dexteræ obstantes, prædictorum ecclesiæ & fidelium illarum partium providere quieti cautius studeamus. Ipse namque Bernabos, sanctæ matris ecclesiæ viscera semper corrodere satagens, illius alienatus a ventre, inter cætera eius non facile numeranda facinora ex multo iam tempore ecclesias & ecclesiastica loca, ac Romanæ ecclesiæ & impe-

Marian. 117. c. 11. Henrici comitis in Castellâ secunda utruptio. Gallicis auxilijs iuuatur.

Iacobus Balearis capus.

To. 6. ep. 1. pag. 3. Redimitur a Ioanna Neapol.

Petri Regis Lusitanæ mors. Mariana. 117. c. 9. et 10. Infamis illius famularis vox. Succedit Ferdinandus filius.

To. 6. ep. 1. pag. 9.

Pontifici regis obsequia de-

Ad virtutem perfectam hinc exi-

Pastores ad ecclesias redire iussi.

116. pag. 47.

Cœnobite ad sua monasteria abire imperati.

116. pag.

Bernabos vexat ecclesiam.

In eum districtæ leges.

To. 6. ep. 1. pag. 110. 112. & 148.

An. 6. ep. 1. pag. 107.

Proposita eius scelerata.

stemus; intendentes vice versa tuis prouidis uti consilijs, ac sperantes eandem ecclesiam in suis opportunitatibus imperialibus fauoribus adiuuari sic, quod mutuus amor ecclesie & imperij prædictorum solidatus cunctis appareat, ac nostra & tua, sicut nunc est, sic semper perseueret identitas voluntatum, prout idem episcopus, qui imposta sibi per te apud nos fideliter & prudenter impleuit, plenius referre poterit oraculo viuz vocis. *Dat. Roma apud S. Petrum xv. non. maij anno vi.*

5 Stiparunt in ea expeditione Italica Carolus Henricus Goritiæ comes & Salisburgensis archiepiscopus, alijque proceres, quibus acta ab Urbano gratia a. Secutus etiam esset imperialia castra Rodolphus dux Saxonie b ob eximium in ecclesiam studium: sed implicitus a gritudine Saxonie copijs Albertum nepotem præfecit. Antequam vero ingrederetur Italiam Imperator, a Petro Caselio Apostolica sedis internuntio sollicitatus, ut vetera Romanæ ecclesie iura, ab Henrico auo Imperatore confirmata, sua etiam auctoritate corroboraret, cum ab Henrici temporibus Pontifices in Italia non fuissent versati, ac plures rerum conuersiones essent exorta tyrannique ditionem ecclesiasticam inuassissent, ac parta scelere deinde iuris inani colore affectarent; nec deessent qui superiores imperium inter & ecclesiam discordias accendere molirentur, ut eximio in ecclesiam studio affectus erat, mox assensit; atque amplissimo diplomate c, in quod geminas Henrici Imperatoris de iuribus ecclesie Romanæ literas retulit, singulas illius prouincias, vrbesque insignes atque earum agros maiorum pietate collatos pari liberalitate Romanæ ecclesie asseruit.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis feliciter. Amen. Carolus IV. diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus & Boemie Rex, ad perpetuam rei memoriam.

Literas celebris & recolende memorie D. Henrici Romanorum Imperatoris semper Augusti aui & prædecessoris nostri charissimi, quas sacrosanctæ sedi Apostolicæ deliberatæ prouisionis officio erogasse noscitur, pro sedis ipsius reuerentia rite vidimus, ac ipsas de nostris imperialibus registris extrahi, & coram nobis aperte legi mandauimus, quarum tenor per omnia sequitur in hæc verba: *Sanctissimo in Christo patri & domino suo domino Clementi sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesie summo Pontifici Henrico, diuina fauente clementia, Romanorum Imperator semper Augustus cum reuerentia debita pedum oscula beatorum.* Dudum, antequam suscepimus imperij diadema, &c. [Subijcit Henrici Imperatoris literas d Clementi V. postquam Romæ solemniter insignibus imperialibus fuit, redimitus, transmissas anno huius seculi duodecimo pridie nonas iulias regni anno xv. imperij, i. quæ a nobis suo loco historie insertæ sunt e. Ijs vero proficitur Henricus, ut nuncupati antea sacramenti religione se exoluat, imperij iam consensu apice omnia ecclesie Romanæ iura confirmare, quæ cum primum Rex Romanorum est designatus agnouisset: assertque in medium data sea de re Lausanz literas, transactio ante biennio, nimirum anno a Virginis partu millesimo trecentesimo decimo v. id. octobris regni anno 11. His subdit Carolus].

6 Verum quia propter absentiam domino-

rum summorum Pontificum partium Italiae, ac etiam nostram multæ nouitates in terris prædictæ ecclesie ac terris nostris Romani imperij sunt exortæ, multæque rebelliones factæ sunt hinc inde tam per populos terrarum prædictarum, quam etiam per tyrannos in illis partibus, quæ contra Romanam ecclesiam & imperium perperam rebellant post concessionem & datam literarum prædictarum, cum tempore illo nullus Romanorum Pontificum in partibus Italiae fuerit commoratus; & ideo propter lapsum temporis nouitatesque & rebelliones prædictas posset pro tempore de iuribus Romanæ ecclesie esse dissensio inter Romanum Pontificem, & occupatores terrarum prædictarum, ac eas in futurum occupare volentes; nec non quæstiones & scandala inter Romanam ecclesiam & imperium prætextu dictarum terrarum propter diuersas adinventiones, opiniones, & oblocutiones a mulas tyrannorum, ac etiam rebellantium populorum posset futuris temporibus suboriri & etiam generari; nos volentes prædictis obuiare periculis, pacemque inter Romanam ecclesiam & imperium perpetuis temporibus nutrire ac etiam conseruare, & omnia tollere, per quæ possit oriri dubietas occasione terrarum, & prouinciarum prædictarum, indemnitateque & securitati Romanæ ecclesie prouidere, pro parte domini nostri summi Pontificis super hoc per venerabilem Petrum de Caselio præpositum Nemaufensem nuncium suum cum instantia requisiti, quia tam per registra prædicta, de quibus tenorem dictarum literarum de verbo ad verbum extrahi & superius inferi fecimus, quam per concessionem dicti Henrici aui & prædecessoris nostri factam Romano Pontifici, de qua nobis est plenius facta fides, sumus de iure Romanæ ecclesie plenarie informati, ideo dictas literas & contenta in eis priuilegia, prouinciasque & terras in eis nominatas, & prout singulariter in eis describuntur, cum omnibus iuribus & iurisdictionibus, limitibus, terminis, & confinibus earundem ex certa scientia pro nobis & successoribus nostris ratificamus & confirmamus, ac etiam innouamus, & ipsas recognoscimus ad ius & proprietatem Romanæ ecclesie cum omni plenitudine pertinere. Et nihilominus de nostræ imperialis maiestatis plenitudine dictam marchiam Anconitanam cum omnibus ciuitatibus, terris, limitibus, terminis, & confinibus suis integraliter & cum omnibus iuribus & iurisdictionibus earundem, exarchatu Rauennæ & Pentapoli, ac Romandiolæ & Bertinorij comitatibus cum ciuitate Bononiensi, & cum omnibus ciuitatibus, terris, limitibus, terminis, & confinibus suis integraliter & cum omnibus iuribus & iurisdictionibus earundem; vallem quoque quæ Spoletana dicitur, siue ducatum cum comitatibus Perusij atque Castellum cum omnibus ciuitatibus, terris, limitibus, terminis, & confinibus, integraliter, & cum omnibus iuribus & iurisdictionibus earundem: Massam quoque, quæ Trabaria nuncupatur, cum omnibus ciuitatibus, terris, limitibus, terminis, & confinibus integraliter, & cum omnibus iuribus & iurisdictionibus earundem; Patrimonium etiam B. Petri in Tuscia cum ciuitatibus Tuderti, Narniæ, Urbisueris, & Reate, & cum omnibus ciuitatibus, terris, limitibus, terminis, & confinibus integraliter, & cum omnibus iuribus & iurisdictionibus earundem; comitatum quoque Sabinæ cum ciuitate Interamneni cum arce Cesarum & terra, quæ di-

Obsoleuerant ecclesie iura ob Pontificum absentiam.

Prouinciæ iuris ecclesiastici.

ciur Arnulphorum cum omnibus ciuitatibus , terris, limitibus, terminis & confinibus integraliter, & cum omnibus iuribus & iurisdictionibus earundem; comitatum quoque Campania & Maritimæ cum omnibus ciuitatibus, terris, limitibus, terminis, & confinibus cum omnibus iuribus & iurisdictionibus earundem; nec non Romam & Ferrariam cum omnibus etiam ciuitatibus, terris, limitibus, terminis, & confinibus integraliter, & cum omnibus iuribus & iurisdictionibus earundem fententiamus, decernimus, pronunciamus, ac etiam declaramus & recognoscimus ad Romanam ecclesiam, iusque & proprietatem ac possessionem ipsius ecclesie plenissimo iure spectare, ac omnimode pertinere.

7 Et insuper, sicut prædictus Henricus auus & prædecessor noster ex abundanti dictas terras & prouincias donasse dicitur sanctæ Romanæ ecclesie prælibatæ, propter multos curiosos in partibus Italia constitutos, qui inter se disceptant de his, quæ ad eos non pertinent, de iuribus sanctæ Romanæ ecclesie & nostri sacri imperij contententes, conantes (quantum in eis est) inter dominum summum Pontificem & nos & sacrum imperium zizaniam & discordiam seminare, & etiam inuenire, vt eorum rebelliones & malitias valeant palliare; ideo dictas prouincias, loca, ciuitates, & terras, prout supra plenius declarantur, cum omnibus limitibus, terminis, & confinibus suis integraliter & cum omnibus iuribus & iurisdictionibus earundem, Romanæ ecclesie ac domino nostro Urbano Papæ V. eiusque successoribus Rom. Pontificibus ex superabundanti quitamus libere & dimittimus ac renunciamus omnino; nec non ad omnem scrupulum & ambiguitatis dubium remouendum, prout melius & efficacius fieri & intelligi potest, concedimus ipsas, conferimus, & donamus de nouo; promittentes & obligantes nos (prout melius possumus) quod nullo vnquam tempore occupabimus vel occupari (quantum in nobis est) permittemus ciuitates, loca, castra, terras, & prouincias supradictas, vel aliquam ipsarum, aut earum partem, nec in ipsis vel aliqua ipsarum aut earum parte ius aliquod reclamabimus in futurum, & omnia alia promittimus, quæ in prædictis literis Henrici per ipsum fuerunt promissa; & contra ipsa vel eorum aliqua non facere, vel attentare, aut venire per nos vel alium quomolibet in futurum, quocumque colore quæsito, seu quacumque occasione captata; alias literas nostras quascumque sub quacumque verborum expressione super præmissis vel aliquibus eorum, alias per nos datas per concessionem præsentium nullatenus reuocantes: immo ipsas in eorum vigore volumus penitus remanere. *Signum serenissimi principis & domini domini Caroli IV. Romanorū Imperatoris inuictissimi et Boemia Regis. Testes huius rei sunt venerabiles Albertus Patauen- sis, Lambertus Spirensis, Ioannes Brizinen- sis, Gerardus Nuemburgensis, & Otbo Mindensis ecclesiarum episcopi; illustres Albertus & Leopoldus fratres Austria & Carinthia duces, Ioannes Iadocus eius filij marchiones Morauia; spectabiles Ioannes de Habesburg, Burchardus Burgrauus Magdeburgensis, Ioannes & Burgardus de Reetz comites, &c. sub bulla aurea typario imperialis nostræ maiestatis impressa testimonio literarum. Dat. Vienna anno Domini MCCCLXIII. indictione VI. III. id. aprilis regnorum nostrorum anno xxxii. imperij vero xiv. Ego Ioannes Dei gratia Olomucensis episco-*

Cedit Carolus præsentis in eas iuribus

pus sacra imperialis aula cancellarius vice reuerendi in Christo patris domini Engelberti Colonien- sis archiepiscopi, sacri imperij per Italiam archicancel- lary, recognoui.

8 Ex Austria paulo post in Italiam irrupit, vt quæ edictis iura ecclesie more maiorum confirmauerat, etiam armis aduersus tyrannos tueretur: ac primum Veronam se contulit, & Scaligerus Bernabonis fœderatos plurima auri vi multatos gratiæ restituit. Dein copias in Bernabonem eduxit, vt elatos illius spiritus compeferet, ac Mantuanos, quos inuaserat Bernabos, defenderet quibus vt pote ecclesie fœderatis subsidio accureret rogatus erat b: sed nil magnum in ea expeditione explicuit. Pacem cum Bernabone ipsum confecisse antequam Italiam ingrederetur, refert Mutius c: in quo admodum a vero abhorret. Id autem constat, Bernabonem vt feruiret tempore, ne ardui cum Imperatore belli periculis se committeret, pacem poposcisse ab Urbano d, ad cuius preces Carolus in Italiam accesserat; ac Pontificem Anglico episcopo Albanensi in Flaminia legato, qui Mediolanensi bello præerat, prouinciam xi. kal. septembris dedisse, vt ex fociorum consilio fœdus redintegraret, ac solemnibus missis oratoribus a sede Apostolica flagitaretur, vt pactionis tabulæ ab ipsa confirmarentur.

Non leues tum in Etruria excitati motus: quibus sedandis Pontifex curas applicuit, atque in primis fluctuantes Senenses confirmauit in Caroli amicitia e, ac sinistras suspiciones ex eorum animis deterfit, ijque inita cum Imperatore pacta seruare decreuerunt. Tum dedit operam f, vt Florentinos, qui plura aduersus imperialem dignitatem ac vetera pacta patrarant, ad officium reuocaret: ipsosque grauissimis literis monuit, vt illatas sarcirent iniurias, futurum se pacis interpretem pollicitus: hortatusque est, vt mitterent oratores, cum Imperatore æqui & concordia amantissimus controuersiam omnem sedis Apostolicæ arbitrio permitteret. Iussi quoque Pisani g crepta Lucanæ ecclesie restituere; ac misso Nicolao Pisauriensi episcopo internuntio ad pacem cum Florentinis inuendam redacti h. Cohibere etiam ipsos admodum potuit præsentia in Italia Caroli Imp. cuius iura inuaserant. Is vero vt pronus erat ad pacis consilia, ita imperij iura in Etruria asseruit, vt controuersias sine fuso cruore diremerit i. Conuenit dein Vrbanum Carolus Imperator, vt non modo cum ipso de Christiana re amplificanda tuendaue ageret, verum Imperatricem etiam Elisabetham, (cuius nuptiarum occasione accessum in Italiam retardasse, refert Dubrauius l) insignijs imperialibus a Pontifice exornandam adduceret. Agit ea de re Vrbanus vitæ scriptor m, ac narrat Carolum Imperatorem equituro Christi vicario Romæ stratoris officium exhibuisse, ac pedite rexisse equi lora: Eodem inquit, anno de mense octobri Carolus Romanorum Imperator venit Viterbium ad dictum Vrbanum Papam. Nonnullisque interiectis de illius in Insubria gestis, quæ antea attulimus, subiicit: *Quum cum Viterbij (vt præmittitur) adijisset, ex ordinatione mutua versus Romam eum præcessit, ipsumque post sequentem expectauit in introitu Urbis: ibi scilicet in porta, quæ est iuxta castrum S. Angeli, de suo equo descendens, stratoris vicem gessit, ac vsque ad basilicam B. Petri pedestri equi Papa frantum tenens, ipsum dextrauit, ac demum vsque ad altare maius deduxit; mansique in Roma*

Caroli in Italiam expeditione

a T. 6. p. 92.

b Dubr. l. 22. tit. Boem.

c Mutius l. 25. Bernabos pacem a Pontifice efflagit. d T. 6. p. 92.

e Ibid. p. 103. 104. 164. f 177. Moniti Florentini vt reuoluant imperij iura. f. 16. p. 176. g Pag. 159.

h ib. 141. 94. Composita a Carolo Etruria. i Mutius per. Ger. l. 25.

l Dubrauius hist. Boem. l. 22. m Gesta Vr. V. c. 1. p. 4. Caroli cum Vrbanus colloqui.

Ingressi Romam Pontifici stratoris munus exhibet.

expectando aduentum Imperatricis. Quam demum die omnium sanctorum in altari B. Petri dictus Urbanus Papa per prius inunctam per episcopum Ostiensem Cardinalem, prout moris, coronauit. Quo facto dictus Imperator satis cito post recessit de Vrbe, versus Bononiam dirigens gressus suos, secumque duxit ex ordinatione Papæ dominum Guidonem de Bologna episcopum Portuensem Cardinalem, quem descendendo de Italia suum vicarium constituit, & in Luca suam mansionem ordinauit. Quod factum ad Pontificis gratiam videtur, vt si Bernabos vel alij, reuerso in Germaniam Imperatore, iterum iura ecclesiæ inuaderent, Guido Cardinalis vires imperij in eos conuerteret.

Ante eiusdem imperatoris in Urbem aduentum, Franciscus e Cecano tumultibus Campaniam & Maritimam impleuit, ac rapinis, sauitia, stupris, ferro ac flamma eas prouincias scædauit. Ad quem comprimendum Urbanus legum seueritatem exercuit, ac fideles ad corripiendam in eum arma, vt in Bernabonem egerat, propositis indulgentiarum præmijs, inflammauit a breuique redactus ad officium est vir improbus, quem etiam Imperatoris accessus merito terrere potuit: ac veniam deprecaturus liberi commeatus syngrapham postulauit, obtinuitque a Pontifice b. Agebat tum apud Montemfalconem Pontifex, vbi ætatem duxit, clementiorem aerem collecturus: quod oppidum sede episcopali ac pluribus alijs ornamentis decorauit, vt narrat ipse vita auctor c: tam addit excessisse in eadem vrbe Cardinalem Capocium, qui multarum virtutum laude florebat; cuius insignia elogia ex eodem decerpemus.

9 Eodem anno die xxvi. mensis iulij obiit in dicto loco dominus Nicolaus de Capocia episcopus Tusculanus Cardinalis Romanus, vir utique magna literatura, zelator maximus iustitiae, & pauperum continuus sustentator: diebus enim singulis per hospitalia panem, vinum, & alia cibaria in domo sua preparata abundanter faciebat distribui & pauperibus ministrari. Vtraque de ipso duo laudabilia notanter referuntur, primo quod in consistorijs & concilijs sic libere & intrepide locutus est, quod propter neminem siue presentem siue absentem omisit dicere illud, quod sua conscientia sibi dictabat. Secundo cum esset valde practicus in decisione & prosecutione causarum, amore Dei & pietatis intuitu pauperibus litigantibus, quos sciebat iustas fouere causas, consilia dabat, eorum processum videbat, positiones & articulos ac alia eis ad hoc opportuna dictabat, formabat, & ordinabat, salaria etiam notariorum, procuratorum, aduocatorum de proprio ministrabat, & etiam quacumque victui necessaria, secundum quod eorum inopia exigebant. De bonis etiam a Deo sibi datis in studio Parisiensi fundauit & dotauit nobile collegium pauperum scholarium, quod S. * Sophonia voluit nominari, fecitque etiam multa bona ecclesiæ S. Marie Maioris de Vrbe, vbi iacet miraculis coruscando.

Auctum est hand multo post Cardinalium collegium, viris insignibus ad eam dignitatem vocatis, quorum nomina atque munera idem auctor percenset: Eodem anno die xxi. mensis septembris, quæ fuit feria sexta quatuor temporum, præfatus Urbanus Papa in Montemfalconis dominos Guillelmum Iudicis S. Marie in Cosmedin & Stephanum Alberti S. Marie in Aquiro antiquos diaconos Cardinales in presbyteros ordinauit: & etiam die septima alios in presbyteros Cardinales nouiter assumpsit, videlicet dominum Philippum Cabacola

Auenionensem, tunc patriarcham Ierosolymitanensem: Simonem de Langari Anglicum, tunc archiepiscopum Cantuariensem monachum ordinis S. Benedicti: Bernardum de Bosqueto Caturensensem, tunc archiepiscopum Neapolitanum: Ioannem de Normannis Gallicum, tunc episcopum Beluacensem & cancellarium Regis Francia: Stephanum de Parisijs Gallicum tunc episcopum Parisiensem, Petrum de Banbaco atæcessis Lemouicensis abbatem Montis maioris: & Franciscum de * Cabaldefis Romanum tunc priorem basilicæ S. Petri de Vrbe. Agit de ijs Contelorius a præter alios in suo Cardinalium elencho.

Cum vero ægre ferrent Romani se Pontificis præsentia destitui, missis oratoribus ipsum sollicitarunt, vt in Urbem rediret: quibus, exaratis apud Montemfalconem kal. octobris literis, breui eos se aditurum respondit b: ac mox Viterbium se contulit, vbi ac postea Romæ maximo Carolum Imperatorem honore excepit, atque Imperatricem solemniter ritu imperiali diademate cinxit, vt antea diximus, cum cæpta de Carolo oratio abrupta non esset.

10 Neque ab Imperatore solum hoc anno Pontifex Romæ salutatus est, verum etiam antea a Petro Rege Cypri ac Ioanna Sicilia Regina: quorum aduentum Urbani vitæ scriptor narrat his verbis c: Præterea eodem mense, martij scilicet, ad ipsam Romam venerunt Ioanna Regina Sicilia & Petrus Rex Cypri superius nominati: & cum tunc occurreret dominica, Lætare Ierusalem, in qua consuevit dari per Papam rosa aurea viro nobili, tunc in curia existenti, dictam rosam memorata Ioanna tanquam nobiliori, maiori, & excellentiori, licet vir non existeret, dedit; Regi prædicto ipsam in hoc præferendo: quæ more solito demum cum Cardinalibus & alijs nobilibus per Urbem equitauit. De Petro Cypri Rege inferius, cum de rebus orientalibus agemus, nunc cæptam de Ioanna Sicilia Regina orationem profequimur. Flagitauit illa pontificiam opem, cum Ludouicus Andium comes, expugnata Tarracona, immissoque vagorum militum exercitu Prouinciæ inhiaret. Neque Ioannæ Urbanus defuit, Carolum enim Gallorum Regem rogauit d, vt fratrem a cæptis reuocaret: tum Caroli Imperatoris supremi Prouinciæ domini clientelam Regina conciliauit e. Deteritum itaque comitem cæptis destitisse, scribit Urbani vitæ auctor f. At Ludouicus Vngariæ Rex, qui Prouinciæ ac Sicilia regnum iure hereditario ad se suosque deuoluenda contendeat, missis oratoribus, Urbanum deprecatus est, vt curas apostolicas intenderet, ne regnum illud ad externos deuolueretur: cui hæc rescripsit Pontifex g.

Charissimo in Christo filio Ludouico Regi Vngariæ illustri salutem &c.

Dilectos filios nobiles viros, Ioannem de Ludbreg olim Dalmatiæ & Croatia banum, ac Ioannem Treutel de Neuna milires ambaxiatores tuos latores præsentium ad nostram præsentiam destinatos, & dilectum filium nobilem virum Stephanum Francisci militem Iadrensem eorumdem ambaxiatorum interpretem gratanter recepimus, in eis quodammodo tuæ celsitudinis præsentiam contemplantes; dictumque Stephanum prudenter ac facunde proponentem, quod regnum Siciliae tuæ serenitati debetur, & quod licet charissimam in Christo filiam nostram Ioannam Reginam Siciliae illustrem in vita sua turba-

Imperatrix ritu solemniter coronata te dimittit.

Franciscus e Cecano Campaniam vexat.

6 An. 6. pag. 121.

Repreffus. pag. 130 & 135. Monsflacon sede episcopali insignitus. e Gestis Urb. V. auct. Bosq. Nicolai Capocij Card. obiit. pauperes benignitas.

Exstructum ab eo collegium Parisijs. a. Sephia

Purpura torum patris creatio.

* Tab. alda. schis a Contela in elencho Card.

b To. 6. ep. secr. pag. 174.

c Gestis Urb. V. apud Bosq. Regina Sicilia & Cypri Rex Urbanum aduent.

Prouincia ab Andium comite affectata.

d To. 6. ep. secr. pag. 89.

e Ead. pag. f Gestis Urb. V. auct. Bosq.

g To. 6. ep. secr. pag. 147.

Regis Vngari ad Urbanum legatio.

Poteſt eſ-
ſuli ſuis
ſuorumq;
in Sicilia
iuribus,

Promiſſū
illi auicā
iura illibā
tā fore,

Carolus e
Bleſis opi-
nionē ſan-
ctitatis
ſcoret.
a To. 6. ep.
ſecr. pag.
160.
b Geſta
Iann VI. a.
pud Boſq.
c Lib. 6. ep.
cur. pag.
171.

Obiurga-
ti qui ſine
iudicio ſe-
dis Apoſt.
ſſ. hono-
res illi ex-
hibuerāt,

Nonnulli
religioſi
temere
ſuorū ſo-
daliū
memoriā
conſecrāt
d lib. pag.
165.

re minime intenderes, tamen congruis remedijs providere volebas periculo, quod poſſet poſt dictæ Regiſe obitum euenire; multaque prudenter referentem, quæ ad hæc regium animū inducebant, concludentemque vt dignaremur eandem tuam iuſtitiam condignis habere commendatam fauoribus, ſæpe audiuimus diligenter. Ad quæ præmiſſis laudum præconijs, quibus tuam deuotam magnificentiam merito poſſumus & debemus extollere, ſinceriſſimoque affectu, quem ad te gerimus, duximus respondendum, quod in miniſtratione iuſtitie, in qua ſumus omnibus debitorum, non erit (Deo iuuantē) defectus, nec etiam in gratijs & fauoribus, in quantum patiatur conſcientia, & ius alterius non lædatur. Hæc igitur, fili chariſſime, tam expoſita, quam ſecundum decentiam apoſtolicæ grauitatis reſponſa, ad maiorem tuam certitudinem tuæ ſublimitati præſentibus duximus intimanda. *Dat. apud Montemſaſconem vi. kal. ſeptembris anno vi.*

II Inſtituta eſt ab Vrmano religioſa actio de Carolo e Bleſis ſanctorum catalogo apponendo, cum ſanctitate vitæ & miraculis floruiſſe increbreſceret; ſcriptæque eo argumento extant xvi. kal. ſeptembris literæ a ad Ioannem ducem Britannie, qui ipſum in acie, dum certabat de principatu, necarat b. Cum vero nonnulli religioſi viri ſanctorum honores illi deferrent, cui decreti ab eccleſia non fuerant, ab Vrmano acerrime perſtringi meruerunt c.

Vniuerſis episcopis per ducatum Britannia conſtitutis.

Moleſta ſignificatio ad noſtrum perduxit auditum, quod quidam religioſi etiam ordinum mendicantium Carolum de Bleſis, tanquam pro iuſtitia mortuum, martyrem & ſanctum in eccleſijs, in prædicationibus, & alias aſtruere, moliuntur; ac ſingulis annis in eius anniuersario in diuinis officijs ſolemniter efferunt, prout de ſanctis ab eccleſia Romana approbatis in eorum ſolemnibus feſtiuitatibus per ipſam eccleſiam obſeruat: perſonisque ſepulturam ipſius Caroli viſitantibus quædam ſigna plumbea tradunt, ſicut euntibus ad ſepulchra ſanctorum in certis tradi partibus conſuevit, & aliter eum venerari non verentur, ac ſi foret vt ſanctus per ſedem Apoſtolicam approbatus. Cum itaque talia ſint a iure prohibita, nec debeant ſub diſſimulationis pallio tolerari, fraternitati veſtræ per apoſtolicæ ſcripta mandamus, quatenus ſinguli veſtrum in ſingulis veſtris ciuitatibus & diœceſibus præmiſſa vel ſimilia per eodem religioſos, etiam ſi Prædicatorum, Minorum, Eremitarum S. Auguſtini, & Carmelitarum ordinum exiſtant, aut alias quaſcunque perſonas de cætero attentari diſtincte prohibere curetis; contradictores cuiuſcunque ſtatus, ordinis, ſexus, vel conditionis exiſtant, auctoritate noſtra per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſt-poſita, compeſcendo, innocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, &c. *Dat. apud Montemſaſconem xv. kal. octobris anno vi.*

12 Induxerant quoque in Italia nonnulli religioſi viri ſimiles corruptelas, ac duobus ſodalibus ſuis defunctis, quos beatos temere vocabant, ſanctorum honores contulerant: quorum audaciam Pontifex repreſſurus, Petrocinum archiepiſcopum Rauennatem eiusque ſuffraganeos episcopos eiufmodi abuſum remouere iuſſit d.

Venerabili fratri Petrocino, archiepiſcopo Rauennati, eiusque ſuffraganeis.

Moleſta ſignificatio ad noſtrum perduxit

auditum, quod quidam fratres Prædicatorum & Eremitæ S. Auguſtini ordinis, in prouincia Rauennate degentes, ac fraudem legi facere non verentes, Prædicatores videlicet quemdam Iacobum Prædicatorum, Etremitæ vero fratres prædicti quemdam Franciſchinum Eremitani ordinis percuffum icu fulminis & extinctum non ſanctos, cum ſit eis ſub tali vocabulo a iure prohibitum, ſed beatos publice in plateis & eorum eccleſijs in prædicationibus, & alias aſtruere moliuntur; ac ſingulis annis in anniuersarijs ſeu diebus obitus eorundem in diuinis officijs ſolemniter efferunt, prout de ſanctis ab eccleſia approbatis in eorundem etiam ſolemnibus feſtiuitatibus per ipſam eccleſiam obſeruatis: ac populos fideles inducunt, vt in ipſis anniuersarijs ſeu diebus ab operibus manualibus abſtineant, & (quod quæſtus ſuſpicionem non caret) vt ad eccleſias, in quibus eorundem Iacobi & Franciſchini humata ſunt corpora, cateruatim pergant, ac ſolemnes oblationes faciant verbis perſuaſiuis inducant. Altaria quoque ſub prædicorum Iacobi & Franciſchini vocabulis in ſuis eccleſijs præſumpſerunt erigere, ac ſi forent vt ſancti per ſedem Apoſtolicam approbati, &c.] *Dat. Rauennati archiepiſcopo ac ſuffraganeis prouinciam, vt incuſſa cenſurarum religione, ac implotata magistratum potentia, eos religioſos viros, niſi parerent, a ſuperſtitioſis auſis abducerent. Dat. apud Montemſaſconem kal. ſeptembris anno vi.*

13 Vt autem data opera coercenda ſuperſtitioni, quæ immeritis afficiebat honoribus defunctorum animas, de quibus in cælū receptis conſpicuis miraculis ab eccleſia Romana, qua par eſt, diligentia diſcuſſis non conſtaret, ira de augendis ſanctorum honoribus, quorum cultum & uenerationem eccleſia ſuſcepſiſſet, Vrmano cura fuit. De oſtenſis enim ab eo magna ueneratione & pompa ſanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum capitibus hæc tradit eiſdem Pontificis vitæ ſcriptor a: *Anno Domini mccc. lxxviii. iam inchoato, die prima menſis martij dictus Vrbanus Papa venit ad eccleſiam Lateranenſem, ubi cum in craſtinum in ſancta ſanctorum miſſam celebraret, capita ſanctorum Petri & Pauli, quæ annis multis fuerant recondita, & ſub altari in quo miſſam celebrauerat clauſa ſeruata, aſcendens amphiſbearum dicte eccleſie, ad communem plateam aſpeſitum habens toti Romano populo ſibi aſtanti exhibuit & oſtendit: & cum theca ſeu capſa, in quibus pro tunc erant reſpoſita, eſſent ſatis modice & parui valoris, ex tunc alias nouas ordinauit fieri pretioſiores. Subiungit, interiectis pluribus, idem auctor, altero poſt ſequentem anno conſtata magno ſumptu duo Apoſtolorum ſigna, ac lapillis pretioſis ornata, in iſſque ſacra illorum capita recondita: Eodem, inquit, anno, nimirum mccc. lxx. cum dictus Vrbanus Papa iam feciſſet fieri ſeu fabricari imagines ſeu ſtatuas pro conſeruandis capitibus beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, quæ erant de auro & argento mirabiliter operata, & ornatæque multis gemmis & lapidibus pretioſis, valorque earum communi æſtimatione eſſet ad triginta millia florenarum & ultra; deuote & ſolemniter aſtantiſſimis multis perſonis, magnis, & notabilibus, capita dictorum ſanctorum reponi & includi fecit infra ipſas: quæ etiam demum fuerunt proceſſionaliter & publice, vniuerſis clero & populo Romanis ad hoc conuocatis, præſentibus etiam aliquibus dominis Cardinalibus & prælatis, per Vrbeſi deportata, & demum collocata ſupra altare Lateranenſe in loco ſeu alto & eminenti ciboria*

Subornis
ſimplicis

Cohibiti

a Geſta
Vrb. V. a.
pud Boſq.
Capitula
Apoſtolorum
Petri
& Pauli
oſtentata
populo.

Argentor
ſignis
Vrbano
incluſa.

rio, super quatuor columnas marmoreas ad hæc specialiter mira opere preparato, magnisque & fortibus ianuis ferreis circumdato. Visitur adhuc opus.

14 Confirmantur superiora de ijs sanctorum petri & Pauli signis pretiosissimis apostolico diplomate post biennium edito a, in quo Pontifex ad coercendam hominum non modo ex auaritia ecclesiarum thesauros diripientium, verum etiam e præpostera pietate reliquias sacras expulsiunt temeritatem, grauissimas pœnas ijs incussit, qui vel capita Apostolorum, aut veræ crucis portionem, vel alia sacra lipsana aut ornamenta ipsorum subriperent.

Urbanus &c. ad perpetuam rememorationem.

Sacrilegorum dampnanda præsumptio eo est grauior, & durius castigari meretur, quo in locis venerabilioribus rebusque sacrioribus fuerit perpetrata. Cum itaque nos ad reuerentiam Dei & beatissimorum Apostolorum suorum Petri & Pauli duas eorundem Apostolorum imagines argenteas deauratas, ac margaritis & lapidibus pretiosis ornatas ponderis mille ducentarum marcharum argenti, super quarum alteram videlicet verticem B. Petri est vna crux aurea parua gemmis pretiosis ornata, in qua est de ligno crucis domini nostri Iesu Christi, decore sumptuosoque opere fecerimus fabricari, ac in ecclesia Lateranensi super altare maius venerabiliter collocari, in eisque sacratissima capita dictorum Apostolorum & alias reliquias sanctorum ibidem, ad maiorem venerationem ipsorum Apostolorum & deuotionem fidelium recondi, perpetuis temporibus permansura; dignum & ad cautelam reputamus expedire, quod vt ipsa crux, capita, reliquiæ, & imagines duæ, capsæ paruæ argenteæ, in quibus præfata sacratissima capita olim in ecclesia S. Laurentij ad sancta sanctorum, prope ipsam Lateranensem ecclesiam consistente, retroactis temporibus fuerant conseruata, custodita, & intacta permaneant, pœnas graues contraria præsumptibus inferamus. Omnes igitur & singulos, &c.] Percellit anathemate omnes quacumque, etiam regia, imperiali, vel ecclesiastica dignitate polleant, qui eas reliquias vel ipsarum partem diripere, vel ornamenta earum expilare, vel quacumque alia ratione temerare auderent: tum eius criminis participes ijsdem pœnis deuincit, & eorum ditionem ecclesiastico interdico subiicit, adiicitq; alias grauiores pœnas, quas in posteros transfundendas sancit, vt illarum acerbitate improbi submoucantur. *Dat. apud Montemstafconem v. kal. augusti pontificatus nostri anno viii.* Hæc licet anno huius seculi septuagesimo gesta, congerere tamen hoc loco visum est, ne eadem repetere cogermur.

15 Hoc anno translata sunt ex Italia in Gallias S. Thomæ Aquinatis reliquiæ, ac Tolosa tanto ornamento decorata, de quibus Urbani vitæ auctor hæc scribit b: *Eodem anno ex ordinatione apostolica & voluntate dicti Urbani Papa corpus S. Thomæ de Aquino, quod a tempore obitus sui tumultatum remanserat in monasterio Fossanouæ ordinis Cisterciensis, vbi decessit, translatum fuit ad conuentum Prædicatorum Tolosa, vbi per ministerium Eliæ Raimundi tunc generalis magistri dicti ordinis, & interiectis paucis quæ mendo non carent, fuit sibi sepulchrum mira pulchritudinis præparatum. Habetur ibi vsque in præsens tempus in magnis deuotione & veneratione. Certatum de ijs S. Thomæ reliquijs grauissime coram Urbano*

fuerat, cum Cistercienses Fossanouæ, quibus sacrum illud pignus fuerat ereptum, reposcerent; Prædicatores vero, vt præcipuum sui ordinis ornamentum optarent. Quam controuersiam S. Antoninus, re altius repetita, latamque ad Prædicatorum gratiam Urbani sententiam his verbis refert a: *Cum esset in Montemstafcone, in vrbe orta est magna altercatio inter ordines Prædicatorum & monachos Cistercienses de corpore B. Thomæ de Aquino: conquirebantur enim monachi monasterij Fossanouæ dicti ordinis, ab ecclesia sua fuisse eis ablatum corpus B. Thomæ, quod ibi fuerat tumultatum: nam pergens ad concilium generale Lugdunense de mandato domini Gregorij X. infirmatus in via ad dictam monasterium iuxta castrum Piperni situm in Campania declinauerat, vbi in Domino requieuit: & quamuis mandasset dictus sanctus migrans, corpus suum Neapolim ad conuentum Prædicatorum deportari tempore congruo, non adhuc illud fuerat impletum ex causis; sed iacuerat ibi per annos septuaginta quinque a die transitus sui. Quidam enim potentia fretus de castro Piperni tractabat occulte auferre sacrum corpus B. Thomæ ex abbacia, & magnam pecuniam pro traditione eius ab aliquo recipere: sed cum hoc percepisset dominus ciuitatis Fundorum nomine Honoratus, barrens hoc sacrilegium, adstante venerabili abbate dicti monasterij & Fundensi episcopo, abstulit ipsum corpus mira redolens fragrantia odoris de loco abbacia, & detulit in ciuitatem suam Fundorum, cum diligenti custodia & reuerentia illud seruans. Demum cum dictus comes Honoratus Romam pro suis negotijs applicasset, ibique inuenisset generalem magistrum ordinis Prædicatorum Eliam nomine, ad preces eius frequentes (videns se non posse apte illud retinere, cum etiam Rex Apulia illud habere peroptaret) eidem patri corpus ipsum & ordini consignauit, in conuentu dicti ordinis Fundensi collatum.*

Interea monachi ordinis Cisterciensis accedunt ad curiam, magnam sibi iniuriam factam prælati curiæ querulantes in ablatione sancti corporis de monasterio suo; ad pedes etiam Apostolica sedis Urbani, tunc Romæ existentis, vociferantes: super quo curia pene tota commota erat contra ordinem Prædicatorum ex illa querela. Cumque pluribus excursis diebus in hac contentione diutius fuisset exasperata, mutatur Pontificis mens, & superueniente solemnitate corporis Christi, cum sermo fieret coram Urbano & multis Cardinalibus & baronibus de officio ipso magnifice edito pro ipso beato Thomam ad requisitionem Urbani IV. acclamantibus cunctis, diu num fore in munus recompensationis tam diuini operis, ab Urbano iniuncti, ab ipso Urbano successore corpore eius ordini concedi; demum Urbanus sacrum corpus ordini perpetua concessione donauit. Eliæ ergo generali accedenti, & immensas referenti gratias, ait Urbanus: *Tibi tuoque ordini reddidi sacrum corpus: sed ne tanti doctoris caput a corpore sit diuisum, ipsum tibi caput ecclesiæ gratia gazophylacium auctoritate apostolica concedo. Mandauit autem ipsum corpus deferri Tolosam, scribens studio Tolosano, sancti extollens gloriam, & approbans apostolica auctoritate doctrinam.*

16 Vfus est Pontifex religiosis eiusdem ordinis viris ad hæreseon subnascentes venenatas stirpes excindendas, ac Simonem ea de causa in ceteriori Sicilia censorem fidei creauit b, quem archiepiscopis & episcopis commendauit. Adhibiti etiam ad id muneris in Perusino agro Minorita c: tum Guillelmus Narniensis episcopus

a Anr. 3. p. 112. r. 10 in princip.

Vt de ijs Cisterciensibus contentio derinat cū Prædicatoribus.

Vt his diu rempreca sit.

b To. 6. ep. fecr. pag. 56.

c Pag. 70. plu.

Coastitu. tio in ea. rum reli. quiarum crepta. 13.

S. Thomæ Aquin. corpus Tolosam translātū. 1677. d. Vrb. V. a. 1677. d. 1677. d. 1677. d.

plurima auctoritate ad Fraticellos, qui simplicibus prauorum dogmatum virus afflabant, reprimendos instructus; nondum enim eam luem extinctam, ex apostolicis querelis constat: *In quibusdam*, inquit Pontifex, *Italia partibus erant quamplurimi a via veritatis prorsus auersi, euntes per deum falsitatis, ac sub Fraticellorum nomine reprobatos conuenticulos facientes, qui præfata detrabere fidei, & simplicitatem animas decipere fallacibus argumentationibus, quas pater mendacij antiquus hostis eos docuerat, clandestine conabantur, &c.* At non impune tulere ij hypocritæ flagitium, vinculis enim sunt traditi Perusij, cuius vrbs magistratus, vt fidei censoribus operam conferrent, sollicitati. Grassatos tamen ipsos Perusij aliquot post annis, ac Minoritis conflasse inuidiam, quod ab arctiore paupertatis obseruantia deficerent, refert Lucas Vvadinghus b. Nitebatur ij hoc errore, Christum & Apostolos proprio caruisse: quem cum Dionysius Minorita Parisijs in suorum schola theologica instauraret, multis inanibus argumentis (præcipuum erat, legem diuini amoris proprietatem & dominium auferre) in ius vocatus ab academiæ Sorbonicæ præsidibus, dicta reuocare iussus est, vt referunt publica ea de re monumenta c, confirmantque pontificia in hac controuersia data superiori anno extremo litera. d

Dilecto filio Ioanni S. R. E. presbytero Cardinali olim episcopo Beluacensi.

Nuper non sine amaritudine mentis ex insinuationibus percepimus fidedignis, quod olim Dionysius Soulechat ordinis fratrum Minorum professor, tunc in studio Parisiensi consistens, in suo ad commissam sibi lecturam libri sententiarum principio apud dictorum fratrum scholas ex more illorum, qui ad huiusmodi lecturam pro tempore assumuntur, curiositatis (quæ plus nititur sæpe quam oportet) reprobo spiritu, ductus multas conclusiones recitauit & tenuit minus sanas, & sinceritati fidei minime congruentes. Super quibus ipso Dionysio dilectis filijs cancellario & magistris in theologia & studij prædicti delato, ipsi cancellarius & magistri, suum in hac parte debitum exequentes, super hoc congregati quamplures (quia eis consistit tum ex inspectione dicti principij per ipsum Dionysium propria manu scripti, tum etiam per informationes & probationes multimodas super hac eis rite præhabitas, quod Dionysius prædictus conclusiones tenuerat antedictas) præfati cancellarius & magistri conclusionibus ipsis cum exacta diligentia maturoque consilio recensitis, earum aliquas hæreticæ nequitia fermento infectas, nonnullas vero ecclesiæ determinationi contrarias, & multas earum scandali causatiuas concorditer decreuerunt. Et vt scandali materia tolleretur de medio, orthodoxæque fidei veritas illibata persisteret, prædicto Dionysio in eorum constituto præsentia inhibuerunt ac interdixerunt, ne legendi exerceret officium, donec per eos super hoc aliud existeret ordinatum. Cuiusmodi quidem inhibitionem & interdictum ipse Dionysius sub quodam fictæ humilitatis prætextu rata (sicut subsequens rei euentus de huiusmodi fictione docuit) se habere asseruit, atque grata; & iuxta certam circa hoc a dictis cancellario & magistris inscriptis traditam ei formam, ac per eum perlectam, & irrefragabiliter acceptatam coram dictis cancellario & magistris præsentialiter congregatis, easdem conclusiones reuocauit. [Addit Pon-

tifex, Dionysium ipsum pollicitum in solemnicoetu eadem se reuocaturum, die imminente subterfugisse; atque ideo delatum de crimine hæreseos apud Stephanum episcopum Parisiensem, postea Cardinalem, nec non apud sacræ fidei censes, postulatamque iudicio non comparuisse, sed Auenionem se contulisse, atque in celebri theologorum conuentu dicta reuocasse: at mox, cum se purgare niteretur, nouis erroribus veteres cumulasse, subdit Vrbanus].

Dilectum filium nostrum Ioannem tit. S. Marci, & bonæ memoriæ Guillelmum tit. S. Laurentij in Lucina, tunc S. Georgij ad velum aureum diaconum, presbyteros Cardinales ad audiendum declarationem suam super conclusionibus præfatis auditores per nos sibi obtinuit deputari: coram quibus, nec non magistris in facultate prædicta, qui tunc erant in curia memorata, & ad hoc per dictos Cardinales vocati fuerant, idem Dionysius circa huiusmodi declarationis actum, si erroneæ deprauationis augmentum declaratio dici posset, in quosdam alios expresse prorupit errores, detestabiliorem & perniciosiorem, quam conclusiones supradictæ, perfidiam & insaniam continentes secundum eorundem redargutionem & iudicium magistrorum. [Additur, versutum hominem ad alia diffugia mox se conuertisse. Ad quem demum reprimendum comprehendi illum iussit Vrbanus, atque intentato anathemate prima aprilis die Parisijs errores suos publice reuocare, Ioannique Cardinali decidendæ illius causæ auctoritatem contulit]: Circumspeditioni, inquit, tuæ (de qua in his & alijs fiduciam gerimus in Domino specialem) tenore præsentium committimus & mandamus, quatenus circa reuocationem errorum prædictorum per ipsum Dionysium assertorum faciendam per eum, ac circa pœnas eidem Dionysio pro iuramentorum & promissionum transgressionibus infligendas, nec non emendam præstandam ab illo & correctionem ipsius, ascitis & in hoc assistentibus cancellario prædicto ac magistris in facultate prædicta, de ipsorum consilio legitimis per dictos Stephanum Cardinalem tunc episcopum & inquisitorem habitis seruatis processibus, appellatione remota, præuia ratione procedas; faciens quod decreueris auctoritate apostolica per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari, &c. Datum Roma apud S. Petrum x. kal. ianuarij pontificatus nostri anno vi.

17 Damnavit publice proximo anno Dionysius Parisijs, vt sanxerat Pontifex, Ioannis Cardinalis decretoria sententiæ errores suos, extantque publica documenta, in quibus hæc inter alia leguntur: *Tertia conclusio articuli quarti fuit hæc, quod hæc benedicta, immo suprabenedicta lex & dulcissima, videlicet lex amoris de qua loquebar, omnem aufert proprietatem & dominium.* Et infra: *Prædictam conclusionem reuoco tanquam falsam, erroneam, & hæreticam, quia Christus & Apostoli illam legem perfectissime tenuerunt, & adhuc multi tenent, & per Dei gratiam tenebunt, qui proprietatem & dominium habebunt.* Et infra: *Conclusio quarta & finalis mea fuit, quod actualis abdicatio cordialis voluntatis, & temporalis potestatis domini seu auctoritatis statum perfectissimum ostendit & efficit.* Et infra: *Dicunt hanc conclusionem esse positam vniuersaliter, ideo ipsam vniuersaliter intellectam dico falsam, erroneam, & hæreticam, quia nec Christus nec Apostoli statum perfectissimum*

pag. 69.
Fraticelli errores diffeminant.

Vvadinghus.
Minor. 10.
Iv. ann.
Chr. 1374
n. 22.

Ext. 10. 4
bibl. patr.
col. 1337.
d An. 7. ep
com. pag.
122.

Dionysius pseudomnorita heresim eorum diffeminat Parisijs.

Academia Sorbonica illi se opponit

Agitur cotroversia in curia Romana.

Dum se purgare niteretur Dionysius errores auget.

Capite diffugia

Eius erroris causa in Curia & Sorbonicis delata.

Reuocato ab eo erroribus. An. 1337.

Christum & Apostolos habuisse dominium proficere.

Actualis abdicatio nem domini per se sufficiens statum vniuersalem non inducere.

habuissent. Et infra: Ex prædicta conclusione quarta inferebam primum corollarium, quod Christum non abdicasse huiusmodi possessionem & ius in temporalibus, non habetur ex noua lege, immo potius oppositum, quia Matth. vii. Filius hominis non habet ubi caput reclinet. Item secundum corollarium est istud, quod hanc legem pro regula perfectionis Christus docuit, & exemplo confirmauit. Probauit per regulam nunc dictam: Vade, & vende, &c. Etiam quia vocati omnia dimiserunt, Matth. x. teloneum, Petrus & alij redia, Matth. xix. Ecce nos reliquimus omnia. Ista duo corollaria reuoco tanquam falsa, erronea, & heretica, & contra decretalē domini Ioannis, qua incipit, Quia quorundam.

Et infra: Præterea fuit corollarium quartum, quod intuli, quod abdicatio rerum temporalium secundum animi præparationem nullam aut valde imperfectam & fragilem ostendit & perficit perfectionem. Probauit primo, quia semper habent pauperes. Secundo quia non valet nisi ratione actus, igitur actualis est perfectior. Isum articulum reuoco tanquam falsum & scandalosum, nec probationes sunt ad propositum. Item respondendo ad quemdam baccalarium de domo B. Bernardi, cum ille dixisset, quod Christus talia non abdicauit; illud negaui, & dixi quod Christus nihil sibi retinuit. Ista duo dicta reuoco tanquam falsa & heretica, quia Christus loculos habuit propter infirmos, a fidelibus oblata conseruans, qua & suorum necessitatibus & alijs indigentibus tribuebat; vt & Christi euangelium & B. Augustinus, ac etiam determinatio Romani Pontificis hac testantur. Et infra: Item cum debui exponere dicta mea in curia Romana corā reuerendissimis patribus dominis Cardinalibus Nemausensi & Vabrensi, addidi propositiones, quæ sequuntur, videlicet quod Christus in monte omnia simpliciter abdicauit. Ista reuoco tanquam falsam, erroneam, & hereticam. Item dixi, quod quando corpus in sepulchro mansit, ibi charitas abstulit ab eo omnem proprietatem & dominium. Ista reuocaui tanquam falsam, erroneam, & hereticam, &c. Hactenus damnata hæreseos formula.

18 In Bosnia plures ex fœdissimarum hæreseon erroribus emerere præcipuis Minoritarum laboribus, quos Urbanus episcopo Bosnensi, vt ipsos sua fulciret auctoritate, commendauit. Neque in Bosnia modo, verum in Rascia quoque & Bulgaria innumera animarum millia ab impietate reuocata Ludouici Regis Vngariæ pio armato studio: egregius enim princeps, vt S. Ludouici episcopi confessoris propatruj precibus diuinitus datus Vngariæ fuerat, ita latissime ad propagandum diuini Numinis cultum arma circumtulit, abducto in vincula Stratimiro, ianuerasque animas ad pietatem traxit: in quibus erudiendis Minoritæ plurimum laboris impendere. Gratulatus est Pontifex Ludouico, ac prouinciam Colocensi archiepiscopo & episcopo Cenadiensi se dedisse, vt sacerdotes ad neophytos excolendos legaret, significauit. b

Charissimo in Christo filio Ludouico Regi Vngariæ illustri.

Repleuit ingenti gaudio mentem nostram acceptissima Deo & nobis relatio, nuper per dilectos filios Ioannem de Rheno & Andream de Perusio ordinis fratrum Minorum de Bulgaria, Rasciæ, & Bosniæ venientes partibus nobis facta, inter cætera continens, quod inspirante illo, qui ubi vult spirat, ad tuam inductionem & cooperationem pijsimam, ac fratrum dicti ordinis in dictis partibus commorantium prædicatio-

nem, multa millia personarum vtriusque sexus, relictis damnabili schismate alijsque erroribus, quibus erant & fuerant omni tempore inuoluti, ad lumen veræ fidei, ac vnitatem & obedientiam sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ matris & magistræ cunctorum fidelium redierunt. De quo non solum nobis, sed vniuersæ congregationi fidelium talia sentientium, quam tanta multitudinè augeri procurasti deuotissimis studijs, & cœlesti etiam curiæ ingentem lætitiā attulisti: nam si testante veritate, quæ Christus est, super vno peccatore pœnitentiā agente angelis Dei sit gaudium, quanto maius illud existimandum exiit, quod de tantæ multitudinis conuersione noscitur exoriri? Proinde itaque Deo, a quo omne datum optimum progreditur, gratias referentes, & tuam Christianissimam serenitatem dignis laudum præconijs extolentes, plenis affectibus rogamus & hortamur eandem, quatenus huiusmodi tua studia laudanda continuans, venerabilibus fratribus nostris archiepiscopo Colocensi & episcopo Cenadiensi (quibus per apostolicas literas committimus & mandamus, vt de sacerdotibus, qui curam gerant conuersorum huiusmodi solerter prouideant, & eisdem fratribus ad alios cooperante Domino conuertendos assistant) velis pro reuerentia Dei & tuo & nostro ineffabili præmio, ac reuerentia Apostolicæ sedis dare consilium, auxilium, & fauorem; ad conuersionem aliorum schismaticorum & hereticorum ac infidelium, quibus regnum tuum viciniam exiit, omnem (quam poteris) prout de te sperat sancta mater ecclesiæ, operam præbiturus. Dat. apud Montemstafconem II. id. iulij anno VI. Excussisse postea Bulgariam Ludouici iugum, ac Bassarath Regem schismaticum Bodonio, alias Bindim vrbe regia prodicione potitum fuisse, ex Pisano memorat Vvadinghus: captos vero Minoritas quinque in illius vrbe expugnatione, atque ob fidem orthodoxam amplificatam a schismaticis supplicio affectos, multisq; cœlestibus prodigijs inclaruisset; adeo vt lapsa cœlo lux ingens eorum corpora circumfunderet & concentus angelicū audirentur.

19 In Albania Strazimirus, Georgius, & Balsa principes dampnarunt schisma, atque ad Romanæ ecclesiæ obsequium se contulerunt. Cum vero ij bello vexassent antea Catharense, quos Romanæ ecclesiæ vidimus adhæsisse, Urbanus ipsis pollicitus est b, admissum iri in gratiam, si a Catharensum iniuria sibi temperarent.

Nobilibus viris Strazimiro & Georgio ac Balsa fratribus Zapanis Zente gratiam in presentis, per quam obtineant gloriam in futuro.

Spiritus noster exultauit in Domino, qui sicut ex relatione venerabilis fratris nostri Peeri episcopi Suacinenfis latoris presentium per vos super hoc ad nostram presentiam destinati percipimus, misericorditer dignatus est vobis tribuere intellectum, vt relictis schismatis & errorum tenebris & vmbra mortis æternæ, in quibus hucusque mansistis, incipiatis animabus vestris, & subditorum vestrorum prudenter consulere, & lumen agnoscere veritatis; intendentes ad obedientiam & deuotionem sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ matris & magistræ cunctorum fidelium reuerenter, & cordibus sinceris accedere, in eisque perpetuo remanere; ac a nobis qui, licet immeriti, sumus in terris Christi vicarius, instrui qualiter debeatis in via mandatorum Domini ambulare. De ijs igitur laudandis principijs

Acta illi de conuersis eius beneficio populis gratia.

a Vvading in anal. Minorit. an. 1369. n. 11.

Nonnulli Albanæ principes ecclesiæ se aggregat.

b Tom. 6. ep. fecr. pag. 104.

Nonnulli Albanæ principes ecclesiæ se aggregat.

De abdicatōne secundū animi præparationē

An Christi aliquid sibi retinuerit

Tom. 6. ep. fecr. pag. 131. Bosnia ab impietate reuocata

Id. ep. fecr. pag. 110.

Ludouici Vngariæ in hac propaganda memora.

pijs Deo, qui vos sua gratia præuenit & (si pura intentio in mentibus vestris vigeat) sequetur indubie, deuotas gratias agimus, & vos plurimum commendamus, intendentes vos, si nostris & dictæ ecclesiæ mandatis deuote parebitis, in filios spirituales recipere & tenere, ac prosequi fauoribus opportunis. Vt autem mereamini ad gratiam reconciliationis admitti, ac obtinere Apostolicæ sedis beneuolentiam & fauores, a molestiis ecclesiarum & personarum ecclesiasticarum, aliorumque catholicorum obedientium dictæ Romanæ ecclesiæ; præsertim ciuitatis Catharenfis, quam iamdiu a vobis, seu te, Georgi, hostiliter molestari percepimus, curetis penitus abstinere, vt in ijs & alijs vestram intentionem purissimam ostendatis. Super quibus & alijs, per vos agendis in dictæ vestræ reconciliationis negotio, præfatum episcopum duximus informandum, cui super ijs, quæ vobis ex parte nostra retulerit, velitis fidem indubiam adhibere. *Dat. apud Montemfalconem Balneoregiensis diocesis v. kal. iunij anno vi.* Extant aliæ ad eisdem gratulatoriæ de schismate damnato literæ a, rogatiq; sunt, vt episcopi a sede Apostolica missi consilijs obsequerentur.

Monteferri
vt a Car
tarenfib⁹
verandis
abstinent.

ead. pag.

Græculi
in Candia
schisma
confir-
mant.

6 An. 6. ep.
cur. 75.

20 In Cretæ insula, Veneto imperio obnoxia, nonnulli sacerdotes Græci vetus schisma confirmare annitebantur: cuius excindendi sollicitus Urbanus, cum ex superiori bello dux Venetus potentiam suam, profligatis perduellibus, magis constabiliuisset, sanxit Urbanus b, vt nullus sacerdotio initiaretur, nisi qui Romanæ ecclesiæ obsequio se adhaerescere comprobaret, diuinaque Latino ritu peracturum profiteretur: qui vero sacerdos hunc non seruaret, neque exhomo legibus excipiendis, neque habendis concionibus adhiberetur.

Venerabilibus fratribus archiepiscopo Cretensi, eiusque suffraganeis.

Communis habet assertio, & verisimilitudo etiam astruit, quod damnatum schisma Græcorum, ex quo, dum ecclesiam contempserunt, & catholicum correctorem recipere, proh dolor! pullulauit hæresum multitudo & pullulare non cessat, calogorum & sacerdotum malitia intellectum deprauatis laicorum simplicium versuta seductione confuit & adeo confouere non cessat, quod cum aliqui seculares etiam præpotentes volunt ad gremium sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ matris & magistræ fidelium cunctorum accedere, a calogis & presbyteris impediuntur eisdem, vbi catholicorum temporale dominium non existit. Cum itaque, sicut gratanter audiimus, in insula Cretensi, in qua vestra consistunt ecclesiæ, dilecti filij dux & commune Venetiarum super Latinos & Græcos plenius solito domineur, & ecclesiastica censura per auxilium brachij secularis possit melius solito executioni debita demandari, propter quod dictum schisma de præfata insula, Deo fauente, poterit (vt verisimiliter speratur & creditur) modis accommodis extirpari; fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus quilibet vestrum in suis ciuitate & diocesi auctoritate nostra districtè inhibeat, ne aliquis scholaris, seu laicus literatus Græcus de insula prædicta insigniatur de cætero caractere clericali, vel promoueatur de cætero ad quoscumque ordines, nisi per Latinum episcopum aut Græcum catholicum, per cuius literas de sua promotione faciat plenam fidem; & ij, qui ex talibus fuerint in presbyteros ordinati,

Urbanus in
eos decre-
tum.

Promouē
di ad or-
dines, se
catholicos
& proficere
iussi.

Diuina ri-
eu Latino
peragere.

missas & alia diuina officia iuxta ritum, quem præfata Romana seruat ecclesia, debeant celebrare: adijcientes quoque inhibitioni iam dictæ, quod nullus calogorum seu sacerdos Græcus, præfatum ritum non seruans, de cætero audeat confessiones audire, vel populo prædicare, &c. *Datum apud Montemfalconem v. kal. augusti anno vi.*

Hunc
seruans
concio-
bus & p-
culari
munere
iactat.

IESV CHRISTI

Annus 1369.

VRBANI PP. V.
annus 7.

CAROLI IMP. OCCID. 24.
IO. PALÆOL. IMP. OR. 29.

Contulit se ad sedis Apostolicæ obsequium, ac professurus solemnem ritum orthodoxam Græcorum Imperator Ioannes Palæologus Romam accessit anno huius seculi sexagesimo nono indictione septima, quem magnis honoribus, omnique officiorum genere ab Urbano & collegio Cardinalium exceptum, refert ipsius Pontificis vitæ scriptor a: *Anno, inquit, prænominato, scilicet LXXIX. nimirum excurrentis seculi, ad dictum Urbanum Papam Romæ existentem accessit Ioannes Palæologus Imperator Græcorum, fuisseque receptus honorifice, ac tractatus per dictum Papam & Cardinales paulo minus quemadmodum si fuisset Imperator Romanorum: qui demum fuit reductus ad Romanam ecclesiam unitatem, iurauitque eidem perpetuo obedire, ac fidem ipsius seruare in futurum; super quo echartam Græcè & Latine conscripsit, et sua bulla aurea sigillauit, quam in archibus ecclesiæ conseruandam dicto Papa assignauit.* Extant tantæ rei gestæ monumenta b Græcis Latinisque literis consignata, quibus Palæologus diuina se luce collustratum, veteres errores eiecisse affirmat: & ex præscripta a Pontifice formula Romanæ ecclesiæ fidem, atque inter cætera Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere, sacramentum Eucharistiæ æque in azymo ac fermentato conficere posse, denique Christi vicarij supremum in omnes ecclesias imperium præfiteretur.

17

a Gesta
Vrbani
pud
Imp. C
statim
Urbanus
adit.

Profrō
fidem
tholica
& ext-
tabular
arcti
Aug. 6
lib. tra-
Rom. 1
162. 14
270.

Publica
de car-
monu-
ca.

De Do-
vno &
trino.

2 In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. Ego Ioannes in Christo Deo fidelis Imperator & Romæorum moderator Palæologus Spiritus sancti lumine illustratus, volens saluti anime meæ providere, sponte veni ad sacram urbem Romanam, sanctissimum patrem dominum Urbanum, diuina providentia Papam V. & sanctam sedem Apostolicam visitaturus, ac eiusdem domini Papæ vel alterius seu aliorum ab eo in hac parte deputatorum manibus recogniturus & professurus fidem catholicam, quam sacrosancta Romana & vniuersalis ecclesia proficitur, tenet, & docet; & circa perpetuam obseruantiam eiusdem fidei præfati domini Papæ ac suorum successorum Romanorum Pontificum mandatis plenarie & efficaciter pariturus. Ideoque in præsentia vestrum, reuerendissimi patres domini Guillelme episcopi Ostiensis & Bernarde basilicæ duodecim Apostolorum ac Franciscæ tit. S. Sabine presbyteri, & Raynalde S. Adriani diacone Cardinales commissarij super hoc a præfato domino Papa deputati, ac venerabiles viri eiusdem sedis notarij & testium infra scriptorum personaliter constitutus, profiteor & credo sanctam Trinitatem, Patrem & Filium & Spiritum sanctum, unum Deum omnipotentem, totamque in Trinitate deitatem coessentialem & consubstantiallem, coeternam & coomnipotentem, vnus voluntatis, potestatis, & maiestatis; creatorem omnium creaturarum, ex quo omnia, per quem omnia,

in quo omnia, quæ sunt in celo & in terra
visibilia & inuisibilia, corporalia & spiritualia.
Item credo, singulam quamque in Trinitate perso-
nam unum verum Deum plenum & perfectum.
Credo ipsum Filium Dei verbum Dei æternaliter na-
tum ex Patre, consubstantialem, unius & eiusdem
omnipotentia, & coequallem per omnia Patri in-
diuinitate, in tempore conceptum de Spiritu sancto,
natum ex Maria semper virgine cum anima ratio-
nali, duas habentem natiuitates, vnã ex Patre
æternam, alteram ex matre temporalem: Deum
verum & hominem verum, proprium in vtraque
natura atque perfectum: non adoptiuum, neque
secundum phantasiam; sed verum & unicum filium
Dei in duabus & ex duabus, diuina scilicet & hu-
mana, naturis: sed in vnus singularitate persona
impassibilem & immortalẽ diuinitate: sed in
humanitate pro nobis & salute nostra passum vera
carnis passione, mortuum, & sepultum: & descendisse
ad inferos, & tertia die resurrexisse a mortuis
vera carnis resurrectione, die quadragesimo post
resurrectionem cum carne, qua resurrexit, & ani-
ma ascendisse ad calum, & sedere ad dexteram Dei
Patris, inde venturum iudicare viuos & mortuos, &
redditurum unicuique secundum opera sua siue bona
siue mala. Credo etiam Spiritum sanctum
plenum & perfectum, verumque Deum ex Patre &
Filio procedentem, coequallem & coessentialẽ &
coomnipotentem & coæternum per omnia Patri &
Filio. Credo hanc sanctam Trinitatem non tres
Deos, sed vnum Deum omnipotentem, æternum, inui-
sibilem, & incommutabilem.

Credo sanctam catholicam & apostolicam
vnã esse veram ecclesiam, in qua vnũ datur bap-
tisma, & vera omnium remissio peccatorum. Credo
veram resurrectionem eiusdem carnis, quam nunc
gestamus, & vitam æternam. Credo etiam noui &
veteris testamenti, id est legis & veteris & nouæ,
prophetarum & Apostolorum vnũ esse auctorem
Deum & dominum omnipotentem. Credo hanc esse
veram fidem catholicam, & quod hanc super dictis
articulis tenet & prædicat sacrosancta Romana
ecclesia, & propter diuersas hæreses a quibusdam
dicit ignorantia, & ab alijs ex malitia introductas
dicit & prædicat eos, qui post baptismum in peccata
labuntur, non rebaptizandos; sed per veram pœ-
nitentiam suorum posse consequi veniam peccatorum:
quod si vere pœnitentes in charitate decesserint, ante-
quam dignis pœnitentiæ fructibus de commissis sa-
tisfecerint & omisissis, eorum animas pœnis purgato-
rijs post mortem purgari; & ad pœnarum huiusmodi
alleviationem & liberationem prodesse eis fidelium
viuorum suffragia, scilicet sacrificia, orationes, &
elemosynas, & alia pietatis officia, quæ a fidelibus
pro alijs fidelibus fieri consueuerunt secundum eccle-
sia instituta. Credo etiam illorum animas, qui post
sacrum baptismum susceptum nullam omnino peccati
maculam incurrerunt; illas etiam, quæ post con-
tractam peccati maculam vel in suis manentes cor-
poribus vel eisdem exuta, prout dictum est superius
sunt purgata, in calum mox recipi: illorum autem
animas, qui in mortali peccato vel cum solo originali
decedunt, mox in infernum descendere, pœnis ta-
men disparibus puniendas, eadem sancta Romana
ecclesia credit et firmiter asseuerat; et quod nihilomi-
nus in die iudicij omnes homines, ante tribunal Chri-
sti cum suis corporibus comparebunt, reddaturi de
factis proprijs rationem.

Item credo, sicut tenet etiam & docet eadem
ecclesia Romana, septem esse ecclesiastica sacramenta:
vnũ scilicet baptismum, de quo dictum est supra:

aliud est sacramentum confirmationis, quod per ma-
nus impositionem episcopi conferunt, chrismando re-
natos: aliud est pœnitentia: aliud est Eucharistia:
aliud est sacramentum ordinis: aliud matrimonij:
aliud est extrema vntio, quæ secundum doctrin-
am B. Iacobi infirmantibus exhibetur. Sacra-
mentum Eucharistia ex azymo sacrificat ecclesia
Romana prædicta, tenens & docens, quod in ipso
sacramento panis vere * transmutatur in corpus, &
vinum in sanguinem domini nostri Iesu Christi.
De matrimonio vero tenet, quod nec vnus vir simul
plures uxores, nec vna mulier simul habere permitti-
tur plures viros: soluta vero lege matrimonij per mor-
tem alterutrius coniugum, secundas & tertias &
deinceps nuptias successiue licitas esse dicit, si im-
pedimentum canonicum & causa alia non obsi-
stat.

Ipsa quoque sacrosancta Romana ecclesia
summum & plenum primatum & principatum su-
per vniuersam catholicam ecclesiam obtinet, quem se
ab ipso Domino in B. Petro Apostolorum principe seu
verice, cuius Romanus Pontifex est successor, cum
plena potestate recepisse, veraciter & humiliter reco-
gnoscit. Et sicut præ ceteris tenetur fidei veritatem
defendere, sic & si quæ de fide subortæ fuerint qua-
stiones, suo debent iudicio definiri: ad quam potest
grauatus quilibet in negotijs, ad forum ecclesiasticum
pertinentibus, appellare. Sed & in omnibus causis,
ad examen ecclesiasticum spectantibus, ad ipsius re-
curri potest iudicium, & eidem omnes ecclesia sunt
subiecta: ipsarum episcopi obedientiam & reueren-
tiam sibi debent: apud quam sic plenitudo potestatis
consistit, quod ecclesias ceteras ad sollicitudinis par-
tem admittit, quarum multas, patriarchales præcipue,
diuersis priuilegijs eadem Romana ecclesia honorauit;
sua tamen præcellentis dignitate & superioritate
tam in generalibus concilijs, quam in quibuscumque
alijs semper salua.

3 Vnde superscriptam fidei veritatem, prout
plene lecta est & fideliter exposita, veram, sanctam,
& orthodoxam fidem esse recognosco, eam accepto,
& corde ac ore profiteor; ipsamque, prout eam
veraciter tenet & fideliter docet & prædicat sacro-
sancta Romana ecclesia, me inuiolabiliter seruaturum,
& in ea omni tempore perseruaturum, nec
ab ea vlllo tempore recessurum, seu quoquo modo
deuaturum promitto: & abrenuncio omni schismati.
Primatum quoque ipsius sacrosanctæ Romanæ eccle-
siae, prout in præmissa serie continetur, ad ipsius ec-
clesiæ obedientiam spontaneus veniens fateor & reco-
gnosco, accepto ac sponte suscipio, & me omnia præ-
missa tam circa fidei veritatem quam circa dicta ec-
clesiæ Romana primatum, et ipsorum recognitionem,
acceptationem, susceptionem, obseruantiam, & per-
seuerantiam seruaturum, præsto corporali iura-
mento, promitto & confirmo. Sic me Deus adiu-
uet, & hac sancta Dei euangelia. Quod si contra
hac aliquid sentire, confiteri, aut aliud agere præ-
sumpsero, me schismaticum & anathematizatum eo
ipso recognosco, & seueritati sacrorum canonum
subiacere. Ad certitudinem prædictorum & caute-
lam maiorem præsens iuramentum exposui, & in-
strumentum feci bulla aurea munitum. Scriptum
in antiqua Roma anno ab incarnatione Domini
MCCCLXIX. indictione VII. die XVIII. mensis octo-
bris, superscripti sanctissimi patris & domini domini
Vrbani, diuina providentia Papa V. anno VII.
presentibus domino Nicolao Cardinale & reueren-
tibus in Christo patribus dominis Dei gratia Arnaldo ar-
chiepiscopo Auxitano camerario & Raimundo de
Pratis notario præfati domini Papa, ac Raimundo

* al. tran-
substan-
tiatur
Transub-
stantiatio
fic in Eu-
charistia.

De nu-
puijs.

De prima-
tu Rom.
eccl.

Huic se-
subicit
Palæolo-
gus.

Qui testes
interfuer
unt.

Forquiliensi, Iacobo Aretino, & Bernardo Marficano episcopis; ac venerabilibus viris dominis Eblone de Mederio & Petro de Albiartz, clericis camera, ac Gauselmo de Pradello capellano prefati domini Pape; nec non nobilibus viris dominis Francisco Catalusij de Iarua domino insule Metelini, & Michaelo Strongilo milite & Philippo Gichandelli domicello Constantinopolitano, ambobus ultimis scientibus linguas et grammaticas Græcas et Latinas, testibus ad hæc specialiter vocatis et rogatis. Qui quidem domini Eblo et Petrus clerici camera apostolica auctoritate tabelliones seu notarij rogati etiam fuerunt de premissis conficere publicum instrumentum.

14 Aggregato ita cœtui fidelium Græcorum Imperatore, Pontifex encyclicis literis vniuersos catholicos de re adeo insigni certiores fecit a idibus nouembris, vtque ipsum tanquam catholicum, qua pars erat, benevolentia complecterentur, fulcirentque auxilijs est adhortatus: *Vniuersitatem*, inquit, *eandem rogamus et hortamur in Domino, quatenus prefatum Imperatorem tanquam verum eiusdem ecclesie filium nostris veluti sui patris præceptis in omnibus obedire paratum, in dictis fide et obedientia permanentem reputetis catholicum, sicut nos etiam reputamus; ac ipsum beati charitativis vestris auxilijs et favoribus commendatum: nos enim speramus, quod idem Imperator, prout ipse nobis fuit pollicitus, gratia Dei nostrisque favoribus communitus, circa conversionem & reductionem aliorum in huiusmodi schismate persistentium talem sollicitudinem adhibebit, quod ipsi schismatici alliciantur, et dante Deo, efficaciter inducantur. Datum Romæ apud S. Petrum anno v. m. c. lxx. nimirum post v. m. id. nouembris a qua die numerantur Urbani pontificatus anni. Illustres sunt de eodem literæ sequentis anni exordio ad Andream Contarenum ducem Venetorum scriptæ b, quibus Palæologum ingentes sui spes, vt exemplo Constantini magni innumeros populos ad ecclesiam trahat, concitasse ait: rogatque vt validis illum auxilijs ad Turcarum, qui extremum orientali imperio exitium inferebant, retundendos impetus munit.*

Urbanus etc. Andream Contarenum ducem Venetiarum.

5 Sacrosancta Romana ecclesia, mater & magistra cunctorum sacra vnda baptismatis renatorum, exemplo illius bonis patris vtique sui sponsi, qui filium prodigum a suo gremio deuiantem progressum eminus longoque tempore commemoratum in deum, sed in humilitatis spiritu redeuntem, paterna charitate suscepit, sedula imitatrix, filiorum deuiantium reditum desiderio materno desiderat, anxique inquisitione procurat, regressos amplectitur, & circumdat pretiosis fidei vestimentis: lætatur ab intimis, lætantiumque parat conuiuium; cum iustus ex fide viuat, & olim deus cum alijs domesticis sit in domo Domini conuersurus. Hanc siquidem ingentem lætitiã nuper eadem ecclesia ex diuina miseratione suscepit, cum charissimus in Christo filius noster Ioannes Palæologus Imperator Græcorum illustris ad sanctam sedem Apostolicam in spiritu deuotionis accessit, abiurauit omne schisma, ac fidem catholicam, quam tenet & docet præfata ecclesia, professus est secundum formam, quam sibi fecimus exhiberi; & de parendo deinceps mandatis ecclesie corporaliter præstitit iuramentum: pieque speratur, quod sicut quondam Constantini Imperatoris conuersio fuit causatiua conuersionis innumerabilium populorum, sic eius-

dè Ioannis Imperatoris exemplo & opere, gratia fauente diuina, infiniti populi, schisma & errores Græcorum sequantur, ad causã Domini reducentur.

Volentes igitur tuam tuorumque ciuium deuotionem eximiam tantæ alacritatis esse participem, vt cum matre gaudente filialiter gaudeatis, hæc tibi & eisdem ciuibus duximus præsentibus intimanda, vt tu & ipsi de tanti boni principio gratias agatis domino Deo nostro, eum deprecantes humiliter, vt omnes hæreticos & schismaticos eruat ab erroribus vniuersis, & dignetur ad eandem matrem ecclesiam reuocare. Ceterum quia idem Imperator, vt pote princeps catholicus, a cunctis est Christi fidelibus de cætero conseruendus, & ipsius imperium ex sua deuastatione & occupatione Turcorum hostium, crucis immanum quasi ad extremum exterminium est deductum, tuo & aliorum catholicorum auxilio noscitur indigere; nobilitatem tuam hortamur in Domino & rogamus attente, quatenus ob reuerentiam Dei fideique præfatæ augmentum eidem Imperatori, in deuotione ac obedientia dictæ ecclesie persistenti, contra dictos Turcos velis de possibili tibi auxilio subuenire. *Dat. Romæ apud S. Petrum xv. kal. february anno v. m. c. lxx. Adducere in eiusdem glorie societatem annis est Pontifex Gabrielem Adurnium Genuensium ducem, ad quem conceptæ iisdem verbis extant datæ literæ, a vt Imperatori Ioanni auxilia submitteret.*

Dum verò Pontifex vindicandi a Turcarum sanctia Græcorum imperij versabat consilia, fœderatas Anglicas cateruas, quæ Italiam vastabant traducere in orientem est meditatus: ita enim & Italiam ab eorum excursionibus liberandam, & Græcis valida subsidia conciliatum iri, ac pariter vagos milites a lætrocinijs abducendos. Apostolico itaque diplomate Ioanni Imperatori permisit h, vt sociales turmas sibi asciceret duceretque in Turcas; omniaque sacramenta, quibus se mutuo astrinxissent, dissoluit; sed pia Pontificis consilia horum facinorosorum dux Acutus eludit, & Itolorum incubare prædæ, seque æterno obijcere exitio, quam conuersis in fidei hostes armis & terrenas opes amplissimas & cælestes palmas consecrari maluit; atque ita speratis maximis subsidijs Palæologus nudatus est.

7 Affixit etiam admodum res orientales Petri Regis Cyprî inuictissimi infidelium domitoris crudelis mors; de qua hæc Urbani gestorum scriptor c: *Petrus insuper Rex Cyprî supra sapius nominatus, qui ultra omnes Reges & principes suos contemporaneos ad recuperationem & acquisitionem terræ sanctæ aspirauerat, & ad hoc alios multos incitauerat et induxerat pro viribus suis, quam infidèles multis modis expugnauerant; totus etiam bonus, virtuosus, & animosus, velut alter iustus Abel, vel Ioseph innocens per operationem & machinationem fratrum suorum fuit malitiose & crudeliter interemptus.* Permotos in eum iracundia ex acceptis contumelijs, seu ambitione ad capeßendam tyrannidem; parasque Petrinum illius filium opprimere, sed a populo ad arma concurrente flagitio submotos, referunt. d

8 Auxit orientis luctum & calamitates occidentalium discordia. Ab Italicis vero turbis ducimus initium; ostentatæ namque pacis specie Bernabos, cum Imperatorẽ Carolum, qui subsidio Romanæ ecclesie venerat superiori anno in Germaniam dimisisset, priora inuadendæ pontificiæ ditionis, irarumque in ecclesie fœderatos effundendarum consilia vtgere cogitauit, conductis magnis stipendijs

a Te. 8. ep.
fact. pag. 4.

Promulgat Pont.
Græc. esse
catholicum.

416. pag.
34.

Ad Venerabilem
ducem
de eo lit.

Concepit spes
de Græcorum
conuersione.

De viginti
Turcas
traducendo
ad orientem.

616. pag.
17.

Detestatur
ex traicere
in orientem.

Petri Regis
Cyprî
cædet.

e Gal.
v. m. c. lxx.
pud. Hist.

Petrus
filius per
riculo er
peus.
d. Bostius
2. l. 3.

Concitat
a Bernabone
turba.

dijis vagis Anglorum turmis. Aduersus quem Pontifex, subsidia sibi conciliaturus, Pisanos a ad suas partes Pisauriensis episcopi opera trahere studuit; & cum Florentinis societatem armorum inijt Viterbij, vt Leonardus Aretinus b, atque ex eo S. Antonius c tradunt: cuius quidem pacis tabula v. id. decembris confirmata fuit d. Cum igitur Florentini ecclesie partes defendendas suscepissent, ac legato sedis Apostolicæ submississent auxiliares copias, tyrannus Mediolanensis furore percitus Agutum Anglicarum copiarum ducem insignem latronem in illos immissit: quibus vt consuleret Pontifex, Egidium episcopum Tusculanum Patrimonij & Spoletani ducatus præsidem Florentinorum subsidio accedere iussit: Quia, inquit, sicut dolenter audimus, certæ gentes ciuitatis Florentinae cum Romana ecclesia colligata a gentibus Anglitis Ioannis Agut receperunt consocium, volumus et tuae fraternitati districte precipiendo mandamus, quod ciuitatibus et terris nostris de gentibus ecclesia ad eandem ciuitatem Florentiam in eius auxilium et succursum studeas celeriter destinare. Dat. Roma apud S. Petrum vii. id. decembris anno viii.

Similia imperia tum hoc tum insequenti anno alijs data. **9** Audita Bernabonis tyrannide, Ludonicus Rex Vngariæ ecclesie signifer indignatus, Urbanum, qui ab Italis ob restitutam Vrbi sedem Apostolicam coli debuerat, vexari bello, ac sacram in fidei Christianæ hostes expeditionem præpediri; ac Pontifici ad coercendum hostem decem millibus ad minus Vngaris succinctorum venturum se spondit certis legibus in Italiam, ac tandem incubiturum in id bellum, donec Bernabus obtritus esset; de quibus Urbanus ad Anglicum Cardinalem scripsit f, vt fœderatos de ijs faceret certiores.

Urbanus, &c. venerabili fratri Anglico episcopo Albanensi in terris Romana ecclesie immediate subiectis pro nobis & ecclesia ipsa vicario in temporalibus generali salutem, &c.

Deducimus ad tuæ fraternitatis noticiam, quod ambaxiatores charissimi in Christo filij nostri Ludouici Regis Vngariæ illustris, qui apud nos fuerunt diebus quampluribus, super arduis petitis per eos bene contenti a nostra presentia discesserunt, dixeruntque nobis, quod ipse Rex, prout ab eo habuerunt, paratus erit ad depressionem hostium Romanæ ecclesie & colligatorum ipsius personaliter venire saltem cum decem millibus armatorum bonorum & non pauciorum, & non recedere, donec dicta depressio esset totaliter terminata: pro quorum tertia parte stipendiorum idem Rex de proprio solueret, ecclesia & colligatis eisdem soluentibus reliquas duas partes, & dantibus gentes ordinatas & taxatas pro liga, vel saltem medietatem earum; & nobilibus colligatis, & melioribus de terris ecclesie assistentibus ipsi Regi. Quibus respondimus, quod hoc præfatis ecclesie & colligatis omnino impossibile redderetur, & propterea ipse Rex adiuuando ecclesiam & colligatos eosdem, vtique suos amicos, siam vt placeret magnificentiam exhiberet. Cum itaque superbia hostium semper ascendat, & contra eos sit celeriter prouidendum, volumus, & tuæ fraternitati mandamus, quatenus dilectos filios Florentinos & alios colligatos ad prouidendum super his, & offerendum dicto Regi subsidium, quod offerentibus sit possibile ipsique Regi gratum, studeas sine moræ dispedio conuocare, ac super his tractare & deliberare, quod magis vt

debitur expedire. Dat. Roma apud S. Petrum xvi. kal. ianuarij anno viii.

10 Expetijt porro Vngariæ Rex a Pontifice, vt Polonia Regem a barbaris, qui rupto iudiciorum fœdere irruerant, magnis cladibus attritum apostolica beneficentia iuaret. Cuius nec non Casimiri votis annuens Christi vicarius, Polonico clero subsidiariam stipem, qua vastata a barbaris arces reficerentur ad prouidendas eorum excursions, ac sustinendam religionis dignitatem imperauit, datis ea de re Gnesnensi archiepiscopo & suffraganeis literis, quibus illatam ab hostibus vastitatem ita describit a: *Nuper charissimi in Christo filij nostri Ludouicus Vngariæ & Casimirus Polonia Reges illustres nobis significare curarunt, quod cum nuper inter ipsum Regem Poloniae ex una parte, & nonnullos schismaticos ac perfidos infideles ex altera treuga penderent, & seruarentur hinc inde, ipseque Rex Polonia nullum eorum infidelium formidaret insultum; idem infideles ex innata eis malitia & execranda fallacia in terram eiusdem Regis super hoc improiij subito clandestine ac hostiliter irruerunt, terras ipsas depopulando, & earum incolas captiuando, necando, & mulieribus abutendo, ecclesias profanando, ac etiam destruendo. Et inter alia mala & damna, que in dicto regno patrauerunt & intulerunt, castra Vuruiz, Palonea, Rotemburch, & Polcosko Cracouiensis diocesis, vtique nobilia ac fortia, occuparunt & funditus destruxerunt, & alia mala innumera commiserunt, &c.* Dat. apud Montemfalconem idibus maij pontificatus anno viii.

11 Gestum est in Hispania magno aduersarum partium ardore bellum, quod demum Petri Regis Castellæ sanguine extinctum est. Toletum Henricus Trastamara comes obsidione cinxerat, ciuesque in contraria scissi studia, cui se addicerent, fluctuabant: quo cognito Petrus Rex, quamuis externas vires, nimirum Aquitanicas, prætolari tutius foret, ne tamen vrbi amplissimæ deesset, afferre auxilia maturauit. At venienti occurrit Henricus Bertrandi Guesclini auxilijs instructus, collatisque signis pridie id. martij Petrum acie fudit, ac fugientem in vicinum oppidum Montielem nomine castris circumdedit. In eas compulsus angustias Rex infelix, quem diuina vitio ob innumera flagitia manebat, fugam captaturus Bertrando Guesclino ducenta aureorum millia, atque amplissimas possessiones est pollicitus, si saluti regis viam aperiret: illectusque vana spe in Bertrandi tentorium irrepit. Cui mox armatus Henricus fratrum ac matris cruorem viturus affuit, ac Regem eundemque fratrem pugione confodit: *Tetrum*, inquit Mariana b, *spectaculum, Regem Regumque progeniem in suomet sanguine volutari a nobis fratre casum. Sed cuius fenestra Hispania vita fuerat, mors extitit salutaris: grauique documento monstratum, nullis legionibus, opibus, potentia tutam esse improbitatem. Exemplum editum, quod adiuuentur posteri, perpetuoque exhæreant.* Paucisque interiectis subdit: *Vigesimo tertio martij die interfectus est in ætatis flore annos natus quatuor & triginta, menses septem: regnavit annis decem et novem tribus minus diebus.* Ita miser periit, quem toties summorum Pontificum saluberrima monira contempsisse suo exitio, vidimus. Consentit superioribus Urbani vitæ scriptor, qui tantam, Hispanicarum rerum conuersionem narrat c, & additque: *Et sic hereditas Isaac ad Ismaelem est perducta; quod an iniuste vel iniuste est*

Polonia a
Tartaris
vastata.

a An. 7. ep.
com. 362.

Castellæ
motus,
Toletum
obsessum.

Petrus Rex
profligatus

A fratre
spurio ne-
catus.
b Mariana
l. 17. c. 13.

c Gossæ
Vrb. V. a-
quod Resq.

discernere cuius iudicia sunt abyssus multa.

Inuexit Hispanicum hoc bellum in Gallijs aliorum bellorum semina Gallos inter & Anglos; exacerbatæ enim fuerant veteres inimicitia, cum pro Petro Angli, Galli pro Henrico signa conferrent, ac singuli Regem in Castella sibi foederatum tueri contenderent; facilisque occasio dein ambos in apertum bellum coniecit. Exhaustus ærario Eduardus Vvalliæ & Aquitanæ princeps, quod in restituendo superiori anno Regno Petro effuderat, rescire illud nitebatur, cum maioris belli moles incumberet, vt nimirum Petri regna ipsius filiahus Constantia & Elisabetha profugis in Aquitaniam, quarum maior natu duci Lanclastria desponsa fuerat, iure hereditario assereret. Imperarat propterea acerbiora vestigalia Aquitanis a: tum in nobiles superiorum victoriarum fastu turgidus superbe se gerebat; quod adeo eos populis libertatis cupidus offendit, vt cum Rege Francorum, qui pluribus humanitatis officijs alijsque artibus ipsos sibi deuinciebat, coitiones inierint; & licet Eduardus Rex, rescissis filij de vestigalium imperijs editis, Aquitanorum voluntates sibi conciliare nisus sit, laesos tamen placare non potuit, quin ex veteri more Regis Francorum vt supremi domini patrociniũ expecterent, cui tamen iuri ex inito antea federe abrenuntiatum a Gallo fuerat. Ita, suscipiente Aquitanorum clientelam Carolo, pluraque amissa a patre recuperante, bellum atrox accensum, vt narrat Vrbani vitæ scriptor b. Percensentur vero eiusmodi funesti belli clades accurate a Frosardo c, qui inter cætera ait, Lemouicum vrbem a duce Biturigum coactam ad deditiõem; sed postea ab Eduardo principe recuperatam, qui laxatis furori habenis barbari instar nec sexus nec ætatis misericordia flexus innocuo sanguine ipsam compleuerit. Attulit hoc bellum ingentia mala rei Christianæ, atque Vrbani illius extinguendi cupidum in Gallias attraxit.

12 In Bosnia, cum religio catholica in dies effloresceret, Banus senior schismaticus fratrem Stephanum iuniorem catholicum insectatus est: cuius clientelam suscepturus Pontifex, Ludouico Vngariæ Regi has graues querelas proposuit d: *Banus Bosna senior frater eius, sequens suorum progenitorum vestigia detestanda, ac fouens & defendens hæreticos, ad illas partes quasi ad sentinam fetidam de diuersis mundi partibus confluente, ipsum Stephanum, ab isto amore fraterno, persequitur; & hærenas grauissimis damnis attriuit, ac partem hereditatis sibi denegauit exhibere, etc.* Adiecit preces vt a fratris hæretici iniurijs Stephanum principem vindicaret. Alijs vero literis Stephanum ad constantiam excitauit e, vt fratris odia causa religionis suscepta magno animo toleraret: pati enim pro Christo non calamitati, sed felicitati ac triumpho adscribendum; nec Ludouicum Regem Vngariæ, ad quem literas commendatitias dederat, ipsi defuturum: *Confortari igitur fili, babe que patientiam in aduersis, que suslines amore diuino: nam præter Apostolica sedis fauores et præfati Regis auxilium, tibi Deo propitiæ congruo tempore tribuenda, secundum sententiam Domini dicentis: Beati sunt qui persecutionem propter iustitiam patiuntur, cum nulla sit maior iustitia, quam fidem semper tenere catholicam, ex qua iustus viuunt, et pro eius amore mala quælibet aquanimitè tolerare, æterna premia consequeris. Caterum si, vt scripsisti, ad sacram vrbem accesseris, videbimus te libenter, etc.* Dat. Romæ opud S. Petrum xix. kalian. anno viii.

13 Afferendæ etiam suo splendori in Dalmatia religionis sollicitus Dei vicarius, cum certior esset factus, plures hæreticos e Bosnia in finitimas prouincias se conferre, neque abesse periculum, vt simplices inficerentur, Spalathensi & Ragusino archiepiscopis eorumque suffraganeis prouinciam dedit, vt anathema incuterent ijs, qui hæreticos Bosnenses exciperent, vel cum ipsis mercium commutationem inirent, ac ne ipsorum fidei commissi greges ea lue inquinarentur, curas intendere iussit a.

Vrbani, etc. Spalathensi et Ragusino archiepiscopis, eorumque suffraganeis.

Nuper ad nostrum non sine mentis * fide digna relatione peruenit auditum, quod in partibus Bosniæ, a vestris ciuitatibus & diocæsisbus non remotis, quamplures hæretici commorantur, & a multis citra temporibus sunt morati; & quod, licet id in eisdem vestris ciuitatibus & diocæsisbus existat notorium, ac illi, qui scienter in domo vel terra sua hæreticos receptare vel fouere præsumunt, excommunicationis sententia in tales a canone lata sint ligati, & prohibitum sit, ne catholici & fideles cum hæretici negotiationem seu commercium exercere præsumant; tamen idem hæretici de partibus prælibatis & alijs, volentes ad eas accedere, per vestras ciuitates & diocæses libere transeunt, mercimonia deferunt, & cum vestris subditis, in quorum simplicibus mentibus hæresum semen pestiferum sæpe spargunt, negotiationes exercent; sicque in eorum peruerfitatibus confouentur, & seducunt alios damnabiliter dogmate hæreticæ prauitatis. Quod nos, moleste ferentes ac vestræ negligentia, qui supraindentes dicimini, & debetis super greges vobis commissos vigilare attentius, imputantes; fraternitati vestræ per apostolica scripta districte præcipiendum mandamus, quatenus omnibus & singulis subditis vestris in subiectis vobis ecclesijs & locis publicis, de quibus vobis videbitur, per vos vel alium seu alios districte inhibeat sub pena excommunicationis (quam contra huiusmodi inhibitionem facientes, qui alias a canone forsitan excommunicati non erant, incurrant eo ipso) ne hæreticos huiusmodi scienter in domibus vel terris eorum receptare vel fouere, aut cum eis negotiationem seu commercium exercere præsumant: ac omnes & singulos, qui contra huiusmodi inhibitionem fecerint, excommunicatos fore, prout iustum fuerit, declaretis.

Et ne a fidei vnitæ præcis sub prætextu fidelium in eisdem Bosniæ partibus commorantium, qui tales perfidos inter se morari permittunt, ac fouent sapius & defendunt, ac seipso cum eis in præcipitium damnationis immergant, taliter foueantur; sub dicti anathematis pœna publice in eisdem ecclesijs prohibeatur, ne quis ad dictas partes Bosniæ, vbi dicti hæretici notorie confouentur, quæcunque res seu mercimonia, audeat mittere vel porrare, in contrarium facientes similem sententiam proferentes; & eos, quos sententiam ipsam incurrisse repereritis (de quibus simpliciter & de plano, ac sine strepitu & figura iudicij ex vestro officio vos informetis) denunciatis dicti anathematis sententia irretitos, ac * incitentur & mandentur ab alijs euitari. Ad captiõem vero hæreticorum huiusmodi, cum ad vestras ciuitates & diocæses declinauerint, & ad ministrandum iustitiam de eisdem, prout ad vestrum spectat officium, similiter procedatis, & si opus fuerit, inuocetis auxilium seculare, &c.

Exortæ in Aquitania conuersiones.

a Frosard. hist. h. i.

b Expediti ab Aquitanis Galli Regis patrociniũ.

c Vrb. v. apud Bosg. Eduardi immanitas.

d Frosard. hist. h. i.

e To. 6. ep. ser. pag. 8. Bosnia a Manichæis insecta.

f To. 8. ep. ser. pag. 9.

Obiectum cum in communi bitur.

a Exort. ep. ser. pag. 3. dolore.

b Pontifici de eo in r.

* euitari & mandentis

Dat. Romæ apud S. Petrum idib. nouembris anno VIII.

14 Proferendæ vero apud exterâs gentes, Christianæ fidei expertes, religionis studio Pontifex plures Minoritas ad euangelium ijs inferendum misit, quos instruxit auctoritate a, vt catholicos, quos ipsis molestiam facere contingeret, in iudicium apud sedem Apostolicam vocaret: *Cum vos, inquit, ad terras Saracenorum, paganorum, Græcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Iberorum, Alanorum, Gazarorum, Gotthorum, Scytharum, Rutbenorum, Iacobitarum, Nubianorum, Nestorianorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Mochitorum, aliarumque non credentium nationum orientis et Aquilonis, seu quarumcumque aliarum partium, pro magnis arduisque negotijs respicientibus exaltationem et augmentum catholicæ fidei destinemus, etc. Dat. Romæ apud S. Petrum. decembris anno VIII.* Cæterum affectos martyrio nonnullos Minoritas a Saracenis, memorat Lucas Vvadinghus b hoc anno, atque inter eos Antonium e Rosato inter duos asseres medium dissectum, ac Franciscum a Christo Damiatæ mortem acerbissimam Saracenorum delictijs prætulisse.

Data etiam Barchinonensi & Dertusensi episcopis imperia c, vt viginti religiosis viris ex ordinibus mendicantium, tum presbyteris secularibus permitterent, vt in Canariam & alias Fortunatas insulas se conferrent ad collustrandos euangelij luce eos populos, quos astrorum superstitione inuolutos acceptat: *Nuper, inquit, dilectis filijs Bertrando de Marmando et Petro de Strata ciuibus Barchinonensibus nobis referentibus percepimus, quod in Canariæ et alijs eis adiacentibus insulis, qua insula Fortuna nuncupantur, sunt persona vtriusque sexus nullam legem tenentes, nec aliquam sectam sequentes; sed dumtaxat solem et lunam adorantes, quæ per prædicationem verbi Dei ad fidem Christi de facili conuerti possent; quodque nonnulli religiosi mendicantes huiusmodi fidei Christianæ zelo accensi, et clericis secularibus de misericordia Dei omnipotentis confidentes ad prædicandum fidem ipsam, et ad eam prædictos homines conuertendum (si tamen nobis et Apostolica sedi placeat) ad dictas insulas accedere sunt parati, etc. Dat. Viterbij 11. kal. septembris anno VIII.*

15 Neque silentio prætereundum videtur, Pontificem optimum ad gliscentes in religiosis familijs corruptelas, quæ in pecunijs ac muneribus ab ijs, qui ad sacra admittebantur sodalitia, abradendis instruendisque magnificis conuiujs inoleuerant, abolendas hanc constitutionem tulisse d; ne scilicet quis a sacrarum familiarum ingressu abstereretur.

Urbanus etc. ad perpetuam rei memoriam

Ne in vinea Domini, nostræ (licet insufficientibus meritis) commissæ custodiæ, nascentes vepres & spinæ adeo conualescant, quod speratam fructificationem ipsius valeant præpedire, diligentia nostræ incumbit officio, vt illas extirpare radicitus solerti studio procuremus. Sane multorum fidedignorum relatione didicimus; quod in nonnullis ecclesijs, monasterijs, prioratibus, & alijs locis religiosis tam virorum quam mulierum ordinum & religionum partium diuersarum ille detestabilis & a canonibus reprobatus seruatur abusus, quod cum personæ aliqua recipiuntur in eis, obseruantiam regularem professuræ, ipsæ circa sumptuosa pastus seu prandia capitulis & conuentibus ecclesiarum ipsarum, monasterio-

rum, prioratum, & locorum facere, aut pecunias vel iocalia, siue res alias ipsis ecclesijs, monasterijs, prioratibus, & locis seu præsentibus eis ex statuto vel consuetudine, quæ corruptela dicenda est potius, tribuere compelluntur: ex quibus decori sanctæ & immaculatæ religionis detrahitur, quam plures tam execratione huiusmodi consuetudinis quam expensarum onere a sacra religionis proposito retrahuntur, ipsaque ecclesiæ & monasteria & loca famulantium Deo consuetis muneribus maneat destituta, & in multorum fidelium mentibus scandalum generatur. Nos igitur huic morbo pestifero cupientes congruam adhibere medelam, & alijs pœnis in talia præsumentes insiditis a iure, in suo robore duraturis pœnam adicere grauiorem; vniuersis & singulis abbatibus, prioribus, decanis, præpositis, & magistris, & abbatissis & priorissis, aliisque prælatis, quouis nomine nuncupentur, & eorundem officialibus quorumcumque ecclesiarum, monasteriorum, prioratum, domorum, & locorum quorumcumque ordinum & religionum, etiam militantium, tam exemptarum quam non exemptarum, quocumque nomine censeantur; & capitulis & conuentibus, & singularibus personis eorum tenore præsentium auctoritate apostolica, quamuis sit eis a iure inhiberetur, districtius inhibemus, ne a personis tam maribus quam mulieribus volentibus ingredi eorum religiones, ecclesias, monasteria, prioratus, domos, seu loca, in earum personarum receptatione, aut ante, vel post illam, quæcumque pastus, prandia siue cenæ, pecunias, iocalia, aut res alias, etiam ad ecclesiasticum seu quemuis pium locum alium deputata seu deputanda, de cætero directe vel indirecte petere quoquo modo præsumant: sed eas potius cum omnimoda puritate recipiant, ac in victu & vestitu, sicut alias personas suarum ecclesiarum, monasteriorum, prioratum, domorum, & locorum sincera charitate pertractent; illa dumtaxat, quæ personæ ipsæ ingredienti pure ac sponte ac plena liberalitate, omnique pactione cessante, dare vel offerre ecclesijs, monasterijs, prioratibus, domibus, & locis huiusmodi voluerint, cum gratiarum actione licite recepturi.

Nos enim eos, qui secus egerint, si seculares personæ, tam dantes quam recipientes huiusmodi, excommunicationis; si vero capitula seu conuentus fuerint, suspensionis sententijs eo ipso decernimus subiaccere, a quibus præterquam in mortis articulo absolui nequeant absque sedis Apostolicæ licentia speciali. Cæterum personis illis vtriusque sexus, quæ iam labe huiusmodi sunt scdatæ, earum prouidentes salutem, de benignitatis gratia vberanti concedimus, quod per suos locorum dicecesanos hac vice dumtaxat a crimine huiusmodi & nota infamiæ inde contracta auctoritate apostolica absoluantur, imposita proinde ipsis penitentia salutari, de qua ipsorum discretionem videbitur expedire; & demum, cum ipsis, vt in eorum ecclesijs, monasterijs, prioratibus, dignitatibus, & locis licite remanere valeant, misericorditer dispensetur. Insuper erga personas illas, quæ in præmissis recipiendo aliqua contra canonicas sanctiones peccauisse noscuntur, volentes nos reddere gratiosos, omnia, recepta huiusmodi, ad communem vsum monasteriorum seu locorum applicata, ea ad dictum vsum licite concedimus retineri: si vero ad specialem vsum abbatis, abbatissæ, prioris, priorissæ,

Veritum ne quid a religio sodalitia ingrediatur.

Permissum, vt sine pactione hæc oblationes

Obiectæ contractibus pœnis.

Minoritas ad gentes missi.

Apud Vvadinghus an. 1369.

libid.

An. 7. ep. 107. 383.

Canarij morant ultra.

Ad eos facti conuentiones missi.

Corrupte lesio religiois ordinibus gliscentes emenda.

que alterius singularis personæ retineantur, illa venire præcipimus in communi. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud S. Petrum 11. non. aprilis pontificatus nostri anno VII. Repetita postea instaurataque a Gregorio XI. hæc constitutio Auenione 11. kal. mart. pontif. anno secundo,

16 Addimus ad huius anni calcem, Vrbanum nonnulla Vaticanæ basilicæ priuilegia, quibus a nonnullis Regibus annis vestigialibus in aliquibus regnis donata fuerat, confirmasse. Affert idem Pontifex inter alia vetus Iacobi Regis Aragonum monumentum, quod ille post acceptum in eadem basilicâ Sardinia & Corsicæ diadema edidit subiectis conceptum verbis a.

In nomine Domini. Amen. Nouerint vniuersi, quod nos Iacobus, Dei gratia Rex Aragonum, Maioricarum, Valentia, Murcia, Sardinia & Corsica, comesque Barcinonensis, & sancta Romana ecclesia vexillarius, amiratus, et capitaneus generalis, considerantes quod dextera Domini nobiscum faciente virtutem, nosque elementer ad regnorum Sardinia & Corsica fastigia sublimando, apud principis Apostolorum & celestis regni clauigeri sacratissimam de Vrbe basilicam per regnorum ipsorum inuestituram solemnem, nobis a sanctissimo patre & domino domino Bonifacio VIII. sacrosanctæ Romanæ & vniuersalis ecclesiæ summo Pontifice gratiose concessam, primum diuulgata nostri honoris insignia claruerunt, ac deinde prædictorum regnorum suscepimus diadema; nec non & in dicta basilicâ idem sanctissimus pater prædictæ sanctæ Romanæ ecclesiæ in multitudine copiosa, nos magnifice honorante, fecit vexillarium, amiratum, & capitaneum generalem; dignum fore prouidimus, ut eidem basilicæ pijs & promptis semper famulemur obsequijs, & illi velut matri strictius obligemur ex debito, a cuius utero per celestis adoptionis gratiam quasi noua progenies * dignoscitur prodijisse. Hinc est quod nos archiepiscopo & capitulo eiusdem sacrosanctæ basilicæ, & canonicis tam presentibus quam futuris in perpetuum donamus, concedimus, et assignamus annum redditum triginta unciarum boni auri ad generale pondus regni Sicilia de nostra camera, cum dicta regna fuerimus affectati, persolueda per officiales nostros, qui erunt pro tempore, quocumque nomine censeantur, procuratori vel certo nuntio capitulo supradicti in festo beatorum Petri & Pauli Apostolorum annis singulis, donec in prædicto regno Sardinia dictis archiepiscopo & capitulo certum et determinatum locum, ubi in perpetuum prædictam percipient redditum, duxerimus assignandum, etc. Describit fufius quibus sanctorum festiuitatibus missarum solemnia celebrari velint. Actum Romæ apud præfatam basilicam VIII. id. aprilis anno Domini MCCXCVII. decima indictionis. Corroborata etiam ab Urbano plura Ioannæ Ierusalem & Siciliæ Reginæ, eiusdemque Prouinciæ, Folcalquerij, & Pedemontij comitissæ diplomata b, quibus illa quinquaginta auri uncias annuas a Carolo I. atauo attributas Vaticanæ basilicæ post acceptum Siculi regni insigne beneficentia apostolica, totidemque alias a Carolo II. proauo eidem basilicæ collatas confirmarat: quibus etiam ipsa annuas quinquaginta uncias carlenorum argenti pro diuino cultu amplificando addiderat, cum superiori anno ad Urbem pietatis ergo accessisset.

* Ext. 9. apud Urb. V. an. 8. ep. com. 47. Iacobi Regis Aragonum priuilegium Vaticanæ basilicæ.

* dignoscitur prodijisse.

Regum Neap. mu. nificentiâ in basilicâ Vaticanâ. b Ext. 4. apud Urb. an. 8. ep. com. 156.

IESV CHRISTI

Annus 1370.

VRBANI PP.V.

annus 8.

CAROLI IV. IMP. OCC. 25.

IO. PALÆOL. IMP. OR. 30.

1 Confirmare in obsequio Romanæ ecclesiæ Græcos, & Valachos, Moldaunos, Lithuanos, Macedones, Russos & Georgianos ad eam allicere, ac Tartaros collustrare euangelij lumen est Vrbanus anno humane salutis septuagesimo supra millesimum trecentesium indictione octaua: dumque Anglorum ac Francorum cruenta bella sua præsentia dirimere meditatur, contra sanctorum hominum, quos diuinus instinctus agebat, consilia sedem Apost. Auenionem retulit; ac mox, vt diuinitus illi fuerat intentatum, viuere desijt. De quibus singulis dicturi, a Græcis rebus exordiemur. Ne facile ij a promissis deficerent, vel inanibus effugijs gesta cum Pontifice eluderent, dū se Romanos vocant; tum ad adstringendum arctiori nexu sacrum fœdus visum est, vt Palæologus Imperator nouis publicis monumentis palam euulgaret, non aliam se catholicæ ecclesiæ nomine, quam Romanam agnoscere, cui Vrbanus omnium fidelium supremus in terris pastor præfesset. Edimus ex veteribus monumentis confecta tanti ponderis scripta a: Nos Ioannes in Christo Deo fidelis Imperator, ac Romanorum moderator Palæologus notum facimus vniuersis præsentis literas inspecturis, quod cum die decimo octaua mensis octobris proxime præteriti in sacra Vrbe Roma professionem catholice fidei, per reuerendissimos patres dominos Guillelmum episcopum Ostiensem, et Bernardum basilicæ duodecim Apostolorum, ac Franciscum tit. S. Sabina presbyteros, et Rainaldum S. Adriani diaconum Cardinales, per sanctissimum patrem dominum Vrbanum, diuina prouidentia Papam V. ad hæc specialiter deputatos, nobis exhibitam, sponte fecerimus sub certa forma, prout apparet per publicum instrumentum nostra propria manu subscriptum, nostraque bulla aurea communium; et in eadem professione inter alia continetur talis articulus, videlicet Credo hanc esse veram fidem catholicam; et quod hanc super dictis articulis tenet & prædicat sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, &c. dicimus ad omnem ambiguitatem tollendam, nos credere & intelligere Romanam ecclesiam, cui nunc præfessus præfatus dominus Papa & sui prædecessores Romani Pontifices præfuerunt, prout credimus, intelliguntur catholici Christiani in occidentis partibus constituti. In cuius rei testimonium præsentis literas nostra aurea bulla munimine fecimus communiti, & nos hic nostra manu subscripsimus, ut est moris. Dat. Romæ die . . mensis Ianuarij anno a natiuitatis Domini MCCCLXX. indictione VIII. pontificatus dicti domini Papa anno VIII.

2 Egregie adeo ad ecclesiæ Romanæ venerationem affecto Palæologo Imperatore, cum spes ampla affulgeret tam illustre exemplum Græcos secuturos, Vrbanus Constantinopolitanum clementum ad schisma solemnem damnandum ritu his literis pellicere conatus est. b

Vniuersis ecclesiarum & monasteriorum prælatis quocumque nomine nuncupantur, ac clero & calogis Constantinopolitana ciuitatis, ceterarumque partium Græcia gratiam in presenti, per quam obtineant gloriam in futurum.

Letata est sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ ma-

a Ext. in arce S. Petri & inter cellas Plat. pag. 219. et lib. 3. Roma. tit. 246. M. S. Vall. pag. 291. Declat. publico lic. Gra. Imperator que sic catholica ecclesiæ.

Græci fecerunt ad Rom. ecclesiæ quicumque licitati. b Ta. S. S. sec. 246.

maternæ & magistra cunctorum fidelium, quod charissimus in Christo filius noster Ioannes Imperator Græcorum illustris ad maternum accessit gremium, a quo deuiabat per damnabilis schismatis execrabilem scissionem: pieque sperat, quod sicut inelytus Cōstantinus Christianissimus Imperator, qui Constantinopolitanam urbem gloriose construxit, per suæ conuersionis exemplum & studium fidem catholicam in occidentis primo, & orientis demum partibus dilatavit; sic fidem Ioannes eius (Deo fauente) erit & operum laudabilium imitator. Sed maioris gaudij esset dicta ecclesia exultatione perfusa, si vos, qui estis ad animarum curam & alias ad Dei obsequium deputati, pollentes scientia & religioni vacantes, derelicto inueterato schismate, cui damnabiliter & pertinaciter inhitimini, ad vnam sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam, extra quam non est salus, & ad vicarij Christi & successoris Apostolorum principis veram & puram obedientiam rediretis, vt sicut ipse vnus & principalis est pastor, sic vnus esset ouile, cuius oves eum cognoscerent, & audirent amabilem & salutariter vocem eius, in illoque tute recondita a lupinis moribus indubitabili custodia seruarentur. O si Deus tantam gratiam concessisset nostris diebus, vt orientalis & occidentalis ecclesiarum vnitatem longissimis, proh dolor! scissam temporibus videremus! Tunc clauderemus consolabiliter dies nostros, & cum beato Simeone diceremus: *Nunc dimittis seruum tuum Domine in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum; cum desiderabiliter fuisset innumeris Græcorum populos diabolica fraude deceptos & deuos in rectam semitam mandatorum Domini dirigere gressus suos, & eliminatas hereses in nonnullis sic deuiatibus, vt doleretur audiuimus, ex huiusmodi schismate pullulantes; oppressosq; Græcos ab impia & fœda natione Turcorum (iuuantibus spe probabili fratribus occidentalibus) liberari, exterminari eosdem Turcos de vniuersis partibus Romania, & aut ad Christum conuerti (quod nobis esset acceptius) aut digna cōcultatione subuerti, & terreri omnes ethnicas nationes, sicque Græcas potentiam & gloriam, iam pene deletas, ad Dei laudem & dilatationem eiusdem fidei reparari.*

3 Hæc siquidem ineffabilia bona spiritualia, & temporalia probabiliter euentura speramus, si cordibus puris, conscientijs bonis, & fide non ficta (a quibus aberrantes secundum Apostolum quidem in vaniloquium sunt conuersi, volentes esse legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant) ad dictum gremium redeatis, & salubris imitationis exemplum commissis vestræ sollicitudini populis præbeatis: quod feruenter & prompte debetis efficere, cum non solum eadem ecclesia, vos ad hoc non absque tædio dilatationis expectet, verum etiam materna benignitate foras progrediens ardore charitatis inuitet. Cognoscatis igitur pietatem ipsius, & amplectimini charitatem ad eius magisterium & debitam obedientiam filiali confidentia venientes; vt cum catholicis occidentalibus vnanimes in domo Domini existatis, & (vt speramus in Deo) eius & Apostolicæ sedis & occidentalium super vos & greges vestros spiritualiter & temporaliter auxilium sentietis. Cæterum synodum Latinorum & Græcorum ecclesiasticorum præsulum, quam multi (vt audiuius) superuacue postulant, ex pluribus

causis rationabilibus non concessimus ordinari, ne illa, in quibus ab occidentalibus & nonnullis orientalibus fidelibus disideris (cum, secundum quod tenet & docet sancta Romana ecclesia, certa fore noscantur, vt pte sacra scriptura testimonijs, & sanctorum doctorum Latinorum & Græcorum eloquijs & sententijs, & per fidem apostolicam comprobata) in dubietatis & curiosæ disputationis scrupulum deducantur, & veterem fidem quasi nouellam supernacuis discussionibus supponamus. Benigne tamen parati erimus quoslibet dubios, venientes ad dictam sedem, humiliter, de huiusmodi testimonijs, eloquijs, & sententijs informare. *Datum Romæ apud S. Petrum VIII. kal. martij anno VIII.*

4 Adornabat reditum in Græciam Palæologus, & copias, quas in Italia pontificijs studijs collegerat, traducere in orientem parabat: vt que eas per Siciliam tuto duceret, Pontifex Ioannam Reginam, ac Philippum Tarentinum principem Imperatoris Constantinopolitani gerentem nomen permouit a, vt sacramentum incolumitatis & liberum comæatum traderent ac rationem his subiecit verbis: *Apud sedem Apostolicam existens, abiurato quolibet schismate, fidem catholicam secundum formam per nos sibi traditam esse professus, et iuravit in obedientia Rom. ecclesie sicut princeps catholicus permanere.* Ipsum vero Regi Vngaræ cōmendatum b pluribus affectu a Pontifice beneficijs lætumq; ab eo abcessisse, indicat Vrbanus vitæ scriptor: *A quo, inquit, gratias & fauores multos reportauerat, valde consolatus & contentus.* Extat inter alia diploma, quo Vrbanus illi aræ subductilis vsus permittit d, concessitque vt sacris ante lucis ortum a sacerdote, Latino ritu duntaxat, peragendis interesset.

Vrbanus, &c. charissimo in Christo filio Ioanni Imperatori Græcorum illustri.

Eximia deuotionis sinceritas, quam ad nos & Romanam geris ecclesiam, non indigne meretur, vt petitionibus tuis (illis præsertim, quæ ex deuotionis feruore prodire conspiciamus) quantum cum Deo possumus fauorabiliter annuamus. Hinc est, quod nos tuis deuotis supplicationibus inclinati, vt liceat tibi habere altare protatile, cum debita reuerentia & honore, super quo in locis ad hoc congruentibus & honestis possis per proprium vel alium sacerdotem, Latinum duntaxat & alias idoneum, missam & alia diuina, secundum ritum, quem eadem Romana seruat ecclesia, sine iuris alieni præiudicio in tua præsentia facere celebrari, deuotioni tuæ tenore præsentium indulgemus. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum id. february anno VIII.* Conciuit Palæologi exemplum pios adeo in animis aliorum Regum ac principum, qui tenebris Græci schismatis fuerant inuoluti, motus vt ex ijs plures redire ad Romanæ ecclesiæ obsequium, constituerint: ac pariter populi eorum imperio obnoxij Christi vicarium agnoscere, & veteribus abiectis erroribus incorruptam fidem profiteri cum catholicis constituerint. Quibus ne deesset Pontifex, apostolicis literis fidei orthodoxæ formulam comprehensam edidit e, ex qua Romanæ ecclesiæ gremio aggregandi sacramentum nuncuparent.

Vrbanus, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Ad propagationem catholicæ fidei, super cuius custodia fuimus (licet insufficientibus meritis) a Domino deputati, & quorumlibet gloriantium

Reditur in Græciâ Palæolog. commendatur principibus. a 1b. pag. 37. & 38.

b 1b. pag. 80. c Ge. sta. Urb. V. apud Bosq.

d An. 8. ep. com. 72.

Ara subductilis illi permittit.

Sacra ante lucem Latino ritu audiat.

Plures Græci cōparatos se ad schisma eiuſdem exhibent. e To. 8. ep. secr. pag. 257.

Quam be pigne & amanter sint excipiendi.

Conuertendos euerendosue Turcas.

Proposita ex ea con iunctione bona obitu.

rum nomine Christiano, sed deviantium a gre-
mio sacrosanctæ Romanæ ac catholicæ & aposto-
licæ ecclesiæ matris & magistræ cunctorum
Christianorum fidelium, cui auctore ipso Domi-
no præsidemus, reductionem ad obedientiam &
reuerentiam ipsius ecclesiæ pastoralis sollicitudi-
ne intendentes, viam & formam omnibus huius-
modi devijis tenemur ostendere, per quas salu-
briter ad dictum gremium possint accedere, in-
eoque perpetuo commorari. Sane cum, sicut
latanter audiuimus, nonnulli Reges, principes, &
alii Christiani tam clerici & ecclesiastica perso-
næ religioſæ & etiam seculares, quam laici, qui
extra obedientiam dictæ ecclesiæ, extra quam
non est salus, damnabiliter permanerunt hæc-
tenus, & permanere noscuntur, ad dictæ ecclesiæ
redire seu venire desiderant unitatem, ac obe-
dientiam & reuerentiam debitam & deuotam;
nos, volentes eos dictæ fidei professionem, quam
debent facere, salutari edocere doctrina, infra scri-
ptam formam, quam in talibus seruare consuevit
dicta ecclesia, præsentibus fecimus annotari; vo-
lentes ac mandantes, quod quilibet, qui fuerit seu
est schismaticus & præcisus a præfata ecclesiæ uni-
tate, & ad eam redire voluerit, dictam professio-
nem in manibus alicuius prælati vel clerici aut
religiosi catholici, & præfata ecclesiæ communio-
nem habentis faciat in ipsa forma, quæ talis
est.

*Ego talis &c. profiteor et credo sanctam Tri-
nitatem etc. eadem est fidei forma, quam superiori
anno Palæologo Imperatori præscriptam attuli-
mus a vsque ad has voces, semper salua. Vnde
supra scriptam fidei veritatem, prout plene scripta
& lecta est, & fideliter exposita. veram, sanctam, &
orthodoxam fidem esse recognosco, eam accepto, et cor-
de ac ore profiteor; ipsamque, prout eam veraciter te-
net & fideliter docet & prædicat sacrosancta Roma-
na ecclesia, me inuolubiliter seruaturum, & in ea
omni tempore perseveraturum, nec ab ea vlllo vn-
quam tempore recessurum & quoquo modo devia-
turum promitto: & abrenuncio omni schismati.
Primum quoque ipsius sacrosanctæ Romanæ eccle-
siæ, prout in præmissa serie continetur, ad ipsius ec-
clesiæ obedientiam spontaneus veniens, fateor & re-
gnosco, accepto & sponte suspicio: & me omnia
præmissa tam circa fidei veritatem, quam circa eius-
dem ecclesiæ Romanæ primatum, & ipsorum reco-
gnitionem, acceptionem, susceptionem, obseruan-
tiam, & perseverantiam seruaturum, præstita cor-
poraliter iuramento, promitto & confirmo. Sic me
Deus adiuet & hæc sancta Dei euangelia. Quod
si contra hæc aliquid sentire, consisti, aut alias agere
presumpsero, me schismaticum & anathematiza-
tum eo ipso recognosco, ac seueritati sacrorum cano-
num subiacere. Nulli ergo, etc. Dat. apud Mon-
tenshasconem kal. augusti anno v. m. c. lxx.*

5 In Vvalachia Alexandri olim principis vi-
dua ad Romanæ ecclesiæ gremium se contulit,
atque etiam filiam Bulgariæ Imperatricem ad
orthodoxum ritum pellexit. Cui Pontifex, de-
egregio in alijs ab erroribus abducendis nauato
studio gratulatus b, de missis ornamentis sacris
& calicibus ad apostolorum basilicas gratias egit:
tum adiecit stimulos, vt filiam alteram Reginam
Seruicæ suis adhortationibus ad fidem catholicam
traduceret.

*Vrbanus etc. nobili mulieri Clarae relicta
quondam Alexandri Vveyda in Vlachia vidua sa-
lutem, etc.*

Latamur in Domino, dilecta filia, sibi que

gratias agimus ex intimis nostri cordis, quod
sicut fidedigna relatione didicimus, tu Spiritus
sancti lumine illustrata, & per eximia deuotionis
opera, & multiplicium virtutum exercitium
iugiter Altissimo famularis: & inter alia charissi-
mam in Christo filiam nostram Imperatricem
Bulgariæ illustrem natam tuam a schismate ac er-
roribus hæreticalibus, in quibus diutius fuerat,
retraxisti. Verum quia habere diceris alteram
natam, videlicet Ancham Reginam Seruicæ illu-
strem, adhuc in similibus schismate ac erroribus
permanentem, charitatem tuam excitamus, ac
hortamur attentius & rogamus, quatenus vt
multos lucrifacias domino Iesu Christo, dictam
Reginam aliaque vtriusque sexus personas schis-
mate ac hæresibus maculatas ad præfata fidei,
extra quam non est salus, coneris conuertere
puritatem. Cæterum deuotionem tuam ex eo
quod beatos Apostolos Petrum & Paulum, eor-
umque basilicas & nos etiam de calicibus aureis
& paramentis pretiosis pro diuinis obsequijs ho-
norasti, dignæ commendationis at tollere præco-
nio liberalitati tuæ prouida gratiarum referimus
actiones. Dat. Roma apud S. Petrum xiiii. kal.
februarij anno viii.

6 Sordeſcebat adhuc in veteri schismate
Latislaus Vvalachus princeps, de quo ad pietatem
reuocando sollicitus Christi vicarius eximium
quidem eius studium in Amuratis Turcarum
Regis conatibus repellendis laudibus extulit: a
errores vero, quibus esset irretitus, atque a salutis
via deſſeretur, aperuit, ipsumque excitauit, vt
ijs abiectis, fidem orthodoxam coleret.

*Vrbanus etc. nobili viro Latizlao Vvayda
Vlachia gratiam in presenti, per quam obtineat glo-
riam in futurum.*

Fide dignorum relatione percepimus, quod
licet eiusdem pastoris, videlicet domini nostri
Iesu Christi fidem profitearis, tamen extra ouile
præfatum, scilicet gremium & obedientiam sa-
crosanctæ Romanæ ac catholicæ & apostolicæ ec-
clesiæ matris & magistræ cunctorum fidelium,
extra quam non est salus, ex antiquo schismate
in te a tuis antiquis prædecessoribus deriuato
moraris, & multiplicibus erroribus inuolutus
existis. Nihilominus, quia credens forte, te in
statu salutis existere, impios Turcos catholicæ
fidei hostes pro Dei & præfata sedis reuerentia
persequeris, & tuos reputas inimicos. Sed do-
lemus ab intimis, si non certas legitime, cum-
non nisi certamen exercenti legitimum corona
aterni præmij secundum decorem gentium tri-
buatur: tantoque feruentius tuam salutem hisci-
mus, quanto si in toto corde tuo conuertaris ad
Dominum, futurus victoriosior Christi pugil ve-
risimiliter existimaris. Quare magnificentiam
tuam hortamur in Domino, & obsecramus per
viscera misericordiæ Dei nostri, quatenus relictis
schismate & erroribus vniuersis, per instructio-
nem catholicorum & religiosorum virorum (quo-
rum multi in tuo dominio, præsertim ex opera-
tione dilectæ in Christo filie nobilis mulieris Cla-
ræ noueræ tuæ non solum catholicæ, sed claris
dictæ fidei & virtutum meritis insignitæ, moram
trahere asseruntur) ad ouile præfatum securus
aduenias, in eo cum alijs Christi fidelibus perpe-
tuo permanurus, & salutis aternæ præmia rece-
pturus: nos enim, si hoc fideliter & sincere effe-
ceris, te vt filium dilectissimum habere proponi-
mus, ac tibi in tuis & terræ tuæ negocijs Aposto-
licæ sedis fauoribus assistere gratiose. Dat. Roma
apud

Proposita
ijs ab Vr-
bano fidei
formula.

a Anna
Chr. 1369
n. 2.
Alia eu-
randi schis-
matis.

Vvala-
chie prin-
cipis vi-
dua con-
uersa.

a To. 8. ep.
ſecr. pag.
20.

Bulgaria
impera-
trix ab
schismate
reuocata

Sacerd.
narus &
calices ad
Pontifici-
um

Latislaus
princeps
Vvala-
chie.
a To. 1. n. 1.
ep. ſecr.
pag. 70.

Contra
Turcos
decretum.

Sollicit-
ur ad
schisma-
tibus
nandum.

